GLOSSARIUM MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS

REGNI HUNGARIÆ

TYPIS SOCIETATIS FRANKLINIANÆ BUDAPESTINI.

GLOSSARIUM

MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS

REGNI HUNGARIÆ

JUSSU ET AUXILIIS

ACADEMIÆ LITTERARUM HUNGARICÆ

CONDIDIT

ANTONIUS BARTAL

SOCIUS ASCRIPTUS ACADEMIÆ LITTERARUM HUNGARICÆ

LIPSIÆ,
GERMANY
IN ÆDIBUS B. G. TEUBNERI

★

[BUDAPESTINI, SUMPTIBUS SOCIETATIS FRANKLINIÆ]

MCMI

DeI aVXILIo
opVs hoC tIbI, patrIa,
LVbens DeDICo.
sIs feLIX, VIgeas.
fIat.

I.

LINEAMENTA LATINITATIS REGNI HUNGARIÆ MEDIÆ ET INFIMÆ ÆTATIS.

Sententia vulgari maiorum nostrorum: «*Extra Hungariam non est vita, si est vita, non est ita*», quod proverbium præcipuum exemplis variis vitæ publicæ et privatæ probatum, illustratum demonstratumque exhibent monumenta diversa historica, tabulæ publicæ, annales, fasti, commentarii, indices, edicta, decreta, statuta, inscriptiones, dissertationes, varia instrumenta litteraria, fabulæ denique novellæ, quæ vocantur Romanticæ, recentiorum, imprimis Mauritii Jókai et Josefi Eötvös; verbum illud voluere non solum ad actiones vitæ, sed etiam ad earum imagines in speculo animi et sermonis reflexas, repræsentatas pertinet et opportunissime affertur ad Latinitatem Hungarorum vere commodeque arguendam, significandam, quasi compendio comprehendendam et notandam.

Populus Hungarorum intra nationes occidentis locatus et diversis perpetuis commerciis cum eis connexus mores suos gentiles culturæ accomodare, cultura insitiva imbuere et temperare cœpit. Maiores nostri *Sto Stephano* a pontifice Romano corona regia sancta apostolica ornato cum fide Christiana etiam sermonem Latinum receperunt, adoptarunt et amplexi sunt, qui brevi in omnibus regni institutis conditionibusque vitæ divulgatus et propagatus est.

Sæculis prolabentibus cultura commeatibus, coniunctionibus externis auctis, hospitibus extraneis receptis, litteris classicis renatis provecta est et cum ea etiam lingua Latina promota, peregrinitate affecta et variata est. Inter varias nationes regni hæc erat copula, vehiculum commeandi, communicandi, unde sermo Latinus saturatus est etiam vocibus a variis indigenis, vernaculis populis vel colonis regni ascitis. Memoria dignum est, quod *Lucius* De regno Dalmatiæ scribit: «*Ab anno vero 1200 sicuti in Croatia et Dalmatia variae mutationes evenere, ita Croati cum Dalmatis moribus et lingua misceri coeperunt indeque quaedam Croatorum verba latine profari et quaedam Latina Slave pronunciari coepere. Hinc lingua Latina corrupta ad instar Italicae promanavit, quae Latina vulgaris dici potest; in scripturis tamen Latina servabatur, purior et corruptior pro temporum diversitate et scribentium intelligentia.*» Non solum in rebus ad religionem et ad cœtum fidelium pertinentibus, nec tantum in scholis vigebat sermo Latinus, sed etiam in comitiis regni, iurisdictionibus, iudiciis, comitatibus, magistratibus, tabulariis civitate est donatus et novis indiciis novarum rerum ditatus. Imo proceres et nobiles nostri etiam in officiis urbanis, conversationibus, consuetudinibus, colloquiis, commerciis litterarum aliisque coniunctionibus vitæ familiaris, sociæ quotidianæ, hac loquela confabulabantur et sermocinabantur, hanc pro genuina, indigena, gentili, ingenua, patria habebant et colebant, huius peritia nobiles a vulgo, viros a feminis differre, distingui posse existimabant. Sed auctore Jókai etiam feminæ urbanæ et litteratæ huius linguæ studiosæ, et doctæ, iuris vel medicinæ peritæ frequenter occurrunt; unde sermo ille inquinatus et curiosus facete *stilus* curialis et *culinaris* vulgo appellatur.

Notiones, species, res a Iungaris pro ingenio, moribus, institutionibus patriis genti peculiaribus productæ et multiplicatæ, latine adumbrandæ, nova nomina, singulares formationes et constructiones verborum exegerunt, postularunt, protulerunt, quibus latinitatem asperserunt. Quæ cum ita sint, facile perspicere et mente consequi possumus sermonem purum Latinum vicissitudinibus ætatum, ingenio locorum, moribus et institutis incolarum accommodatum, confusionibus, mixturis linguarum inquinatum, contaminatum diversas et graves mutationes subisse, varias vestes, colores induisse, variis saporibus temperatum, mirabilibus vocabulis, formis — *Cethegis* et *Scaligeris* non exauditis — locupletatum et obrutum esse. Hac ratione linguæ classicæ Latinæ quasi nova species, dialectus evoluta, producta, longinquo usu approbata et posteris tradita est, quæ iure *Latinitas Regni Hungariae* appellari potest et quæ cultura millennaris cursum momenta et fructus repræsentat et exponit. Temporibus procedentibus et moribus mutatis mutata sunt et verba. Verba superiorum ætatum vetustate oblita, obsoleta, generationi succedenti iam obscura vel prorsus ignota exstiterunt. Aetate nostra in locum Latinæ lingua vernacula nationis restituta est; sermo latinus ex usu recessit, ut a nepotibus hodie iam pro aliena habeatur negligatur et ignoretur. Qui monumenta versare coguntur, difficultatibus offendunt. Operæ pretium est, necessitas et studia, commoda literarum postulant, ut grana illa per varia monumenta dispersa et sepulta ex annalibus priscis eruantur, colligantur, observentur, cognoscantur, in vitam revocentur. Iam apud avos nostros observamus desiderium, studia et conamina vocum harum consignandarum, conservandarum et posteris tradendarum.

Scriptores nonnulli voces rariores explicatas textui inserunt, operibus suis commentarios, indices vocum adnectunt. Quos secuta sunt singula collegia, quæ ex officio vocabula ad usum necessaria congeri iusserunt, quæ omnia pro primordiis, rudimentis Dictionarii completi Latinitatis Regni Hungariæ haberi possunt.

Anno sæculi præteriti 1787. præmium centum aureorum propositum est molitori et institutori collectionis huiusmodi vocabuorum, quæ inscribenda erat: «*Glossarium mediae et infimae Latinitatis Hungaricae Ecclesiastco-Historico-Diplomatico-Iuridico-Oeconomico-Dicasterialis-Philologico-Reale.*» Quo proposito constitutum est, ut verba aliena forma latina vestita vel alio sensu usurpata congerantur, Germanice, Hungarice et Slavice explicentur, posteris et nationibus externis conserventur et cum iis communicentur. Sed hoc pium desiderium erat. Rudimenta illa præcursorum indigentia præstantissimarum vocum etiam in glossariis celeberrimis desideratarum laborant. Hæc indigentia stimulabat, ut hæ in congerie dispersæ reliquiæ contrahantur et in unum corpus cogantur. Huius necessitatis litterariæ et publicæ explendæ desiderio, studio et cura philologi nostri ex longo sollicitabantur, sed variis dificultatibus retenti negotium rei aggrediendæ et perficiendæ differre coacti sunt. Tandem consilio vocum colligendarum et in unum corpus redigendarum a principibus philologiæ, D. Aemilio Thewrewk de Ponor, D. Henrico Finály et D. Alexandro Imre, D. Stephano Hegedüs, concepto, proposito et delineato hortatuquæ et cura eorum ab Academia Litterarum Hungarica approbato et promoto anno 1894. ineunte opus hoc conficiendum infrascripto est mandatum, qui molem monumentorum literariorum hoc fine pervestigavit et *adiunctis primitiis nonnullorum philologiae studiosorum* congeriem, vim magnam vocabulorum oblivione tectam resuscitavit et coacervavit illaque interpretatione *classica Latina et Hungarica* — et ubi necesse erat — etiam *Italica, Gallica, Germanica, Slavica*, illustrata *loco auctoris allato confirmata* in ordinem alphabeticum redegit. Quæ collectio pro supplemento glossariorum Du Cangii, Forcellinii et Diefenbachii habenda — et non solum doctis, sed etian officialibus huius generis dictionario indigentibus commodo usuique

futura esse censetur. Societas Hungarorum historica collectionibus monumentorum publicorum et privatorum tabulariis indagandis, actis eruendis, ordinandis et in lucem proferendis, publicandis strenue incubuit, quæ omnia abundant dispersis vocabulis apud lexiographos desideratis et ignotis. Vis magna librorum, scriptorum, operosa cura adhibita perpetuo labore impenso inspicienda, perlegenda emendanda, conferenda erat inspectis et observatis medii ævi lexicis et linguis novellis non solum Romanis, sed etiam nonnullis aliis, consultis etiam libris, qui notitias singularum artium, institutionum, mercium, ætatum continent. Non possum non debitis laudibus prosequi summa cum cura et diligentia composita Monumenta Croatica et Saxonico-Transilvanica, quæ permagnum numerum vocabulorum huic Glossario suppeditarunt.

In patria nostra hospitaliter recepta sunt vocabula peregrina varia, ex diversis regionibus, linguis accersita, imprimis ex sermonibus populorum intra fines regni degentium sociorum, ex sermonibus vicinorum conterminorum, præterea ex aliis antiquis et novellis. Magna vis est vocum, quibus nationes cultæ communiter uti consueverant, in Latinitatem inductarum.

Numerus magnus vocum depromptus est ex ipso sermone Latino classico et medii ævi vel intellectu variato, extenso aut restricto vel formis productis, multiplicatis, conglutinatis.

Notæ præcipuæ Latinitatis Regni Hungariæ sunt: *exuberantia synonymorum* et *homonymorum, copia formarum, diversitas sensuum, usus* et licentia *analogiarum* more Italorum, *etymologia,* quæ dicitur *popularis,* miræ compositionis, bina verba, attributa, prædicata nuda et sola, cumulatio suffixorum, *sesquipedalia* sonore cadentia *verba,* qualium etiam H. Heine mentionem facit (Memoir. 57. *wo sie das Latein noch lateinischer klingen lassen wollte),* contractio enunciatorum, circumscriptionum in singula verba etc.

Etiam e *corruptelis* discere iuvat. Observationes præcipuæ, leges consequentes deduci possunt ex mendis variis, lapsibus calami vel linguæ, illusionibus aurium collectis et comparatis. Scriptores, scribæ, typographi certa ratione, methodo errare comperiuntur, qui errores sæpius recurrentes in usum transeunt et analogias gignunt; e. gr. *salus conductus* (salvus c.), *cultor* (culter), *publicanus* (pro: pelicanus), *pantomia* (pro pantomimia), *respectiva* (pro: perspectiva), *filagranum* (filigran), *stratagemma* (stratagema), *impetio* (impetitio), *automania* (pro: autonomia).

Magna pars vocum per metatheses, permutationes, confusiones litterarum, vocum, sonorum similium transformata est. Sæpe occurrunt variæ pronuntiationes eiusdem vocis e. g. *artigleria, artellaria, artelleria, artilleria, artolleria, altelleria, artegleria, atteleria* etc. quæ formæ omnes æque usitatæ sunt. Omissis illis teneris subtilibus discriminibus, coloribus, quibus voces duarum linguarum, nationum eundem sensum, notionem significantes inter se differunt nec fide verti possunt (cf. Abel: ami et Freund, Steinthal: frater et Bruder): Latinitas Regni Hungariæ ratione semasiologiæ divergit, discrepat a sermone non solum classico, sed etiam medii ævi et nationum Romanarum. Lector auctore Jókai frustra inspiciet lexica sensus specialis definiti, fixi huius vocabuli: «*Administrator*» cognoscendi causa.

Apud nos aliud significat hæc vox: «*cultura*» atque apud classicos vel lexicographos medii ævi; «*cultura*» dicitur nobis: «merx». Aliud notat: *laicus* atque apud scriptores ecclesiasticos et litteratos; *laicus* = socius, sodalis, tiro opifici magistro adiunctus *Gesell, társlegény,* alias: *tovarista.* Aliud designat: *dynasta* scilicet: dominum terrestrem. Aliud *porta* sc. fundum; aliud significant: *comes, comitatus, curia, curtis, dicasterium, domus,* (conclave), *gerundium* (fustis), *salva guardia* (fundus nobilis), *iuratus, nota, portio* (tributum), *tabula* (iudicium), *libertas* (monetam æream);

cruciger (miles cruce signatus), *primipilus, primipilatus* (nobilitas siculorum); aliud *gladiator* (sc. faber armorum).

Apud Hungaros sensum peculiaris saporis habet vox: «*virtus*», quæ teste Jókai commode fide vereque exprimi, adumbrari nequit, tantummodo circumscribi vel exemplis illustrari.

Vis magna vocum etiam cum aliis lexicographis et linguis, nationibus communium commutata forma ab illis discrepat. «*Armadia*» dicitur pro: armada, armata (manus), *monasteria*, æ pro monasterio, *banderia* (vexillum) pro bandiera, *dissenteria* pro dysenteria (ad iudicium aurium voce dissentiendi deceptarum), *laquearium* (pro electuarium, Leckwaare); quæ analogia continuatur, extenditur, producitur, evolvitur: *adiuncteria, iurateria, huncuteria* etc.

Fontes, ex quibus hæc magni momenti materia hauriebatur, sunt numerosi, quos cum accommodatis in brevius contractis signis sub Cap. III. enumero. *Hos fontes non praecedunt, sed sequuntur verba auctoris allata.* Sed quum verissimum sit verba tantum movere, exempla vero trahere, prodeat ipsum opus, ex quo et modus tractandi et ipsa lexici forma apparebit.

Firma me spes tenet me hoc magnæ difficultatis opus non frustra confecisse, atque viris rempublicam litterariam capessentibus gratum munus exhibiturum eorumque et favorem et adiumentum mihi conciliaturum esse.

Budapestini, 1900 mense Novembri.

Antonius Bartal.

II.

DE LATINITATIS REGNI HUNGARIÆ INDOLE NATURAQUE.

Latinitatem Regni Hungariæ describenti hæc duo respicienda sunt: Unde vocabula sumantur et quomodo formentur, quarum quæstionum altera ad materiam, altera ad formam vocum pertinet. Quæstionem priorem investigando in vocum patrias natales ducimur, fontes peregrinationesque earum cognoscimus.

Fontes huius promiscui sermonis sunt: Hebraica, Græca, Latina antiqui et medii ævi, Italiana, Gallo-Franca, Germanica, Turcica, Croatica, Dalmatica, Polonica aliæque Slavicæ linguæ et inter gentes nationesque vulgariter usitata (quæ dicuntur internationalia) vocabula, ut *caffe, coquus,* Kokusnuss; et ipsa lingua Hungarica e. g. *arany forintones,* Goldgulden, *hidegstitium* (induciæ tempore frigoris). Sed non sola materia hauritur ex Hungarico sermone, verum ipsorum verborum significationes vertuntur in Latinum sermonem serviliter, e. g. *exassare ingenia* = kisütni az ágyúkat (die Kanonen abfeuern).

Voces peregrinæ, externæ aut sine suffixo asciscuntur, ut: *basa, aga, ded* (atavus), *robat* (laboratura, gravamen), quarum magna pars in aliis quoque linguis sine suffixo reperitur et editioni recentissimæ Du Cangii inserta est.

In secundam classem ea referuntur vocabula, quæ simplici suffixo *(us, a, um, o)* instructa Latinam vestem induunt ut: *banus* (a sl. *ban*), *spanus* (der Schaffer), *prica* (die Pricke, orsóhal), *henteleru*s, hentellér (metzger), *bladum* (Gal. blé), *curuco,* onis, kurucz (cruce insignitus miles), *byro,* onis, biró (iudex).

Tum sequuntur vocabula suffixis Latinis vulgaribus, usitatis, aut novis, Cethegis inauditis, formata.

Sed ante omnia observandum notandumque est sermonem nostrum Latinum imprimis supplere, redintegrare sermonem classicum et defectum eius, nam processum vocum formandarum a classicis scriptoribus et ecclesiasticis patribus quasi interruptum provehit, continuat, ad finem perducit. Sic e. g. cuncta verba, quæ in — *are* exeunt et apud classicos orba sunt derivatis, propagat, supplet novis formis, substantivis in suffixa — *atio, -tor* desinentibus per analogiam plerumque eas formas, quas neque apud scriptores ecclesiasticos, neque in latinitate medii ævi facile invenias. — Præterea ratione semasiologiæ continuatur, locupletatur, mutatur sermo classicus; materia vocum ex linguis alienis hausta auget thesaurum vocum non tantum classicarum, sed etiam medii ævi; non tantum formas rationales, sed etiam apud classicos non occurrentes explicat mira varietate, imo respectu sensus, significationis locupletat et restaurat interne linguam. Adeo libere, copiose format voces, thematibus adiungit nota et usitata suffixa, adeo profuse conspergit variis formis sermonem, ut cum lingua Italica conferri possit, quæ etiam ratione semasiologiæ, translationum, associationum similitudines, analogias præbet. In eo quoque convenit cum sermone Italico, quod suffixa quædam studio

præfert aliis. Ita e. g. suffixum — *entia* (Ital. — *enza*) creberrimum est scriptoribus nostris: *inhabentia, cadentia, comedentia, carentia, restantia, animadvertentia, complacentia, incidentia, instantia, efflorescentia, deflorescentia;* ita pro: «*oscitatione*» *oscitantia.*

Fere ex omnibus classicis verbis formantur derivatæ formæ auxilio suffixorum: *-tio, -tor, -trix* et aliorum; ex omnibus adiectivis substantiva in *-itas* desinentia, ex omnibus substantivis adiectiva in *-alis, -arius, -osus* exeuntia; ex omnibus substantivis verba in *-are,* ex adiectivis in *-ficare* desinentia; ex omnibus substantivis, quæ munus, officium significant, suffixo *-atus* nomina munerum, status, conditionis: *iobagionatus, incendiariatus, evictoratus, familiariatus.*

Adeo copiose et libere coniungit cum vocibus præfixa quoque. Negandi causa unicuique vocabulo præfigitur *in*-privativum.

Frequentissime occurrit *neo-* voci præfixum. Scriptor classicus est in formis constans, antiquitatis studiosus, fidus custos consuetudinis et usus traditi, conservator more rigidi iurisconsulti, anxia cura abstinet a simplicissimis formationibus, novis formis. Severa diligentia et pertinacia sequitur præceptum Horatii: *Si volet usus, quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi,* respiciendo usum in libris stabilitum, probatum, thesaurum vocum, rigidam stabilitatem linguæ et elocutionis. Sic. e. gr. scriptor classicus recusat ex *assistere, assistentiam* formare, horret ex *igni igneitatem* (natura ignis) et verbum *reigniri* (naturam ignis denuo assumere) fingere, quod Pelbartus noster formare ausus est.

Scriptor latinus patrius e contra negligit has angustias, temere format voces et suffixa acervat facillime, consequenter per analogiam ad iudicium aurium, quod linguis novellis imprimis Hungaricæ adscribendum est, quæ scriptoris aures etiam latine scribentis et loquentis circumsonat.

In sermone Hungarico ex unoquoque verbo potest substantivum formari, quod in *-ás, -és* desinit e. g. *aludni* (dormire), *alvás* (actus dormiendi), *ütni* (percutere), *ütés* (actus percutiendi) et ex omni substantivo adiectivum suffixo *-os, -i,* e. g. *harag* (ira), *haragos* (iracundus); *hegy* (mons), *hegyi* (montanus).

In lingua classica structuræ quædam syntacticæ usum nominis actionis superfluum reddunt; scriptor classicus adiectiva suffixo *-alis* formata substituto genitivo evitare potest e. g. *electio Palatini* pro: electio *Palatinalis;* contra scriptor novellus patrius suffixum suum frequentissimum *-ás, -és, -ság, -ség,* quo nomina abstracta, et *-os, -es, -i,* quo adiectiva formantur, in sermone latino servat, reddit suffixo *-atio, -itas; -alis, -osus.* Ita uni eidemque themati, quod apud classicos unam tantum habet formam, suffixa, quotquot sunt, adiungit; vocem unicam derivatis multiplicat, familiam grammaticam auget a classicis inchoatam, neque tamen ad finem productam formationem continuat atque perficit. Id non solum ad suffixa, formas vocum pertinet, quin et ad sensum, quem quoque propagat, variat; notionem generalem et fundamentalem omni ex parte exhaurit. Themata classica aut aliena, externa suffixis instruens et significationem abstractam, generalem ad singulos casus applicans, conditionibus accommodans eo progreditur, ut eidem uni themati duplex, triplex suffixum adiungat sæpe cum præfixo, quem morem *Hanel* hac voce ficta: *potentionabilitudinalitatum* illudit et irridet. Huc pertinent: *modalitas, formalitas; caliginositas, certitudinaliter, potentionaliter, consuetudinaliter, hungaricalis, obligatorialis* etc,

Themati per suffixa mutato cohortes vocum derivatarum, notione singulis casibus accommodanda sensus varii, sæpe remoti, secundarii adjunguntur. Brevius iter per exempla: Apud classicos forma sola «*acquirere*» occurrit. In Italico sermone plures formæ ut: *acquistare, acquisizione, acquistamento,*

acquisto, acquistato, acquisito. Scriptor patrius liberalior est, ut demonstrant formæ: *acquirere, acquisitio, acquisitor, acquisitrix, acquisitorius, acquisitionalis, acquisititius, acquisitum, acquisibilis, acquisitionalista, acquisibilitas, acquisibiliter.* Tum in compositis: *coacquisitor, coacquisitrix, coacquirere, coacquisitio, neoacquirere, neoacquisitio, neoacquisitorius, neoacquisticus.*

In sermone classico sine derivatis occurrit «*reluo*». Itali hoc verbum non asciverunt, loco eius *riscatta, ricattare* est in usu. In latinitate patria ex hoc verbo quoque multæ formæ ortæ sunt, ut: *reluitio, reluitor, reluibilis, reluibiliter, reluitionalis, reluitorius, reluitorio-liquidatorius.*

Significatio vocis classicæ «*evincere*» *(evictio)* applicata est ad notionem spondendi; ex hac voce formatæ sunt apud nos voces: *evictor, evictionalis, evincendus, evictoratus* etc.

Apud classicos tantum *descendere, descensio* occurrit. Nostri scriptores hac voce: *condescensio* ad signandum singularem casum, causam iuris, termino technico utuntur: *condescensio causae* (depositio, collapsio causæ) respicientes illam significationem classici verbi *descendendi* (indignum aliquid suscipere, *valami méltatlanba és kedvetlenitőbe bocsátkozni, leereszkedni).*

Imprimis vero hac voce notatur origo communis *(descendens* = generatus, genitus), tum deversorium, deverticulum, præcipue vero hospitatio, castra militum *(descensus).*

A classico adiectivo *invalidus* hæ formæ ortæ sunt: *invalidare, invalidatio, invalidator, invalidatorius, invalidatorium, invalidabilis, invalidabiliter, invalidabilitas, invaliditas.* In Italico sermone occurrit tantum: *invalido, invalidare, invalidità.* Respiciamus vocabulum notissimum: *Arenda,* quod F. Molnár (in «Patvarista novitius» inscripto libro) ex «*áronadom*» aut ex Hispanico *arendar* (locare) derivat. In sermone Italico exceptis vocibus *arrendamento, arrendatore,* potius «*affitto*» «*appalto*» usurpatur; apud nostros hæ formæ inveniuntur: *arenda* v. *arrenda, arendare, arendator, arendatio, arendalis, arendatorius, arendatoria* v. *arendatoriae* (sc. litteræ), *arendatitius, exarendare, exarendatio* etc.

Quam libere, quanta licentia et consequenter formentur voces ad analogiam alius vocis, demonstrat evidens illud exemplum Andreæ Pannonii (in Libello de virtutibus Matthiæ Corvino dedicato) cum scribat: «Nam fides omnium bonorum est *nunciativa, finitiva* et *plantativa,* fides cordium *vivificativa,* fides mentium *illuminativa,* viarum Dei *ostensiva* et dubiorum omnium *manifestativa,* fides est spiritualium tenebrarum et sordium *purgativa,* virtus creaturarum omnium *effectiva* omnium *contentiva* et *conservativa,* omnium *provisiva.*» Et ita tractant etiam alia suffixa, alias voces; os auresque numeros modosque sentire et sequi videntur.

Modo ubertatis fungorum propagata sunt suffixa originis Græcæ, ut sunt: *-isare, -ista, -ismus,* quæ hodie quoque apud gentes cultas non desinunt multiplicari. Nostri delectantur his: *betyarismus, vitiligatismus;* ex novellis: *impressionalista, secessionista, socialista.* Qui termini technici inter gentes velut communes voces *(Volapük)* diffusi sunt, uti: *optimismus, pessimismus, idealismus,* quorum etiam Pott meminit cum dicat: «*allerhand verrufene -ismen*».

In sermone Latino medii ævi et Italico verba in *-are* desinentia multiplicata et vulgata sunt: *utlagare* (expellere, *száműzni), pipare* (fumum haurire, *pipálni), taxare* (æstimare, *taksálni).* Eundem usum experiri et observare possumus etiam apud nostros. Scriptor patrius, si actio exprimenda sit, non dubitat ex quocunque formare verbum in *-are* desinens. — Apud antiquiores scriptores nostros textus Hungaricus refertus est verbis auxilio suffixi *-álni* ex latinis thematibus formatis ut: *currentálni* (currentare), *invagiálni* (invagiare), *practicálni, collationálni, conferálni.* Harum

vocum sonus resonat in auribus et in sermone Latino, velutsi Germani ex verbis in *-iren* exeuntibus verba Latina in *-are* desinentia formarent.

Talia verba sæpe occurrunt in litteris ducum Curuczonem Hungarico ori accommodata, ut: *bombardérozni, commandéroz, mundéromozni.* Suffixum Germanicum respuit, negligit et suffixo Hungarico vocem instruit, ut hodiernum: *telegrafirozni, zsenirozni.* Huic procedendi modo respondet et ipse eius ætatis sermo latinus, ut: *marchirare* (marschieren, *masirozni).*

Vox Latina classica aut peregrina iam derivata pro themate sumitur (sicut etiam in sermone Italico) tumque suffixis instruitur: in sermone Latino sermo Hungaricus, in Hungarico Latinus sermo vestigia relinquit. Pro voce: *iusdicere* viget ex *iurisdictione* promanans: *iurisdictionare, iurisdictionatus;* in locum vocis: *protegere* substituitur a *protectione* profectum: *protectionare.* Pro «*fungi*» adhibetur *officiare* pro «*efficere*» dicitur et adhibetur: *adeffectuare.*

Thema potest esse ipsa forma coniugata, uti: *vidimare* (subscribere, probare, *láttamozni);* quin et vocabula in unum contracta, aut compendio abbreviata, ut: *deutrum* = de eo utrum; deutralis; *iudlium* = iudex nobilium, *incattus* = in causam attractus.

Hungaricum: *hátrálni, retirálni* (terga dare, se recipere) sonat apud Bercsényium: *megtergálni,* quasi a verbo *tergare* formatum. Quomodo verba sarciantur, augeantur exemplum singulare potest legi apud Bercsényium, qui pro: «*inire*» dicit: «*ineálni*», qui, si latine hanc vocem redidisset, consueto sono ductum os eius sponte sua pro *inire* dicturum esset *ineare;* nam a novo themate: *ine* progreditur novam vocem formando.

Idem Bercsényius scribit: *collationálni* et non *conferálni* et revera scriptores nostri latine scribentes dicunt plerumque *collationare* pro: *conferre* servata significatione; mutata enim voce, mutatur et sensus, significatio eius. In allato exemplo vox *collationare* sumi potest vel sensu philologico, aut ecclesiastico, aut iuridicio, quum tamen memoratum *conferálni* (conferre) adhibitum reservatum sit ad exprimendam notionem: *colloqui,* értekezni. Ita quoque verbi derivati: *pensionare* (pensioniren) a *pendere, pensare, pensio* significatio ad casum singularem exprimendum reservata est.

Actus ratioque sarciendi, augendi conpicua est in Italico sermone in formis: *essere, posare* aut in Hungarico: *őtet (őt,* eum); *aztat (azt,* illum) *-tól óta (tól,* inde ab).

Pro *torta* (a torquendo) in latinitate patria *tortata* usurpatur, quasi a verbo *tortare* orta esset cf. *pasta, pasteta.* Vestigia visque huius Italici suffixi possunt agnosci in hisce formis latinitatis nostræ: *strata, mascarata, pomata, pomada, rata, vecata (véka,* modius), *levata, prohibita, appellata, bloquata* etc.

Exemplo vocis superius allatæ: *ineálni* dicitur: *pingálni,* quod latine *pingare* audiret pro: pingere, uti exemplum vocis: *ponare* a «*ponere*» ortæ et deformatæ docet et demonstrat, ut in hac enunciatione: «*ponata fuit summa*» pro: *locatà;* quocum conferendum Hungaricum: *ponálni,* quo Poëta noster Petőfi utitur, cum dicat *secundába ponálni* (eine ungenügende Classe erhalten). Idem dicendum de forma: *usuare* ad normam Italici: «*usare*» pro: *uti* (gebrauchen).

Sermo noster latinus saturatus et contaminatus est vocabulis artificiose fabricatis, vitiatis, fucatis, quorum multa iam usu recepta aures non lædunt, quamquam inepte et insulse facta. Voces latinitatis nostræ per externam et internam analogiam ad iudicium aurium sponte sua nascuntur, multiplicantur facetiarum modo etymologiis popularibus iisque insulsissimis; e multis sint exempli instar: *Bansolman, Bansolmora, Bansulusmora* (Bano pendendum tributum in mardurinis pellibus e

slav. Bani žoložma), *Ferripolium* (dies solis v. dominica), quod veteres Hungari hac die mercibus ferreis negotiati essent (Hung. vasárnap).

Vocabula derivata, aut themata ex classico aut peregrino sermone sumpta pro radicibus habentur et suffixis usitatis rite instruuntur. Ut si qui pro «*dare, donare*» dicat: *dationare, donationare.*

Tenebras significaturi non vocem classicam «*caligo*» eligunt, sed ex adiectivo «*caliginosus*», quod suffixo substantivi ornant, vocem: *caliginositas*. Idem fit cum substantivis in suffixum *-bilitas* desinentibus, quæ substantiva a verbis ex aliquo themate auxilio suffixi *-are* formatis et suffixo *-bilis* in adiectiva mutatis derivata legionem efficiunt. Quæ ratio formandi cum regula generali Scaligeriana conferri potest, qua duce in sermone Græco verba composita formaturi primum nomina composita fingimus, quæ tum in verba transformamus ut: *τῆλε + βάλλω τηλεβόλος, τηλεβολέω, ζωγράφος, ζωγραφέω, τηλεγράφος, τηλεγραφέω* cf. *primum capere, principium, principiare; initium, initiare.* Cum scriptor patrius pro: «*iusdicere*», «*iurisdictionare*» pro: «*conferre*», «*collationare*» dicat, facile potest coniici, quæ sesquipedalia vocabula hoc modo nascantur.

Cum adiectivum ex substantivo, adverbium ex adiectivo formetur, pro classicis vocibus: *certo, certe, forte, casu, consuete* hæc vocabula oriuntur: *certitudo, certitudinalis, certitudinaliter, casualiter, consuetudinarie* etc.

Sermo latinus et sermo Hungaricus priorum sæculorum certabant inter se, et invicem afficiebantur. Huiusmodi exempla præbent: «*stultus*» cui respondet «*stultitiosus*» (balga, balgatagságos) «*copia*» et «*copiositas*» (bőség, bőségesség).

Hanc rationem formandi vocabula sequitur Italus, Gallofrancus et patrius scriptor latinus. Hac arte proferunt nostri scriptores ex antiquis Latinis aut aliis peregrinis, barbaris thematibus ministerio veterum suffixorum nova vocabula, circa centrum thematis conglobatas novas formas; hac arte propagantur e veteribus significationibus novæ significationes, genera in species constringendo et species in genera transferendo; ita prodeunt ex stirpe vocis principalis, ex illa vetusta arbore, novi recentes rami, pullulant novæ virgæ; ita glomerantur circa notionem generalem quasi circa forum notiones singulis casibus accommodatæ. Hoc modo orta est copia uberrima et varietas formarum et significationum.

Voces circa idem centrum circumaggeratæ constituunt familiam, categoriam. sub diversumque obtutum cadunt. Possunt enim observari respectu alicuius suffixi ut e. g. *-orius;* sint exemplo hæc vocabula: *repositorius, possessorium, rectificatorius, moratorius, acquisitorius, arendatorius, reambulatorius, reexecutorius, certificatorius, continuatorius, cassatorius, relaxatorio-continuatorius, interpretatorius, foeneratorius, dormitorium, purgatorium, silvorium, dorgatorium, pipatorium.*

Sed voces etiam alio respectu in classes distribui possunt, ut iam supra fecimus, cum enumeravimus et interpretati sumus formas vocum *acquirere, arenda, validus* auxilio diversorum suffixorum formatas. Hoc eodem modo voces respectu significationis in categorias referri possunt. E. g. *tributum* exprimitur synonimis: *berna, census, collecta, contributio, consuetudo, datium, dica, tallia;* atque hæc synonima nonnumquam idem valent, et inter se permutari possunt, iam pro genere, iam pro specie usurpantur.

Ad exprimendam unam notionem plerumque occurrunt plures voces, ut: *copiator, copista; serviens, servitor; poltura, polturarius, polturacus; molendinarius, molitor, molendinator,*

ex quibus usitatissima ratione Darwini eligitur, aut diversæ formæ ad notandas diversas species, *distinctiones* adhibentur.

Ad classem *purgatorii,* quod eius sensum attinet, infra proferendæ significationes pertinent, quæ ita circa illam notionem generalem, abstractam collocantur, ut exempla, species, casus singulares, ut corolla filo conserta; sub *purgatorio* enim theologus *ignem purgantem;* ordalista *iudicium Dei* (ignis et aquæ); moralista: «fides est spiritualium tenebrarum et sordium *purgativa*»; iuris consultus *iuramentum purgatorium* = iusiurandum, quo quis se purgat, se insontem esse affirmat; medicus remedium, medicamentum vi purgandi præditum, quodque Heine *laxarium* nominat: æstheticus *Katharsin;* Itali præterea grande tormentum, *gran tormento,* cruciatum, pœnam intelligunt.

Scriptores in formandis vocibus ita grassantur, ut Itali, qui vocem Græcam *παραβολή* in *parolam* contrahunt retenta tamen, sed alia significatione, voce «*parabola*».

E vocabulo *parola* cum consuetis suffixis nascuntur formæ: *parolajo, parolina, parolone, parolozza, parlare, parlata, parlatore, parlatrice, parlatorio, parlevole, parlatura, parlottare, parlamento, parlamentare, parlamentario, parlatina.*

Ut ex his exemplis videmus: rami novos ramos producunt, laciniæ laciniis assumtur.

Magnus est numerus formarum secundariarum, multis modis variatarum, quæ scriptorum hæsitationem produnt in eligendis formis. Coniunctionem sermonis Italici et nostri patrii cum classico illustrant hæc quoque exempla: *(coltivare), cultivare (colere); cultivator (cultor); copiare, copiositas* a copia; *meliorare (migliorare),* quæ derivata eiusdem generis sunt, ac, si quis pro: «*permittere*», «*permissionare*» dicat, pro «*cedere*», «*cessionare*», pro «incipere» «*principiare*», pro «*inire*» «*initiare*».

Verum quidem est in talibus formis sæpissme et significationem mutari, ut in *pendere* et *pensionare, stipendiare.* In voce quoque «*cessionare*» ipsa forma actum cedendi exprimit ratione iuris et iurisconsulti, et quasi substituta est enunciationi: *iure cedere.* In hoc casu forma ipsa termini technici partes epitheti agit, monetque inter iurisconsultos de re iuridica agi; ipsæ hac circumstantiæ et conditiones singulari colore afficiunt hanc formam, ita, ut epitheton «*iure*» v. «*sensu iuridico*» superfluum evadat.

Viatores escendere vel descendere de curru et in deverticulum intrare cupientes et inter se latine loquentes sub voce: «*descensus*» idem intelligunt quod F. Molnár in libro inscripto: «Patvarista novitius» scilicet deversorium, deverticulum, hospitium, ut status rerum fert; fama belli vagante tribunis militum latine colloquentibus, honoratioribus, ephemeridibus de bello tractantibus sub nuda voce: «*descensus*» non exposito epitheto, omissa definitione: «*in castra, militum* v. *armadae*» profectio in castra intelligitur; patronis causarum, scribis, iurisconsultis officium suum persequentibus in causa hereditaria sub *descensu* origo, cognatio, sub «*descendentibus*» generati, geniti, sub *ascendentibus* generantes intelliguntur omisso epitheto, ut apud Georch: *e lumbis descendentes;* idem valet de voce: «*defectus*» sub quo, sub certis conditionibus *defectus seminis* intelligendus est.

Cum medii ævi scriptor Slavonicus de «*censu*» loquitur, non ignoramus hoc loco *censum mardurinalem* intelligendum esse, nam ea ætate, ea regione epitheton hoc: *mardurinalis* in voce «*census*» latet.

Sacerdote in templo, iudice pro tribunali, medico in clinica *purgatorium* memorante ex conditionibus, rerum statu, statim intelligitur, quid *purgatorium* significet; ipse rerum status, tempus,

locus, circumstantiæ, tacitæ definitiones sunt et epitheta necessaria occulta; hæc quoque vox: «*activus*» tantummodo tum potest recte intelligi, si epitheton eam comitatur in forma, persona mercatoris, negotiatoris, civis suffragia ferentis, doctoris, grammatici, viri practici aut creditoris.

Locus, tempus, conditio, persona, munus, cultus, eruditio etc. hæc sunt quasi pronomina demonstrativa, epitheta, definitiones.

Audita aut lecta voce: «*operatio*» varia cogitare possumus, sed percepto epitheto e natura loci, temporis, conditionis, personæ sumpto, si e. g. a duce quodam ved a medico quodam expressam audimus, percipimus, desinit ambigua, dubia et obscura esse, notio abstracta definitur, forma expletur.

Superfluum est discipulis in classe *tabulam* uberius *tabulam scholae* vel *scriptoriam* nominare, iudicibus *tabulam* «*tabulam iudicialem*» inter se vocare, non ignorantibus, qua de *tabula* agatur, itaque epitheta omitti, negligi possunt.

Superfluum est Italicis convictoribus epulantibus mensam *tavola da mangiare* nominare, pro: *questa tavola* v. *la tavola* etc. Idem valet etiam de sodalibus cehalibus, apud quos *Magister Tabulae,* Tafelmeister, nominatur, *fölegény* (apud sartores).

In officina scribarum ita dicta cancellaria, sufficit epitheton ad speciem designandam, substantivum epitheto adiungendum omitti potest, cum ibidem tantum de litteris agatur.

Tales sunt e. g.

1. *Armales* sc. Litteræ Armales. *Armalis* (charta) *Nemes levél, czimeres levél* (Adelsbrief).

2. *Ablicentiales* sc. Litteræ Ablicentiales. *Ablicentialis* (charta). Szabadságos levél. Szabadságra bocsátó levél. Felszabadító levél (Abschied).

3. *Cambiales, Campsoriales, Váltólevél* (Wechselbrief) etc.

Hanc vocem: «*legitima*» solam legentibus omnia, quæ ad leges pertinent animo obversantur; itaque difficile est subito rectum sensum huius ambigui latius spectantis epitheti, quod substantivi vices agit, intelligere; sub hac enim voce intelligi potest: *legitima* (sc. uxor), *legitima* (sc. vox), *legitima* (sc filia), *legitima* (poena), *legitima* (potestas) etc. Sed cum inter eos versamur, qui de re hereditaria tractant in facie loci, sub hac voce hereditatem intelligimus, et cum de fratribus bona dividentibus agitur *(condivisionales),* substantivum hoc pro epitheto summimus eiusque indolem primitivam restituimus et hoc modo vocem redintegramus: *legitima (pars hereditatis),* quæ redintegratio vocis in rerum statu latet, tempus, locus significationem tacite subministrant eamque superfluam reddunt. *Legitima* igitur est: pars hereditatis competens, lege præscripta.

Vocabulo «*portales*» lecto hæsitamus, variæ res imaginesque obversantur animo, sed cum hoc vocabulum tempore belli Curuconum ex ore ducis percipimus, qui de rusticis dicit: «két nap két-háromezer propter *portales* előáll,» statim comprehendimus hoc loco *portales* designari satellites, qui alioquin *portales hajdones* vocantur.

Itaque locus, tempus, munus, conditio, persona, eruditionis status etc. epitheta singulares casus; species notantia superflua reddunt. Omnia tacite intelliguntur, in rerum statu latent; aut vero epitheton, species, materia, res concreta *(obligatorialis, legitima, purgatorium)* exponitur et abstractum neglectum et omissum *(litterae, hereditas, iuramentum, medicamen).* locus, tempus, persona etc. tacite monendo signant, ubi litteræ, medicamina inveniantur.

Hungari hodie quoque pergunt formare voces modo et arte scriptorum superioris ævi. In ephemeridibus inscriptis: «Pesti Hirlap» 1896. 8. Febr. hæc leguntur: «Ii, qui ita dicendo gratis ædifi-

cant vias ferreas in usum regionis propriæ, *legati vicinales* sunt. Qui ita ædificant, ut ex eis commoda et fructus percipiant: *legati vicinaliores* sunt. Ii, vero, qui ita moliuntur, ut permulta et permagna lucra et commoda adipiscantur et 5—6 sedes occupant in administrandis viis ferrariis, rectores ac administratores: ii sunt *vicinalissimi* legati».

Hæc vocabula in mentem revocant antiquiorum iurisconsultorum nostrorum artem voces formandi, qui enunciationes graves tali modo tractabant, quorum sermo ita dictam travestiam sapit. Si *scriptor prioris antiqui ævi eiusmodi enunciationibus uteretur ut: vicinalis legatus,* multum desudaremus in sensu huius ænigmatis explicando. Huiusmodi exemplum illustrat satis superque difficultatem terminorum iuris declarandorum.

Talia vocabula formabantur a scriptoribus nostris simpliciter, bona fide, puerili ingenio, ut multa vocabula facetias, sales æmulentur. Scriptores nostri classicorum peritissimi sunt; linguam latinam docte tractant, sed vi rerum gestarum, necessitate conditionum historicarum statuque rerum coacti evitare non potuerunt, quin sermonem Latinum resarciant, veste insolita inducta varient, ad aliud quoddam idque ridiculum detorqueant. Abstinere non potuerunt a novis inventis, institutis, mutationibus, progressibus, studiis, alienis, externis exemplis recipiendis.

Sermo Latinus est vitæ gradatim se evolventis, ætatis usui et genio accommodandus; cumque scriptores nostri generales linguæ leges psychologicas, logicas, analogias, genium sequantur, multis facete dictis et bonis vocabulis locupletant sermonem Latinum classicum, quo secus eleganter quamquam phræseologia iam parata, machinæ instar utuntur; exemplo sint: *Defluus, vinicola, pacifragium, caerulescere, sacrifer, funifex, restiarius.*

Necessitas historica cogit eos propriis rebus studere, nova producere, indolem gentis sequi. Notiones novellas, recentiores, notionum varios colores vocibus classicis exprimunt, itaque respectu significationis quoque augent vocabula classica; e. g. *discumbere* = mensæ adsidere, prandere; *canis sagax,* Spürhund, *vizsla; praetoriani,* königliche Leibwache, *testörök, denarius tribunus,* Obrist, *ezredes, commoditas,* Kutsche u. Abtritt, *kocsi és árnyékszék, septemviratus,* die königliche Septemviral Tafel, *hétszemélyes tábla.*

Quæ tantum fieri possunt variationes, combinationes, eas producunt voces ex classicis thematibus classicis suffixis ornando, præterea auctores fiunt innumerabilium compositarum vocum, græcas voces Latino colore tingendo, cuius rationis progrediendi exemplaria apud Romanos viderunt.

Hæc ipsa copia formarum sufficit vocabulario complendo, quamquam hæc tantum minor pars est vocabulorum novorum, quorum pars altera ex linguis alienis est ascita. Linguæ novellæ libere, sine restrictione materiam mutuantur. Iam apud classicos invenimus materiam importatam, ut sunt: *arrha, arrhabo* (Hebræa), *mapalia, magalia* (Punica), *gaza* (Persica), *framea* (Germanica). Scriptores nostri hæc vestigia prementes obruunt sermonem nostrum Latinum vocibus ex materia aliena, barbara sumptis, sed in formam Latinam redactis. Idem experimur in talibus formis, quod et in lingua Hungarica. Sæpe vox aliena ascita, ne suffixo quidem accommodatur sermoni Latino; exemplo sint: *sinkorán, sincoran* (= chien courant). Materia e diversis linguis et ex sermone inter gentes communi hauritur, congeritur, ut: *thea, caffe, colera, tulipa, opera, eldorado, minister, ministerium, dilettans, Donquixotianus, caricatura, califa, concurrens, loyalitas, impertinentia, correspondentia* etc.

Hic præcipue observandum nobis videtur a scriptoribus nostris multa eiusmodi vocabula in sermonem Latinum recepta esse, quæ in vocabulariis medii et infimi ævi frustra quæras, vocabula forte

recentioris originis (cum iam gentes aliæ sermone Latino non utebantur) attamen notissima sunt et inter gentes usitatissima, vulgaria, trita, usu, consuetudine ubique locorum usurpata. Talia vocabula, ut e slavico: *pletka, polka, ubrussarius* scriptores nostri in textum recipiunt, latina forma instruunt ut: *bureaulis* (a gall. bureau), *buchhaltericus* (a germ. Buchhalter), *Laidinantius* (a gall. lieutenant), *Caftanus* (turc. kaftan), *barrausticus* (gall. barreau) etc.

Quomodo vocabula, enunciationes novis conditionibus, locis, muneribus, rerum statui accommodentur, luculentissimum præbent exemplum præcepta, quæ F. Molnár patvaristæ præscribit, quomodo litteræ ad portam fulgidam Ottomanicam mittendæ concinnari debeant; monet enim vocabula Latinitatis Hungaricæ propria uti: *Iudlium, Birsagium* vitanda et vel classicis verbis, vel voce Turcis etiam nota et inter gentes communiter usitata exprimenda esse.

Verba eius in libro «Patvarista novitius» inscripto p. 40 hæc sunt: «Inter Stylum Iuridicum et Politicum discretam subinde pone distinctionem! nam stylus Politicus seu Publicus ea expressione et talibus terminis instruendus est, ut generaliter omnibus nationibus dati termini communes sint. Male idcirco exponeres in Politicis scribendo exg. in Turciam hoc modo: In præsciti ottomanicæ Portæ Subditi *birsagiatione Tripartitali* Decreto sancita, perque *Judlium* nostrum exacta non minus peccasse; quia in Turcia aut alibi Gentium id intelligi minus posset; proinde dicendum esset: In pœna publica Regni lege sancita perque Comitatensem vel Iurisdictionatum Provinciæ nostræ Iudicem eidem inflicta et exacta.»

Hæc omnia, quæ adduxeram, satis superque probant et demonstrant ingenium naturamque Latinitatis Regni Hungariæ.

Budapestini, 1900 mense Novembri.

ANTONIUS BARTAL.

III.

FONTES.

Abeles, *Simeon Abeles:* Chorea St. Viti. Budæ 1837.

Abelles, J. *Abelles.* De morbis ætatum vitæ humanæ. Pestini. 1835.

Ac. Com. Sopron, *Acta Comitialia* Hungarica *Soproniensia.* Anni MDCLXXXI.

Ackerl, *J. Ackerl:* Castoreum. Pest. 1840.

Act. et Doc. Rákóczy, *Actes et Documents* pour servir a l'histoire de l' alliance de George *Rákóczy* . . . Publiés par A. Szilágyi. Budapest. Maurice Rath Libraire-éditeur 1874.

Act. Synod. *Acta Synodalia* collecta per P. Horányi. Temesvár. 1859.

Adelm. de orig. Turc. Conradus *Adelman. De origine,* ordine et militari disciplina Magni *Turcae* domi forisque habita. (hely és év nélkül). Qu. 485.

Akad. Ért. *Akadémiai Értesitő.* Szerkészti Szily Kálmán.

Adelsberg, E. *Adelsberg* Chlorium Antiphthisicum. Pestini 1831.

Alexy, L. *Alexy.* Animalia medicinalia. Budæ 1838.

Amad. *Amadé* László versei. Olcsó könyvtár 1892.

An. Brand. *Brandl.* Glossarium bohmorav. Brünn. 1876.

An. Coronenses. V. *Kronstadt . . . Annales Coronenses.*

An. Sc. *Analecta Scepusii* sacri et profani . . . collegit et notis illustravit Carolus Wagner . . . Viennæ Pars. I. II. 1774. pars III. 1778.

Andr. Pann. *Abel* J. Irodalomtörténeti Emlékek I. k. Két magyarországi egyházi iró a XV. századból, *Andreas Pannonius* et *Nicolaus de Mirabilibus.* Bpest 1886.

Apor Metam. Trans. *Apor Metamorphosis Transilvaniae.* Pest 1863.

Arch. Rák. *Archivum Rakoczianum.* II. Rákóczi Ferencz levéltára. Első Osztály. Had- és Belügy. Szerk. Thaly Kálmán. Pest 1873. I. k. 1703—1706. II. Rák. Fer. fejed. leveleskönyvei, levéltárának egykorú lajstromaival. II. köt. 1707—1709. III. k. 1710—1712. Pest 1877.

Arch. Ver. Sieb. *Archiv* des *Vereines* für *siebenbürgische* Landeskunde. In Hermannstadt. 1843—90. 28. köt.

Archæol. Ért. *Archaeologiai Értesitő.*

Argenti, D. *Argenti.* De Cephalalgia. Pestini 1836.

Árp. Ok. *Árpádkori okmánytár.* V. *Cod. Dipl. Arp.*

Art. D. *Articuli diaetales.*

Art. Diæt. Pos. *Articuli Diaetales Posonienses.* Anni MDCCXV. Posonii. Ex typographia J. Mich Landerer. Artic. Diæt. Poson. Anni MDCCXXIII. Artic. Diæt. Poson. Anni MDCCXXIX. Artic. Diæt. Poson. Anni MDCCLI.

Art. Jaz. *Articuli Jazygum* et Cumanorum Posonii.

Art. Jur. Thav. *Articuli Juris Thavernicalis* olim post tristem amissæ Budæ omniumque antiquissimorum Juris Thavernicalis Monumentorum cladem recollecti Posonii.

Asp. Ph. Chr. V. *Rák. Ön.* Francisci II. Confessiones et *Aspirationes Principis Christiani.* Budapest, 1876.

Austr. Aust. *Austriaca Austeritas* . . . Authore Anonymo . . . Venetiis. Typis Fratrum Veracii, Constantini et Speracii.

Austr. Auster. Palma. Justi de *Palma* Florentini *Austriacae Austeritatis* eiusdemque Continuationis Confirmatio. Hoc est absurdissimæ Eviscerationis Austriacam Clementiam deprædicantis Refutatio . . . Anno 1673.

Bajzáth Veron. *Bajzáth* de Piszak. *Veronica.* Drama ex originali Germanico senariis latinis reddita. Pestini 1858.

Balassa Cas. Steph. Fr. *Balassa. Casulae S. Stephani* regis Hung. vera imago et expositio. Viennæ 1754.

Bárczay, A Heraldika kézi könyve. Irta *Bárczay* Oszkár. Budapest, 1897.

Batty. Ger. Sancti *Gerardi* episcopi chanadiensis scripta et acta hactenus inedita cum serie episcoporum chanadiensium. Opera et studio Ignatii Comitis de *Battyán* episcopi Transylvaniæ. Albo Carolinæ. Typis episcopalibus MDCCXC.

Batty. Leg. *Leges ecclesiasticae* regni Hungariæ et provinciarum adiacentium opera et studio Ignatii Comitis de *Battyán* Episcopi Transsilvaniæ collectæ et illustratæ Claudiopoli anno MCCLXXVII.

Bék. Debr. főisk. törv. A *debreczeni ev. ref. főiskola* XVII. és XVIII. századi *törvényei.* Irta *Békefi* Remig. Lev. Tag. Budapest. Kiadja a magy. tudom. Akadémia. 1899.

Bék. Közokt. *Árpádkori közoktatásunk* és a veszprémi egyetem létkérdése, irta *Békefi* Remig Dr. Budapest. 1897. Közoktatás 1898.

Bék. Maros. A *marosvásárhelyi* ev. ref. iskola XVII. századi *törvényei Békefi* Remig lev. tagtól. Budapest. 1900.

Bék. Pászt. A zirczi, pilisi, *pásztói* és szent-gotthardi cziszterczi apátságok története. Harmadik kötet. A pásztói apátság története 1190—1702. Irta *Békefi* Remig dr.

Bék. Pil. A *pilisi apátság története* 1541—1814. Irta *Békefi* Remig dr. Pécsett, 1892. Második köt. 1184—1541. 1891.

Bel. Calv. *Bellum* Joannis *Calvini* et Jesu Christi Nazareni Dei et Hominis . . . autore M. Alberto Grawero. Scholæ Cassoviensis Rectore. Bartphæ. Imprimebat Jacobus Klös. Anno 1597.

Bell. Cell. *Christophori Cellarii:* Latinitatis liber memorialis interpretatione Germanica, Hungarica et Bohemica locupletatus a Math. *Belio* 1777.

Bel. Comp. Geogr. *Geographia.* Perillustri Generoso ac Nobilissimo Domino Paullo Jeszenak etc. dedicat Auctor. Scribebam Posonii die XXVII. mensis Julii A. O. R. MDCCXXXXVIII. Erudito Lectori S. P. D. Matthias *Belius* . . . Posonii Anno MDCCXLIX. Compendium Hungariæ Geographicum editio tertia 1779.

Bel. Prod. Mathias *Belius* Pannonius. Hungariæ antiquæ et novæ *Prodromus* cum specimine, quomodo in singulis operis partibus elaborandis versari constituerit. Norimbergæ 1723.

Bene Med. Francisci Bene: Elementa *Medicinae* Practicæ e prælectionibus illius publicis edita per Fran. *Bene* jun. Tomi I—V. Pestini 1833—34.

Bene Pol. Franciscus *Bene:* Elementa *Policiae* Medicæ, Budæ 1807.

Beng. Ann. Er. Cœnob. Nic. *Benger. Annalium Eremi-Coenobiticorum* ordinis fratrum Eremitarum S. Pauli R. R. P. Vol. II. Posonii 1743.

Benkő Im. Nat. Sic. I. *Benkő. Imago inclytae* in Transilv. *Nationis Siculicae.* Cibinii 1791.

Benkő Top. Misk. Sam. *Benkő. Topographia* oppidi *Miskoltz* historico-medica auctore Samuelo Benkő. Denuo edita per Jos. Szathmáry. Miskolczini 1818.

Benz. J. H. Christiani Augusti Beck . . . *Jus publicum Hungariae* cum notis autoris et observationibus Josephi *Benzur.* Viennæ. Apud Joh. Paul. Krause 1790.

Beszt. Levt. *Beszterczebányai Levéltár.*

Beszterczb. ág. gymn. Ért. *Beszterczebányai ág. gymnasium Értesitő.*

Bet. J. Com. J. *Bethlen Commentarii* de rebus Transsilvanicis Viennæ 1778.

Bethl. G. Lev. *Bethlen Gábor* fejedelem kiadatlan politikai *levelei.* Szilágyi Sándor. Budapest, 1879.

Bizarus de bello Pannonico. *Bizarus* P. Pannonicum *bellum* sub Maximiliano II. Basileæ 1573.

Boc. Hung. M. Joan. *Bocatii* Poëtæ Lau-

Additamentalis, ad Additamentum pertinens; *pótlék...* Faber. Jur. Met. 88. Co-Urburarii cuiusvis Metallifodinæ admensas ratas *additamentales* rite pendentes, in partes fodinales, quæ Retardatum subivere, jure prærogativæ et prioritatis polleant.

Additamentalis syngrapha, (Jus met.); *pótlevél.* Ger. Zubuszettel. Törvt. Msz.

1. **Additamentum,** fæx; *maradék, üledék.* Ger. Lech. Opin. in montanisticis 9. 2. crudiores auro et argento minus fertiles venæ, in crudum elaboratæ, idest cum primam fusionem subivissent, si *pyritaceae* sint, *additamentum* quidem sic dictum *Lech* relinquunt.

2. **Additamentum,** *pótlék,* Zubusse. Juricv. Jur. Met. 151. Est itaque *Additamentum* certa per Curatorem Fodinæ determinata atque ab officio montano regulata pars necessariorum sumtuum fodinalium, quam quilibet Courburarius pro numero partium suarum fodinalium conferre tenetur.

1. **Additio,** accessio, additamentum; *toldalék.* Wagn.

2. **Additio,** consilium adjunctae; *kisebb tanács.* It. Giunta. V. s. *Sapiens.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 92. an. 1421: in consiliis rogatorum et *additionis.*

Addititia pecunia, collibus, i. V. s. addititius; *felpénz, ráfizetés.* Ger. Agio.

Additium, Additum, additamentum; *toldalék.* It. addizione (lega di metalli). Kecsk. P. Ötv. Gloss. 135.

Additiuncula, diminutivum ad additionem; *pótlékocska.* Batty. Leg. T. I. p. 160. privilegium... una cum *additiuncula.*

Addititius 3. additus; *hozzáadott.* Kronst. II. 65, 510, 579, 603, 691: *addititia* pecunia.

Adductus, us, m. g. (ad + ductus), alveus fossa, agger; *meder, árok. Chorographia Transilvaniae,* Reychersdorff p. 794. Hic geminæ pariter tolluntur ad æthera rupes, Saxaque præruptis cautibus atque rigent. Rivulus hinc cursu fluit inter utramque rapaci. Aureus hinc nitidis excipit amnis aquis, Perspicua est *ipso adductu,* quæ sumitur unda,

Candidulus scrupeos fundus et imus habet. Pár. Páp.

Adecimare, pro: addecimare (Du C.) decimam accipere; *tizedet kapni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 96.

Adeffectuare, ad effectum perducere; *végrehajtani.* Szilady Tör. Magy. Tört. Eml. VII. 516. ac proinde antelatum Beldium et Csakium eo allaborare, ut factiones, quibus diurnis nocturnisque laboribus *adeffectuandas* Austriacorum intentiones promovere possint.

Adens, præsens; *jelenlevő.* Rač. Mon. Sl. VII. 165: *adentibus* istis: (sequuntur nomina).

Adentia, præsentia; *jelenlét.* It. presenza. Gall. présence. Germ. Gegenwart, Anwesenheit. Luc. Regn. Dalm. 97. Ut autem hoc affirmative stabiliatur illud in audientia et in *adentia* prælibatorum astantium Regaliter auctorizo.

Adeptus, artibus initiatus. aurifaber; *nyertes, bölcskőves.* Phil. Műsz.

Adespotus 3., sine domino; *ur nélkül való.* Kelem. Inst. Jur. II. 45. Plerasque res etiam in peculiari et privato Regnicolarum dominio existere; reperiri tamen etiamnum posse aliquas, quae tali privatae proprietati nondum addictæ sunt, *ideoque adespotae* vel *vacantes* dicuntur.

Adessenarii, Lutheri circa annum 1761. orti sectatores, qui præsentiam corporis et sanguinis Christi in Eucharistia varie interpretabantur; *jelenzők.* Nagy Hier.

Adessentia, æ, *pracsentia, jelenlét.* Imre. Phil. 520. *Immensitas* seu *Omnipraesentia* est illud attributum, quo Deus nullo spatio limitatus neque ullo loco conclusus ubique et omnibus adest, non extensione aut essentiæ multiplicatione sed vi efficaci suæ naturæ infinitæ omnia penetrando, indagando. movendo, Numinique suo præsentissima habendo. Unde perfectio hæc etiam substantialis seu *operativa indistantia* vel *adessentia* aut *ubiquitas* Dei barbare dicta est.

Adextus, foris; *ki-felé.* Coll. II. 95: omnes pecuniarum *adextus*... transpositiones severe... vetantur.

Adfamulare, adiuvare; *segédkezni.* Moln. Patv. 14. si vero ea necessitas te Principali tuo non retrahit vel in domo aliena id contigerit, ei continuo *adfamulator.*

Adferruminatio, actus ferruminandi: *odaforrasztás.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 67. quod variis modis perficitur: Inclusione, *adferruminatione,* intextura, pictura, scriptura, inædificatione etc.

Adfilare, educillare; divendere liquores; *húzni, kimérni.* Ljub. Mon. Sl. XI. 123. an. 1322: nulla tabernaria, que vendat vinum ad minutum debeat *adfilare* in *instrago,* in quo vendet vinum. [Ker. Nap. 158.

Adfiliatio, adjunctio; *hozzákapcsolás.*

Adfirmativus 3., affirmans; *erősitő, állitó.* Severini 37.

Adfusum, i., dilutum; *oldat.* Bene Pol. 120. *Adfusum* acidum sacholacticum præcipitatum.

Adgenerare, producere; *létre hozni.* Andr. Pann. 170 tamen voluntas potest imperare appetitui sensitivo moderando passiones huius circa fugienda vel prosequenda et ex his actibus potest derelinqui et *adgenerari* quidam habitus, qui potest dici virtus.

Adgeniculare, (Du C. adgeniculari) ad genua provolvi; *térdre borulni.* Gyön. 384.

Adgratiari, impunitatem, veniam dare; *megkegyelmezni.* begnadigen. Kelem. Hist. Jur. Pr. 428. Malefactorum dimissores amissione privilegiorum et refusione damnorum puniantur; *adgratiandi* facultate soli Regiæ Maiestati reservata.

Adgratulari, alicui de prospero eventu, cui iam gratulabantur ceteri, gratulari; *gratulálni.* Fej. T. XI. V. Unici. 55. Eugenius PP. IV. Alberto Romanorum regi electo *adgratulatur.*

Adgravari aliquem, punire victum; *megbüntetni, terhelni, birságolni.* Not. J. Samb. Tyrn.

Adhabere, habere, possidere; *birtokolni.* Kub. C. Árp. I. 100. an. 1277: restituimus (sc terram) iterato pacifice *adhabendam.*

Adhærens, substant., res adhaerens, quod adhæret alcui rei; *járulék.* Pázm. Dial. 175. Ratio: nam illa prædicantur in quid, quæ conveniunt subiecto nec significantur per modum *adhaerentis* seu adiacentis nec adhærent subiecto.

Adhærentia, (ab adhærendo), 1. adhæsio, 2. appertinentia, 3. propensio, inclinatio animi; *1. tapadás, 2. tartozék, 3. vonzódás.* Andr. Pann. 275. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 559. Pel. De S. Magdal. s. II. c. 2.

Adhamare, incurvare; *meghorgasztani.* Gyön. 388.

Adherant pro: *aderant.* Kub. C. Arp. I. p. 7 5. a. 1270.

Adherens, tis, assecla, fidelis; *hive.* Magy. Törv. Tár XI. 31.

Adhortatiuncula, dim. ab Adhortatione; *egy kis intelmi beszéd.* Brezny. II. 13. idiomatis germanici ignarus latine instituit *adhortatiunculam* de concordia.

Adhortatorius 3. hortativus; *intő, intelmi.* Pázm. Dial. 50.

Adhuc semel, iterum; *még egyszer.* Wagn.

Adhucusque, usque ad hoc tempus; *eddig.* Kass. P. P. I. 149. iuratæ obligationi omni accuratia *adhucusque* satisfaciendo.

Adiacentia, æ, 1. res quæ adiacet, pertinet ad possessionem, 2. regio, *1. tartozék, mellette fekvőség, 2. környék.* Fej. II. 268. cum theloneis duobus, qui vulgo muta vocantur, cum omnibus *adiacentiis* et rebus ad eandem terram pertinentibus.

Adiaphorismus, indifferentia, in religione; *közömbösség vallási dolgokban.* Otia. Bachm. 33. Melanchthonem nonne vos ipsi Calvinismi *Adiaphorismi* ac Synergismi accusatis.

Adiaphorista, æ, (Du C.) Inter evangelicos dicti sunt, qui paulo post inceptam, uti vocant, reformationem, indifferentes quosdam ecclesiæ ritus retinere posse censebant; *közönyösködő.* Száz. XXIX. 233.

Adiaphoristes, *közönyösködő, közömbös.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 124. Obit quoque Philippus Melanchthon *Adiaphoristes.*

Adicere, velle; *akarni.* Knauz. M. E. Str. I. 411. 535. Non *adicientes* paternitatem vestram pluribus occupatam diucius retinere.

Adimentum, ademptio; *elvevés.* Knauz M. E. Str. II. 191, 173.

Adimpendere impendere, tribuere; *nyujtani.* Szék. Okl. III. 203. Extunc illis reclusis ad limitationem dampnorum huiusmodi per hos quorum interest, Satisfaccio *adimpenderetur.*

Adimplere, explere, implere, perficere; *teljesiteni.* Wagn.

Adimpletio, patratio; *teljesités, elkövetés, teljesülés.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 15. Impia est promissio, quam sequitur sceleris *adimpletio.* Vern. Psych. 115.

Adinere, inire vet exire aliquem pati; *ki- v. bebocsátani.* Gyön. 406.

1. **Adinvenire,** invenire; *találni.* Arch. Rak. VIII. 224. modusque omnino certissimus *adinveniatur.*

2. **Adinvenire,** velle, optare; *óhajtani.* Fej. Vol. VII. 188. 151. Cum in multitudine plebis rohur Regum et gloria attendatur et adcrescat, merito regalis *adinvenit* sublimitas, ut populus sibi fines et numero et viribus augeat.

Adinvencio, ritus, mos. (apud Du C. acquisitio); *szokás, hitbeli meggyőződés.* Chr. Dubn. p. 60: Permiseruntque eos (sc. paganos Hungaros) secundum desideria cordis eorum, ut irent et perirent in *adinvencionibus* antiquorum patrum suorum.

Adinventio, onis, machinatio; *incselkedés.* Dipl. Andreæ II. Cum Simon Banus... novo et inaudito genere iniquitatis et nequitiæ *adinventionibus*.... mortis.... Gertrudis Dominæ Reginæ... particeps exstitisset. Cf. Jogt. Eml. T. I. p. 4.

Adipiculus, i. (Du C.) dem. ad adeps = parva pars adipis; *kicsi köverség, velő.* Gyön. 400.

Adipocereus 3., adipatus; *zsiros.* Ackerl 8. materia *adipocerea.*

Adiposus 3., adipatus; *hájas, kövér.* Hist. Nat. 58. dorsalis vero vel una (pinna) vel duæ vel tres sæpius absque radiis *adiposa* aut spuria nominata.

Adire coelum, usque ad coelum porrigi; *ég felé nyulni.* Jan. Pan. Poëm. P. I, 344. Illa ego, quæ recto *coelum* modo vertice *adibam* Arbor, humum pronis verro cacuminibus.

Adirectare, (Du C. attingere) viam monstrare; *utat mutatni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 97.

Adjaculatio, iactantia; *nyegleség, hetvenkedés.* Jan. Pan. Poëm. P. II. 39: ad ista contorquens animam inspectatio et velut *adjaculatio* turpitudinem habet.

Adjeniculatus 3. pro: *adgeniculatus* = promptus, paratus; *kész.* Gyön. 383.

Aditiculus, i, dem. ad *aditus;* parvus aditus; *kis ajtó, ösvény.* Gyön. 439.

Adjudicacio, sententia; *itélet.* Cod. Dipl. Pat. P. I. p. 288: iuxta *adjudicacionem* viri magnifici.

Adiudicari factio, adiudicatio per alium vel alios; *odaitéltetés, megitéltetés.* Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára Vol. II. 241.

Adiudicata, æ, sententia, litteræ sententiam continentes; *itélet, odaitélő levél.* Arch. Rak. IX. 16. möllyet az vármögye deliberatiójával és az *adjudicatával* mögbizonyíthatok és az *Regius Consensussal* is. Deák. Magy. Hölgy. 200.

Adiudicativus 3., per iudicium alicui addictus, attributus; *biróilag odaitélt.* In Corp. Juris: adiudicatoriæ literæ. Cod. Dip. Hung. And. Vol. V. 41.8, 42.14, 75.26 —

iuxta continenciam et formam literarum *adiudicativam* sententiam vestram exprimentium.

Adiudicatoriæ, literæ sententiam addicentem continentes; *odaitélő levél.* Georch. H. T. II. 153.

Adiudicatoriæ Sententionales, sententiam addicentem continentes litteræ; *odaitélő, határozatot tartalmazó levél.* Pesty Szőr. III. 410.

Adiudicatorialis, adiudicans; *itélő (levél).* Szék. Okl. III. 209. literis *adiudicatorialibus.*

Adiudicatorius 3., adiudicans; *odaitélő.* Knauz M. E. Str. II. 557, 868.

Adiudicatum, i, res adiudicata; *odaitélt dolog.* Cod. Dip. Brüss. IV. 118.

Adjuncteria, æ, dignitas et munus eius, qui alicui adiutor datus est; *segédi hivatal.* Germ. Adjunctur. Szilády Á. Irodtört. Közl. VI. évf. I. f. 102. hogy keritsek valamely jó *Adjuncteriát.*

Adiunctio, actus adiungendi; *hozzátétel, huzzátartozás.* Nagy. Jus. Trans. Sax. 67. De *Adiunctione* est regula :quæcunque res alterius rei ita iungitur, ut vel pars eius fiat vel sine ea ut fundamento suo esse non possit, cedit ei, cui iungitur, ut purpura vesti, ædificium solo, scriptura chartæ. Exceptio est in pictura ob præstantiam artis.

Adiunctus, i, minister, adjutor; *segéd.* Jókai Kárp. Z. 379. *adjunctusok* vagy *juratusok, segédek.* Juriev. Jur. Met. 38. in specie sint officiales urburariales: Fodinarum Directores, Cassirii, Scribæ, Spani. Appertinentiarum fodinalium ac operariorum Magistri horumque *Adiuncti* et *Subadiuncti.* Nov. Cal. 106. Kass. P. P. I. 9.

Adiurare, ad sacramentum adigere; *megesketni.* beeidigen. Rit. exp. ver. H.: qui cum missi iurare Varadinum parati essent iurare, prenominati adversarii confessi sunt eos terram habere ad tria aratra nec *adiuraverunt* eos. Opinio Deput. 30. ut in posterum Advocati tantum coram Curia Regia et Tabula Banali examinentur et *adiurentur.*

Adiurgare, obiurgare, verbis castigare; *megfeddni, megdorgálni.* Nagy Hier.

Adiurnare, (Du C. *adjornare, adjurnare)* diem dicere alicui. citare, in ius vocare; *határnapot kitüzni.* Gall. adjourner. Nagy Hier.

Adjustamentum, æqua compositio; *jogos kiegyenlités.* It. aggiustamento. Jogt. Eml. T. III. p. 308: in partibus processus suum consequi debeat *adjustamentum.*

1\. **Adiustare,** componere, exæquare; *kiegyenlíteni, eligazítani.* Reg. Mil. p. 34: Quodsi ... differentiæ evenirent, ... tales *adiustandae* ... erunt. Csaplov. Nucleus p. 86.

2\. **Adiustare,** (Du C.) adaptare; *kiállitani, felkészitni.* adjustiren. Pest. Vár. Lev.

Adjustatio, exæquatio; *kiegyenlités, eligazitás.* Arch. Rak. VIII. 83., mely dolognak *adjustatiojában* stb. Csaplov. Nucl. 21. Magy. Jogt. Eml. 437. Proj. Leg. Civ. 212. Per proportionem colonis nihil decedere potest atque ideo, ubi Colono Fundus extravillanus in *adiustationem* intravillani datus est.

Adiustitio, alias: adiustatio, restitutio damni; *megtérités.* Száz. XXIX. 735.

Adjuta, æ: subsidium, supplementum. V. *Caristialis Adiuta; drágasági pótlék.* Faber. Jur. Met. 125. Reg. Turm. Præt. 80. *adjuta* aliqua e fundo Turmæ resolvenda est.

Adjutans, antis, adiutor castrensis; *segéd.* Arch. Rak. I. 11. Georch. H. T. IV. 69.

Adjutantius, i: Adjutans q. v.; *hadsegéd, segédtiszt, segéd.* It. ajutante. Arch. Rak. VIII. 392. Szirm.

Adiuvamen, auxilium, adiumentum; *segítség.* Georg. Sirm. I. 95. venerant ad *adiuvamen* rogare mensionariam eorum a Rege.

Adlaterare, adjungere; (Du C. latus tegere); *oldalhoz csatolni.* Pest Vár. Lev.

Adlaterari, lateri adiungi; *oldala mellett lenni.* Kass. Jur. Civ. I. 270. in Comitiva Domini NN. Jurati ... *adlateratique* mihi Tabularis cancellistæe Nobilis Alexandri N. adpellens. Nagy Hier.

Adlerholti, lignum nobile, species generis arborum, quæ vocantur aquilaria, quarum ligno suavis odoris incolæ Orientis vim medicatoriam adscribebant. Unguentis ex hoc ligno confectis cadavera mortuorum ungebantur, ætate hac chinenses eo pro suffimento et remedio ad firmanda hepata utuntur. Conficiuntur ex eo etiam res scriniariæ. Bel. Geogr. X. 659. Ager eius scatet ... ligno nobili quod *Adlerholti* vocatur.

Adlinire, lenire; *megengesztelni, megnyugtatni.* Germ. besänftigen. Chr. Dubn. p. 65: Hys itaque verbis Bela *adlinitus* cum omni familia sua venit ad regem.

Admanuare, dare in manus, tradere; reddere; *kézbesíteni, átadni.* Kövy. El. 641. Judicialis scripta admonitio fit vel personaliter, cum admonitoria ipsi admonito *admanuatur* vel de domo. Knauz M. E. Str. I. 565, 728.

Admanuatio, actus tradendi, in manus dandi; *kézbesítés, átadás.* Magy Jogt. Eml. I. 492.

Admaturatio, actus admaturandi, maturatio; *siettetés.* Germ. Beschleunigung. Cod. Camb. Merc. 95. Forma libellatoria adoptata, ut hæc fini suo quippe causarum *admaturationi* respondeat. Dipl. Alv. I. 379.

Admentum, (Du C.) pro: *Amentum, lorum,* quo iacula contorquebantur; metaphorice vero: *validius argumentum. 1. a hajító dárda szíja, 2. erősebb ok.* Nagy Hier.

Adminiculativus, 3. fulciens, opportunus, secundus; *kisegítő.* Arch. Ver. Sieb. XXVII. 124. singularitatibus *adminiculativis* ein indicium tale quale constituieren.

Adminiculator, (Du C.) ab adiuvando dictus. Hic septimus erat ex Officialibus Romanæ Ecclesiæ, pro viduis, pupillis et egenis procurabat; quod munus hodie *pauperum advocatus* facit; *szegények ügyvédje.* Nagy Hier. Pár. Páp.

Adminiculatorius, 3., auxiliarius; *segítő, segéd.* Pázm. Dial. 45.

Adminiculum, sensu translato: perspicillum; *pápaszem.* Jan. Pan. Poëm. II. 101. cum hebetatis jam luminibus sine *adminiculis* legere jam non potero.

Administer Sequestri, sequester; *zárgondviselő.* Kass. P. P. I. 190.

Administrarifacere, administrandum curare; *elintéztetni.* Szék. Okl. II. 56.

Administrationalis, ad administrationem pertinens; *kezelési.* Száz. VI. 510.

Administrative, via procurationis; *hivatalos uton.* Fej. XI. V. Unic. 246. de tricesimis ... cameris et quibuscunque officialibus in arendam *administrative* ... liberam disponendi facultatem modo consueto habemus.

Administrator ladae fraternitatis, curator fisci collegii; *társláda,testvérládagondnok.* Besztb. Levt.

Administrator Massæ, sequester; *csődtömeggondnok.* Kass. P. P. I. 191.

Administrator officii Supremi Comitis; *főispányi helytartó.* Kass. Prax. I. 24. Is qui Comitatui iure gubernationis præest vocatur Supremus Comes, Főispány, qui vero huius vices subit, *Administrator officii Supremi Comitis.* Főispányi Helytartó. ...

Administratoratus, us, officium curatoris districtus; *helytartóság.* Ac. Com. Sopr. 172.

Administratorialis, administratoris, ad administratorem pertinens; *helytartósági.* Hist. Eccl. Ev. 192. die 31. Oct. 1747 tradiderunt libellum supplicem, quo singulatim argumentum Rescripti *Administratorialis* d. 20. Junii 1747. recensent.

Administratrix, quæ administrat; *kezelő(nő).* Kov. Form. St. 422. altera Procuratrix et *Administratrix* victualium earundem Sanctimonialium. Nov. Calend. 321.

Admiralis, (ab arab. amir al bāhr) dux, præfectus classis; *tengernagy.* Wagn.

Admiralius, i, Admiralis q. v. Tör. Tár. 1890. p. 453. an. 1650.

Admirande, adv. ab admirandus, admirabiliter; *csudálatra méltóan, bámulatosan.* Rák. Ön. II. p. 364. l. 16—19. 18.: ... quid est mundanarum deliciarum et illecebrarum, quod gustare non permisisti, quid amarum, quod non potasti tam *admirande* miscendo hæc illis, ut nunquam illecebris defuere amara ...

Admirare pro: admirari; *csodálni, bámulni.* Hoc verbum scriptor noster in aliquot locis forma activa usurpavit pro forma deponenti. Rák. Ön. II. p. 39. l. 3—4.3.: *Admirabam* montis Vesuvii celsitudinem ...

Admirationem habere, mirari; *csodálkozni.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 157. an. 1422: nostra dominatio maximam *admirationem habuit.*

Admiratus, i, pro: admiralis, præfectus classis; *tengernagy.* Ljub. Mon. Sl. V. 167. an. 1409: magnum *admiratum* Turchorum. Cf. Fej. X. 1, 96.

Admissalia, orum, (Du C.) merces pro missis celebrandis; *misedíj.* Nagy Hier.

Admissibilis, e, qui, quæ, quod admitti, concedi potest; *megengedhető.* It. ammissibile. Verancs V. 130. Verum, clementissime imperator, non desunt etiam contraria argumenta, quæ diligentius pensitata viderentur esse *admissibilia,* quodque hosti possunt concedi aliqua, nunc rebus nostris ita languentibus.

Admissio, amissio. Text. v. s. *Adgratiari.*

Admissionales, (Du C.) qui introducendi ad imperatorem hominibus præfecti sunt; *ajtónállók, komornik.* Gyön. 427.

Admissor, qui admittit; *engedő.* Art. Diaet. Pos. 43. Quemadmodum Causas quoque contra Turbatores et non *Admissores* Judiciariarum Executionum Protonotarialium ac Bonorum per ipsos Protonotarios executorum Reoccupatores motas et movendas.

Admittere, prætermittere; Nota Batty. se nullum habuisse in hoc opere prævium, quem sequeretur; *elhagyni, mellőzni.* Batty. Ger. 2. Fateor... me quemquam in hoc, quod examinandum postulasti, minime *admisisse.*

Admodiatio, actus speciem, ornatum conciliandi alicui rei; *elkészités, beavatás.* Germ. Appretur. Opin. Deput. 39. Ad merces sub pactatis conditionibus recipiendas vel tradendas, si hæ sub ipsis nundinis *accordatae* vel *subarrhatae,* aut illarum ad nundinas *admodiatio* stipulata fuit, et in nundinis in natura præsto sint erectæ. Cf. Faber. Jur. Met. 44.

Admodiator, qui præparat; *késztő.* Lzb. Cod. Med. III. 603: medicamentorum *admodiator.* Cf. Opin. 1840 in re sanitaria Tit. II. I.

Admodire, (Du C. *Admodare)* accommodare, moderare; *simitani, módosítani.* Nagy Hier.

Admonitoriæ (scil. litteræ) admonitionem continentes; *intő levél.* Pesty Ször. III. 280.

Admonitorius 3., V. *Pulsus; figyelmeztető.*

Admonitorio-Certificatoriæ, admonitionem et citationem continentes Litteræ; *intő-idéző levél.* Kass. Jur. Civ. II. 6. Si nihilominus Admonitoriæ essent insimul etiam Citatoriæ, ut dici consuevit *Admonitario-Certificatoriae.*

Admoratus, Admiralis q. v. *tengernagy.* Ljub. Mon. Sl. XXI. 91. an. 1436: ambassiator... domini *admorati* regi bei.

Adnasci, nasci in... *rajta keletkezni.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. III. 39. Aliquibus arboribus — viscus *adnascitur.*

Adnata (sc. tunica oculi); *szemhéja.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. 1. p. 201. Ex quibus (tunicis) prima et extima est: *Adnata,* quæ maximam partem oculi circumtegit et vocatur etiam a colore *Alba.*

Adnexive, adnectendo; *hozzácsatolva.* Georch. H. T, II. 87. így lehet a kéremény p. o, magvaszakadás és király igazsága erejével (titulo defectus *adnexive* cum Jure Regio).

Adnexum, i, scriptum annexum, adiunctum; *függelék, toldalék, melléklet, csatolmány.* It. annesso. Kass. P. P. 1, 206. scopo publicationis prætitulatis Dominationibus Vestris *in adnexo* transmittitur.

Adnihilitare, ad nihilum redigere, delere, exstinguere, tollere; *megsemmisiteni.* It. annichilare, annientare. Fejér. X. 1. 685. et wille Rewth vocatarum destructe essent et *adnihilitate.*

Adnigrati, (Du C.) prostrati, subacti, vilificati; *leverettek, lenyomottak.* Gyön. 453.

Adnodare, firmare; *lekötni.* Ljub. Mon. Sl. I. 93: scripturæ vinculo debeant *adnodari.*

Adnullatio, actus in nihilum redigendi; *megsemmisités.* Batty. Ger. 205: Huic... comparantur impii, quo illorum quanto sit profutura *adnullatio,* patenter omnibus innotescatur.

Adobrutus, 3., obrutus; *megterhelt, elhalmozott, elárasztott.* Illésh. Dialog. 305. nunc nova fallacia manibus pedibusque promovenda est, quæ animum meum *adobrutum* adstante curarum fluctu pristinæ tranquilitati restituat.

Adoha (Du C.) omne servitium pecuniarum, quod præstatur per feudatarios videtur dici ab *adunatione;* unde etiam *Dohana* vel *Doana.* Gall. Douane; *pénzbeli egyezkedés.* Vuch. Jur. Feud. 172. Redemtio servitiorum militarium generatim dicitur *Adoha.* Versilberung der Lehendienste. Schwart. Scult. 140. Sculteti scilicet curabant proventus dominicos, iudiciis adhæc vacabant, molamque regebant frumentariam; has autem fere hominum classes, leges domesticæ, prout Gallorum quoque, ævi intermedii ad militandum in persona non compellunt: ut adeo vel fratres filiosve, vice villici, secutos castra fuisse vel cum hoc onus ære quod *Adoham* ab hung. adó? Europæ populi vocabant redemisse aliquando putandum sit.

Adolescens nobilis aulicus, puer regius; *apród.* Edelknabe. Diar. Com. 45.

Adolescentes Regiae Majestatis, *apród.* Germ. Edelknabe. Prisc. Serv. p. 39: *Adolescentes Regiae Majestatis* erant, qui moderni *Edel Knaben* quales in fragmento Engeli Monumentis Ungricis p. 226. nominantur.

Adolescenciari, luxuriare (Du C. adolescentium more vivere); *bujálkodni.* Gyön. 463.

Adolescenticula, æ, femina adolescens; *ifiu leány asszony.* Gyön. 452.

Adolescenturire, 1. modo adolescentium vivere, 2. in adolescentiam redire. (Laber. ap. Non. 74, 15.) *1. ifiuság erkölcsei szerint cselekedni, 2. ifiuságra térni.* Gyön. 464.

Adonidis horti, apud græcos hibernacula plantarum brevi tempore virentium; *Adonis kertjei.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 134. *Adonidis horti.* Applicatur hæc paræmia rebus leviculis parumque frugiferis et ad brevem præsentemque duntaxat voluptatem idoneis.

Adoptare, (Du C.) omni voto optare, desiderare; *vágyva vágyni.* Batty. Leg. T. II. 82. an. 1075: adstruere ecclesiam *adoptavi.*

Adoptare in Senatum, cooptare; *választani, felvenni.* Wagn.

Adoptativus, 3., adoptans; *örökbefogadó.* Pesty Ször. III. 80. *Adoptativa* fraternitas.

Adoptiani, (Du C.) Hæretici, qui auctoribus Felice et Elipando in Hispania Episcopis asserebant: Christum secundum naturam humanam nonnisi adoptione et gratia Dei esse Dei filium. Damnati sunt in synodo Francofurtona sub Carolo M. anno Christi 794. *Jézusfiusitók.* Nagy Hier.

Adorare, (Du C.) in sacris literis et apud scriptores ecclesiasticos sæpe pro *honorare* et *venerari; imádni, tiszlelni.* Nagy Hier.

Adorator, sacerdos; *pap.* Georg. Sirm. 1, 51. Et ista coram Deo altissimo in memencione faciebant viri *adoratores* et sic amplius unus comparuit.

Adormitare, obdormiscere, somnus opprimit aliquem; *elszunyadni.* Prot. inq. 237. XX. et quando claudebatur chorus, ibat ad labium claustri et frequenter tantum orabat ibi, quod ego me *adormitabam.*

Adornamentum, ornamentum; *ékesség, dísz.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 308. in *adornamentum* Marianæ statuæ Remetensis monile aureum... pio dono contulit.

Adornatio, actus ornandi; *diszités, fölékesités.* Pel. In cena Domini s. IV. c. 8. Decimus fructus communionis dicitur *adornatio.*

Adornator, qui adornat; *diszitő, rendező.* Rév. Pl. 56. Agentem communem et *Adornatorem* præcipuum.

Adperceptivus, 3., percipiens; *felfogó.* Severini 39.

Adplacidare, probare, ratum esse iubere, sancire; *helyeselni, jóváhagyni.* Nagy Hier.

Adplacidatio, confirmatio, comprobatio; *jóvá-, helybenhagyás.* Nagy Hier.

Adplantare, coram plantare; *hozzáültetni.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 292. Lilia rosis *adplantata* melius crescunt.

Adplicabilis, q. applicari potest; *alkalmazható.* Faber. Jur. Met. 26. particularia statuta, quatenus hodiernis adiunctis *adplicabilia* sunt.

Adpromptare, adaptare; *felkésziteni.* Pest Vár. Levt.

Adproximare, adpropinguare; *közeledni.* Tör. Tár. 1891. p. 306.

Adquin, pro: atqui (n. additivum in fine vocis); *sőt inkább.* Gyön. 481.

Adquisitionalis, quod acquiritur; *keresményi, szerzeményi.* Opin. Deput. 41. In quorum igitur nexu sequitur, quod illud nec in pœnales Causas e. g. *Vinculi adquisitionalis,* nec in discussionem damnorum semet immittere valeat.

Adquisitivus, 3. ad actum acquirendi spectans; *szerzési, szerzeményi.* Cher. Jus. Eccl. II. 112. Extraordinarii modi, quibus ius patronatus acquiritur sunt privilegium et præscriptio *adquisitiva.*

Adquisitum, res adquisita, acquisita; *szerzemény.* Georch. Ért. 112. És illyen akár eredetileg ugyan vitézséggel (sago) akár később tudományi érdemmel (Toga) kir. adománynál fogva szerzett fekvő jószág mondatott kezdetben törvényes értelemben vett *adquisitumnak.*

Adrepartire, assignare, dividere; *beosztani, felosztani.* Juriev. Jur. Met. 180. Judicia Districtualia cum *adrepartitis* sibi Substitutionibus omnes et solas illas lites cognoscunt. Kass. Jur. Civ. I. 268. hanc in æquales quinque partes *adrepartiatur.*

Adressatio, actus delegandi ad monetam solvendam; *utalvány.* Art. D. 1840. p. 83.

Adressatus, qui iubetur pecuniam solvere; *utalványozott.* Art. D. 1840. p. 65.

Adriastica sors pro: *adrastea sors,* sors dura; *balszerencse.* Gyön. 483.

Adrumare, (Du C.) rumorem adferre; *zajgást tenni, hirt beszélni.* Gyön. 490.

Adscititius, fictus, ascitus; *ál, hamis,* it. ascitizio. Art. Diæt. Pos. 64. scienterque et temerarie in *adscititio* nomine et Persona perseveraverint.

Adscribere in charta, in codicem, commentarium referre; *beiktatni, bevezetni, bejegyezni.* Wagn.

Adscriptitius glebæ, (Du C.) servus, qui terræ adhæret, qui neque testari neque aliter de rebus suis disponere potest, nisi consentiente domino; *röghöz kötött.* Kol. Am. II. 110.

Adsecundare, favere, obsecundare; *kedvezni.* II. Rák. Gy. 325.

Adsemel, uno eodemque tempore, totus; *egyszerre.* Juriev. Jur. Met. 56. Vox

Schicht in cultura metallica varias habet significationes: in Ustrinali cultura denotat massam, quæ *adsemel* exuritur.

Adsertivus, 3., asserens; *erősitő, állító.* Kaprin. Eloq. II. 22. Unde modus iste *asserens* vel ut vulgo dicitur *assertivus* compellatur.

Adsessor, assessor; *ülnök.* Prisc. Serv. p. 28: *Adsessores* erant in Tribunalibus partim supremis partim subalternis Prætori additi Judices. Ulad. Decr. VI. art. 3.

Adsignificare, significare; *jelenteni.* Corp. Gram. 129.

Adspergillum, aspersorium (Du C.), vas sacrum ad adspergendum, instrumentum, quo aqua lustralis adspergebatur a sacerdotibus; *vizhintő, szentelő ecset, borosta.* Cher. Jus. Eccl. II. 147. Nagy Hier.

Adspergo, inis, pulvis ad inspergendum usitatus; *hintelékpor.* Streupulver. Poor J. Zsebsz. 74.

Adspondere, promittere; *igérni, biztositani.* Ke. Or. Spir. S. A. 3. 4: Tales Ethesias... nostra expectabat conditio... quæ periculoso e portu rerum humanarum soluturis... cursum secundæ navigationis *adspondeant.*

Adstatio, adiumentum, opera; *támogatás.* Ger. Beistehen. An. Sc. I. 386. an. 1587: ne... per... nocivam Protestanti *adstationem*... iuribus... videatur derogare.

Adstrictorium lorum caligarum, lorum braccas constringens; *nadrágkötő.* Ger. Hosenriemen. Pár. Páp.

Adtinere, advenire, *clérkezni.* Fej. VI. 148, 150.

Adtitulare, ascribere, in album referre, ad titulum Ecclesiæ promovere; *bejegyezni, beczímezni, beavatni valamely egyházba.* End. p. 352. Synod. Strigon. 18: nullus habeatur in clero, qui non est *adtitulatus* alicui ecclesiæ.

Adtitulatio, actus ad titulum Ecclesiæ promovendi. V. *attitulare; beigtatás, beavatás.* Nagy Hier.

Aduch, pro: adhuc; *még.* Thök. Diar. 488. tamen *aduch* gratiore littere Celsitudinis Vestræ videbit... *Aduch* interrogavit me: Quot homines apud se princeps habet. Resposui: Habebit *aduch* sua Celsitudo cum universis et singulis millia et quingentos, p. 489. quia sunt 70 dies, postquam discessimus et *aduch* post nos veniunt aliquæ copiæ.

Adulanter, per adulationem, modo adulatorio; *hizelgőn.* Verancs VI. 46. Hæc a me *adulanter* profecta ne existimes velim.

Adulatorculus, i, parvus adulator; *kisded hizelkedő.* Gyön. 516.

Adulterascere, frequenter committere adulterium; *gyakorta házasságot törni.* Gyön. 518.

Adulteratio, destructio; *megrongálás, hamisítás.* Jogt. Eml. T. II. 2. p. 42: Statuitur, quod si quis in ejusmodi pontium *adulteratione* delatus... fuerit... Kass. Ench. III.

Adunare, colligere, in unum cogere, congregare, glomerare; *egyesitni.* It. adunare. S. de Kz. Chr. I. 2, 1.: præcones in castris ad exercitum Hungaros *adunabant.* II. 1, 16: exercitum... se *adunavit,* sicut apes. II. 1, 18. Francia et Germania in unum *adunati.*

Adunatio, adiunctio, consociatio; *egyesítés.* Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 471. Potentia ipsorum invalescendo quo *adunacione* consueta facta et in finale externium etc.

Aduncare, (Du C. unco illigare, trahere) curvare; *horgasztani.* Gyön. 527.

Adurgere, urgere; *sürgetni.* Jos. Repr. 22: sedes Restauratorias *adurgere.*

Adursio, (ab adurgeo) instigatio; *heves sürgetés, zaklatás.* Rák. Ön. p. 292. l. 32—33. (33.):... accesserat me supremus Imperii Cancellarius cum nova *adursione* et invitatione... Magy. Jogt. Eml. I. 428.

Adursorium, i, actus urgendi; *sürgetvény.* Pest. Vár. Levt.

Advagire, eiulare sicut parvuli solent, vagire; *nyöszörögni.* Jan. Pan. Poëm. I. 59: Hyanteos jam nunc sine reptet ad amnes Parvulus, et Phœbo velit *advagire* canenti.

Advalvare, valvis affigere; *ajtóra szögezni.* Moln. Patv. 21. Postquam hæc finita sunt, Sessio ab Excellentissimo Domino Comite Regni Palatino indicitur per schedam portæ Domus Regnicolaris *advalvandam.*

Advectio, actus advehendi, vectura; *szállítás, fuvarozás.* Tör. Tár. 1889. p. 607. pro *Advectione* ladularum vulgo Windladen aurigis. [vena; *idegen.* Gyön. 499.

Adventicius, i, pro: *adventitius,* ad-

Adventualis, (Du C.) ad adventum pertinens; *ádventi.* Rák. Ön. 231.

Adventus, us, (Du C.) Adventus Domini, tempus ante sollemnia Christi nati; *Úr jövetele.* Georch. H. T. I. 92.

Adverbiascere, mutari in adverbium; *igehatározóvá változtatni.* Corp. Gram. 631. similiter fit cum multis aliis adiectivis in s terminatis, quæ vulgo per geminum ss *adverbiascunt* ut: hamissan, üressen.

Adversaria, Protocollum; *jegyzőkönyv.* Wallaszky 475. denique quovis exeunte mense, *adversaria* (Protocollum) in quæ negotia, ad rem litterariam spectantia, in commissione referenda sunt, Maiestati Regiæ pro statu notitiæ submittere.

Adversipedes, Antipodes; *ellenlábasok.* Bel. Geog. 22.

Adversitas, res afflictæ, res adversæ, casus adversi, res turbidæ, asperæ, fortuna adversa, calamitas; *szerencsétlenség, baleset, akadály.* It. avversità. Wagn. Fej. IV. 2, 93. III. 114.

Advertentia, æ, (Du C.) observatio, nota, animadversio; *meggondolás, megfontolás, figyelem.* Pel. De s. Andrea s. II. c. 2. Si hoc faciat ex *intentione* seu *advertentia* scandali.

Advertentiam habere, animum advertere; *figyelni.* Ljub. Mon. Sl. XII. 271. an. 1418.

Adverucat, (pro: adveruncat V. Du C.) multum verum facit; *sok igazat, bizonyt teszen.* Gyön. 506.

Adviare, monstrare, instruere. V. s. *Bruscare; utasítást adni.*

Advicinus, vicinus; *tőszomszéd.* Kass. Jur. II. 87.

Advigilium, (Du C.) Laudes quæ matutinum, seu Vigiliarum officium per tria nocturna divisum claudunt; *dicsőítő zsolozsma.* Nagy Hier.

Advisamentum, *avisamentum* q. v. Ljub. Mon. Sl. IX. 199. an. 1411.

Advisatum facere, attentum facere, monere aliquem; *figyelmeztetni.* Frak. Mát. lev. II. 81.

Advivere, (Du C.) adhuc vivere, superstitem esse; *még élni.* Gyön. 521.

Advitalitas, usura, ususfructus; *haszonélvezet.* It. usufrutto. Beng. Ann. Er. Coen. 529. facto cum eodem contractu pro cedenda *advitalitate*...

Advocare, in causa defendere; *védeni.* Han. Mon. Jur. T. I. 13. an. 1265: advocati debeant eligi, qui debeant *advocare.*

Advocata, æ, fem. ad Advocatum; *ügyésznő.* Fej. X. 4, 523. quam in Gloriosissima saluatoris nostri genitrice eiusdem regni nostri Protectrice et singulari *Advocata.*

Advocatia, æ, opera forensis; V. Scultetia; *ügyvédelem, ügyvédség.* Wagn. Vuch. Jur. Feud. 54. et s. v. Feudum Advocatiæ. *Advocatiae* nomine interdum significatur omnimoda iurisdictio et aliorum quorumvis iurium, inde sæpe factum est, ut advocatis non tantum defensio, sed et iurisdictio alta exercenda concredita fuerit. Prist. p. 92. text. s. v. Homo regius. Schwart. Scult. 14. s. v. Scultetus.

Advocatiæ jus, jus iura, bona et facultates ecclesiæ tuendi; *egyházvédjog.* Kon. Egyh. 122.

Advocatialis, ad advocatum, procuratorem pertinens; *ügyvédi.* Kass. P. P. I. 153, *advocatiali* examine. Kass. Jur. Civ. II. 183. deposito Juramento *Advocatiali.*

Advocator, (Du C.) advocatus, patronus; *ügyész.* Ljub. Mon. Sl. XI. 164. an. 1344.

Advocatura, æ, munus procuratoris; *ügyvédség.* It. avvocatura. Kass. P. P. I. 230. Studiorum Directionibus intimatur, ne Professores publici alia privata officia gerant aut *advocaturam* exerceant.

Advocatus pauperum, vir pauperibus defendendis; *szegények ügyvédje.* Stat. 196: *Advocatus pauperum,* qui decreto Fori paupertatem suam legitimantibus adsistere gratis sit obligatus.

Advogaria, æ, officium procuratoris; *ügynökség.* It. avogaria; avvocaria. Ljub. Mon. Sl. II. 181. an. 1343.

Advolutum, i, appendix; *melléklet, csatolmány.* Kass. P. P. I. 194. *in advoluto* fine publicationis communicatur.

Adynamicus, invalidus, debilis; *erőtlen.* Bene Med. I. 25. status *adynamicus.*

Aeacidinæ minæ. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 121. *Aeacidinae minae.* Accipitur pro atrocibus et superbissimis minis.

Aebes = hebes, stupidus; *tompa élméjü.* Gyön. 545.

Aebetare, pro: *hebetare; tompítani.* Gyön. 546.

Aeconomicus, œconomicus. Molnár Patv. 64.

Aeconomicus, pro: œcumenicus; *köz,... egyetemes.* Tör. Tár. 1888. p. 574. in *aeconomico* consilio Tridentino.

Aedes topiaria, ædificium specularibus continuis instructum; *üvegház.* Kov. Oec. 58: *Aedes topiariae,* Glashäuser, melius ac pulvini plantis serviunt.

Aedesiola, æ, (Du C.) sacellum, parva ecclesia. Gall. chapelle; *egyházacska, kápolna.* Nagy Hier.

Aediculæ puteales, *kalit.* Faber. Jur. Men. 166. Dominium terrestre in omni casu obligatur admittere, ut in suo fundo cultura Metallica et quæ necessarium cum ea nexum habent, exerceantur; proin acervi mi-

nerales efundantur, *aediculae puteales* (Kauen) struantur, viæ et semitæ parentur.

Aedificare, (Du C.) exemplum præbere, docere, instruere; *épületessé tenni.* Batty. Leg. III. 633. an. 1498: cuius doctrina merito populum *aedificare* valeat.

Aedificatio, (Du C.) exemplum bonum; *épülés.* Batty. Leg. III. 619. an. 1498.

1. **Aedificatorius,** 3., (Du C.) utilis ad pietatem; *épületes, szivreható.* Nagy Hier.

2. **Aedificatorius,** 3., ad ædificandum pertinens. (Du C. al. s.); *épitési.* Száz. XIII. 684. de re *aedificatoria.*

Aedilis, qui rebus in schola invigilat; *iskolai tárgyakra, épületekre felügyelő.* Száz. XXII. 563.

Aedita, Aeditis, Aedo, etc. pro Edita etc. Gyön. 561. etc.

Aedituus, 1. doctor, magister; 2. ostiarius, gradus ecclesiasticus, cui ædis sacræ custodia incumbit (Du C.) *1. tanitó, 2. egyházfi.* 1. Teut. Schul. 5. et 349. 2. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 65. Szirm.

Aedon (gr. ἀήδων) luscinia; *filemile.* Gyön. 559.

Aeginea, orum, magnum onus rerum venalium; *bál marhák.* Pár. Páp.

Aegloga, ecloga; *pásztori dal.* Gyön. 564.

Aegomasta alba, *fehér kecskecsecsü szőllő.* Weisse Gaistutten. sl. Koze. Czeczky. Kov. Oec. 73. *Aeg. al.* baccis oblongis, qui diu servari possunt.

Aegomasta rubra, *fekete kecskecsecsü szőllő.* Rothe Gaistutten. Kov. Oec. 73: *Aegom. rub.* durabilis et magis nigra quam rubra uva.

Aegogropilæ, ægagrobilus Plin.; *bélgecs.* Gemsenkugel. Gros. H. Th. I. 185: Non desunt in ovibus *Aegogropilae* seu globuli et lana et pilis condensati.

Aegophonia, vox tremula capræ; *kecskehang.* Bene Med. II. 53. per stethoscopum sub loquela ægri percipitur vox tremula — *aegophonia,* l. 36. Cf. Pectoriloquium.

Aegrippella ars, ars medendi, ægritudinem pellendi. Boc. Hungar. p. 165:

Quem rursum haud merito imbecilliorem
(Ut rumor mihi dictabat ore,
O mendace) iterum artis *aegrippellae*
Usurpare domi cibos putaram.

Aegrire, ægrotare; *betegeskedni.* Series Ban. p. 53: Supersunt literæ ... Reginæ, quæ *aegriente* Ludovico publica negotia procurasse videtur.

Aegritudinarius, 3, ægrotus; *beteg, passio aegritudinaria:* ægritudo, *betegség.* Cod. Dip. Arp. V. 72. nobis taliter retulerunt, quod licet predictus Michael *passione aegritudinaria* laboraret, tamen mente sanus. Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 210.

Aegylos, (apud Calep. an. 1609. Aegilops) ascensus (Calep. abscessus) inter nares, per quem pituita destillat; *az orr porczogója.* Gyön. 563.

Aegyptia, æ, vates cingara; *javas czigányasszony.* Hor. Mem. 651.

Aegyptiaca servitus, crudelis, dura servitus; *egyptomi, súlyos szolgaság.* Monm. Comit. IV. 75. ad eiusmodi labores minis, mulcta seu verberibus compellere præsumant et *aegyptiaca servitute* crucient.

Aegyptius, Cingarus, Zingarus; *czigány.* Veranes. Hist. I. 303. Ubi autem fluvium cœpissemus trajicere, alii Turcæ occurrunt, inter quos unus erat cæteris habitu vestituque amplior et eos quinque *Aegyptii,* quos nunc Ciganos sive Cinganos appellamus, una eadem catena collo vincti et ordine tracti sequebantur.

Aemulabilis, æmulatione dignus, sæpe ut substantivum adhibetur; *utánzásra méltó.* Jan. Pan. Poëm. II. 21. Nam *aemulabile* nec honestum ex turpi nascitur.

Aenigmaticus, αἰνιγματικὸς, obscurus, arcanus, detegendus, explicandus; *rejtélyes.* It. enigmatico. Vern. Psych. 448. Dec. Bar. Præf. XLIII.

Aeolibarbitum: a pœtis Aeolis, quos et Horatius laudat; *eoli hárfa.* Aeolsharfe. Greg. Aesth. 27. denique tonus *aeolibarbiti* nonne aliquid divini continet.

Aeolia lyra, Aeolibarbitum, ita nominata a pœtis Aeolis lyricis celeberrimis. Vern. Psych. 209. qui ingenium hoc per suam irritabilem facileque excitabilem nervorum lusum *aeoliae lyrae,* quæ ad levissimum aëris afflatum cælestem tonum elicit, non absimile esse, expertus est.

Aephonotrophium, (Du C.) pro: Ἐλφωνοτρόφιον. Locus, in quo aluntur Cantores; *énekiskola.* Nagy Hier.

Aepolium (urbs Sarmatiæ ad ripam ulterioris Istri) non recte pro: Aepolus ad Hygin. Astr. 2, 1. caprarum rex. Hyg. caprarius. Gyön. 601.

Aequaliare, æqualem facere; *egyenlővé tesz.* Magy. Jogt. Eml. I. 143.

Aequalibra, æ, iuste, æquo pondere; *egyenlő mérték.* Fej. X. I. 403. recensitis et mature in animo nostro reginali *aequalibra* præmetitis multifariis fidelitatibus et præclaris innumeris obsequiis et laude dignis sinceris famulatibus...

Aequalista, æ, æqualis conditionis studiosus; *az egyenlőségi jog vedője.* Tör. Tár. 1887. p. 663. Angli fortiter se gerunt, iam represserunt *aequalistas* id est eiusmodi fatuos, qui omnem politicam subordinationem voluerunt eversam.

Aequanimiter, æquo animo; *nyugodtan, egykedvűn.* Wagn.

Aequatria, æ, pro *aequabria,* lanx æqua et libramentis paribus; *egyensúlyu mérték.* Száz. II. 158. sed ad pondus et mensuram civitatis recurrat, dempta *aequatria,* in qua pecunia seu denarii ponderantur et mensurantur.

Aeque tantum, tantundem; *ugyanannyi.* Wagn.

Aeque tot, totidem; *ugyanannyi.* Wagn.

Aequidiale, Aequinoctium; *éjnapegyen.* Gyön. 624.

Aequidicus, 3., veridicus; *igazmondó, igaz.* Czvit. Spec. 168. Eunomia condire meos persæpe labores sum solitus; Mysta hinc dicor et *Aequidicus.*

Aequidistantia, æ, distantia æqualis; *egyenlő köz, egyenlő távolság.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. 1. p. 3.

Aequidistare, *aequaliter distare; egyenlő távolságban lenni.* Curios. Misc. 80. Eædem duæ extremæ spiræ et omnes reliquæ intermediæ appellantur Paralleli Solis hoc est circuli *aequidistantes* æquatori a Sole descripti.

Aequilibrare, æquilibrio congruere, pretium æquare vel pretio æquare; *értékben egyezni, egyenlő értékűnek lenni.* Sim. Num. 20. Atqui fere *aequilibrantur* ad assem omnes bene conservati aurei, cum nostris, prout hoc plerique omnes Scriptores Numismatici dicunt.

1. **Aequilibrista,** æ, pitaurista; *súlyegyenlitő.* Phil. Műsz.

2. **Aequilibrista,** Indifferentista; *a szabadakarat egyensúlyát vitató.* Imre Phil. 356. Indeterministæ in duas classes abeunt. Nempe aliqui tanta religione tuentur libertatem, ut eam in perfecto voluntatis æquilibrio positam velint et omnimoda quadam ad rationes quascunque et elateres indifferentia; ita ut voluntas a nulla ratione seu externa seu interna ullo modo moveatur, absit ut necessitetur, et hinc *Aequilibristae* vel *Indifferentistae* nominantur...

Aequilibrium votorum, æqualis numerus suffragiorum; *voksoknak egyenlősége.* Szirm.

Aequiparantia, æ, (Du C.) proprietas, conditio rei, quæ aliam rem æquiparat; æquiparatio; *összehasonlító tulajdonság.* Pázm. Dial. 373.

Aequipollentia, æ, valor idem; *egyenértéküség, egyenérték.* Pázm. Dial. 406. Magy. Jogt. Eml. I. 481.

Aequipollere, tantundem valere, eiusdem pretii, momenti esse; *egyértékűnek lenni.* Pázm. Dial. 442. Wagn.

Aequivalens, res eiusdem pretii, momenti; *szint annyit érő* (jószág), *egyenérték.* Georch. H. P. III. 184.

Aequivalenter, æquo pretio, æqualiter; *egyenértéküen, eggenlőn.* F. Balass. Casul Steph. App. Bonæ fidei possessor non tenetur restituere nisi rem et fructus formaliter vel *aequivalenter* extantes. Fej. IV. 2, 109. iurando *acquivalenter* sibi obligato.

Aequivalere, pretio exæquare, tantundem valere; *egyenértékűnek lenni.* It. equivalere. Gall. equivaloir. Vern. Met. 38. Totum *aequivalet* omnibus suis partibus simul sumtis. Wagn.

Aequivocatio, ambiguitas nominis; *kétértelmüség.* It. equivocazione. Vern. Phil. Mor. 368. tamen id per deliberatum falsiloquium seu mendacium huiusque species puta: *aequivocationem,* reservationem mentalem recte nonnunquam fieri posse negamus. Wagn.

Aequivocatum, i, subst. res sensus duplicis, ambiguum; *kétértelmű dolog.* Pázm. Dial. 233.

Aequivocus, 3., (Du C.) vagus, homonymus, improprius, ambiguus; *kétértelmű, kétes.* Severin 30.

Aër, generis neutrius; Batty Ger. 49. referamus gratias Creatori, qui cœlum Angelis, *aër* volucribus dedit.

Aera, *tempus, aetas,* temporis cardo, nota; *korszak,* It. era. Curios. Misc. 434. *Epocha* sive *Aera* nihil aliud est quam memorabile aliquod Tempus, a quo ob insignem rem aliquam in eo gestam annorum series, ordo et Numerus deducitur. Hinc variæ sunt *Aerae* sive *Epochae: 1. Aera Mundi,* quæ incipit ab ipsa creatione Mundi. *2. Aera diluvii Universalis,* quæ a Diluvio sumit initium. *3. Aera urbis conditae,* quæ ab urbe Roma condita. *4. Aera Graecorum,* quæ a principio regni græcorum. *5. Aera Christi,* quæ a Christi nativitate. *6. Aera Austriaca,* quæ a

Rudolpho I. Imperatore. 7. *Aera Constantinopolitana*, quæ a condita nova Roma seu dedicatione Urbis Const. deiparæ facta. 8. *Aera Arabica* seu *Turcica* sive *Hegira*, quæ a fuga Mahometis ... sua sumunt exordia Curios. Misc. 435. 9. *Aera Juliana*, quæ ab institutione Calendarii per Julium Cæsarem. 10. *Aera Gregoriana*, quæ ab instauratione eiusdem Calendarii per Gregorium XIII. 11. *Aera Philippica*, quæ a morte Alexandri Magni. 12. *Aera Consulum*, quæ ab inchoatione Consulum Romanorum. 13. *Aera Olympiadum*, quæ a prima inceptione Ludorum Olympicorum sua sumunt exordia.

Aeramen, (Du C.) æs. It. rame Cf. Ramen; *ércz, réz.* Magy. Tör. Tár. IX. 37.

Aearandantur, (Du C. æaradando, æradare) fors. legendum : æradantur vel areantur, (ex area) triturare fruges; *csépelni.* Gyön. 1918.

Aerarialis, ad ærarium pertinens; *kincstári, pénzügyi.* Ger. ærarisch. Faber. Jur. Met. 41. Ut cum venditione tam *aerarialium* quam privatorum frustorum mineralium procedendum. Kass. P. P. I. 294. ast potius proventus *aerariales* exinde resultantes in annum singulum minorare.

Aerarialis Domus, domus ærarii publici; *kincstári ház.* Pest. Levt.

Aerarium Cinicum, Aer. Zinci; *ón tárház.* Száz. XVII. 799.

Aerarium ecclesiasticum, V. Fundus religionis. Nill. Symb. 671: exhausto *aerario ecclesiastico.* Religionsfond.

Aerarium Regium, *királyi kincstár.* Bel. Geogr. 499. *Aerarium Regium* in Hungaricam et Metallicam Cameram distinctum, bonorum, redituum atque iurium regiorum curam habet.

Aerarium scholasticum, arca scholæ; *iskolai pénztár.* Beszterczeb. ág. gymn. Ért. 1875—76. 29.

Aerarius, præfectus ærarii; *kincstartó.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. IX. 7. Supremus *Aerarius* sive *Tefterdar.* Olah. Cod. Ep. 525.

Aerea campana, tormentum castrense; *tábori ágyú.* Hist. Sig. 729.

Aëriani, Aërii hæresiarchæ discipuli, quos ecclesia circa an. 360. excommunicavit, quia inter episcopos et sacerdotes nullum discrimen interesse asserebant; *Aërius párthivei.* Nagy Hier. For. Scr. p. 26, 27. Not. rel. I. 238.

Aerifaber, ærarius (faber); *rézműves.* Egri Levélt.

Aëromanta, qui ex statu aëris vaticinatur; *légjósló.* Nagy Hier.

Aëromantia, æ, vaticinatio ex aëre (Isid. Orig. 8, 9.) *légjóslat.* Nagy Hier.

Aërometria, æ, mensura aëris; *légmérés.* Ger. Luftwägekunst. Rév. Pl. 16.

Aeruminosus, 3., ærumnosus; *bús, fáradalmas, bajjal teljes.* Verancs VIII. 80. Zolnokensis vero non contentus miseræ et *aeruminosae* plebiculæ solitis muneribus...

Aerumna, *Unirotum*, q. v.

Aeruscare, pecuniam colligere; *pénzt gyűjteni.* Gyön. 658.

Aes conducticium, auctoramentum; *toborzó díj.* Werbegeld. Arch. Rak. IX. 79. loco *aeris conducticy* pro uno eiusmodi Equite Hungarico Imperiales seu Talleri 6.

Aes flavum, orichalcum; *sárgaréz.* Messing. Tomts. 98. Zincum, Plumbum, Stannum, Arsenicum, *Aes flavum*, Cuprum etc.

Aes mutuaticium, quod mutuatur; *kölcsönpénz.* Verancs. IX. 293. Cuius expectatione tamdin tractus, illud quoque me excipit damnum, ut interim victitans *aere mutuaticio*, totam fere aut maiorem eius partem absumant mihi fœnera.

Aesculeatus, 3. glandibus pastus; *makkal hizlalt.* mit Eicheln gemästet. Kronst. I. 377.

Aesophagus, i, œsophagus; *nyelőgége, torok.* Máty. 21.

Aesthesis, gustus, sapor cultus; *izlés.* Jókai Régi jó Tbl. 1, 83. S. Benkő Top. Misk. 11. *aesthesis* in indutu exquisita.

Aestima, loca umbrosa, in quibus per æstatem vitatur solis ardor; *árnyékos, bokrós hely.* Gyön. 671.

Aestimabilitas, pretium; *a tiszteletre való érdemes volta.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 69. Hoc autem augmentum beatitudinis accidentale est ex eo genere additionum, quæ ex essentia sua habent *aestimabilitatem* præcipuam ab eo, cui superadduntur.

Aestimalis, in quo est aliquid pretii, pretiosus, carus; *becses, drága.* Cod. Dip. Pat. V. 219, 316. Extunc pro ipsius servicys et efusionibus sanguinum ducentos florenos auri sine rerum *estimalium* eidem Anthonio aut prolibus suis deponere debeat et teneatur. Tör. Tár. 1888. p. 566. vestis *aestimalis* de veluto dupplato.

Aestimare, opinari (Du C. æstimatio, *opinio)*; *vélekedni.* Batty. Ger. 58.

Aestimare ad (marcam) pro ablativo; *becsülni -ra, -re.* Hor. Mem. 350.

Aestimationales, lit. pretium, valorem continentes; *becsüs levél.* Georch. H. T. III. 365.

Aestimationalis, ad æstimationem pertinens, æstimationale pretium; *becsár.* Pfahl. Jus. Georg. 268. Potest tamen emtor fundos seu potius meliorationes eorum supra *pretium aestimationale* et investitum emere. Kass. Jur. Civ. I. 197. Kövy. El. 437. Art. D. 1840. 26. valor *aestimationalis.*

Aestimaticius, 3., æstimationalis; *becslési.* Opin. P. III. Sec. V. §. 4. p. valoris *aestimaticii.*

Aestimatrix, quæ æstimat; *méltányos itélő.* Euch. p. 40: Augusta Maria Theresia rerum hominumque *aestimatrix.*

Aestimium, (Du C.) æstimatio; *becsülés.* It. stima. Vern. Psych. 255. In nonnullis hominibus celerrime compassio, *aestimium*, inclinatio oriuntur. Funda David. A. 2.

Aestivalis, æstivus; *nyári.* Thök. Diar. II. 351. Una chlamys nova. ex panno Anglicano *aestivalis* nigra. Szentiv. Cur. Misc. 50.

Aestuarium, (Du C.) sudarium, hypocaustum; *izzasztó fürdő.* Quell. Sieb. I. 126. an. 1486. *aestuarium* pauperum.

Aetatem, apud. Calep. pro diuturno et continuato tempore, diu; *sokáig.* Gyön. 678.

Aeternalis, æternus. It. eternale; *örök.* Wagn.

Aeternaliter, (Du C.) in æternum; *örökké.* Sup. An. Sc. II. 23. an. 1303. Schwart. Scult. 147.

Aeternare, *posteritati commendare* (Du C.) *megörökiteni.* Rit. exp. ver. G. 3—2: pristaldo premissam causam eo ordine ac tenore, quo scriptum est, enarravit et presentibus literis *aeternari* fecit.

Aetides: ἀετός, aëtites (Plin.) *saskő.* Adlerstein. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. 1. p. 183. *Aetides* in nidis Aquilarum invenitur. Aquilæ hos lapides nidis reponunt sive, ut serpentes et venenatos animantes fugent sive, ut facilius ova parturiant, nam et alias fœminis applicatus partum accelerare creditur. Kecskem. Ötv. 171.

Aetiologia, gr. αἰτιολογία, cognitio conditionum morborum (Du C. æthologia); *okadás.* Bene Pol. 229.

Amystide bibere, propinare; *duskát inni,* huzomost inni. Ger. zutrinken. Pár. Páp.

Ana, (Du C.) æqualis; *egyenlő.* Pár. Páp.

Anabaptismus, i, doctrina sic dictorum anabaptistarum; *keresztségismétlők tana.* Pauer Athen. VI. 2. p. 277.

Anabaptistae, alias *Clancularii* dicti. Hæretici sic dicti, quod infantibus baptismum negent, hosque, cum adoleverint, rebaptizandos censeant. Anno Christi 1524 in Germania Thomas Munzerus, Anabaptistarum dux primus et magister, suis deliriis rusticorum mentes pervertit. (Du C.) *ujrakeresztelők, újkeresztények.* For. Scr. p. 46. Hujus sectæ sc. Albigensium errores fuerunt: Ajebant se non teneri fidem suam profiteri. Hunc errorem amplexi sunt illi *Anabaptistae,* qui dicuntur Clancularii. M. Bel. Geog. 502. *Anabaptistae* seu *Menonitae* in agro Posoniensi.

Anabata, æ (Du C.) Velum tegendis collo, pectori et humeris; *vállkendő.* Nagy Hier.

Anabathrum, (gr. ἀνάβαθρον (Du C.) gradus, pulpitum; *felső garádics.* Gyön. 1365.

Anaboladium, v. *Anabolagium* v. *Anabolarium,* Amboleum q. vide.

Anabotrum, cortina vel velum anabatrum (Umhang Dief) *soporlát, kárpit.* Schläg. 2193.

Anabs, (Du C.) dubium fors. legendum; anceps. *kétség.* Gyön. 1367.

Anacalypterium, (Du C.) Græce ἀνακαλυπτήριον. Dies festus post nuptias, quo sponsa velo deposito et facie retecta prodibat; *leleplező nap.* Nagy Hier.

Anacephaleosis, ἀνακεφαλαίωσις, *tartalomismétlés.* Kaprinai Eloq. I. 444. cum *anacephaleosi* p. 538. Rerum repetitio græcis ἀνακεφαλαίωσις, Latinis enumeratio, quæ res per causam dispersas colligit ac in summam redigit.

Anacetum, anethum male olens Linn. *ebkapor.* Schläg. 859.

Anachoresis, (Du C.) secessio, recessus; *magány, remetelak.* Nagy Hier.

Anachoreticus, 3. V. Eremiticus; *remete.* Beng. Ann. Erem. Cœnob. 7. aliosque plures *anachoreticae* vitæ studium ... in diversis Pannoniæ solitudinibus consectantes.

Anachoritari, v. *anachorisare,* (Du C.) vitam in solitudine ducere; *magány életei élni, remetéskedni.* Nagy Hier.

Anachronisticus, 3. ad anachronismum pertinens; *kórtévesztési.* Száz. XVII. 160.

Anaclyterium, (Du C. anacliterium) pars lecti, ad quam pulvinum ponebant sustinendo capiti; *nyoszolyácska.* Gyön. 1372.

Anadol defterdar, asiatici ærarii præfectus; *Azsia kincstárőre.* Tör. Tár. 1892. p. 431. Vocatur autem secundus illorum consiliariorum præsidis cameræ *Anadol defterdar* seu *Orta* defterdar, medius et thesaurarius Asiæ. Tertius vero *Kuczuk* seu *Rumeli defterdar,* infimus et thesaurarius Græciæ seu Europæ.

Anagallus, anagallis; *piros tikszem.* Ger. Gauchheil. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Anaglypha, (Du C.) ἀναγλυφή, vas ornatum, cælatum; *vésett díszedény.* Schröer Arch. Gr. et R. 20. V. s. v. Opera cælata. Szamosk. I. 25. Eorum latera et apices præter *anaglyphas* florum cælaturas undiquaque emblematis insiticijs gemmarum luculenta varietas illustrabat.

Anaglyptes, sculptor; *faragó mester.* Gyön. 1373.

Anaglyptites, ars sculpendi; *faragó mesterség.* Gyön. 1374.

Anagnostium, (Du C.) ἀναγνωστικόν Græcis id omne est, quod legitur aut recitatur; *olvasmány.* Nagy Hier.

Anagogia, æ, interpretatio ad vitam æternam pertinens; *épületes magyarázat.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 325.

Anagogicus, 3. *magasabb felfogásra vonatkozó, — lélekemelő.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 324. *Anagogicus* sensus est quando verba Scripturæ præter sensum literalem significant aliquid pertinens ad vitam æternam seu Ecclesiam triumphantem. Kaprin Eloq. I. 297. Triplex est sensus. 1. Allegoricus res credendas ac Ecclesiæ militantis exprimit ... 2. *Anagogicus* ad res sperandas et triumphantis Ecclesiæ proprias refertur.

Anagrammatismus, (gr. ἀναγραμματισμός) ratio scribendi, quæ in litteris permutandis consistit; *talányirás, titkosirás.* Tör. Tár. 1888. p. 199.

Analabus, (Du C.) Vestis monasticæ species vulgo *scapulare* q. vide. Nagy Hier.

Analecta Numaria, collectanea numorum; *pénzek gyüjteménye.* Numi Hung. 150—168.

Analepticus, 3. recreans; *erősítő, üdítő.* Gal. analeptique. M. Bel. Prodr. 187. Unde facile est colligere spirituosam hanc vini partem causam esse durationis conservationis atque *analepticae* vini efficaciæ.

Analia, pugna; *harcz, viadal.* Gyön. 1413. pro: amilla.

Analis, ad anum pertinens; *alfel*.. Hist. Nat. 58. Pinnæ a situ vel ventrales vel pectorales vel dorsales vel *anales.*

Analogatum, i, res ad analogiam pertinens, quæ cum aliis confertur; *hasonlított dolog.* Pázm. Dial. 252. Aiunt enim omnia analoga significare rationem quandam repertam in omnibus *analogatis.*

Analoge, simili modo; *hasonlón.* Fr. Balassa Casul. Stephan. App.

Analogismus, gr. ἀναλόγισμα, similitudo; *hasonság.* Hor. Mem. 221. de morborum et naturæ *analogismo.*

Analogus, 3. analogicus, *ανάλογος*, similis; *hasonló.* Kővy El. 752. Continuantur rationes legalibus *analogae.*

Analphabetus, 3. (Du C.) gr. *ἀναλφάβητος*, illiteratus; *a ki irni s olvasni nem tud.* Nagy Hier.

Analysare, resolvere, explicare; *elemezni.* It. analizzare. Leges Schol. Schem. 38. Die Lunæ mane. Pars aliqua capitis ex Corn. Nep. *analysatur* in ordinem naturalem redigitur.

Anamartesia, æ, innocentia; *vétek-nélküliség.* Nagy Hier.

Anamnesticus, 3. monens; *emlékeztető.* Abelles 8.

Anarchia, *ἀναρχία*, (Du C.) ubi nullius est potestas; *fejetlenség.* Vern. Phil. Mor. 434. Democratica facile in *Anarchiam* abit.

Anargyri, (Du C.) dicti SS. Cosmas et Damianus, quod gratis medicinæ artem exercerent. Pecunia carentes; *pénznélkülözők.* Nagy Hier. [Prodr. 148.

Anasarca, hydrops; *vízkórság.* M. Bel.

Anastasimus, i, Pascha, festum resurrectionis; *húsvét, feltámadás napja.* Nagy Hier.

Anastasis, is, actus exsurgendi, resurgendi; *feltámadás.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 360. gloriosam *anastasim* præstolatur.

Anastrophon, (Du C.) pro voce græca *ἀναστροφή*, inversio, subversio; *beszéd-, tagfordítás.* Nagy Hier.

Anatæ, annuus census vacantis beneficii Ecclesiastici (Veneroni.) Ap. Samb. Tyrn. anatæ, pensiones; *egyházi adó, római rovás.* It. annata.

1. **Anathema,** tis, (Du C.) donarium Deo vel Sanctis dicatum (gr. *ἀνάθημα*) *szent-ajándék.* Coll. I. 384. pretiosa *anathemata.*

2. **Anathema,** interdictum pontificis; *egyházi átok.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 11. Cher. Jus. Eccl. II. 377. et pass.

Anathema maranatha, V. *Maranatha; kiátkozás borzasztó formája.* Kon. Egyh. 416.

Anathemabilis, (Du C.) anathemate feriendus, dignus; *átokra méltó.* Nagy Hier.

Anathematismus, excommunicatio solemnis, execratio, anathema; *átok.* Kaprin. Eloq. II. Præf.

Anathematizare, a gr. *ἀνάθημα*, proscribere, excommunicare; *egyházi átokkal sujtani, számkivetni.* Vita S. Steph. 126. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 92. Si quis vero hoc testamentum infringere temptaverit, a Deo patre *anathematizetur* et Regalem incurrat iram.

Anathordus, idem quod ap. Du C. anacardus; *elefánt tetű.* Ger. Elefantenlaus. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Anatocismus, i, *ἀνατοκισμός*; *kamatos kamat.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 588. Nagy. Jus. Trans. Sax. 130. *Anatocismus* est actus illegitimus, quo usuræ usurarum exiguntur, seu est quando usura sorti vel capitali summæ coniuncta alias usuras parit.

Anatomia, æ, explanatio, explicatio; *elemzés.* Fej. V. II. 26. Continet *Anatomiam* Confessionis reformatorum in negocio scholæ.

Anatomizare, diligenter examinare; *részletesen bonczolni, fürkészni.* Tör. Tár. 1888. p. 510.

Ancabulum, pro: ansabulum; *eketartó.* Schläg. 979.

Ancæsus, 3. *Ancaesa vasa.* V. Anaglypha, vasa cælata; *vésett edény.* Szamosk. I. 24.

Ancesa, pro: ancæsa, vasa (quod cælata appellamus Fest.) *iratos edény, tál.* Gyön. 1400.

Ancha, (Du C. anca) coxendix; *csipő.* It. anca. Prot. inq. 253. LXXXVIII. malum descenderat per renes meos ad *anchas* et per coxas usque ad genua.

1. **Anchona,** æ, summa pars coxendicis; *a csipő csont felső vége.* It. ancone. Ger. Lenden. Ljub. Mon. Sl. XVII. 252. an. 1423. iuraverunt ad sancta dei evangelia supra *anchonam* et figuram ... Jesu Christi.

2. **Anchona,** æ, forma, in qua includitur imago; *keret.* Ljub. Mon. Sl. II. 419. *anchonam* ... argenteam ... capsulam sive *socineum* de argento ... item *bussulum* de argento ... capsulam de rubeo *sanito* cum *frisitis* ... *listam* de piloso et *plavo* acsamito item *toaliam* super altare.

Anchora sacra, portus vitæ; *az élet végkikötője, vége.* Verancs VI. 75. quum res eius in extremo iam cardine aguntur atque ad *sacram* quod dicitur *anchoram* perductæ sunt.

Anchorare, (Du C.) anchoras figere, *csigát kötni, erősíteni.* Gyön. 1409.

Anchoraticum, V. Ancoraticum; Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 113.

Anchoratus, ancora instructus, signatus; *horgonyos, horgonynyal jelölt.* Numi Hung. 33.

Anciæ, pro: antiæ, muliebres capilli in fronte demissi: *nők hosszú üstöke.* Gyön. 1573.

Ancidere, delere, circumcircacidere; *megsemmisíteni.* It. ancidere. Ljub. Mon. Sl. XI. 160. an. 1344. instrumentum ... debeat ... *ancidi.* cassari. Gyön. 1402.

1. **Ancilla,** filia; *szolganő, rabszolganő,* Georg. Sirm. I. 10. cito vocare fecit ad se Rex, dixit *ancille sue*: Decr. S. Steph. L. III. c. 26. 27. S. Lad. I. c. 2.

2. **Ancilla,** fors. idem quod gr. *ἀγκύλη*, lorum; *szíj.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 278. clamis de saja, pellicia de leporinis et *ancilla.*

Ancillarius, 3. servilis; *szolgai.* Pel. Pom. Lib. II. T. III. Art. II. c. 1. Si dixisset Maria: Magnificat anima mea deum, suam humilitatem *ancillariam* tacuisset.

Ancingiæ, Ancinga, Andecinga, modus agri (Du C.) *darab szántóföld.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 23. similiter et decimas proprii laboris omnium dominorum quoquomodo laborancium et croacarum, bovariarum, jugerum, coloniarum, nemorum, saginatorum, sischalie, merescacie, brolii, *ancingiarum* et decimum nummum pascinacii.

Anclabria, vasa mensæ ministerialis; *oltár asztalhoz való edények.* Gyön. 1406.

Anclabris, mensa ministerialis, divinis officiis apta; *oltárnak való asztal.* Gyön. 1405.

Anclidia, æ, (Du C.) rota haustoria; *vízvonó kerék.* Gyön. 1407.

Ancona, æ, v. *Anchona.* 2. Ljub. Mon. Sl. I. 225. an. 1309. *Ancona* minor ligni circumdata foliis deauratis.

Ancoraticum, (Du C.) tributum, quod pro facultate figendi anchoram in portu solvitur; *horgonypénz.* Ljub. Mon. Sl. I. 26. an. 1208. sic esse ... stabilitum, ut nec R. cives ... *plazam* tribuerent vel *scalaticum* nec M. .. *plazam* vel *scalaticum* vel *ancoraticum.*

Ancuba, æ, succuba dæmon (Du C.) *paráználkodó ördög.* Gyön. 1410.

Andabata, æ, *ἀνδαβάτης*, Andabata; *szeleburdi, handabanda.* Severini 93. *Andabatarum* more depugnare; *handabandázni.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 132. Andabatarum pugna. Signif. absque omni iudicio temerarium ausum. Bel. Lib. Mem. 807.

Andalago, inis (ap. Du C. s. Andelangus); *kézbesítés.* Vuch. Jur. Feud. 83. In ritu inaugurationis usitatissimum olim fuit, ut vasallus inermis in genua procumbens complicatas manus in manum domini ponens iuramentum diceret. Eo ritu Berengarius, Italiæ Rex, ab Ottone M. Regnum suscepit. Dominis vicissim affectus testandi causa solemne erat, osculo Vasallum excipere. Unde formula, belehnen mit Hand und Mund, tum per *manuplicam*, per *andalaginem*, per *andalangum*, voces barbaræ, e Germanico in Handen langen compositæ, explicationem capiunt.

Andalangum, V. *Andalago.*

Andare, (Du C.) ire, proficisci; *menni.* It. andare. Prot. inq. 332. LXXIII. et illa ferrea per se aperiebatur, quod ego poteram *andare.* Verancs. III. 272.

Andata, æ (Du C.) iter; *menet,* It. andata. Ljub. Mon. Sl. XI. 117. an. 1324.

Andelago, (Du C. andelangus, andilago, andalagus), seu harundo (arundo); *nád.* Batty. Leg. T. I. p. 404. investituræ e cespite per gnasonem, *andelaginem.*

Anditus, i, porticus (Du C. via, platea), *folyosó.* It. *andito.* Ljub. Mon. Sl. II. 309. an. 1346. quod ... possint ... carcerati pro aliquali *leviatione* ... venire in *andito* carcerum. Hon. Mon. Jur. II. 198. si aliquis habet ... fenestram super *anditum* ... non de fenestra proiicere super *anditum.*

Andrago, mulier animum virilem babens; *férfi bátorságu asszony.* Gyön. 1390.

Androcraticus, 3. *ἀνήρ* + *κρατέω*, *férfi-uralom.* Vern. Phil. Mor. 435. formam regiminis ... *androcraticam*, si potestas suprema uni viro, *Gynaecocraticam*, si fœminæ concessa fuerit.

Androlepsia, æ, detentio viri, *ἀνδρός* + *λῆψις*, *személyletartóztatás.* Törvtd. Msz. 22.

Androna, æ (Du C.) murus; *fal, rejtek hely.* Batty. Ger. 101. non enim latrones, fures amici enim et cives ... ideo non necesse habent per *Andronas* incedere. Nota Batty. *qui enim pone murum pergunt, latere volunt, non eunt per medium, sed lateraliter vel latenter.*

Andropolis, (Du C.) cœmeterium; *temető.* Nagy Hier.

Anecdoton, facete, lepide dictum; *adoma.* Jókai Régi jó Tbl. I. 153. csipős *anecdotonná* van öntve.

Anecdotos, i, pl. *Anecdota,* orum: quod in lucem non prodit; *kiadatlan; adoma.* Bel. Cell. 807.

Anechon, tis, qui conservat a gr. *ἀνέχω*, *fentartó.* Szamosk. III. 102. Dii *anechontes* hæc portenta averruncate.

Anemo, anemona, anemone (Dief. rotman, roceman;) *kökörcsin.* Ger. Windröschen. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Anensa, calendula (Linn.) Ger. Ringel-

blume; *peremér, gyűrűvirág*. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Anepigraphus, 3. sine inscriptione; *felirat nélkül való*. Numi Hung. 13. Species XIV. Rex sedens — Agnus paschalis *Anepigraphus*.

Aneta, (Du C.) anas; *kacsa*. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Anetarius, i, (Du C.) anas mas; *kácsér*. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

1. **Anetum,** *Anditus* q. v. Ljub. Mon. Sl. I. 153. an. 1292. Actum in *aneto* seu profello palatii.

2. **Anetum,** anethum graveolens (Linn.) *kapor*. Ger. Dill. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Anfibolus, i, (Du C.) vestis equi pillosa; *csabrág, pokrócz*. Gyön. 1420.

Anfringere, conterere; *összetörni*. Gyön. 1421.

1. **Angaria,** angor; *szorongatás, szorultság*. Sacr. cor. p. 6. acutis ejus loco hucusque grassantibus calamitatibus, ita, ut *Ungariam* non omnino abs re *Angariam*, quod illam perpetuo angore agi oporteat, quidam alius dixerit. Szegedi Rubr. Pars. I. 148. *Angariam* vocant ab *angendo* perpetuam subiectionem quam, sublata in pœnam transmigrandi libertate, subire compelluntur.

2. **Angaria,** æ, præstationes agris aut personis impositæ (Du C.) *robot*. Monm. Comit. IV. 216. quomodo item sint per gratuitas et coactas colonorum operas, quas vocant *angarias* munienda. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 39.

3. **Angaria,** quarta pars anni (Du C.) trimestre Ecclesiasticum; *fizetés negyed, rész, negyedév*. Kass. Jur. Civ. I. B. quod nonnisi prima *Angaria* per eundem deposita summam restantem... ne vel impræsentiarum persolvere velit. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 211. Arch. Rak. II. 43. Wagn.

4. **Angaria,** jumentorum vel plaustrorum præstationes et quidem per viam directam, oppositum *Parangaria*. V. *Jus angariae; szekerezési kötelezettség egyenes uton*. Reg. Mil. an. 1726. p. 19. *angarias* vulgo Vorspann.

(in) **Angaria,** minutim; *részben, kicsiben*. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 489. quandoquidem misera plebs... violentias dominis terrestribus, tempore illo, quo ipsi etiam epocilatio vini, vi urbarii etiam indulta habetur, quasi domini terrestres *in angaria* eadem educillare non possent... inferre audeant...

Angaria mortualis, angaria quæ post mortem solvitur; *halál után járó fizetés, halálnegyedi fizetés*. Törvt. Msz.

Angaria quatuor temporum, triduana ieiunia singulis annis quater celebrantur; *egy ötödik kántorbőjt*. Knauz. Kortan. 247.

Angaria persica, *a lovasok gyors futása*. Szamosk. IV. 368. *Angaria persica* est cursus velocissimus equitum, haud dubie ab *Agár* deductum idest canibus venaticis.

Angarialis, ad Angariam pertinens; Kuk. Jur. III. 86. ac Regestorum quoque suorum *Angarialium* paria eidem Generali Administratori fideliter assignare sint adstricti.

1. **Angariare,** (Du C.) compellere; *inditani*. Kuk. Jura I. 48. an. 1218. non monitu nostro *angariatus*.

2. **Angariare,** injuste premere, opprimere, cogere, astringere, compellere; *elnyomni, nyomni, kényszeríteni*. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 25. qui quasi pupillæ Domini *angariantur*, exterminantur, excæcantur. Monm. Comit. IV. 60. *compulsi* vel *angariati* fuerint ad maiores labores. Jogt. Eml. T. I. p. 3. oppressionibus per pociores *angariabantur*.

Angariarius, subditus, servus, domino obnoxius, opus debens; *szolga, adózó*. Fej. II. 118. mihi quoque et successoribus meis tributarii aut *angariarii* ne sitis. End. p. 379.

Angariatim, omni trimestri, particulatim; *évnegyedenként, részletekben, fizetés negyedenkint*. Arch. Rak. VIII. 43. hogy Præses, Conservator és *angariatim* ott leendő Consiliarius uraimék. II. 110. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 408. in terriculamentum et exemplum aliorum *angariatim* singulis centum baculis... pulsandus.

Angaricalis, ad angariam i. e. quartam partem anni pertinens. Magy. Tört. Tár. I. 172.

Angaridius, i, angaria, præstatio; Ljub. Mon. Sl. XI. 220. an. 1347. iuravit... facere... omnes *angaridios* et factiones.

Angarium, (nodstall Dief.) statumen, cancelli; *lókaloda, korlát*. Schläg, 1301.

Angarius, 3. coactus V. s. *Monstrator viarum; kényszer —*.

Angarizare, (Du C. iniuste exigere) eruciare; *kinozni, terhelni*. Ljub. Mon. Sl. II. 243.

Angastaria, æ, lagena angusti colli; *palaczk*. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 140. *angastarias* vini.

Angelicalis, ad angelum pertinens (angeli); *angyali*. It. angelicale. Pel. Pom. L. I. P. I. Conclusio. Quarta congruentia *angelicalis* nunciacionis. In. Nat. Dom. S. V. c. 1. suavitas *angelicalis*.

Angelici, Hæretici, qui angelos ut Deos colebant (Du C.); *angyalimádók*. V. s. v. Millenarii.

Angelicus, 3. ad angelum, nuncium Dei pertinens; *angyali*. Patr. Const. 2. *Angelicas* pingit gratia tanta genas; Cod. Dip. Arp. Cont. III. 92 *Angelicae* potestates.

Angelo-latra, adorator angelorum; *angyal-imádó*. Otia. Bachm. 233.

Angelorum dies, dies S. Michaelis; *szt. Mihály napja*. Knauz. Kortan. 136.

Angelulus, parvus angelus; *angyalka*. Arch. Rak. VIII. 332.

Anger, (Du C.) armiger, spatarius; *fegyverviselő*. Gyön. 1424.

Angerona, Dea tacendi. inde dictum: incidere in Angeronam, obmutescere; *elhallgatni, elnémulni*. Verancs. VI. 276. equidem in *Angeronam*, quod dici solet, incidebam. Oltv. Act. Synod. 15. si eo non obstante *Angeronam* illam gentilium vel Harpocratem labii suppressione imitemur.

Angire, (Dief. engisten) angere; *ijeszteni, zaklatni*. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Anglopapistæ, ita dicti quod, cum Calvini doctrinam sequerentur, catholicæ religionis regiminis externam formam servarunt; *angolpápalkodók*. Nagy Hier.

Angonia, æ, angor; *aggódás*. Ljub. Mon. Sl. IV. 35. an. 1361.

Angorium, angustiæ, res trepidæ; *szorultság*. Georg. Sirm. I. 61. Et Stephanus Balogh predictum direxit cum duo milia hominum ad vadum recuperandum in Abad ob *angorium* Chanad.

Angromagulus, idem ac *anchiromacus*, navis species sic dicta, quod celeritate sui anchoris et instrumentis reliquis navium vehendis sit apta (Du C.) Obs. Jadr. 419. quemdam *angromagulum* Jadræ pyratarum inimici inane ceperunt.

Angromagus, idem ac *Angromagulus*. Obs. Jadr. 402. Mandavit sex suos *angromagos* sursum ligneis tegi tabulis.

Anguiger, anguifer; *kigyóhordozó*. Jan. Pan. Poëm. I. 95. *Anguiger*... Philippus... lacessebat furialibus improbus armis. Cf. I. 138.

Anguilla Hungarica, Galeoti. 14. quem Hungari Cœlestem piscem *meny4al*, Germanice (Olruppen et Quappen in Sax. vocitant) nos vero nunc *anguillam Hungaricam* dicemus.

Anguiromagus, idem ac *angromagulus*. Obs. Jadr. 403. et ipsos lembulos lympha offuscaverunt suosque *anguiromagos* fortiori coeperunt studio custodire.

Angulacio, -onis, V. Angulatio, *szögellés*. Cod. Dipl. And. V. IV. p. 164. metam terream... unam in *angulacione* dicte vie.

Angulare, is, fors: limbus denticulatus; *csipke*. Tör. Tár. 1887. p. 174. ymago beate virginis filium in gremio tenens et cum suis *angularibus* et pallis... ornamentum virgulatum... carens uno *angulari*.

Angulare, fulcire; *támasztani*. Batty. Leg. T. II. 54. Lib. St. Steph. ut tua dilectione *angulati* semper Regali dignitati adhereant.

Angulari, flecti in angulum; *szögelleni*. Fej. V. II. 597. ibique ipsa via transit prata parum vadit et ibi *angulatur*, in quo loco sunt tres metæ lapideæ. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 248.

Angularitas, figura anguli; *szögellés*. Cod. Dip. And. I. 505. 561. et in illa *angularitate* facit metam terream.

Angulariter, in angulum, in angulis; *szögben, szögleteken, sarkokon*. Fej. IV. 1. 478. *Angulariter* ad silvam vicinatam præiudicet. Eszt. okm. 179. Plateæ *angulariter* vicinantur.

Angulatio, angulus; *szögellés*. Cod. Dip. Pat. VI. 93. 135. Cod. Dip. Hung. And. Vol. V. 119. 10. accessissent ad faciem quarundam particularum terre et loca piscaturarum in duabus *angulacionibus* vulgo Zygeth vocatis. Cod. Dip. And. I. 390. 434.

Angulatus, 3. angulos habens; *szögletes*. Vern. Met. II. 75. formam iam rotundam, iam oblongam, iam *angulatam* habuisse dicuntur atomi.

Angulosus, 3. in angulos flectens; *szögletes*. Greg. Aesth. 40. Probabiliter ob nisum phantasiæ ad infinitum et summam varietatem, quin tamen unitas evanescat, præferimus rectilineis et *angulosis* figuras rotundas et teretes.

Angulus centri, Falud. Arch. 23. angulus centri; *középponti szög*. Germ. Mittel-Punct-Eck. Gall. Angle du centre. Angulus hic ad centrum comprehenditur duobus radiis per angulos multanguli proximos duos ductis.

Angulus circumferentiæ, *várpont-szög*. Falud. Arch. 23. Angulus circumferentiæ vel figuræ; Ger. Kehls-Punct, Kreys-Punct, Vestungs-Punct-Eck.

Angulus decussationis, sive *defendens; védő szög; kebel szög*. Schutz-Winckel. Angle de Tenaille, angle flanquant exterieur. Falud. Arch. 23. Hunc angulum duæ stringentes se invicem secantes componunt.

Angulus determinans alam, *ol-*

dalt határló szög. Der Streichen-Mass-Winckel. Angle forme flanc. Falud. Arch. 24.

Angulus faciei et alæ, *oldal- és arcz-szög.* Der Winckel von der Streich- und Gesicht-Lini. Angle du flanc et de la face. Falud. Arch. 23.

Angulus propugnaculi, *bástya szöge.* Falud. Arch. 23. Angulus propugnaculi, *angulus defensus.* Bollwercks-Eck, oder Winckel. Gall. L'angle Flanque. Angul. iste a duabus Faciebus comprehenditur.

Angulus stringentis et alæ, *érintő és oldalszög.* Der Winckel aus der Streich-Lini und der Streiche. Angle de la flanquante et du flanc. Falud. Arch. 23.

Angulus stringentis et cortinæ, *a középsáncz és a védő oldal által képezett szög.* Der Winckel, so aus der Cortin und Streich-Lini gemacht wird. Angle flanquant interieur. Falud. Arch. 23.

Angulus visorius, *angulus opticus, látószög.* Curios Misc. 48. Ratio huius etiam petitur a radiorum refractione, quæ fit in rorido vapore, quorum incurvatio *angulum visorium* amplificat, ut constat ex optica.

Anguria, æ, cucurbita græca: *görögdinnye.* It. anguria, cocomero. Verancs. IX. 174. Misi pepones per Kery bonos numero 51, item alterius generis, *angurias* scilicet numero 12.

Angustarium, angustum insigne; *czimer.* Magy. Tör. Tár. IX. 116. pro signo et titulo insignij galealis formam *angustarij* vulgariter *cimer* dictam.

Angusterium, augstarium, angster (Dief.), gutturnium; *szűknyakú edény.* Schläg. 1120.

Angustiare, premere, afflictare occurrit etiam Angustare; *szorongatni.* Wagn. Georg. Sirm. I. 283. Et iam obsidi fuimus et undique *angustiati* fuimus. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 54. 89. illa miserabilis regio depressa iacet diris *angustiata* flagellis... et diversis angustiis *angustatum* pectus nostrum.

Angustiari, (Du C.) in angustiis versari; *szorult helyzetben lenni.* Rák. Ön. 54.

Angustiatio cordis, cardialgia; *szívszorulás.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 280.

Angustrium, amphora angusto ore; *szűknyakú korsó.* An. Sc. I. 128. an. 1330. tria *angustria* argentea.

Angusturium, est vitrum angusto collo; *szűknyakú edény.* Fej. VIII. 3. 508. tria *angusturia* argentea, unum magnum, duo minora et quartum illis minus ad fundendum aquam.

Angvardia, primum agmen, frons agminis; *elővéd.* It. avanguardia. Gal. avant-garde, Arch. Rák. I. 144.

Anhelosus, 3. anhelans, anhelitibus respirans; *pihegő.* Bene. Med. II. 18. respirationes *anhelosae.*

Anhor, a gr. ἀνώρος, immaturus; *idétlen ember.* Otia Bachm. Præf. quid de tam blasphemo *Anhore* sentiendum, ingenue fateare.

Anices confecti, anisum saccharo conditum; *czukros anizs.* Száz. VI. 364.

Anichilarifacere, irritum aliquid esse iubere; *semmisnek nyilvánittatni.* Szék. Okl. III. 144.

Anicius, (gr. ἀνίκητος) invictus; *győzetlen.* Gyön. 1449.

Aniculosus, 3., ridiculosus (ab anus); *nevetséges.* Gyön. 1451.

Anihilare, delere; *elpusztitani.* Szék. Okl. III. 30.

Anima pulmonum, crocus; *sáfrány.* Máty. 256.

Animadversiuncula, parvi momenti animadversio; *apró figyelmeztetés.* Mall. H. 3.: Mendacissimis *Animadversiunculis* ipsorum fidem ne habeto; passim enim vituperiorum sputis impudenter maculant, quod refutare non potuerunt.

Animal, (Du C.) pecus; *barom.* Decr. Col. I. c. 77. Nemo aliud *animal* præter boves masculos extra Hungariam vendere vel emere audeat.

Animalculum, bestiola, *állatocska.* It. animalcolo. Wagn.

Animalitas, natura animalis; *állatiság.* Obs. Jadr. 398. conclusionibus expresse attestantur *animalitatem* rationalitatemque fore essentialiter hominis. Vern. Psych. 159. Gyön. 1462.

Animare aliquem, (Du C.) incendere, hortari, concitare; *lelkesiteni.* It. animare. S. de Kz. Chr. II. 1. 15. *animant* eum, ut succurrat civitati.

Animarum dies, dies commemorationis defunctorum; *halottak napja.* Knauz. Kortan. 137.

1. **Animatio,** infusio animæ; *lélekbeöntés.* Pel. Pom. L. IV. P. II. Art. I. c. 5. Alio modo pro ipsa *animatione,* id est quando anima infunditur et corpori unitur.

2. **Animatio,** incitatio, (Fin. al. s.) *lelkesités, buzditás.* Lop. Mon. Sl. XX. 214. an. 1702. instigationes, clandestinæ *animationes.*

Animatorius, 3., incendens animum; *lelkesitő.* Cod. Dip. Brüss. IV. 261. atque verba *animatoria* mihi date...

Animetta, (Du C.) palla, quæ calicem tegit, quod quasi anima in corporali plicato includatur et conservetur; *kehelyfödő.* Nagy Hier.

Animiculator pro: adminiculator, adiutor; *segitő.* Quell. Sieb. I. 342. an. 1501.

Animitus, (Non. 147. 27.) ex intimo corde, ex animo; *szivből.* Act. et Doc. Rákóczy p. 18. optatissima quæque audire nobis contingat *animitus* conprecamur. Ac. Com. Sopr. p. 5. Wagn.

Animositas, (Du C.) inimicitia, simultas, ira; *hevesség, gyülölet, ellenségeskedés.* It. animosità. Kass. P. P. I. 271. ut quibusvis *animositatibus* aut aggressionibus reciprocis et arbitrariis campus pro futuro efficaciter præcludatur.

Animotenus, ex animo; *szivből.* Batty. Leg. III. 151. an. 1314. nos ipsorum devotionem *animotenus* attendentes.

Animula, dem. ad anima. Irodt. Közl. VI. IV. 473.

Anisare, anisum admiscere, aniso admixto temperare. Bene Med. I. 314. ut spiritus cornu cervi simplex, *succinatus, anisatus, lavendulatus* vel vinosus I. 125.

Anitergium, (Du C.) vox ficta ut *facitergium; segtörlő.* Hinterwischer. Nagy Hier.

Annari, annum transigere; *az évet átélni.* Ein Jahr durchleben. Kronst. I. 622.

Annata, reditus annuus pontificis. V. Jus inthronisticum. Zsigm. Hist. 156. Inter hæc Joannes XXII. Pontifex Ecclesiarum Hungaricarum provisionem sibi, bona Caroli regis venia a 1317. reservavit, imo et *annatarum* vectigal, quo beneficiis ecclesiasticis præfecti e primi anni reditibus dimidiam partem ærario pontificio inferre debebant, in Hungaria mindu-xit. Molnár Patv. 26. *Annata,* redemptio Bullæ Pontificiæ. Cher. Jus. Eccl. I. 188. In Hungaria quoque viguisse Annatarum solutionem cum Episcopi neo-nominati confirmationem a sede Romana impetrabant, elucet ex Art. 14. 1550. In Germania, Belgio, Gallia et Hisp. Annatæ pendebantur ab omnibus beneficiis, quæ R. Pontifex extra consistorium conferebat, consistebantque in media parte proventuum unius anni. Verancs VII. 235.

Annatrum, fors. anas; *récze.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 278. Et bocha non debeat portari post sponsam et oxerium gallinarum vel ovariorum vel *annatrorum.*

Annatuli, ab anate, anaticula; *kis réczék.* Arch. Rak. VIII. 360.

Annatus, 3., (Du C.) primogenitus; *elsőszülött.* Nagy Hier.

Annexia, æ, appendix; *függelék.* Zilahi ref. Koll. Ért. 1894/5. Leges Scholæ Zilahianæ renovatæ et nunc quibusdam *annexiis* denuo auctæ.

Annexive, adiiciendo, annectendo; *utólagosan.* Kövy El. 42. etiamsi adoptio vel Testamentum in effectum non abeat sed Jus Regium *annexive* collatum, ipsam quidem præfectam, si necesse esset, nobilitaret.

Anni Hegiræ, annus arabum. Curios. Misc. 441. *Annos Arabum* seu *Hegirae* cum annis Christi combinare. Annus Arabum Turcarum et Mahometanorum Civilis fit mere Lunaris, dierum 354... Quod *anni Hegirae* seu Epochæ Turciæ Arabicæ et Mahometanæ computari cœperint civiliter a prima Phasi seu a Novilunio die 16. Julii anno Christi 622.

Annibus, pro: annis. S. de Kéza Chr. I. 41. in ipsa insula paucis *annibus* dimorantibus.

Annichilare, auctore Battyáno pertinet inter portenta Verborum, videturque ex Hungarico desumptum *semmivé tenni,* ad nihilum redigere. Batty. Leg. T. II. 113. (Decr. St. Ladisl.) etsi vidua idem fecerit, alterum oculum perdat et... cum parte sua *annichiletur.* Cod. Zichy. I. 601.

Annicirculus, i, alias: curriculum anni vel revolutio anni; *egy év leforgása.* Szék. Okl. I. 223.

Annicitare, (Du C.) cum palpebris innuere; *beleegyezőleg szemet hunyoritani.* Gyön. 1475.

Annicularis, idem quod annalis; Gyön. 1489.

Anniculum, fors. pro adminiculum, auxilium; *segitség.* Obs. Jadr. 419. Profecto existimabant Jadertini non tantum ab hominum comitiva et præsidio verum etiam a dispositione supernorum fore derelictos cum in multa clade morentur. Jam eorum *anniculum* pollicitum remotius prolongatur.

Annicus, i, parvus annus; *kisded esztendő.* Gyön. 1476.

Annihilare, pessumdare, perdere; *tönkre tenni.* Kronst. II. 1530. 207. pro equo in via *annihilato.*

Annihilatio, eversio, dissolutio; *megsemmisülés.* It. Annichilazione. Ger. Vernichtung. Vern. Met. 109. Creatio et *annihilatio* simpliciter sibi invicem opposita: contra formatio et solutio necessario invicem coniuncta sunt.

Annihiluit, pro: *annihilavit, meg-*

semmisiteni. Fej. Jur. Lib. Suppl. 41. (Anno. 1710.) Pseudo Apostolorum authoritatem *annihiluit.*

Annilitas, idem quod annitas; *vénség.* Gyön. 1480.

Annimissarius, (Du C.) Presbyter, qui per annum quotidie Missam celebrat pro defunctis; *gyászáldozár.* Nagy Hier.

Annitas, vetusta senectus (Du C.) *vénség.* Gyön. 1470.

Annonaria, æ, (Du C.) vel *Domus Annonaria,* locus ubi frumentum congeritur; *élelemtár, magtár.* Provianthaus. Arch. Rak. VIII. 88. 398.

Annonaria provisio, cura annonæ; *élelmi ellátás.* Magy. Tör. Tár. VIII. 104.

Annonarium, tributum annonæ; *gabonaadó.* Jókai Rab. R. I. 45. Kilencz forint contributio csak a katonatartásra, hát az *annonarium* egy nagyszombati mérő búza.

Annonarius, 3.. ad annonam pertinens; *élelmi.* Kelem. I. 434. item Tentoria, Currus præterea *Annonarii* et pro Casu Belli etiam Onerarij.

Annonarius, i, (Du C.) erogator,dispensator annonæ; *gabonatiszt.* Tör. Tár. 1889. p. 611. per magistros fori aut *annonarios* solvantur.

Annonæ magister, V. *annonarius.* Tör. Tár. 1890. p. 91.

Annonata Camera, camera annonæ convehendæ, congerendæ. Cella penaria rei publicæ; *országos gabonatár.* Fej. Jur. Lib. 289.

Annosas pectere arbores, inanes res tractare; *kutyát fésülni.* Verancs. IX. 89. Lucam et succentorem dudum tradidi Reverendissimæ Dominationis vestræ pectini, sed vereor, *quod annosas pectet arbores.*

Annositas, (Du C) multorum annorum series; *sok év lefolyása.* Batty. Leg. T. II. 311. an. 1217. propter diuturnam temporum *annositatem.*

Annua solennia, annuum præmium, laudis insignia; *évenkénti tiszteletdijak.* Száz. XIII. 544.

Annuales literæ, V. *Litterae annuales.*

Annualis, e, annuus; *évi.* It. annuale Anonym. Gest. Hung. vectigal *annuale.* Kass. Prax. I. 251. fora *annualia* libera prout et hebdomadalia.

Annualis revolutio, annuæ commutationes; *évfordulat.* Doc. Fam. Soos. Sec. 14.

Annualiter, (Du C.) singulis annis; *évenkint.* Pel. De S. Georg. s. I. c. 4.

Annuatim, per singulos annos, quotannis; *évenként.* Schwart. Scult. 173. Beth. S. Lev. 174.

Annuatinus, 3. (Du C.) annuatus, annuus; *évenkénti.* Lib. Ration. 432. de hiis dantur 10 fl. *annuatino* pro censu.

Annue, idem quod *Annualiter.* Knauz. M. E. Str. I. 129. etc.

1. **Annuentia,** affirmatio, approbatio, concessio,consensus (ab adnuendo) capitis nutu assensio; *fejbillentéssel való ráhagyás, helybenhagyás.* Cod. Dip. Kár. I. 208. 334. Bod. Hist. Eccl. II. 322. Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára. Vol. II. 353, Dip. Alv. II. 236. Cod. Dip. Hung. And. Vol. V, 235. 31. G. Fej. X. I. 282. 293. 573. inductione et *annuentia* ac beneplacita voluntate.

2. **Annuentia,** æ, litteræ annuentiam continentes; *helybenhagyó, beleegyező, jóváhagyó levél.* Kov. Form. St. CX. LVIII. *Annuentia* super confectione sigilli pro Comitatu.

Annuentia permissiva, permissio, venia, potestas; *ráhagyás, engedély.* Száz. XI. 605.

Annuentiales, literæ comprobationem continentes; *jóváhagyó levél.* Tör. Tár. 1890. 478. *annuentiales* et donationales.

Annuentionalis, e, ad annuentiam, consensum, approbationem pertinens; *helybenhagyó.* Szék. Okl. IV. 190. litteræ *Annuentionales.*

Annuleum sigillum, signum, quod annulo signatorio insculptum est, cf. Hiv. Műsz. sigillum regium annulare, királyi gyűrűpecsét, et in Corp. Jur. Hung. legitur, sigillum annulare, quod rex suo pro usu habet; *pecsétgyűrű. gyűrűpecsét* ... Cod. Dip. Hung. And. V. 369. 32. predictas literas *annuleo sigillo* eiusdem domini regis consignatas de verbo ad verbum transscribi fecit.

Annuliger, annulum gerens; *gyűrűs, gyűrűviselő.* Numi. Hung. 78.

1. **Annullare,** ad nihilum redigere, tollere, abolere, delere; auctoritate privare, rescindere; *megsemmisiteni.* It. annullare. Art. Diæt. Pos. 28. ut Processus tales ... pro cassatis et *annullatis* habeantur.

2. **Annullare,** annullo despondere; *eljegyezni.* Mem. Pauli 436. Soror M. disponsata et *annullata* fuit in Abbatissam.

Annullaris, annularius, annulo similis; *gyűrűnemű.* It. anulare. Gal. annulaire. Vern. Psych. 37.

Annullator, coagmentator; *összekapcsoló.* Batty. Ger. 211. cujus *annullator* divinissimus Paraclitus totius Trinitatis glutenum demonstratur.

Annullorum confector, faber annulorum; *gyűrűkészitő.* Pest Vár. Lev.

Annullus auricularis, inaures. *fülbevaló, fülgyűrű.* Vern. Psych. 82. Non possum silentio præterire usum *annullorum auricularium,* quibus lobulus auris irritatur nullatenus probari posse.

Annulus desponsatorius, annulus pronubus, in fidem coniugii datus; *jegygyűrű.* Tör. Tár. 1890. p. 599.

Annulus obsignatorius, quo litteræ obsignantur; *pecsétgyűrű.* Verancs. II. 219.

Annulus piscatorius, (Du C.) sigillum, quo romanorum pontificum brevia obsignantur; *halászgyűrű* (pápai jelvény) Kon. Egyh. 244.

Annumerabilis, qui adnumerari potest; *hozzászámitható.* It. annoverevole. Pel. Pom. De S. Thóm. c. 4. Martyrium Thomæ sit inter gloriosa martyria *annumerabile.*

Annunciatio, iudicium; *hirdetés, megjelentés.* Szilády Á. Irodtört. Közl. VI. évf. I. f. 77. misi Viennam novam operis *annunciationem.* Cod. Dip. Arp. X. 191.

Annunciativus, annuncians. Pel. Pom. L. I. P. V. Art. I. C. 3. Nam salutationes in scriptura quedam inveniuntur salutis optative ... quedam pacis *annunciative.*

Annunciator, spiritus Sanctus; *szentlélek.* Batty. Ger. 26. invocato sanctissimo *annunciatore.*

Annupciacio, collocatio filiæ; *kiházasitás.* Magy. Tör. Tár. XII. 28. desponsacionem et *annupciacionem* puelle Clare enutricionemque et sustentationem predictorum fratrum suorum.

Annus Deutralis, *Deutralis Annus,* q. v.

Annus discretionis, iusta et legitima ætas; *érett kor, nagykoruság.* passim in Codicibus.

Annus Domini, annus post Christum natum; passim in Codicibus.

Annus emortualis, annus, quo quis vita excessit; *elhalálozási év.* Dug. Följ. 94.

Annus Gracie, annus post Christum natum. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 6. anno *gracie* Mo ducentesimo tricesimo quinto.

Annus in cruce pendentis, V. *annus Domini.*

Annus incarnatæ Deitatis v. **incarnationis,** V. *annus Domini.*

Annus Jubilaeus, *bucsuév.* Curios. Misc. 432. Altera similis Periodus Annorum fuit apud eosdem Hebræos 50. annorum, quæ vocabatur *Jubilaeum,* quorum ultimus dicebatur *Jubilaeus annus* ab ipsius Dei institutione.

Annus liber, *szabad esztendő.* Opin. in montanisticis E. *liberi anni* qui in sensu legis totalem proventuum regalium relaxationem et per consequens Monetarum excusionis valori commensuratam auri et argenti bonificationem exigerent.

Annus nativitatis Domini, V. *annus Domini.*

Annus Platonicus, magnus Annus q. v. Curios. Misc. 427. *Annus Platonicus* est revolutio omnium syderum ad idem punctum, quæ revolutio iuxta Tabulas Alphosinas requirit mille Jubileos seu 49.000. Solares annos: qui ob id *Magnus Annus* nominabatur; putabant autem Platonici tunc omnia iterum innovanda non solum quoad speciem sed quoad ipsa etiam Individua.

Annus Sabbathicus, *nyugalmi-, ugar év.* Curios. Misc. 431. Cycli et Periodi vocantur certi annorum Numeri in orbem redeuntes. Cuiusmodi primo erat apud Judæos Periodus septem annorum, quorum ultimus *Annus Sabbathicus* dicebatur, quo cessare debebat Terra ab omni cultúra.

Annus salutis, V. *annus Domini.*

Annus tractilis, annus decurrens; *folyó év.* It. Anno corrente. Gal. cette anné. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 488. Decisum est, ut vas seu dolium vini Gönczi dictum a medio *anno tractili* et non ultra venui exponatur.

Annus verbi incarnati, V. *annus Domini.*

Annus Virginalis Partus, post Christum natum; *Krisztus születése után.* Magy. Tör. Tár. VI. 40. in *anno virginalis partus millesimo quadringentesimo nono.* [1513.

Annutare, annuere; *ráhagyni.* Gyön.

Annutus, us, assensus, consensus, consensio; *ráhagyás, jóváhagyás.* Fej. X. I. 286. absque *annutu* Wenceslai haud coronandum spondent.

Anodia, (Du C.) medicamenta, quæ dolores ad præsens mitigant, non sanant; *egyidőre csillapitó szerek.* Gyön. 1509.

Anogalum, idem quod *anagallus,* q. v. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Anologium, (Du C.) lectorium, pulpitum supra quod legitur; *olvasó szék.* Gyön. 1505.

Anomia, æ, iniquitas; *rosszaság, törvénytelenség.* Gyön. 1514.

Anomiani, (Du C. *Anomoniani*). Hæretici sic dicti a græco νόμος, lex et α privativum. *Viventes sine lege; törvény nélkül élők.* Nagy Hier.

Anomœi, (Du C.) Arianorum secta, qui verbum caro factum dissimile patri esse docebant; *az atya és fiu egylényüségének tagadói.* Nagy Hier.

Anorexia, gr. ἀνορεξία, fastidium, nausea; *étel-utálás.* Pár. Páp.

Anphora, amphora. Száz. XVII. 637. *anphora* plombea magna, *anphora* cuprea *mosdo.*

Anquina, æ, (Du C.) funis navis; *hajókötél.* Gyön. 1515.

Ansa, æ, nassa (Du C. al. s.) *varsa, vész.* Fischerreuse. Száz. XXII. 230. Cod. Arp. I. p. 1. circa an. 1097. In danubio ... dux concessit ... illud, quod caperetur in *ansis,* Sancti Aniani abbas haberet.

Anserinus, idem ac Aucarius; *ludas.* Werbőczi 342. Unde justo Dei et humano iudicio quilibet fidefragus et periurus, quem nos communi vocabulo *Aucarium* hoc est Ludas appellamus, acriter est puniendus. Ex voce Hung. Őke sive Eoke, qualiter Anseres in quibusdam Regni partibus, ad pabulum vocantur inde vulgariter *Ludas* id est: *Anserini* dicti ob garrulitatem et lubricam fidem.

Anstrustio, onis, apud Du C. *antrussio* est, qui fidelis domino, qui ei iuramento fidelitatis obligatus est, vel in ejus ministerio occupatus; *csatlós.* Pfahl. Jus Georg. VII. Sed iam præterlapsis sæculi VIII. decenniis primis 5. ambitis *Anstrustiones* inter principes numerari, in bello magno stipari comitatu.

Ansula, dimin. ad ansam; *kis fogantyú, nyél.* Arch. Rak. VIII. 351. Collare pro Caniculo ex serico et aureis filis intertextum cum *ansula* ex argento, opere encaustico vulgo Zománcz adumbrata. Verancs. IV. 52.

Anta, æ, anas; *kacsa.* Kuk. Jura I. 219 an. 1481. de pullis et *antis.*

Antacæus, acipenser huso (Linn.); *viza.* Bell. Cell. 807. *Antacaeus,* i, m. der Hausen, Viza, Wyza. Geogr. 495.

Antaceus, piscis Cartilagineus; *tokhal.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. II. 157.

Antacus, i. V. *Antaceus.* Vect. Gen. Gg.

Antalcidæ pax, pax fraudulenta; *álnok szerződésű békekötés.* Törvt. Msz. 23.

Antapocha, (Du C.) contraquietantia, ἀνταποχή, *ellennyugtatvány.* Kelem. Just. Jur. Pr. III. 165. Privatorum ibidem instrumentorum diversa esse possunt genera: Chirographum super contractu unilaterali; Syngrapha super bilaterali confectum; quietantia Apocha, quam dat Creditor Debitori de solutione præstita; Contraquietantia *Antapocha,* quam Debitor Creditori reddit.

Antarium, (Du C.) bellum, quod ante urbem geritur; *város előtt való harcz.* Gyön. 1528.

Antarta, (Du C. *Antartes*), 1. rebellis 2. tyrannus; *1. lázadó; 2. zsarnok.* Nagy Hier.

Ante, pro: *coram,* idiotismus Hungaricus; *előtt.* Batty. Leg. T. II. 126. an. 1133. *ante* ... Archiepiscopum litigium renovavit.

Ante-acta, tabularium, archivum; *irattár.* Székelyudvarhelyi ref. koll. Ért. 1894/5. 144. rendelések, mellyeket legottan protocolláltatni, kihirdetni, observáltatni és a jó rendnek további fentartása végett magokat a rendeléseket az *ante-actak* sorába behelyeztetni kötelességének esmérje.

Ante brevi, paullo ante, aliquanto ante; *kevéssel előbb.* Wagn.

Ante iudicem vocare aliquem, in iudicium vocare aliquem; *perbe, törvénybe híni vkit.* Wagn.

Anteambulo, onis; *előljáró, hopmester.* Hofmeister. Szamosk. I. 23. Georgius Apafius, e vetusta Abæ Regis genere oriundus Regalis Aulæ Magister, quem *Anteambulonem* dicunt .... Olah. Cod. Ep. 550. Nempe candor, ingenii canities, humanitas, venustas, gravitas, quæ te heroi affinem facit, quibus omnibus veluti *anteambulonibus* et pedissequis quibusdam uteris familiariter.

Antecambialis, ante cambium existens; *csere előtti.* Kövy. El. 391. Bona quæ dederat suo iure reposcente adeoque cambio illique superinducto consensu evanescente, res ad statum *antecambialem* reponi adeoque is Bona accepta dimittere et *recambiare* non debeat.

Antecedaneus, præcedens; *előző.* It. antecedente. Beng. Ann. Erem. Cœnob. 36. His præliminariter uti promiseramus in supplementum annorum *antecedaneorum* enarratis. Bod. Hist. Eccl. II. 29.

Antecedenter, antea, prius, prævie; *előbb, előlegesen, megelőzőleg.* Ac. Com. Sopr. p. 38. Supplicatio ... *antecedenter* jam ... communicata. Pázm. Dial. 438. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 281.

Antecenium, (Du C. antecœnium) cibus, qui ante cœnam sumitur; *ozsonna.* Gyön. 1532.

Antecessor, præfectus (ap. Du C. et Fin. alio sensu); *előljáró.* Szék. Okl. I. 208. similiter Comites in eorum directores et *antecessores* elegissent specialiter.

Antecessor ferculorum, dapiferorum regiorum duo sic nominati sunt. In Hiv. Műsz. desideratur. Fr. Lib. Rt. II. 8. 16. 93. ad manus Gregorii Zopchyth *antecessoris* ferculorum Regie Maiestatis — dedi.

Antecontumacialis, *elővesztegzári.* Ger. Vor-Contumatz. Lzb. Cod. Med. T. II. 388. *antecontumacialis* statio vulgo: Eine Vor-Contumatz.

Antecoronationales articuli, articuli, qui priusquam principi diadema et regnum deferrentur, edebantur; *koronázás előtti czikkelyek.* Ker. Nap. 322.

Antedictus, antea memoratus; *előbb mondott.* Cod. Dip. And. I—II. pass.

Antediluvianus, 3. obsoletus; *vizözön előtt való, ósdi.* Hor. Mem. 200.

Antefassionalis, ante fassionem existens; *vallomás előtt való.* Kövy. El. 390. redit enim res ad statum *antefassionalem* et pecunia ita debebit considerari, ac si in rebus deficientis mansisset.

Antefenarius, i, pro: antiphonarium, liber antiphonas continens. Rač. Mon. Sl. VII. 181. ad fin. sæc. XI. Incipit nota librorum: in primo misalum ... et duo *antefenarios* ... collectarium ... luminarium ... salterium.

Antefixa, quæ ex opere figulino tectis affiguntur sub stilicidio; *eszterha alatt való csatorna.* Gyön. 1534.

Anteheri, nudiustertius; *tegnapelőtt.* Wagn.

Ante-hesternum, nudiustertius; *tegnapelőtt.* Száz. VI. 253.

Ante-janualis, *ajtó függöny.* Gall. portière. Arch. Rak. VIII. 330. Cortinæ parietibus affixæ, ex simili materia majores nro 3. minores quatuor, cum cortina una ex simili materia ligno appensa *ante-januali* nuncupata.

Anteinsinuare, supra memorare; *feljebb említeni.* Száz. XVIII. 19. præter *anteinsinuatam* theologiam scholasticam docebitur præprimis dogmatica seu positiva.

Anteiungere, (equos currui) iungere; *befogni* (lovakat). Tör. Tár. 1886. p. 611. equos currui *anteiungendos.*

Antela, æ. (Du C.) corrigia ab anteriori parte cingens pectus equi; pectorale; *szügyelő, kentereng.* Schläg. 2190. Gyön. 1538. Quel. Sieb. I. 520 an. 1509.

Antelatus, 3. memoratus, antea prolatus; *előbb említett, felhozott.* Kassics. P. P. I. 238. et pass. Art. Diæt. Pos. 49.

Antelectulus, i, fors. munimentum ante lectum positum; *ágykárpit.* V. s. *Archiscamnum.*

Antelucare, ante lucem vigilare; *hajnal előtt virrasztani.* Gyön. 1543.

Antemalum, (Du C.) malum præteritum; *mult baj.* Gyön. 1546.

Antemontanus, 3. ante montem situs; *előfoku.* Tör. Tár. 1881. p. 332.

Antemurale, (Du C.) murus exterior, quo cætera urbis, castelli moenia cinguntur; *kerítésfal.* Ger. Zwinger. Kronst. II. 148, 149, 151, 159, 643.

Antemurale et clipeus Christianitatis, regnum Hungariæ; *védbástya.* Magy. Tör. Tár. IX. 79. pass.

Antemuralis, e, ante murum situs; *falelőtti, védőbástya.* It. antimurale. Verancs. IV. 106. Erat olim Hungaria omnibus sane Cristianis regnis quod multæ memorant historiæ murus et *antemurale* propugnaculum.

Antena, antella, antilena, quæ vide ap. Du C. Quomodo ab antella derivatum sit, demonstrat postella, postilena, postena; significat autem cingulum quoddam, quo equi pectus cingitur; *kentereng, szügyelő.* Chr. Dubn. 147. 133. Corrigiarum cinguli et frena ac similia alia cum *antenis* et postenis serice substancie contexta fuerant.

Antenati, maiores; *ős, előd.* It. *antenato.* Kass. Prax. II, 88. maiorum et *antenatorum.* Kass. Pr. I. 56.

Antennula, V. Tentaculum. demin. ad *antennam, tapogató, falám.* It. *antenna, corno.* Gal. antennule. Germ. Fühlfaden. Hist. Nat. 62. Palpi, qui etiam tentacula vel *antennulae* a quibusdam nominantur, fere numero quatuor in oris lateribus sunt positi.

Antepagmenta, orum (Du C.) valvarum ornamenta; *ajtóknak, kapuknak díszességei.* Gyön. 1567.

Antepaschalis, *husvét előtti.* Hist. Eccl. Ev. 159. Cognitores hi die 23. Martii, die Jovis *antepaschali.* (Viridium die) Olassii, Pastore Klesch immerito vinculis detento, Templum per vim occuparunt.

Antepenulus, pro: antepenultimus, qui est in secundo loco; *második az első mellett.* Gyön. 1554.

Antepositus, i, præpositus; *előljáró,*

fő. It. Anteposto. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 263. Jurabunt autem et Comes et *antepositi* in aliquo Officio civitatis.

Anteprovidere, instruere aliqua re; *ellátni.* It. provvedere. Gal. pourvoir, munir. Ger. versorgen. Brezny. 125. quos nos secundum formam et ritum S. Cathol. Ecclesiæ absolvimus et confirmatos in vera religione, *anteprovisos* expensis, cum videremus eos egere pacata ut etiam fassi sunt eorum conscientia, domum remiseramus.

Anteris, idis, columna, fulerum (Vitr.) *oszlop, támasz.* Def. bon. p. 50. videamus... quibus ædificii tui Philosophici debilitatem *anteridibus* fulcire coneris.

Anteritas, antiquitas; *régiség.* Gyön. 1556.

Anterminus, iuxta terminos positus; *határ mellett való,* Gyön. 1555.

Antes, sunt lapides et maceriæ ante vineas positæ; *kőrakások a szőlők előtt.* Gyön. 1557.

Antescribere, litteris aliquid iam prius consignare; *előbb említeni. Antescriptus, előbb említett.* Cod. Dip. Hung. Arp. V. III. 86. 124. ad fluvium antedictum et metam *antescriptam...*

Antesedile, pulpitum; *előpad.* Probst. Comitiol. p. 113. Palatinus autem S. Regni Coronam pulvinari impositam, in throni *antesedilis* a latere sinistro statuit.

Antesumtio, *a mi bizonyítás előtt igaznak vétetik.* Nagy. Jus. Trans. Sax. 190. *Praesumtio* autem quasi *antesumtio* quando nempe ante legitimas probationes aliquid pro vero sumitur.

Antetriduum, nudiustertius; *három nap előtt.* Arch. Rak. VIII. 202. *Antetriduum* 16. Februarii ad me datas lit.

Ante-Verbőczianus. Kov. Form. St. Formulæ solennes Styli in cancellaria curiaque regum foris minoribus ac locis credibilibus, authenticisque regni Hungariæ olim usitati, quas in subsidibus Diplomaticæ ac veteris Jurisprudentiæ Hungaricæ potissimum practicæ *Ante-Verbőczianae* e coævis codicibus manuscriptis collectas edidit M. G. Kovachich.

Anthologion, Horilegium, Liber ecclesiasticus præcipuorum Sanctorum vitam continens; *szentek életét tartalmazó könyv.* Nagy Hier.

Anthropolatra, (Cod. Just. I. 1. 5. 6.) adorator hominis; *ember imádó.* Nagy Hier.

Anthropolatria, cultus hominis; *emberimádás.* Nagy Hier.

Anthropomorphismus, V. s. v. Anthropopathismus; *istentestesités.*

Anthropomorphyta, (Du C.) a gr. ἀνϑρωπόμορφος, qui res ad spiritum, animam pertinentes humana forma fingunt; in specie Audiani hæretici asseclæ. Vern. Met. II. 446. Refellitur his error... 3. *Antropomorphytarum* hæreticorum, qui ex perversa divinarum litterarum interpretatione Deo corpus et organa sensoria tribuebant.

Anthropoparesta, auræ popularis captator; *kedvvadász.* Nagy Hier.

Anthropopathia, V. Anthropopathismus.

Anthropopathismus, *istent emberi érzéssel felruházó tan.* Imre Philos. 454. In formatione Ideæ divinæ summopere cavendum est, ne dum quæpiam a natura humana ad Deum transferuntur, *Anthropomorphismi* et *Anthropopathiae* seu *Anthropopathismi* vitia committantur. Est nempe *Anthropomorphismus* ea cogitandi loquendique ratio, qua corporis humani figura aut membra vel actiones in Deum transferuntur, sensus vero et cupiditates affectusque humanos eidem tribuere, *Anthropopathismus* est.

Antiæ, collarium (ap. Du C. crines capitis posteriores). Magy. Tör. Tár. XX. 184. Collarium seu *Antiae* gemmis et adamantibus distinctæ.

Antianus, Antiani apud Genuenses et in aliquot Italiæ oppidis dicti patricii, nobiles, qui ætate auctoritate et honore cæteros incolas præcellunt, atque adeo ipsi magistratus Ἀρχιγέροντες Primates ordinum seu decuriæ Primi (Du C.) Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 480. quatenus ad Civitatem predictam te personaliter conferens, Potestatem, *Antianos,* consiliarios et commune prefatos ex parte nostra moneas et inducas...

Antiaphoristæ, Lutheri doctrinæ severi sectatores 1560. *közönyelleniek. Luth. tanának szigoru követői.* Nagy Hier.

Anti-Apologeticus, ad defensionem adversam pertinens; *ellenvédelmi.* Irodt. Közl. VI. IV. 446. *Anti-Apologeticum* Responsum.

Antibiblium, (Du C.) pignus mutuo datorum librorum; *a kölcsönadott könyvnek záloga.* Gyön. 1579.

Antica, æ (Du C. propylæum); *előudvar.* Gyön. 1580.

Anti-Camera, atrium; conclave exterius; *előszoba.* Gall. antichambre. Arch. Rak. VIII. 342. In *Anti-Camera* Commendantis.

Anticatechetica, orum, medicina sanguinem purgans; *vért jobbító orvosságok.* Pár. Páp.

Antichir, pollex; *hüvelyk.* It. pollice. Kaprin. Eloq. II. 77. Pollex princeps digitus est manus nostræ, qui a græcis *antichir (ἀντίχειρ)* sive altera vel adversa manus compellari solet.

Antichronismus, ἀναχρονισμός, peccatum in temporis ratione admissum; *időcsere, kortévesztés.* It. anacronismo. Carl. Log. 132. si reperiantur *antichronismi,* si qui termini serius usitati.

Anticipando, ante solvendo, dando; sumitur etiam pro substantia et sign. summam ante datam; *előlegesen, előleg.* Jókai Régi jó Tbl. I. 41. az *anticipando* kifizetett 6 bot. Jókai Rab. R. T. 38. tiz arany *anticipandot.*

Anticipationalis, ad actum anticipandi pertinens; *előlegezési.* d'anticipazione. Kass. Jur. Civ. I. 268. Schedis nimirum partim reluitoriis partim vero *Anticipationalibus* effective et ex integro ad manus meas consignavit.

Anticipative, anticipando; *előre, előlegezve, előlegesen.* Rozsny. D. Diarium 471. Dip. Alv. II. 231. Farina menstruatim *anticipative* administrabitur.

Anticipato, anticipando; *előlegesen.* Arch. Rak. VIII. 17. *anticipato* pénz ki fog adatni. Tört. Tár. 1890. p. 43.

Anticuniculus, *ellenakna.* Curios. Misc. 399. *Anticuniculi* sunt fornices ducti secundum facies propugnaculorum, per quos contra hostiles Cuniculos agitur. Quia vero non ex omni parte Mœniorum habentur parati huiusmodi fornices, ideo ad impediendos Cuniculos, fiunt in obsidionibus putei nonnihil obliqui tantæ profunditatis, ut infra fossam Propugnatores devenire per eosdem possint.

Antidæmoniaci, Lutheri et anabaptistarum secta, orta 1545. quæ dæmones esse negabat; *ördögtagadók.* Nagy Hier.

Antidico-Marianitæ, (Du C. Antidicomaritæ); *Mária szüzességét tagadók.* Not. rel. I. 237. *An. Mar.* Beatæ Mariæ perpetuam virginitatem abnegarunt, docentes eam plures ex Josepho suscepisse proles.

1. **Antidorum,** (Du C.) apud græcos panis est benedictus, qui vice Eucharistiæ datur iis, qui ad sacram communionem accedunt. Conficitur autem Antidorum ex eodem pane, qui ad sacrificium offertur, ex quo desumit sacerdos particulam cruce signatam, reliquo quibusdam precibus benedicto, plebique reservato; *áldott kenyér.* Nagy Hier.

2. **Antidorum,** gr. ἀντίδωρον, donum mutuum, reciprocum; *viszonajándék.* Eszt. Okm. p. 35. Decr. Andreæ 1291. *antidora* deo debita.

Antidotarius, (Du C.) liber contra vitia et morbos; *ellenszerveket tartalmazó könyv.* Gyön. 1577.

Antidotum, remuneratio, donum vicissim datum (Du C. al. s.); *ellenszolgálat, viszonzás, forbátolás, viszontadomány v. szolgálat.* Knauz. M. É. Str. I. 503. 656. donatarius donatori naturaliter est obligatus ad *antidota.* Fej. X. I. 64. ut dicta civitas nostra maiori *antidotum* præmio donetur et decoretur.

Antifebrilia, medicina febrim depellens; *láz elleni szer.* Pár. Páp.

Antifrasis, sensus contrarius; *ellenkező értelem, ellenmondás.* It. antifrasi. Gal. antiphrase. Gegensinn. Obs. Jadr. 408. fundunt vasa sordida tabe et fœtibili stercore, quod adversario ex suavi aromate per *antifrasim* reprimunt. Chr. pict. Vind. 206.

Antigrapheus, i, contrascriba; *ellenőr.* Reg. Mil. p. 46. *antigrapheo* seu cancellistæ.

Antigraphiarius, i, contrascriba, qui rationes subscribit; *ellenőr.* Faber. Jur. Met. 43. *Antigraphiarius. Contra-Scriba. Antigraphiarius Gegen-Schreiber.* Elenchos collatorum metallicorum operum, prout penes singula eorum participantium personarum, custodit. Törvt. Msz. 23. Juriev. Jur. Met. 150.

Antigraphus liber, in quo contrascriba rationes observat; *ellenkönyv, ellenőrző könyv.* Törvtd. Msz. 23.

Anti-jesuisticus, 3. inimicus jezuitarum; *jezsuita-ellenes.* Száz. VII. 109.

Antila, æ, antilena. Fr. Libr. Rat. II. 28. et passim: pro attinentiis... selle, *antilis.*

Antilena, (Du C.) cingulum, quo pectus equi tegitur; *szügyelő.* Tör. Tár. 1888. p. 566. Primum una postilena vulgo farmetrijng et media *antilena* zijghelew.

Antiinimica, orum, remedia pestis; *pestis ellen való orvosságok.* Pár. Páp.

Antilogia, æ, ἀντιλογία, contradictio, (Du C. *antilogium,* altercatio); *ellenmondás.* Kat. Hist. Duc. 689. post. tot. Polonicorum scriptorum *antilogias* tuto credi potest. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 312. Br. Resp. p. 15.

Antiloquus, (Du C.) qui primo loquitur; *elől szóló.* Gyön. 1586.

Antilutherani, Sacramentarii. Szentiv.

Cur. Misc. Dec. II. P. III. 144. For. Scr. p. 15. Melch. Hoffmann *Antilutheranus*...

Antilytron, ἀντίλυτρον, pretium redemptionis; *váltságdíj.* Bod. Hist. Eccl. I. 351.

Antiminsium, Portatile; *hordozható oltár.* Nill. Symb. p. 801. Omnes sacerdotes debebunt a nobis habere *portatile* sive *antiminsium* novum. V. notam 1. 'Αντιμίνσιον, ἀντιμήνσιον, *antimensium,* græcis dicitur quod Latinis *altare portatile* seu *viaticum,* ut loquitur Bonifacius P. P. VIII. cap. ult. *de privileg.* Latinorum *antimensia* seu altaria portatilia sunt fuereque semper lapidea, græcorum non item; initio quippe conficiebantur eorum *antimensia* e segmentis mappæ illius, qua altare cooperiebatur in die consecrationis ecclesiæ, quamque postea in partes dividebat Episcopus distribuebatque presbyteris, ut defectu altaris consecrati illis uteretur ad s. liturgiam celebrandam; nunc etiam absolute ex panno consecrantur.

Antinomi, (Du C.) Joannis Agricolæ discipuli an. 1537. qui legem divinam inutilem esse docebant; *törvénydaczolók.* Nagy Hier.

Antipapa, papa alii papæ oppositus; *ellenpápa.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 228. Cher. Jus. Eccl. I. 50. §. Fej. XI. V. Un. 343.

Antipelargesis, (Du C. *antipelargosis)* talio græ. ἀντιπελάργωσις, beneficii accepti remuneratio; *forbátolás, jótét viszonzása.* Nagy Hier.

Antipendiolum, parvum antipendium; *kis kötény.* Arch. Rak. VIII. 332. Flava *Antipendiola* nro 2.

1. **Antipendium,** præcinctorium; *kötény.* Vortuch, Schürze. Arch. Rak. VIII. 332. *Antipendia* muliebria ex albo fátyol. 5. Thök. Diar. II. 336. 337.

2. **Antipendium,** i, velum ante altare pendens, pallium quo altare prætexitur; *oltár kárpit.* (Wagn.) Beng. Ann. Erem. Cœnob. Præf. Ciborium insignis elegantiæ ac pretii, *Antipendium* ut vocant summæ aræ de cuso fabrefactum argento. Ac. Com. Sopr. 23.

Antipetasma, pannus altaris, qui olim crucibus distinguebatur; *oltárposztó.* Nagy Hier.

Antipetus, i, lorica, pluteus; *mellvéd.* Ljub. Mon. Sl. XII. 192. an. 1414. super... muro fiant merli et *antipeti.*

Antiphatum, donum, munus nuptiale; *jegyajándék.* Nagy Hier.

Antiphona, (Du C.) ex gr. ἀντίφωνος in cantibus ecclesiasticis mutuæ responsiones, quæ inter sacerdotem et chorum per vices, in vices cantantur. Gall. antiphone Vita S. Steph. 88. Hymnus. Ex *Antiphonis* et Responsoriis. Beng. Ann. Er. Cœnob. 63.

Antiphonare, V. Antiphonarium. Cod. Com. Zichy Vol. V. p. 248. unum bonum *antiphonare*... bona domini Mathie plebani depredando et asportando.

Antiphonarium, (Du C.) liber antiphonarum; *karénekes könyv.* It. antifonario. Cod. Dip. Arp. Cont. I. 40. IV. Nocturnales, IV. *Antiphonaria,* IV. Gradualia etc.

Antiphonarius liber, Antiphonarium. Ranzani 334. Sacram cuius est antistes ædem ditavit pretiosis tum sacerdotum vestibus tum argenteis vasis, libris præterea magnis, quos vocant graduarios et *antiphonarios,* omni ex parte adeo mire exornatos.

Antiphonium nocturale, antiphonarium n., *éjjeli karénekes könyv.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 49. librum passionum Sanctorum I. *Antiphonium nocturale* I. psalterium I.

Antiphrasis, contradictio; dictum, ubi voci contrarius sensus supponitur; per Antiphrasim: ironice; *ellenértelemben, gúnyból.* Knauz. M. E. Str. I. 77. 50. Benedictus autem, per *antiphrasim* dictus.

Antiporta, porta anterior; *előkapu,* It. antiporta. Gal. anti-porte. Beng. Ann. Er. Cænob. 565.

Antiportus, i, cortina portæ; *külső kárpit ajtón.* Gall. portière. Száz. VIII. 16. Item *antiporti* vulgo cortine ante portam cum figuris 2.

Antiqualia, orum, maceriæ, ruinæ (Du C. antiquaria) *rom.* It. anticaglia. Gal. antiquailles. Thurocz. Chron. Hung. I. cap. 24. in quodam oppido... cuius *Antiqualia* hunc usque in diem durant. S.. de Keza Chr. I. 1. 2. Kov. Form. St. 268.

Antiquare, (Du C.) delere; *eltörleni.* Diar. Com. 88. Maiestatem Regiam declarasse, nullo mutuæ fiduciæ genere semel vinci passuram esse; Status proinde ac Ordines spe certa duci posse, quod iure assidendi, suffragiique ferendi Episcopis hisce iam nunc delato, Cancellariam illam Illyricam sit effectu ipso *antiquatura.*

Antiquatus, exsolescens, obsolescens, obsoletus; *avult, kopott.* It. antiquato. Knauz. M. E. Str. I. 440. 574. super lapidem *antiquatum* et discoopertum. Szirm. 18.

Antiquissimus, 3. valde senex; *igen. öreg.* Fabr. Urk. 227. an. 1548. tempore Juventutis... habuit *Antiquissimum* Avum.

Antiquitus, 3. antiquus; *régi.* Rač. Mon. Sl. XIII. 211. an. 1358. secundum *antiquitas* consvetudires.

1. **Antiquus,** senex; *öreg.* Arch. Rak. VIII. 360. Equæ *antiquae.*

2. **Antiquus,** 3. magnus; *öreg, nagy.* Batty. Leg. III. 404. an. 1427. pro pullo *antiquo* solvantur den. (Nota Batt. pullus *antiquus* magnus intelligatur. Hungaris enim *öreg,* idest antiquus, senex dicitur id quod magnum est. Sic ecclesia maior loci, *öreg templom,* antiquum templum vocatur et magna Missa, *öreg mise, antiqua* Missa audit.)

Antirevolutio, seditio seditioni adversa; *ellenlázadás, ellenpártütés.* Törvtd. Msz. 24.

Antirevolutionalismus, partes, consilia, studia seditiosorum contra alios seditiosos; *ellenpártosság.* Törvtd. Msz. 24.

Antiroyalis, adversarius regi: *királyelleni.* Gal. antiroyal. Törvtd. Msz. 24.

Antiroyalista, adversarius regis: *királyellenes.* Gal. antiroyaliste. Törvtd. Msz. 24.

Antismicus, (Du C.) urbanus; *nyájas, kegyes.* Gyön. 1593.

Antispiritus, dæmon; *ördög.* Nagy Hier.

Antistes, (Du C.) Apud Christianos antistes idem est, qui episcopus. H. l. summus episcopus, pontifex. pápa; *érsek.* Isthv. IV. 47. S. de Kz. Chr. I. 4. 2. Leonem Romanum *antistitem* ad Ethelam transmiserunt.

Antistitor, antestator (Du C. antistitare), *ellenkező.* Gyön. 1563.

Antistrophe, (Du C.) reciproca conversio, quando totum Responsorium convertitur. V. s. v. Metastrophe.

Antitactici v. *antitactae* (Du C.) Hæretici ex gnosticorum portentosa sententia suppullulantes, peccatum adeo non malum esse agnoverunt, ut etiam præmio dignum statuerent; *ellenelvesek.* Nagy Hier.

Antitrinitarismus, secta antitrinitariorum circa annum Christi 1570. exorta, qui tres Personas Divinas una in Personalitate subsistere docebant. Szilády Irodt. Közl. VI. 3. 275.

Anti-Trinitarius, hoc voc. idem sign. ac Unitarius i. e. sectatores doctrinæ unius Dei, quibus opponuntur Trinitarii, qui unum Deum in tribus formis se manifestantem docent; *szentháromságtagadó.* It. unitario. Czvit. Spec. 25.

Antitypon, nonnulli SS. Patrum eucharistiam ita appellant, antiquum sacrificium novo opponentes: *ellenábrázolat.* Nagy Hier.

Antonomastice, a gr. ἀντὶ et ὄνομα permutatis nominibus, cum e. g. species ponitur pro genere Heyse; *névcserével.* Fej. II. 380. vocat eos *antonomastice* Christianos, sc. Patarenos.

Antrorsum, (ab ante et versus ad analogiam retrorsum) pronus; *előre hajlottan.* Abeles 9. Caput iam *antrorsum,* iam *postrorsum,* iam lateraliter cadit.

Antrosus, 3. antrorum plenus; *barlangos.* It. grottoso, antroso. Kass. Prax. I. 197. intra *antrosas* silvas.

Antrustio, (Du C. Antrussio) a *Trustis,* fides a Germ. Trost, Trust. Troost, solamen; *hűbéres.* Vuch. Jur. Feud. 69. Is cui feudum constituitur seu in quem utile feudi dominium a domino directo transfertur, *Vasallus* a) interdum etiam *homo, miles, cliens, fidelis, antrustio,* quod idem ac fidelem denotat, germanice Lehnmann vocatur.

Anualis, annuus; *éves.* Georg. Sirm. I. 362. Jam ad Reginam cum filio suo infante *anuale,* quasi angustiasset eciam Budam.

Anuleus, annularis, sigillum annuleum, annulare sigillum; *gyűrűpecsét, pecsétgyűrű.* Cod. Dip. Arp. V. 237. iidem vero Zoda et Bors pro se et pro ipso Nicolao comparentes exhibuerunt quasdam litteras sub duobus *sigillis anuleis* in hec verba.

Anullacio, actus tollendi, abolendi; *megsemmisités.* Szék. Okl. I. 132.

Anungarus, alienigena, non Hungarus; *nem-magyar.* Corp. Gram. 331.

Anvalles, ium, circum vallata, secreta loca; *bekeritett, titkos helyek.* Gyön. 1607.

Anxiatio, (Du C.) anxietas; *félelem, rettegés.* Pel. De sctis init. Paschat. et Pent. s. I. 5. Reprobrorum pœna probatur ex pœnali doloris *anxiatione.*

Anxiatus, 3. anxius; *aggodalmas.* Fabó. Monm. Euang. II. 237. Verecundatus et *anxiatus* sum nimis hæc referre.

Anxiferius, 3. (Du C.) mæstificus; *megszomorító, keserítő.* Gyön. 1614.

Anzianus, V. *Antianus; előkelő, nemes.* Magy. Tör. Tár. XI. 53.

Aorum, aurum. Száz. IV. 687. fl. tria milia in *aoro* hungaricali.

Apaggia, fors pro: apanagia bona, quorum pars proventuum alicui annue penditur; *évpénzreszolgáló birtok.* Pesti Ször. III. 345. dicta Bona *appagia* Bonorum apaggiā vocatorum.

Apalectizare, calcibus invadere; *sarkkal megrugdálni.* Gyön. 1632.

Apanagiatus i, a gall. *apanager, élelempénzt adni; az elsőszülöttől kifizetett atyafi.* Pár. Páp.

Apanagium, (Du C.) *évi járadék.* It. appanaggio. Gal. apanage. Kelem. Inst. Jur. II. 396. Quoniam bona fidei commissa individua sunt, nec ex iis Minores sive Cadetii Familiæ quidquam participant, quæri semper audivi, an ex reditibus saltem *apanagium* id est: Portio provisionalis ad congruam sustentationem, illis debeatur?

Apanamentum v.*apanagium* (DuC.) quod ad victum et in alimentum secundo genitis præstatur et conceditur a parentibus; *élelem.* Gal. apanage. Nagy Hier.

Apanare, (Du C.) Panem ac cibum porrigere; *élelmezni.* Nagy Hier.

Apateca æ, ἀποϑήκη, medicamentaria; *gyógyszertár.* Arch. Rak VIII. 125.

Apatecarius, i. Gr. ἀποϑήκη, medicamentarius; *patikarius.* Arch. Rak. VIII. 107.

Apathes v. *apathetae,* sic dicti anachoretæ vagi, qui corpus minus affligebant quam veri anachoretæ; *kóborremeték.* Nagy Hier.

Apecula, apicula, parva apis; *méhecske.* Gyön. 1642.

Apedibus, satelles (a pedibus) *trabant.* Taurin. Staurom. I. 206. Engel. Mon. Ung. Bécs 1809. p. 175. et *apedibus* nitidus, duo signa, secures. Hinc atque inde gerunt.

Apellabilis, in quo locus datur appellationi; *felebbezhető.* It. apellabile. Gal. appellable. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 415.

Apellata, appellatio, *felebbezés* Arch. Rak. VIII. 105. 107. *apellata.*

Apellationalis (iudex); appellationis, ad appellationem pertinens; *fölebbezési, felszéki biró.* Kass. Prax. I. 39. quorum supremus et *apellationalis* Judex est in Causis civilibus Regni Palatinus.

Apellatorius, V. s. v. Litteræ appellatoriæ.

Apellitæ, (Du C.) ab Apelle hæretico quodam sic dicti angellum quemdam Deo superiorem, quem Deum igneum appellabant, Israelitarum legislatorem fuisse asserentes, Christum verum Deum esse negarunt; *Apelles hívei.* Nagy Hier.

Apennitus, us, alapæ acutæ fors. a *pennus,* quod ap. Isid. conj. 19, 19 acutus significat; *kemény, erős arczulverések.* Gyön. 1633.

Aperibilis, quod aperiri potest; *felnyitható.* Coll. I. 244: Cista ita adaptetur, ut ad eandem reserandam duæ indispensabiliter Claves requirantur, in quarum alterius defectu *aperibilis* non sit. Arch. Rak. VIII. 337.

Aperire feudum, (Du C.) *a hűbér üresedésben van.* Vuch. Jur. Feud. 227. Ut consolidationi in specie locus esse possit feudum ante domino aperiatur, necesse est. *Aperiri feudum* dicitur, quando cessante nexu feudali, utile feudi dominium ad dominum redit.

Aperitio, actus aperiendi; *felnyitás.* Ljub. Mon. Sl. XXII. 187. an. 1461: publicationi et *aperitioni* . . . præsens interfui.

Apernus, 3., ferus, asper, ab apro; *fene vad.* Gyön. 1759. antiquitus: *aprugnus.*

Aperta, æ. Patentes litteræ ad normam vocum: indebita, coperta, prohibita, proclamata etc.; *nyiltlevél, patens.* Száz. XXII. 656.

Apertam adscribere, reserare literas confessionem continentes; *felbontani a valló levelet.* Pár. Páp.

1. **Apertio,** actus aperiendi; *felnyitás.* Curios. Misc. 153. Præcepta enumerata circa emissionem sanguinis per *apertionem* venæ etiam in sacrificationibus, applicationibus cucurbitarum servanda sunt.

2. **Apertio,** initium, exordium; *megnyitás.* It. aprimento. Eröffnung. Epist. Proc. P. III. p. 155. In ipsa autem Concilii *apertione* decretum est.

Apetum, Gossypium, lana vel lanugo xyli. Tör. Tár. 1887. p. 782. exportatio *Apeti* seu bumbasi.

Apex Cardinalitius, (Du C.) apex est pileum subtile, quo sacerdotes gentiles utebantur — appellatus ab apiendo i. e. a ligando; *papi süveg.* It. mitra. Verancs. IX. 89.

Aphesis, remissio, condonatio; *teljes bűnbocsánat.* Syll. Pos. 3., mirum est quantam tragœdiam excitarunt novatores distinctione duarum illarum vocularum *Aphesis* et *Parhesis* ajentes fideles Vet. Testamenti Parhesin tantum peccatorum habuisse, id est (ut varie ipsimet explicant præteritionem, transmissionem, dissimulationem, conniventiam); Novi autem Testamenti fideles habere ipsam *Aphesin,* id est, remissionem plene et proprie dictam.

Aphthardocitæ,(Du C. Aphthartocitæ) Hæretici ex Eutichianorum secta pullulantes: Servatorem nostrum corpus a conceptione immortale habuisse commenti sunt. V. s. v. *Talmudistae.*

Apiaster, apium magister (apiarius); *méhész.* (Gyön.) 1649.

Apiciosus, 3., calvus (Du C. scr. puto legendum alopeciosus) ab *Apica, kopasz.* Gyön. 1653.

Apides, adeps, adipes, per metathesin; *háj.* Arch. Rak. VIII. 347. Latera Laridi Nro 12. *Apides* vero Nro. 5.

Apinarius, (Du C. a gr. ἀπήνη, currus) auriga; *kocsis.* Batty. Leg. P. II. 71. an. 1055. sunt subulci duo, *Apinarii* duo Fej. I. 392.

Apissimum,(Du C.) otium largissimum; *nagy, bőséges hivalkodás.* Gyön. 1657.

Aplistia, æ, superfluitas, saturitas, crapula; *fölösleg, zabálás, töltözés.* Gyön. 1666.

Apoca, pro: apocha; *nyugtatvány.* Gyön. 1669.

Apocalypsari, revelare (V. Du C. s. Gemma); *kinyilatkoztatni.* Gyön. 1670.

Apocalypseus, 3., in Apocalypsi occurrens; *Szt. János Jelenéseibeli.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 184. Accepi tuas hyperaspistes, imo meas correptiones, quibus blande admodum perinde ac scorpius *Apocalypseus* comprimis, humana facie ludis.

Apocalypsis, ἀποκάλυψις, declaratio, enunciatio, actus manifestandi (Du C. revelatio); *kijelentés.* Arch. Rák. II. 217. Hát nem igaz *Apocalypsisom?* Verancs XI. 5.

Apocalypticus, 3., ad Apocalypsim pertinens; *kinyilatkoztatási, kijelentési,* (Szt. János jelenéseire vonatkozó.) Kaprin Eloq. II. 445. utrique suis se meritis inseruit, Angelo persimilis *apocalyptico,* qui sic unum in terra fixerat pedem, ut alterum in mare porrigeret.

Apodix, socia (Du C. meretrix); *társnő.* Gyön. 1679.

Apodixa, æ, **Apodixia,** æ, cautio de accepta pecunia V. sub. *Quietantia* a gr. ἀποδέχομαι, acceptilatio; *nyugtatvány.* Fej. V. II. 36. predictas uncias auri nostre Camere solveré et exhibere procures et recipias ab eodem accurso de hys, que dederis, *apodixam.*

Apodium, fulcrum; *támasz.* Ger. Stützen. Kronst. II. 183: pro clavis ad tecturam *apodii* portæ superioris.

Apodus, 3., sine pedibus; *lábatlan.* It. apodo. Hist. Nat. 53.

Apofreta, a ferendo poma corbis; *szatyor.* Gyön. 1690.

Apogæum, gr. ἀπόγαιον (ap. Du C. ὑπόγειον); *föld távola.* Curios Misc. 46. *Descendentes* vero dicuntur Planetæ, vice versa, vel quando latitudo eorum Borealis minuitur et augescit australis vel quando ab *Apogaeo* descendunt ad Perigæum. Gyön. 1690.

Apogæus, 3., gr. ἀπόγαιος; *földtől távoli.* Curios. Misc. 46. *Apogaei* dicuntur Planetæ, cum moventur per orbitam sui Coeli remotissimam a terra.

Apoliticus, 3., alienus a prudentia; *meggondolatlan;* It. impolitico. Austr. Aust. D. 1. Dum autem is . . . vel penitus non videt, vel hominis *Apolitici* et insipientis esse existimat . . .

Apolizia, æ, scheda; *czédula.* It. polizza. Ljub. Mon. Sl. XI. 85. an. 1323: omnes homines . . . scribantur . . . in *apoliziis* et mittantur omnes in uno sacho, et quicumque exiverit de sacho, teneatur custodire.

Apollinaristæ, (Du C.) Hæretici sic dicti ab Apollinari Laodiceæ Episcopo, qui . . . primum docuit hominem a verbo susceptum fuisse sine anima, deinde animam quidem Christo dedisse, non vero mentem, cuius loco Deum verbum fuisse autumabat. V. Dimeritæ. Curios. Misc. III. 373. Concilio Romano damnantur *Apollinaristae* sicut et *Antidicomariani,* qui Mariam post Christum editum, a Josepho cognitam putabant ac denique etiam *Collyridiani,* qui eandem virginem colebant ut Deam.

Apollion, a græco ἀπόλλυμι, exterminator, vastator, qui perdit; *irtó, pusztító.* It. esterminatore. Beng. Ann. Er. Coenob. 185. iam Regem super se habent, *angelum abyssi,* cui nomen *apollion,* quod Latine *exterminans* est.

1. **Apologista,** defensor; *védő* . . . . Cher. Jus Eccl. 1. 318. Id non solum Christianæ Religionis *Apologistae* celeberrimi . . . demonstrarunt.

2. **Apologista,** æ, qui est a rationibus, calculator; *számtartó, számvető.* Reg. Mil. p. 46. *Apologistae* seu supputatori.

Apolucium, locus luxuriandi in balneis (Du C. locus ubi vestimenta abluuntur); *paráználkodó hely a fürdőházban.* Gyön. 1700.

Apopeius, hircus vel equus emissarius: pro: apompeius (Cath. quod equi emittuntur ad equas ad coitum); *kos, ménló.* Gyön. 1710.

Apophoretum, (Du C.) donum; *ajándék.* Szamosk. I. 80. ne sine *apophoreto* discederent, accepto donativo recesserunt.

Apoplecticum fulmen, apoplexia; *gutaütés.* Magy. Tör. Tár. VI. 99. *apoplectico fulmine* prosternere.

Apoplexicus, 3, ad apoplexiam pertinens; *gutaütésre, szélhüdésre vonatkozó.* Cod. Ep. Pet. Paz. I. 111. medicamenta florentina *apoplexica.*

Apoplexio, onis, apoplexia; *szélhüdés.* Isthv. IV. 48.

Apopulari, frequentare; *benépesiteni·*

Ljub. Mon. Sl. IV. 310. an. 1393: ut civitas melius *apopuletur*.

Aporiare, (Du C.) ad paupertatem, egestatem reducere; *sanyarítani, szegényíteni.* Nagy Hier.

Apospasmatium, a gr. ἀπόσπασμα, partes inconditæ; *darab, vázlat.* It. *schizzo.* Lampe. Hist. Ecc. Præf. p. 4. Hoc ipsum est, quod me impulit, ut *apospasmatia* hæc rerum ad Ecclesiam Hungaricam pertinentia . . . publicæ luci exponere . . . constituerim.

Aposphragismus, (Du C.) sigillum; *pecsét, pecsétnyomó.* Nagy Hier.

Apostare, aliquem speculari (Du C. al. s.); *lesni.* It. appostare. Ljub. Mon. Sl. IV. 317. an. 1393: vos estis dispositi ire ad *apostandum* eum in aquis Manfredonis, quia habetis quod debeat illuc *capitare.*

Apostasia, (Du C.) defectio (a fide); *elszakadás, elpártolás, hitelhagyás.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 104. Vern. Phil. Mor. 255. Hist. Ecc. Ev. 60.

Apostatans, monachus vagus, planus; *csavargó.* Batty. Leg. III. 629. an. 1498: Intelligitur autem *apostatans* omnis frater, qui sine licentia . . . Superiorum . . . per terras iverit vel vagabundus fuerit extra nostram familiam.

Apostatare, (Du C.) nuncium remittere Religioni, eiurare sacra, deficere a fide Christo data; *elpártolni, hitet elhagyni.* It. apostatare. Fabó Monm. Ev. II. 220. Wagn. Hist. Eccl. Ev. 295.

Apostatrix, a vera religione aberrans, quæ desciscit ab aliquo; *elpártoló, hitehagyott.* Kat. Hist. Duc. 665. et ad gentem *apostatricem* nunquam redire. Fej. IV. L. 116. contra gentem *apostatricem* roboratus.

Apostatus, i, speculator; *kém.* V. s. *Treonte.*

Apostela, æ, posterior pars capitis; *fej hátsó része.* Gyön. 1699.

Apostillæ, arum, dorso petitionis inscriptum responsum; *a kérvény hátára írott felelet.* Pár. Páp.

Apostolare, (Du C.) officio, munere apostoli fungi; *apostoli hivatalt viselni.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 23. Et hoc *apostolante* Gregorio Septimo Papa.

Apostolaris, ad Apostolum pertinens; *apostoli.* Pel. In divis. Apost. s. c. 2. *apostolaris missio . . .*

Apostolicalis, apostolicus; *opostoli.* Pel. Pom. De S. Steph. s IV. c. 1. Primum privilegium S. Stephani est conformis gratiæ *apostolicalis.*

Apostolicare, apostoli munus gerere; *apostolkodni.* Batty. Leg. T. II. 76. an. 1059.

Apostolici, (Du C. *Apostoli)* Hæretici quidam, hoc sibi nomen sumentes, quia nihil proprium possidentes, nequaquam recipiant aliquid in hoc mundo possidentes. V. s. v. Millenarii.

Apostolicitas, *apostoli jelleg.* Cher. Jus Eccl. I. 85. Characteres Ecclesiæ veræ... statuuntur sequentes 1. Unitas, 2. Sanctitas 3. Catholicitas, 4. *Apostolicitas,* qua eam teneat fidei morumque doctrinam, quam apostoli a Christo et Spiritu S. edocti tradiderunt.

1. **Apostolicus,** (Du C.) Apostolicus nom. adiect. et nom. subst. Apostolica sedes, idem ac nostrum apostoli (pápai) szék. Olim universim Episcopi omnes Apostolici dicti, tamquam apostolorum successores, sed sicut Papæ appellatio postmodnm soli summo pontifici adscripta legitnr; *pápai.* Chr. Dubn. p. 20. S. de Kz. Chr. I. 4. 2. Arianorum Archipræsul, qui contra sedem *apostolicam* fecerat elevare XII Cardinales. A. 2., 1. A. 2., 2. ut volebat *Apostolicus* A. 2., 3. Audiens . . . *apostolicus* clamorem. A. 2. 7.

2. **Apostolicus Rex,** Titulus Hungariæ Regis; passim, quo titulo Maria Theresia quoque a Clemente XIII. o. papa ornata erat. Fej. Jur. Lib. 394. majestatem tuam apostolicam, tanquam Hungariæ Reginam, tuosque in illo regno successores, titulo, nomine *apostolici Regis,* harum vi literarum, in forma brevis ornamus, honestamus, condecoramus, insignimus.

Apostolisticus, 3., apostolicus; *apostoli.* Knauz M. E. Str. II. 496. 524.

1. **Apostolus,** V. Jesuita. Fabó Monm. Evang. II. 190. In. Italia et Hispania vocantur theatini, in Navarra adpellantur innigistæ ab Innigo sive Ignatio Loyola, in Portugallia nominantur *Apostoli* et in reliquis regnis jesuitæ.

2. **Apostolus,** i, ἀποστέλλω, idem ac litteræ transmissoriæ vel transmissionales. Nagy. Jus. Trans. Sax. 204. Post appellationem interpositam appellans debet *litteras transmissorias* seu *transmissionales* seu *apostolos* extrahere hoc est postulare, accipere et reddere.

3. **Apostolus,** i, ad colligenda tributa exmissus; *adóbehajtó.* Pár. Páp.

Apotactitæ, (Du C.) Hæretici ita appellati, quod bonis omnibus renuntiarent, quasi dicas *Renunciantes Encratitae* i. e. abstinentes; *lemondók.* Nagy Hier.

1. **Apotecarius,** i, medicamentarius, *gyógyszerész, patikus.* Cod. Dip. Brüss II. 50. Mauricio *Apotecario* D. 100.

2. **Apotecarius,** librarius; *könyvtáros.* Tör. Tár. 1889. p. 383. ordo librariorum seu; *apotecariorum.*

Apotheca speciariæ, (Du C.) taberna medica; *gyógyszertár.* Ljub. Mon. Sl. 182. an. 1345.

Apothecarius, (Du C.) confector medicinarum, pharmacopœus; *gyógyszerész, patikárus.* Knauz E. M. Str. II. 715. 809. Serm. Cat. 156.

Apothecula itineraria, medicamenta viatoria: *úti kis gyógyszertár.* Arch. Rak. VIII. 344. *Apothecula itineraria* cum vitrellis cristallinis et pixidibus stanneis.

Appagare, solvere (numos); *kielégítni, kifizetni.* It. appagare. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 382. Argentum namque præfatum taliter *appagabitur;* quarta pars dabitur Domino Duci etc.

Appagiare, purgare, desquamare; *tisztítani, lepikkelyezni.* Prot. inq. 259: et coquinam faciebat et *appagiabat* pisces.

Appanagium, (Du. C. *apanamentum, apanagium)* ab *apanare,* panem et cibum porrigere; *élelmezés, évi járadék.* Gall. *apanage.* Vuch. Jur. Feud. 136. *Appanagium* dicitur pensio, quam primogenitus vel qui de eius familia est, ultragenito, eiusque heredibus præstat. Sapit stricte alimentationem, quam primogenitus ultragenitis pro conditione status civilis et amplitudine redituum cum integram successionem capiat, præbere obligatur et hinc *appanagium* non debet confundi cum sic dicta *Legitima* iuris Romani.

Appapare, agglutinare alq alicui rei a germ. *anpappen; péppel odaragasztani.* Kov. Form. St. XII. Initio statim in pagina tabulæ *appapata* sequentia veteri manu inscripta sunt.

Appar, (Du C.) *Appares* vocant inferioris sæculi scriptores Epistolas generales, quæ uno exemplo paucis mutatis ad diversos mittuntur; *másolat, hasonmás.* Nagy Hier.

Apparacio, actus muniendi (sigillo); *hozzáillesztés, nyomás.* Szék. Okl. IV. 5. literas ratas habentes et acceptas de verbo ad verbum presentibus insertas auctoritate presencium per *apparacionem* dupplicis sigilli nostri duximus confirmandas.

Apparamentum, (Du C.) apparatus; *készlet.* Tör. Tár. 1886. p. 359. de ecclesiasticis *apparamentis.* Thök. Diar. II. 330: *apparamenta* pro equis.

Apparementum, (Du C.) apparatus, id omne, quod bello inferendo necessarium est; *hadi készlet.* Száz. XIII. 234. pánczél: cum omnibus *apparementis* præter Banbusium.

Apparenter, (Du C.) probabiliter, in speciem; *színleg, látszólag.* Tör. Tár. 1888. p. 682.

1. **Apparentia,** (Du C.) ostentatio; *feltünőség.* Rák. Ön. 112. Casualis fuit et nullius *apparentiae* Commissio.

2. **Apparentia,** æ, species; *tünemény, látszat, külszín.* It. apparenza. Wagn. Vern. Met. II. 19. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 548. Non est magne *apparencie* exercitus Tartarorum, qui omnes simul et congregati incedunt ita, quod acies mille Tartarorum quingentorum *apparenciam* non habebit.

Apparentior, 2., gr. compar. ab. apparens part. verbi appareo, adiect. more adhibito — qui magis apparet, magis evidens est; *érthetőbb, világosabb, láthatóbb.* Cf. T. I. M. p. 43. apparentia bona: látszó, tetsző javak. Cod. com. Zichy v. III. p. 470. . . . *aparenciores* metas . . . pro parte domini Episcopi vidissent aparte possessionis loca, aparte vero possessionis Maysa *aparenciores* pro magistro ladislao vidissent.

Apparitio, 1. actus apparendi, imaginatio, phantasia; 2. (Du C. epiphania) 1. *ábrándkép, tünemény, 2. megjelenés.* It. apparizione. 1. Vern. Psych. 120. Imaginarium tale objectum, phantasma, phantasiam, *apparitionem* vocant. 2. Fej. X. 2. 147. Datum Sabbatho proximo post festum *Apparitionis* Beati Michaelis Archangeli.

Appartemens, conversationes aulicæ Textum vide sub *Saltus festivus.*

Appeli, orum, literæ provocationem continentes; *felebbező levél.* Sup. An Sc. II. 227. an. 1427: *appelos* idest litteras super *appellatione.*

Appellabilis, *(Causa)* in qua appellationi est locus; *fölebbezhető.* Art. Diæt. Pos. 47. omnes Causæ *appellabiles* . . . appellentur Cher. Jus. Eccl. I. 215. Magy. Jogt. Eml. I. 415.

Appellabilitas, natura causæ, in qua provocatio, appellatio conceditur; *felebbezhetőség.* Art. Diæt. Pos. 46.

Appellata, æ, appellatio provocatio; *fölebbezés.* Cher. Jus. Eccl. I. 215. Georch. H. T. I. 63. 163. Kass. Jur. Civ. 1. 247. *Appellata* est Remedium Juridicum, quo per Sententiam inferioris Judicis gravatus Causam maturioris revisionis gratia ad superiorem Judi-

cem provocat et referri vel transmitti intra vel extra Dominium postulat.

Appellatio, provocatio ad curiam; *kérdőre vétele az pörnek.* Not. I. Samb. Tyrn.

Appellatio ab abusu, jus contra abusum ecclesiasticæ potestatis appellandi, *egyházhatalom visszaélései ellen felebbezést engedő jog.* Kon. Egyh. 127.

Appellatorium, iudicium appellationum; *felebbező törvényszék,* Nov. Calend. 291. Suprema Armorum Cæsareo-Regiorum in Generalatu Carolostadiensi et Varasdinensi præfectura . . . *Appellatorium.* — Præses, assessores . . . Bellici Judicii actuarius etc.

Appellum, actus citandi: *törvénybe állitás, beválás.* Uj Magy. Muz. III. 202. Nullus capiatur nec imprisonetur propter *appellum* femine de morte alterius quam viri sui.

Appendentia, orum, Appendentia sunt ædiculæ sacræ, quæ ab ecclesia maiori pendent; *szent melléképület.* Marc. Chr. II. 53. Totam enim ecclesiam illam ceteraque ædificia et *appendentia* repentina flamma corripuit.

Appendicium, (Du C.) V. Pertinentia; appendix, res adiuncta; *függelék, járulék, tartozék.* Fej. II. 85. quam dederat ei in uxorem cum omnibus *appendiciis* predii. Luc. Regn. Dalm. 103. Schläg. 2194. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 1. (Du C.) autore Battyáno in chartis medii ævi solent significare mansiones, agros, prædiaque rustica majori alicui prædio, domui ecclesiæ adnexa. Hoc loco sumi debet pro *accessoriis; hozzájárulék.* Batty. Leg. T. II. 231. an. 1138: cum *appendiciis* suis tam mobilium quam immobilium rerum.

Appendium, appendix, idem ac Appendicium. Fej. X. 4. 147. cum omnibus Civitatibus, castris, munitionibus, oppidis, villis pertinentiis, cohærentiis et *appendiis* quibuslibet.

Appendix, assecla, socius (Du C. socia); *társ, mellékes.* Irodt. Közl. VI. IV. 480. homo *appendix.*

Appensio, actus annectendi, annexio; *ráfüggesztés.* Batty. Leg. I. 382: corrigiæ... *appensione* iussimus signari.

Appensorium, (chlamidis) catella, qua dicta Hung. mente in collo nectitur; *mentekötő.* Wallaszky 427.

Appersonaliter, adv. comp. ab ad + personaliter, nonnunquam divisim scriptum personaliter et: cum respectu personæ; *személyesen.* Cfr. Törvt. Műsz. p. 48. citatio ad personaliter comparendum: személyes megjelenésre meghivó idézés. In Cod. com. Zichy v. III. p. 613. Capitulo Budensi *appersonaliter* pro nobilibus de pomaz Ladislaus . . . pro dominabus Nicolaus . . . in octauis sancti Georgy et octauo die ad Judicem.

Appersonare, (Du C.) sub *persona* inaugurare (installare); *bevezetni, beigtatni.* Nagy. Hier.

Appertinentia, æ, (Du C.) appendix, res adiunctæ; *hozzátartozandó, tartozóság.* It. pertinenza, attenenza. Georch. H. T. II. 31. Kass. Prax. I. 207. possessionem T. cum *appertinentiis.*

Appertinentiæ extravillanæ, *kültelki hozzátartozóság.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 447. *Appertinentias extravillanas* (ipse — dare debet) sive agros et prata.

Appetiare, resarcire; *kijavitni.* It. appetiare. Prot. inq. 241. XXI. ego aliquando *appetiavi* sibi dictas [sc. laceratas] vestes.

Appetibilitas, proprietas rei, quæ appetitionem movet; *kivánatosság.* Pázm. Dial. 461.

Appetitivus, 3., appetens; *kivánó.* Pázm. Dial. 211. Andr. Pann. 32.

Appetitorium, potus appetitum cibi movens; *étvágygerjesztő.* Jókai Kárp. Z. 446. Azonközben hozzanak ebből a régi silvoriumból *appetitorium* végett. Magy. Náb. 366. Kelt az *appetitorium* (őszibaraczkszesz).

Appignorare, ad + pignorare. Non eodem sensu legimus hoc verbum, ac in Glossario Duc. sc. pignori capere, verum contrario, i. e. — pignori dare, oppignerare; *zálogba vet, elzálogosit.* Rák. Ön. p. 128. l. 25—29. (28.) Sed longo discursu opus fuit, ut equi darentur mihi ab ultima posta. ubi via regia deserta ad urbeculam Podolinez, tredecim oppidorum e Hungariæ regno reipublicæ Poloniæ olim a divis regibus *appignoratorum,* deflectendum fuerat.

Applacidare, approbare; *tetszetelni, jóváhagyni.* Ger. applacidiren. Kass. Prax. I. 76. id quod petitur, resolvitur, aliæ negativæ, si id quod petitum est, non *applacidatur.* Reg. Turm. Præt. 17. Opin. P. I. Sec. II. §. 4.

Applanare, complanare; *kiegyenliteni, egyengetni.* Arch. Rak. IX. 533. azon restantiát exolváltassa s *applanálja* kegyelmetek.

Applanatio, actus planum reddendi; *egyengetés.* Kass. Jur. Civ. I. 197. *Applanatio* horti T. ut. sub — e foveis et fossatis constantis iuxta sub Nro I. æstimata ad fl. I.

Applauda, furfur; *korpa.* Gyön. 1674.

Applausibilis, applaudendus, applaudendo dignus; *tapsra, helyeslésre méltó.* Verancs. IX. 137.

Applaustrare, in plaustrum aliquid imponere; *megrakni.* Kronst. II. 60., 69., 644.

Applaustratio, V. *applaustrare; felrakás.* Kronst. II. 69.

Applicabilis, ad applicandum idoneus; *alkalmazható.* It. applicabile. Pel. Pom. L. VIII. P. III. Art. 3.: Plura alia si vis miracula multa *applicabilia* habes infra in tractatu de miraculis. Kass. Jur. Civ. I. 228.

Applicabilitas, natura rei quæ applicari potest, habilitas; *alkalmazhatóság.* It. applicabilita. Vern. Met. 32. Quare categoriæ intellectus nonnisi intuitu obiectorum experientiæ habent *realem* significationem ac *applicabilitatem.*

1. **Applicatio,** (Du C. al. s.) munus, præficiendi actus in aliquod munus; *alkalmazás, állás, hivatal.* Reg. Turm. Præt. 18. *Applicatio* Prætorianorum in statu civili ab eorum qualitatibus et ab eo prout se gesserint dependebit.

2. **Applicatio,** industria, sollertia; *szerénység, szorgalom.* It. applicazione. Wagn.

Applumbarius, (Du C.) qui summorum Pontificum bullis plumbum aptat; *bollapecsétlő.* Nagy Hier.

Applumbatura, ferruminatio; *hozzáforrasztás.* Ger. Anlöthung. Pár. Páp.

Appodiaceus, 3., a voce: appodiare, appoggiare, se reclinare, niti, sustentare, adminiculari; *támasztó, támogató, támlás.* Arch. Rak. VIII. 326. Sella *appodiacea.*

Appodiaculi, fulcimentum; *hónalj támaszok.* Gyön. 1741.

Appodiamen, V. Apodiaculi. (Du C. Appodiamentum). Gyön. 1740.

1. **Appodiare,** (Du C. appodiari) inniti, fulciri (α πούς ποδός); *támaszkodni, lereszkedni, oda lábolni.* Pel. (De S. Elis. s. I. c. 8) Dum præ debilitate *appodiasset* in gremium ancillæ. Schaffr. Electr. X. Religiosum Operarium fenestræ *appodiatum* . . . Pel. serm (Hiern. 36. sz.) vinea solet *appodiari* ligneo Palo.

2. **Appodiare,** navem appellere; *kikötni.* Georg. Sirm. I. 274. Et supra Budam insulam Sancte Margarete *appodiaverunt* sese.

Appolissa, documentum, scriptum; *okmány, okirat.* Dip. rel. reip Rag. 23. 24.

Apponere, ponere; *valamibe helyezni valamit.* S. de Kz. Chr. I. 4. 1.: in quibus iuxta suæ opinionem fidei spem maximam *apponebat.*

Apponillia, æ, appositum; *toldalék,* It. apponimento. Zusatz. Ljub. Mon. Sl. XI. 156. an. 1344: fiant... conventiones, ut in quadam *apponillia*... slavonesca continetur.

Apposicio (sigilli), alias Appensio; *pecsételés.* Magy. Tör. Tár. VII. 250.

Appotiare, (Du C.) potandum præbere; *itatni.* Knauz. E. M. Str. I. 122. 102. rex veneno *appotiatus* a fratre suo.

Appraetiare, æstimare; *megbecsülni.* Arch. Rak. VIII. 203. et notifico R. D. Vræ iam *appraetiata* vina per manus assignata et deducta esse.

Apprecatio Salutaria, salvum iubere; *egészségkivánás.* Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 368. Jndicavi huic principi nomine Matis vestræ *salutariam apprecationem* et novitates exposui, qui devotissime gratias egit pro *salutari apprecatione.*

Apprecatoriæ, (litteræ) lit. omina continentes; *köszöntő.* Gratulations. Kov. Form. St. CVIII. *Apprecatoriae.* Novi Anni p. 130.

Appreciatio census, æstimatio; *megbecslés.* Száz. XI. 769.

Apprehendere, ægre ferre; *rossz néven venni.* Arch. Ver. Sieb. VI. 1. 135. Contractus inter nos initi prelo submissionem... nonne Sua Maiestas . . . *apprehenderet ?*

Apprehensio, indignatio, actus in malam partem accipiendi; *neheztelés, zokonvevés.* Arch. Rak. VIII. 381. Epist. Proc. P. III. 533. Jókai, Régi jó Tbl. II. 61. s ha egyszer valamelyik hölgy könyörületből vagy *apprehensio*-ból felváltja e minden napszám között legunalmasabb szakmánynál.

Apprehensivus, 3. vim apprehendendi i. e. cognoscendi habens, alias cognitivus, rationalis; *megismerő, felfogó.* Andr. Pann. 245. potentia *cognitiva* sive *apprehensiva.* Pázm. Dial. 423.

1. **Apprehensor,** qui apprehendit (furem); *elfogó.* Kass. Jur. Civ. I. 97. res porro mobiles universæ velut facile occultabiles iuxta Art. 138: 1647. per *apprehensores* et detentores sub iuramento revelari.

2. **Apprehensor,** occupator; *elfoglaló.* in Besitz-Nehmer. Kov. Form. St. CLXXXVII. *Actio quaestoralis,* vi cuius Creditor Mercium Summam in Executionem pro Parte sui sumptam per novum Fundi *apprehensorem* depurari adurget.

Appressio Sigilli, obsignatio; *bélyegezés, pecsétütés, nyomás.* Kass. P. P. I. 215.

1. **Appretiare,** pretium dependere, solvere (Du C. pretium imponere); *a dijt megfizetni.* An. Sc. I. 90. an. 1513: nisi sua sponte... vel per... scholasticos *appretiati* huius modi *tabulam* seu mensam... elargiri non teneantur.

2. **Appretiare,** pretio conducere, in pretio habere; *bérelni, zsoldba fogadni, becsülni.* It. soldare, apprezzare. Gal. apprécier. Kat. Hist. IX. 598. Fej. IV. 2. 441. Wagn. Kov. Jur. Tav. 249. volunt fabri pro iure habere, ut famulum sive socium *appreciatum,* cui solent ad singulas hebdomadas vel menses... solvere... nemo audeat tenere.

Appretiatio, æstimatio; *megbecsülés, becsbentartás, becsesség.* Pel. Pom. L. X. P. I. Art. III. Sexto martyres honoraverunt sexta ratione scilicet *appretiatione* tali. Pel. (De S. Margar. s. II. c. 1.) Vect. Ref. I.

Apprimere, imprimere; *odanyomni.* Szék. Okl. 1. 31. secretum annulum nostrum eisdem *apprimentes.*

Approbanter, approbando; *helyeslőleg.* Kuk. Jura I. 123 an. 1351: permissionem... *approbanter* præbere.

Approbata, litteræ quibus aliquid approbatur, codex Juris Municipalis Transilvaniæ; *jóváhagyó levél.* Cod. Alv. I. 8. Hogy Erdélyben az 4. recepta religiók az *Approbata* és azon *Approbatában* irott unió conditiói szerint való szabados exercitiuma megtartassék. — Szegedi Rubr. Pars. III. p. 17. Juramentum et conditiones suscepti Principatus ab hoc Rákóczio et Báthorio videri possunt in Codice Juris Municipalis Transilvaniæ, quem *Approbata* vocant.

Approbatalis, ad approbationem pertinens; *jóváhagyó.* Opin. in montanisticis C. lex *approbatalis.*

1. **Approdianus,** i, V. *Aprodianus.* Száz. XI. 797.

2. **Approdianus,** discipulus, puer; *apród, inas, tanuló.* Kov. Form. St. 440. Magistri ipsius artis sive *Approdianum* conventos seducere præsummat. Pesti ötv. czéhsz. 1529. quod nullus magistrorum possit et debeat tenere nisi ad summum tres famulos et tres *approdianos.* Pel. Pom. De Innoc. s. I. c. I. Pater ministros *approdianosque* voluit sibi adunare vel sociare.

Appromissio, promissio, sponsio; *megigérés, együttigérés, fogadás, kezesség.* Rák. Ön. p. 292. l. 25—26. Dip. Alv. II. 151. Super qua *appromissione* pro... summa me fideicessione liberavit.

Appromtare, instruere; *fölkészitni, fölszerelni.* Magy. Jogt. Eml. 305.

Appromptatio, necessariarum rerum comparatio; *előkészület, intézkedés, fölkészülés.* Arch. Rak. VIII. 93. Ruk. Jur. II. 208. 93. Sua Excellentia Banalis, negotio moram non paciente, præmissam Militiam hactenus jam ad Castra expedivisse et circa futuram eatenus *appromptationem* necessaria jam disposuisse se declaravit. Kronst. III. 568.

Appromptuare, instruere, in ordinem redigere, reficere; *felszerelni, rendbehozni.* Kronst. III. 152: fabro, qui kutschy *appromptuavit* 166: qui cultros tonsorios *appromptuari* fecit. 173: tympana. Cod... de Sztára Vol. II. 394.

Appropiare, (Du C.) approximare, appropinquare. Gall. approcher. In veteri et novo testamento occurrit; *közeledni.* S. de Kz. Chr. I. 4. 2. Post hæc Ravennam *appropians.*

Approporciare, iusta ratione, proportione describere; *arányba hozni.* Kuk. Jur. II. 151. pro futura etiam Salariorum Militiarium viribus et potestati miseræ Contribuentis Plebis *approporciandorum* necessitate.

Approportiatio, actus conformandi; *arányos felosztás.* Kass. Jur. Civ. I. 28.

Approportionare, accommodare; *arányositani.* Coll. l. 333: numero Cleri... *approportionandum* Seminarium erigatur Urb. Reg. 87. Kass. Jur. Civ. I. 28.

Appropriabilis, quod alicui attribui potest; *valakinek tulajdonitható, betudható.* Pel. Pom. L. I. P. VII. Art. I. c. 3. Nam unaqueque operatio divina magis est *appropriabilis* alicui persone etc.

Appropriare, (Du C.) rem propriam sibi facere; in suos usus convertere; *sajáttá tenni.* Batty. Leg. III. 625. an. 1498. Eszt. Okm. 148. Chr. Dubn. 92.

Appropriate, (Du C.) singulariter, proprie; *kiváltképen, tulajdonképen.* Pel. De S. Margar. s. II. c. 1. Hæc autem ecclesia canit *appropriate* de castitate.

Appropriatio, actus appropriandi V. s. v. Consolidatio Feudi.

Appropriator, *sajátját védő.* Batty. Leg. III. 626. an. 1498: *appropriatores*... locorum dicuntur, quibus cum datur obedientia recedendi de loco, procurant eam per preces sæcularium revocari; vel qui alios de non suis locis, seu quos alienos reputant subditos sive Prælatos secum nolunt habere sive pacifice sustinere.

Approximare, appropinquare; *közeledni.* It. approssimare. Arch. Rak. IX. 58. Eundem iam senio confectum mortique *approximantem.* Wagn.

1. **Approximatio,** appropinquatio, accessus; *közeledés.* It. approssimazione. Pázm. Dial. 341. Wagn.

2. **Approximatio,** species insitionis: copulatio. It. approssimazione. Oszterh. 21. Arbores nostræ fructiferæ, quoniam e semine surgere nequeunt, propagari debent 1. per Insitionem, 2. Inoculationem, 3. *Approximationem,* 4. Mergos, 5. denique surculos.

Approximativus, 3., obiter, circiter initus; *megközelitő.* Art. D. 1840. *approximativus* calculus.

Appulsare, (Du C. advocare) frequent. ab: appellere; *hajszolni.* Knauz. E. M. Str. II. 232. 212. indebitis citationibus *appulsati.*

Appunctare, consignare (Du C. al. s.); *feljegyezni.* Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 400. an. 1420: omnes *appunctati* in quaternibus communibus pro aliquo delicto.

Appuntuamentum, (Du C. appunctuamentum) pactum; *szerződés, egyesség.* It. appuntamento. Cod. Telek. X. 193. omnia et singula capitula sive *appuntuamenta* inter te, et venerabilem fratrem nostrum Thomam Episcopum Bononiensem.

Aprecari, pro: *apprecari:* precari; *kivánni.* Tör. Tár. 1889. p. 438. paterne *aprecatur,* Pater suus.

Apreciare, appretiare, pretio conducere; *fölbérelni.* Georg. Sirm. I. 234. Et sic velle nolle Turcum *apreciaverat* Rex Ioannes.

Aprestatio, separatio; *elválasztás.* Fej. X. 4. 264. et eorum seu earum quemlibet seu quamlibet per devastationem bonorum ipsorum seu ipsarum et eorum omnium et singulorum mobilium et immobilium ubicunque reperitionem captionem sequestrationem seu *aprestationem* seu quamcunque aliam occupationem et detentionem authoritate nostra et potentia brachii secularis procedatis.

Aprilis, pro: Aprilis, sicut naturalis. Kol. Cod. 40.

Aprimis, primum; *először.* Georg. Sirm. I. 46. Rex dederat, et episcopatum *aprimis* Agriensem, posthec strigoniensem.

Aprocha, æ, lorica; *futó árok.* Laufgraben. Gal. approche. Nill. Symb. p. 1047: Consolatorem samiorum militum intra loricas seu *aprochas*... obsessæ Budaæ... cum gaudio conspexit... Dux Lotharingiæ Carolus.

Aprodianus, iuvenis, qui regi ministeria facit. In nostro sermone «*apród,*» quod vocabulum idem significabat ac «puer.» Fr. Lib. Rt. I. 53. II. 10. 35. 78. III. 195. eodem die *aprodianis* et ruthenis Regie Maiestatis ad usum ipsorum dedi.

Aprodinus, i, puer nobilis a ministeriis principis; puer pædagogianus; *apród.* Száz. XVII. 537.

Aprodio, onis, apud nos puer, qui in aula regia aut apud Magnates proceresque servitium peragebat; *apród.* Cod. Telek. XI. 318. Quia nos in causa inter Franciscum de Pok *aprodionem* nostrum et Fratres suos ab una et G. K... ex altera in facto occupacionis Bonorum eiusdem F. coram vobis mota.

Aprologina, æ, ab: aspriolus, sciurus, *evet;* pelles sciuri, *evetbőr;* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 500. Item super facto mardurinarum ac *aprologinarum* recurretur ad privilegium populorum de Thwroch pelles mardurinas et *aprologinares* seu censum pro eisdem soluere consueverunt, eadem consuetudo observabitur inter ipsos.

Aprologinaris, ad aprologinam pertinens. Text. v. s. *Aprologina.*

Aproportionalis, pro portione; *arányos.* Szer. Not. p. 113: divisio decimarum maiorum *aproportionalium*... habitorum.

Apropriare, appropriare q. v. Pesty Szőr. III. 227, 228.

Aproximiare, appropinquare; *közetedni.* Magy. Jogt. Eml. I. 446.

Apsus, desertus V. s. Mansus; *elhagyott.*

Aptagia, æ, iudicium, sententia; *itélet.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 377. Et judicatum est ut Comes non auderet recipere *aptagias* super nullum clericum nisi Episcopus vel si ibi Episcopus in civitate non fuerit, hanc potestatem Archidiaconus habeat, tollendi *aptagias* super quemlibet clericum.

Aptagus, fors. lata sententia (p. *capere) határozat.* Ljub. Mon. Sl. XI. 7. an. 1306: omnes *aptagi,* qui dantur in magna curia quam in parva, scribantur in quaterno per cancellarium...

Aptamen, refectio, sartura; *tatarozás, helyreállítás.* Ljub. Mon. Sl. IX. 85. an. 1410: pro reparatione et *aptamine*... palacii.

Aptare, ornare, reficere; *ékesiteni.* Prot. inq. 166: ipsa puella dabat magnam (diligentiam) ad *aptandum* altaria.

Aptitudinabilitas, status, quo quis ad aliquid aptus fieri potest. Text. v. sub Transcendentalitas.

Aptitudinaliter, apte; *alkalmasan, hűen.* Pel. Serm. Sicut speculum licet sit multo inferioris naturæ quam homo: tamen ab artifice fit ad hunc finem ut representet imag'nem hominis *aptitudinaliter.* Aest. 5. i. cet.

Aptitudo, habilitas; *alkalmasság, ügyesség.* Wagn.

Apua, Clupea Encrasicholus. Linn. *szardella:* Ger. Sardelle. Vect. Gen. Gg.

Apud, pro: in; *-ban, -ben.* Batty. Ger. 84. *apud* Galliam constitutus.

Apud animum statuere, persuasum habere; *magát eltökélleni.* Knauz M. E. Str. I. 72.

Apud aures aliquem tenere, auribus aliquem tenere; *fülénél* (fogva) *tartani* vkit, Wagn.

Apudesse, præsentia; *jelenlét.* Ger. Beisein. Arch. Ver. Sieb. XXV. 375. an 1787. juramentum ... in *Apudesse* singulorum deposuisses.

Apudixa, æ, apocha gr. ἀπόδειξις (Du C. *apodixia).* Ljub. Mon. Sl. v. 36. an. 1404: de hiis, que sibi solveritis, recipiatis ... *apudixam.*

Apugenarium, carcer subterraneus (a gr. ὑπόγαιον); *földalatti tömlöcz.* Burg-Verlies. Szék. Kron. His actis, mortuo Zoltano, ab Andrea Regnum divisum est, et regem nostrum Belæ natu minorem, ducem Ultrasilvaniæ in suo *apugenario* custodiebat. 1049.

Apunctatura, æ, conscriptio; *összeirás; feljegyzés* It. appuntatura. Ljub. Mon. Sl. III. 269.

Apyrasta, æ, carbunculus (Calep. an. 1513.); *drága kő.* Gyön. 1766.

nostra cudendæ monetæ materiam constituit. Incusum, præter illud, quod pro moneta destinatum, et *Comiti Camerae cusoriae* tradendum erat iam *usuale* vel utensile, iam *mercimoniale* dicebatur. *Ponderatum* quod *irreflexe* ad denariorum numerum iuxta bilancem examinabatur, quale etiam *Staterale* fuisse videtur *Finum* idem erat quod probum seu a heterogeno metallo depuratum.

Argentum foliatile, arg. foliaceum; *levélezüst.* Arch. Rak. VIII. 352.

Argentum fulminatum, arg. fulminans; *durranó ezüst.* Fjp. Szám. p. 94.

Argentum granulatum, arg. granosum; *ezüst szemmé törve.* Thök. Diar. II. 253. Wenceslaus Zsolnai fatetur quatuor sacculos *granulati argenti* ex manibus Jelenik percepisse Dominum Adiutantem.

Argentum pustulatum, arg. purum; *finum ezüst.* It. argento fino. Kecsk. P. Ötv. 147.

Argentum tocatum, tundendo diductum arg. ab. it. toccare; *vert ezüst.* V. Tocatus. Száz. XX.

Argentum tractum, filum ex argento ductum: *vont ezüst.* Tör. Tár. 1888. p. 566.

Argentum vivum, (Du C.) Hydrargirum; *kéneső, könöső, higany.* It. argento vivo, mercurio. Kecsk. P. Ötv. 153.

Argia, agger, moles fluctibus opposita; *töltés, gát.* Cod. Dip. Kár. I. 203. 132. in quo tres rotæ volvebantur cum sua *argia,* quod *gath* dicitur ungarice.

Argillator, operarius, qui argillam tractat; *agyagos munkás.* Fjp. Szám. 263. Item *argillatoribus* libantibus solvimus den. 10.

Argirocopus, i, argentarius; *ötvös mester.* Gyön. 1998.

Argirologus, i, quæstor; *ezüst kereső, -váltó.* Gyön. 1999.

Argumentare, in animo habere, moliri; *kieszelni.* V. s. *duodecima manus.*

Argumentator, qui argumentatur; *érvelő, bizonyító.* Nic. de Mir. 444.

Argumentum, (Du C.) fraus, dolus; ars, qua quis fallitur; *csábitás.* Batty. Ger. 290. Vitia omnia et peccata divino spiritui contraria spiritus dæmoniorum dicenda, diaboli enim *argumento* exagitata.

Argus, 3., prudens, sagax, vigilans, circumspectus, ut quondam Argus; *szemes, éber.* Verancs. VI. 283. *Argus* itaque sis, si eris mercator. VII. p. 8. coactusque sum et *Argum* agere et auritius caput mihi . . . attingere.

Argutator, sophista; *furfangos okoskodó.* Wagn.

Arha, deductio pecuniæ; *tiszti levonás. előpénz; szent Miklós pénze.* Opin. 1802. §. 73. Y.

Arha connubialis, vestis sponsæ data; *jegyruha.* Szirm.

Arhalis falcidia, deductio pecuniæ pro munere capessendo; *tiszti levonás.* V. ö. *Taxa Characterialis.*

Arianicus, 3., ad doctrinam Arii, qui Christum sæc. 4. hominem esse docebat, pertinens; Fej. I. 78. qui cum *Arianicae* factionis essent.

Arianismus, doctrina Arii. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. I. p. 169. F. Forg. Comm. 457. et ad decrepitam vergennns ætatem *arianismum* acerrime propugnavit. 461. Tertius Blandrata medicus homo italus et *arianismi* auctor.

Arianus, *Unitarius.* Tör. Tár. 1888. p. 538. secta stylo veteri *Arianus,* stylo novo *Unitarius* fuit.

Arichstetus, locus piscatus ex germ. Laichstätte corruptus; *halászat helye.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 3. cum agris, pratis, cultis et incultis, arvis, locis piscationum, quæ diutisce *arichsteti* vocantur.

Ariditudo, ariditas; *szárazság.* Gyön. 1921.

Aries, fulcrum. cui barbata pixis imponebatur; *talp, melyre a szakállas puskát támasztották.* Kronst. II. 148.

Arietta, æ, dimin. ad Aria, parvum canticum ab it. aria; *kis ének.* Hor. Mem. 567.

Arietulus, i, parvus aries; *kis kos.* Gyön. 2006.

Ariganum, eringium, erigeron pro: origanum; *százfű.* Schläg. 876.

Arimannia, æ, banderium (Du C. Herimania). Pfahl. Jus. Georg. X. Fuit quidem moris iam ante, ut ditiores liberi (Obere) armatam interteneren manum *Arimanniam* (Heermannschaft) vocatam, verum quam alebant armatorum catervam, Banderium, domini banderiati distincta ab illa fuit.

Aringus Arengus, Arenga q. v. Mem. Pauli. 432. Die 15. Martii expuli a sibenico duos Spalatenses populares prædicta auctoritate vid. quemdam Stephanum et Mulum Pillizarium et hoc sine aliqua publicatione in *aringo.* Die 16. Martii per pub. *arengum* bannivi S. Michælem filium Stephani.

Ariomanitae, Arriani sic dicti, quod Arrii *μανία* sive furore correpti essent. (Du C.) Fej. I. 53. et hæc omnia propter iniquam at que execrabilem hæresim *Ariomanitarum.*

Ario-Sabelliani, hæretici ab Ario et Sabellio dicti. Bod. Hist. Un. Trans. 331. *Ario-Sabelliani,* qui negant Patrem Domini Jesu Christi.

Aristare, (Du C. arestare) detinere; *letartóztatni.* Gal. arrêter. Tör. Tár. 1891. 38.

Aristocratismus, mores, genus vivendi sic dictorum aristocratarum; *főuraskodás.* Száz. XVI. 547.

Aristophorum, (Du C. aristophorium) discus vel scutella; *tál.* Gyön. 2020.

Aristoria, æ, aristolochia; radix; *györkér.* Schläg. 2206.

Arithmantia, æ, vaticinatio ex numeris; *számjóslás.* Nagy Hier.

Arithmetista, æ, arithmeticæ peritus; *számoló, számtudós.* Patr. Const. 315. *Arithmetistae.* Addidit ipse suos annis crescentibus annos Nunc cita postremam subtrahit hora diem.

Arithmographia, *ratio computandi, számadási mód.* Hor. Mem. 275. Ar. Biblica.

Ariuna, æ, fors. mendum pro *arvina; zsír.* Magy. Tör. Tár. I. 96. Item de mensura plumbi, ferri, cupri et *ariunae* supra dicto modo tributum censum exigendum.

1. **Arma,** æ, pro: arma, orum; *fegyver.* Han. Mon. Jur. P. I. 25. an. 1265. si pastor . . . percussisset aliquem de petra vel de *sita* vel de aliqua *arma.*

2. **Arma,** æ, satellites aulici; *udvari csatlósok, testőrség.* Szamosk. III. 179. duos patres ad Mosem legat . . . Emmanuelem Zuleger stabuli principalis magistrum, quod apud eos summæ dignitatis munus est et Zlattam, unum ex *aulicis satellitibus,* quos *Armas* vocant, prudentes et experientes viros.

3. **Arma,** viri armati; *fegyveresek.* Thurocz. in Prologo ad 2 partem Chr. Hung. qui redeuntium fuerint capitanei, ac quantus numerus *Armorum* in exercitu illorum fuerit etc. Ibid. c. 2. Universum cœtum *Armorum,* quem ducebant, in 7. exercitus diviserunt.

4. **Arma,** -orum, (Du C.) nobilitatis insignia; *czímer.* Tör. Tár. 1888. p. 87.

Arma Broia, verutum, pugio militaris; *szurony.* Kuk. Jura II. 155. an. 1749. *Arma Broia* seu Bajonnet.

Arma tormentatia, rectus: tornementalia; *lovag- harczjátékhoz tartozó.* Gal. Armure de tournoi. Turnierwaffen.

Armaasch, Armaassus, i, (ab Hung. *armás* = latro) prædator. Tör. Tár. 1888. p. 61. Circa 27. Aug. penes Claudiopolim milites, quos *armaasch* vocant multa pecora abigunt, quos peregrini cum eosdem *armaassos* insequuntur, adoriuntur.

Armabilis, ad arma pertinens; *fegyveres.* Magy. Tör. Tár. IX. 116. in *armabilibus* processibus et expedicionibus regni . . .

Armada, æ, armata manus; *sereg.* Száz. VIII. 260. In hac ipsa *Armada.*

Armadia, æ, (armata, armada, armati), exercitus; *sereg.* Száz. VI. 511.

Armales, *czimerlevél, nemeslevél.* Benz. J. H. 222. *Armales* decuntur Literæ Regiæ, seu Diploma, quo nobilitas confertur, ab armis gentilitiis, quæ in illo exprimuntur. Unde sic nobilitati audiunt *Armalistae* quemadmodum in Germania *Nobiles Diplomatici.*

Armalista, nobilis armalis, insignibus instructus; *czímeres nemes.* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 78. Georch. Ért. 49.

Armandia, idem quod *Herimani* a Germ. *Heer* et *Man* = familia militaris. V. Jus Armandiæ.

Armarellum, dem. ex *armarium, kis szekrény.* Száz. VIII. 138. lamina pro *armarello.*

Armariolum cordis, dem. ad *armarium.* parvum armarium (Du C. al. s.) *kamrácska, szekrényke, szív szekrénye.* Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 12. et pass. Hoc igitur pensantes ex animo hoc Regali moderamine in cordis nostri revolventes *armariolo.*

Armarium Scriptorium, (Du C.) bibliotheca; *iratokra való szekrény.* Arch. Rak. VIII. 327. *Armarium Scriptorium* instar Pulpiti inauratum.

Armarolus, i, faber armorum; *fegyvercsiszár.* Ljub. Mon. Sl. XXI. 326. an. 1450. *armarolus,* qui est . . . aptus . . . pro aptandis armis.

Armata maritima, copiæ navales; *hajóhad.* Száz. XV. 143. Barones Regni vocati ad *armatam* maritimam.

Armati, (Du C.) cataphracti; *vértes katona.* Batty. Leg. T. II. 78. an.

Armatio, actus armandi, ad arma vocandi; *hadi készület.* Szilády. Tör. Magy. Eml. VI. 179. quibus in locis propter dirissimas *Armationum* perturbationes vexilla tricesimatoria exponi non potuerunt. Han. Mon. Jur. I. 192. *armatio* galeæ.

Armator, instructor navis; *hajó felszerelő, hajómester, hajótulajdonos. ka-*

lózkapitány, kalózhajós. Gall. armateur. Mem. Pauli. 427. expedivimus alteram nostram galeam S. maiorem cuius patronus seu *armator* extitit S. Blasius de Soppe.

Armatura, æ, (Du C.) exercitus ; *sereg.* Tör. Tár. 1888. p. 787. Et in principem sumit *armaturam.*

Armatus vir, ad scopum propositus vir arm.; *czéltáblának szolgáló katonai figura.* Kronst. II. 406. pixidariis nostris ad *armatum virum* (ut nominant) sagittantibus. ib. 415, 425.

Armegiare, armare ; *felszerelni.* Ljub. Mon. Sl. XI. 152. an. 1344. arnensiam ... et *armegiare* et disarmegiare facere.

Armelini, (Du C.) pelles hermellinæ ; *hölgyprém, hölgybőr.* It. armelini. Száz. VI. 370. *armelinos* ducentos.

Armelinus, 3, Hermelinus = muris pontici ; *hölgymenyét.* Fejér. II. 93. dedi ... I. textorem ... *armelinas* pelles, electrinas inaures.

Armellum, (Du C.) 1. vas sanctorum, 2. vas vinarium ; 1. *szenteknek tartója,* 2. *bornak való edény.* Gyön. 2056.

Armelus, i, (Du C.) humeros tantum tegens vestis ; *ümegh, ingváll* (firis). Gyön. 2059. [2204.

Armen, interpres ; *tolmács.* Schläg.

Armeni, Armeniani *V. Arminiani.* Remonstrantes, Calvini sectatorum soboles, qui nomen ab Arminio (Harmensen) ducebant. For. Scr. p. 37. Altera Officina ... sit *Armenorum.* Qui ... Deum mendacii insimulabant ... Humano arbitrio peccatum nullo modo adscribebant, sed soli Dæmoni ... Peccatum Originale negabant ... Negabant matrimonium esse Sacramentum.

Armenica, orum, rectius : armeniaca ; *kopasz baraczk.* It. Persica, Gal. abricot. Pfirsich. Gal. Mar. p. 15. Proverbium esse Hungarorum: Nihil esse pejus caseo. Negantibus id quibusdam, quando quidem cucumeres, *armenicaque* ... caseo esse longe pejora manifestum est.

Armenium, *color armenius, lazúrfesték.* Lasur-Farbe. Kecsk. Ötv. 157.

Armentariolum, demin. ex armentarium ; *kis fegyvertár.* Gyön. 2036.

Armentarius, i, qui fingit equos ; *lóidomító, lovászmester, idomár.* It. Cavallerizzo. Car. Bel. De Arch. 47. In Agasonibus enim fere censebantur *armentarii ἱπποδιδάσκαλοι,* qui curabant equos et ad usus omnes exercebant.

Armentum mactabile, bos ad cultrum emptus ; *vágómarha.* Kronst. II. 574.

Armiductor, (Du C.) capitaneus ; *kapitány.* Pesty. Ször. III. 189. belliger *Armiductorum* Ladislai Regis.

Armigatus, modulatus (Du C.) (a gr. ἁρμοζω) ; *összhangzó.* Gyön. 2058.

1. **Armigerare,** arma ferre ; *fegyverviselni.* Rák. Ön. 59. *armigerans* plebs.

2. **Armigerare** crapulis, onerare vino ; *lerészegíteni.* Obs. Jadr. 402. circaque tertiam vigiliam noctis tenebrosæ eiusdem Jadertini quosdam eorum crapulis decore *armigeratis* ac cum quadam magna gallea ... audacter transfretaverunt.

Armigeratio, administratio belli, bellum. Epist. Proc. P. III. p. 520. quid enim nobis profuit Gallica *armigeratio.*

Armilausa, æ, (Du C.) signum militare, quod thoraci superinduitur (Scapulare) ; *lebeny, lebentyű.* Nagy Hier.

Armilla, (schulder blat Dief.) (ornamentum brachiorum Du C.) ; *ingváll.* Schläg. 1166.

Armillum, (Du C.) vas vinarium in sacris ; *ámpolna, boros edény.* Gyön. 2047.

Armilustrium, lustratio, recensio, lustrum militare, delectus, census militum ; *katonai szemle.* Vuch. Jur. Feud. 173. Ubi evocati comparuissent vasalli, *armilustrium* erat, Heerschau, solebant autem domini præter *militiam feudalem* etiam proprios subditos ad arma evocare. Wagn.

Arminiani, alias Remonstrantes, quoque nuncupati a supplici libello *remonstrantia* dicto et 1610. statibus Hollandiæ oblato. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 152.

Armipar et armiparus, faber armorum, qui arma conficit ; *fegyvergyártó.* Fr. Lib. Rt. I. 89. *armiparibus* dati sunt fl. I. 73. duobus *armiparis* regiis dati sunt fl.

Armipolitor, gladiorum armorumque artifex ; *csiszár.* Fr. Lib. Rt. II. 10., 94., 151. eodem die servitoribus *armipolitoris* Regiæ Maiestatis ... dati sunt.

Armistiales, pro : Armistitiales, scilicet litteræ ; *fegyvernyugvásra vonatkozó levél.* Arch. Rak. III. 25. Gabriellis Tolvay, qui cum *Armistialibus* suæ Mattis Sse expeditus fuerat.

Armistitium, induciæ ; *fegyverszünet.* Ac. Com. Sopr. p. 4. Quia vero *Armistitium* ad finem decurrit. Rák. Ön. p. 170. l. 27. Dip. Alv. I. 37.

Armizare, armare ; *ellátni.* Ljub. Mon. Sl. IV. 115. an. 1378. supercomitus ... *armizatus* cum duobus ferris in aqua et duabus *palumbariis* ad scopulum ...

Armizum, armamenta, rudentes ; *hajókötelek.* Ljub. Mon. Sl. XXI. 86. an. 1435. venerunt ... cum *zopolis* et barchis et *armizum* ipsius navigii inciderunt.

Armomancia, (Du C.) divinatio quæ fit in armis id est in scapulis bestiarum ; *az állatok sódarából való jóslás.* (A gyöngyösi barát itt megbotlott, a mennyiben *armus*-t *arma*-nak vette és így fordított : *fegyverben való javaslás.* Gyön. 2050.)

Armoniacum, *Armoniaca sal* pro : *ammoniaco sale.* Kol. Cod. 12., 14., 16.

Armonizare, concinere ; *összehangzóan zengeni.* Pel. Pom. L. X. P. I. Art. 3. Hodie virginem beatam celi susceperunt letando, archangeli iubilando, principatus *armonizando.*

Armoracia cochlearia, *torma,* It. Armoraccio. Cf. Colum. 6., 17., 8 Vern. Psych. 194. homo et *cochlearia armoracia* (vulgo nasturcium) contrita maxime mordent.

Armorum pictor, pictor insignium nobilitatis ; *czimfestő.* Szirm.

Armorum suspensio, induciæ ; *fegyverszünet.* Beth. G. lev. 166.

Armuca, æ. raphanus ; *retek.* Andr. Pann. 210. nec ideo *armuca* cum oleo confunditur, quia eodem preli pondere exprimuntur.

Armum, (Du C. armus) scapula, humerus v. s. Joppa ; *váll.* Tör. Tár. 1888. p. 566.

Arnaldistæ, (Du C.) Hæretici ab Arnaldo Brixiano Clerico appellationem nacti. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 27. *Romani Arnaldistae* seu Politici Hæretici dicti aperte in Papam rebellant.

Arnensia, æ, idem quod Arnesium v. *Armegiare.*

Arnesium, (Du C.) supellectile, armatura ; *készlet.* Ljub. Mon. Sl. I. 114. *arnesia* de lecto.

Arnexium, (Du C.) Arnesium, corredum : armatura, sarcinæ ; *készlet.* Ljub. Mon. Sl. XII. 204. an. 1415. navim ceperunt et omnibus ... *arnexiis* sive corredis ... derobarunt.

Arnixium, milites lorica, thorace instructi, armati ; *vértes katonaság.* Dip. Reip. Rag. 374.

Arnoglossa, æ, agniglossa, Plantago maior (Linné) ; *báránynyelv.* Schläg. 2169.

Arobare, expilare, spoliare ; *megrabolni.* Ljub. Mon. Sl. XI. 73. an. 1322. *arobati* ... de tantis mercationibus et rebus.

Aroma, tis, myropolium ; *fűszerkereskedés.* Ac. Com. Sopr. p. 65. et subinde pecunias quoque, *aromatibus* et quartiriorum ... mutationibus a misera plebe extorquere intentarint.

Aromacopola, (ad normam Pharmacopolæ) pro : aromatopola ut Calep. V. *Aromatarius.* Gyön. 2071.

Aromatarius, i, odoratarius ; *fűszerész.* Tab. Conscr. Cf. Insc. Orell 114 et 4064.

Aromaticæ res, condimenta, aromata ; *fűszerek.* Tör. Tár. 1889. p. 383.

Aromatizare, condire ; *fűszerezni.* Gall. aromatiser. (Du C. thus adolere.) Wagn. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113. Cf. Vulg. Sir. 24., 20.

Arpa, æ, sermone Turcico hordeum ; *árpa.* Tör. Tár. 1892. p. 433.

Arpa emir, hordei ac pabulorum præfectus ; *élelmi szerek főnöke.* Tör. Tár. 1892. p. 433.

Arpalice, (fors a gr. ἁρπαλέος) suaviter, animi recreandi causa ; *mulatozva, kellemesen.* Fjp. Anon. 20 a. ducem Arpad in silva Turobag *arpalice* ambulantem invenerunt. Cf. Harpalyce : Hyg'ni fab. CXIII. Conj. Szabó : *Arpadice :* in modum Arpadi.

Arpe, falx sive ensis falcatus ; *sarló.* Gyön. 2072. Ov. Met. 5., 69. *harpe.*

1. **Arra,** æ, collybus, arrha ; Cf. Gel. 17., 2., 21. *foglaló pénz.* Rač. Mon. Sl. XIII. 80. an. 1349. Et ... follarus sit nomine *ararii* secundum formam statuti, quod loquitur de *arra.* Han. Mon. Jur. I. 15. si quis ... dederit ... unum denarium pro *arris,* mercatum sit firmum.

2. **Arra,** terra culta (mihi videtur hic loci mendum esse et quidem *arra* pro area quod et textus desiderat) ; *szérű.* Han. Mon. Jur. P. I. 100. si quis vero laboraret vel laboraverit terras vel vineas teneatur vocare patronum ad *arram* seu ad chaciam. Ibid. I. 118. laborator ... tenetur patrono reddere ... partem ... de musto ad *chatiam,* de blado vero ad *arram* iuste et aperte consignare.

Arrabare, despondere ; *meggyűrűzni.* Gyön. 1821.

Arrarium, arrhabo. V. s. *Arra. 1.*

Arrativus, 3, ad arandum pertinens ; *szántó.* V. s. *Livellus.*

Arrenda, locatio et conductio, alias : Arenda ; *bérbeadás.* Kövy El. 437. Si bona immobilia locentur et conducentur, vocatur *Arrenda.*

Arrendalis, Arendalis. Kövy El. 435.

Etiam, cum summæ *arrendalis* capitale ad semel depositum est.

Arrendatitius, idem ac *Arrendalis* Kövy. El. 435. anni vero *arrendatitii* pauciores essent.

Arrendator, conductor. Kövy. El. 437. non nocet Domino, verum *arrendatori*.

Arrengare, verbis sollicitare; *lázító beszédeket tartani*. Gall. haranguer. Ljub. Mon. Sl. I. 318 an. 1320. nulla persona... audeat *arrengare* vel dicere contra predictas ordinationes.

Arrengatio, promulgatio; *kihirdetés*. Han. Mon. Jur. II. 271.

Arrepticius, *daemoniacus, (malis daemonibus actus)*, (ap. Du C Arreptus), *ördöngös*. Besessen. Curios. Misc. 185. An scilicet sint *arrepticiae* et illusionibus diaboli obnoxiæ. Cf. Aug. Civ. Dei 2., 4.

Arrescare, mendum pro: arrestare. Gall. arrêter; retinere abstinere; *visszatartóztatni*. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Arresta, æ, custodia, vincula; actus in carcerem includendi; (Du C. mora, obex). *elzáratás*. Quel. Sieb. I. 514. an. 1509. ratione *arrestae* per Bernardum... factæ.

Arrestacio, carcer, vincula; *bebörtönzés*. Dip. Rel. Reip. Rag. 105.

1. **Arrestare**, comprehendere, custodibus tradere, in custodiam, vincula dare; *elfogni, bebörtönözni*. Gall. arrêter. Wagn. Dip. Rel. Reip. Rag. 105.

2. **Arrestare**, (Du C. detinere); *lekötni*. eintabuliren. Fjp. Szám. p. 82, an. 1386... *arrestavit* ducentos florenos... super domum... ita ut sit primus in solutione super eandem domum.

Arrestator, qui negotio carcerandi fungiter; *letartóztató*. It. arrestatore. Art. Diæt. Pos. 13. ut pœna Actus maioris potentiæ... contra nobilium sine justa et legali Causa *Arrestatores*, vel Detentores..... observanda.

Arrha, dos; *jegyajándék*. Georch. H. T. I. 82. mindazonáltal csakugyan elesik a bűnösnek talált fél a jegy-ajándéktól, a jegybeli *lekötéstől* (arrha), etc. Cf. Paul. Dig. 33., 2., 38.

Arrhabo Siphnius, *bika pénz*. Ger. Stiergeld. Pár. Páp.

Arrhare, V. *Arrabare*. Gyön. 2080.

Arringare, V. *Arrengare*. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 400 an. 1420: si quis... ausu temerario... in consilio *arringaverit, ballottaverit*.

Arriragium, restantia, ex Gall. arriéré i. e. pecunia residua, per suffixum: agium, sermoni It. et Gall. proprium, formatum; *hátralék*. Cod. Dip. Brüss. II., 154. nec non debito ac *arriragijs* seu restantijs duorum Milium florenorum Rhenensium.

Arritio, mendum pro: *attritio; dörzsölés*. Ker. Nap. 246. hogy a tubákot őrlő malomnak orsója ex *arritione* tüzet kapván.

Arrivare, a gall. arriver = venire, pervenire; *érkezni, jönni*. Bocat. Hung. p. 453: ut... ad tui præsentiam *arrivare* cogar. Han. Mon. Jur. I. 216.

Arrudes, (Du C.) edentes, circumsedentes; *evők, körülülők*. Gyön. 2158.

Arrugia, æ, cuniculus Plin.; *bányatárna*. Ger. Stollen. Cell. Bel. Lat. lib. Mem. 35.

Arruncare, 1. evertere, 2. eradicare, 3. alienare; *1. felforgatni, 2. kiszaggatni, 3. elidegeníteni*. Gyön. 2170.

Ars autolyca, ars furandi (ab Autolyco, filio Mercurii, celeberrimo latrone sumptum); *tolvajlási művészet*. Opin. 1810 de domicil. Zingar. A: *artis autolicae* celeberrimi, ut vix non oculos furentur. Cf. Ov. Met. 11., 313. Plaut. Bacch. 2., 3., 41.

Ars barbitonsoria, ars tondendi; *borbélymesterség*. Száz. XXI. 47.

Ars barchanica, ars panni linoxylini conficiendi; *barchet készítő mesterség*. Száz. II. 160.

Ars cerdonica, opificium coriariorum; *timármesterség*. Kov. Form. St. 442: quod nemini sutorum liceat *artem Cerdonicam* exercere.

Ars conversandi, ars erudite disputandi, colloquendi; *társalgás mestersége*. Arch. Rak. VIII. 328.

Ars coquinaria, ars coquendi; *szakácsmesterség*. Regul. Turm. Præt. 157. Cf. Cæl. Apic. inscr. libri.

Ars delineatoria, ars delineandi; *rajzmesterség*. Rév. Pl. 55.

Ars digladiatoria, digladiandi; *vívómesterség*. It. scherma. Vern. Phil. Mor. 304. Quod *ars diglatiatoria*, iaculatoria, ars natandi non tantum ad agilitatem, firmitatem sanitatemque corporis pariter conferant.

Ars discurendi, V. *Ars conversandi; társalgás, diskurálás mestersége*. Arch. Rak. VIII. 328.

Ars falconaria, ars venandi; *sólymászat*. Il. falconeria. Gal. fauconnerie. Falknerei. Hist. Nat. 48. Falcones... species quasdam complectuntur, quæ ad *artem falconariam* instructæ regiæ venationi serviunt.

Ars glyptica, a gr. *γλύφω; véső művészet*. Schröer. Arch. Gr. et R. 18. *Glyptica* quæ æque in dura materia figuras ope cæli aut scalpri, grabstichel vel exculpit, vel inscalpit.

Ars Hippocratica, medica; *orvostudomány*. Hor. Mem. 601.

Ars hortensis topiaria, topiaria; *műkertészet*. It. giardinaggio. Greg. Aesth. 103. *Ars hortensis topiaria*. (Landschaftsgartenkunst).

Ars iaculatoria, ad iaculationem, iaculatorem pertinens V. Text. sub. *Ars diglatiatoria*.

Ars incisoria, chalcographia; *(réz) metszés*. Rév. Pl. 55.

Ars latomica, Gr. *λατομικός*, sculptura; *kőfaragó mesterség*. Kat. Hist. VIII. 655. Sanctuarium... columnis duris basibus et *epistiliis* mirifice fabricatis, arte *latomica*.. et cum gloriosa testudine inchoavit.

Ars liquatoria, ars liquandi; ars fusoria; *olvasztó mesterség*. Wallaszky 384. Metallurgiæ, Docimasiæ, ác arti *Liquatoriae*.

Ars Musiva, *mozaik művészet*. Schröer. Arch. Gr. et R. 23. Ad picturam quoque pertinet *ars Musiva* (Mosaik, *lithostraton, opera testacea, tesselata, vermiculata)* ex minutissimis gemmarum, vitri, marmoris, et argillæ partibus varii coloris compositæ imagines. Cf. Inscr. Orelli 3323.

Ars nigra, necromantia; *fekete bűvészet, garaboncza, varázslat*. Schwarzkunst. Tör. Tár. 1888. p. 543. Daemonem *arte nigra* semel suscitatum.

Ars Notarialis, Notariatus, *jegyzőségi tudomány*. Kov. Form. St. Præf. VI. cuius duplicis duntaxat generis monumenta ex antiquitate supersunt *Ars Notarialis* et Formularia. *Ars Notariatus* medio ævo tanti habebatur, ut in eam velut in alias disciplinas academicas, Publicæ Lectiones in Universitatibus haberentur.

Ars obsidionalis, *hadi megszállás mestersége*. Belagerungskunst. Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. IX. 212.

Ars Ophtalmica, doctrina de morbis oculorum; *szemgyógyászat*. Wallaszky 554. Cf. Mart. 8., 74.

Ars pictoria, pictura, ars pingendi; *festészet, képíró művészet*. Imre Phil. 315. Schröer. Arch. Gr. et. R. Præf. V.

Ars Polycletea, ars statuaria; *szobrászat*. Tör. Tár. 1892. 406. Cf. Stat. Sil. 2., 2., 64.

Ars quæstuaria, mercatura; *kereskedés, kereskedelem*. Georch. Ért. 111.

Ars Rasoria, ars tonsoris; *borbélymesterség*. Kov. Form. St. 453. Quod nostram accedentes in præsentiam circumspecta universitas Magistralis *artis Sartoriae* et *Rasoriae* nostra in civitate præfata...

Ars Restiaria, *kötélgyártó-mesterség*. Ger. Seilerkunst. Priv. Čeh. Sailer Articuln 1724. Bpesti Városi Levéltár.

Ars Sartoria, vestificina; *szabómesterség*. Kov. Form. St. 453. Universitas Magistralis *Artis Sartoriae* et Rasoriæ nostra in civitate.

Ars sculptoria, sculptura, ars signa fingendi; *szobrászat*. Imre Phil. 315.

Ars Scutaria, ars scutorum fingendorum; *paizskészítés mestersége*. Numi Hung. 28. Cf. Plaut. Epid. I. 1. 35.

Ars sutoria, ars sutrina: *varga-mesterség*. Tör. Tár. 1889. p. 378.

Ars tonica, musica; *zene*. Greg. Aesth. 93. Locus II. De *artibus tonicis* seu musicis.

Ars tornatoria, ars tornandi; *esztergályos mesterség*. Thurocz. 157. fecit illam includi per *artem tornatoriam* in flasconem coronam.

Ars Veteramentariorum, gr. *παλαιοράφος*, ars centonariorum; *foltozó szabó, vargamesterség*. Tör. Tár. 1888. p. 109. *Ars Veteramentariorum* audit a Verulamio.

Ars Rei Veterinariæ, ars veterinaria; *marhaorvostudomány, baromgyógyászat*. Regul. Turm. Præt. 65.

Ars vexilla rotandi, *zászlójáték*. Fahnenspiel. Száz. XVIII. 9.

Ars Vitraria, ars vitri conficiendi; *üveges mestersége*. Arch. Rak. VIII. 329.

Arscanum, lege: artanum. V. *Artana*. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 564. Et post mortem meam detur Sancto Jacobo navicula et capsella et *arscanum* et retia.

Arsana, Arsena q. v. Ljub. Mon. Sl. XI. 8. an. 1306.

Arsanatus, us, Arsenatus q. v. Ljub. Mon. Sl. XI. 8. an. 1306.

Arseda, æ, (Du C.) stella valde splendens; *igen fényes csillag*. Gyön. 2122.

Arsena, (Du C.) armamentarium; *fegyvertár*. Ger. Arsenal. Ljub. Mon. Sl. I. 150. an. 1292: faciat fieri unum *arsena*.

Arsenal, armamentarium; *fegyvertár*. Gal. arsenal. Tör. Tár. 1892. p. 433.

Arsenatus, us, idem q. *arsena.* Ljub. Mon. Sl. I. 150 an. 1292: et provideatur illis... pro faciendo dicto *arsenatu.*

Arsenicum, lapillus venenosus, significat et fucum, medicamen coloris rubri, auripigmentum; *mireny, egérkő, rusika, rosnika, szin és festék, aranyglét.* Kecsk. Ötv. 169. Cf. Plin. 34., 28.

Arseverum, vestis muliebris rubei coloris; *Asszonyembernek való veres szoknyája.* Gyön. 2124.

Arsicon, lege: Arsenicon, Arsenicum. Kecsk. Ötv. 169.

Arsilia, ium, res, necessariæ ad bellum, arma; *hadi szer.* Han. Mon. Jur. P. I. 195: ordinabimus patronis... arsenatus, quod eis provideant.. de *arsilibus.*

Artabe, (Du C. *Artaba)* mensuræ species populorum orientalium; *köböl, véka, szapu.* Gyön. 2125. Cf. Rhemn. Ran. de ponder.

Artabilis, quod coartari potest; összeszorítható. Gyön. 2135.

Artallaria, æ, lege: *Artellaria.* Magy. Tör. Tár. XV. 72.

Artana, æ gr. ἀρτάνη, rudens; *kötél.* Obs. Jadr. 408 et invalescentes ipso agone per horam tertiarum particula pontis illius quartæ classis applicatur in *artanam,* in quo ultima octo homines simul impugnabant hostes in humum præcipitavit.

Artare, (Du C.) compellere, cogere, obligare: *rászorítani, kényszeríteni.* Szék. Okl. III. 206. et pass.

Artatikium, (a gr. ἄρτος et τίκτω) alveus pani pinsendo V. s. Archiscamnum; *kenyérsütő eszköz.*

Artavus, i, (Du C.) cultellus scriptorum ab *artare; apró kés, tollkés.* Gyön. 2126.

Artefactum, *műkészítmény.* It. *artefatto.* Artefact, Kunsterzeigniss. Pázm. Dial. 580. Vern. Met. 70. Proplasma vero proprie est opus quoddam seu *artefactum* (remekpélda, Muster, Modell) secundum quod artifex similia operatur.

Artegliaria, artelliaria, Vide *Artellaria.* Magy. Tör. Tár. XI. 167. pecora pro Artegliaria Ih. XXIII. 92. XI. 168.

Artelarius, i, miles qui canones, sclopos tractat, tormenta bellica administrat; *tüzér, pattantyús.* It. artigliere. Gal. artilleur. Artillerist. Illésh. 305. Dialogus.: Praun, Præfectus Comaromiensis, Gall, magister *artelariorum* bellicorum.

Artellaria, æ, tormenta bellica, ars tormenta administrandi, milites a tormentis; *tüzérség, pattantyúság.* It. artiglieria. Gal. artillerie. Verancs. V. 349. generatim instrumenta omnia ad *artellariam* attinentia honeste commissariis nostris exhibeat. Arch. Rak. VIII. 107.

Artellericus, Vid. *Artillericus.* Arch. Rák. I. 15.

Arteria, detortum ex gallico *Artillerie,* tormentum bellicum; *ágyú.* Epist. Proc. P. II. 36: ad classem tantus fuit strepitus *Arteriarum,* ut vix dici queat victor quantum de malo nostro gaudeat.

Arterizare (ab arteria) (Dief. arterire artherisare), venam incidere; *eret vágni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Artes Græcanicæ, Ulyssei doli, artificiosus astus; *görög cselek, fortély.* Illésh. Dialog 306. vel eas absque precio Ulysseis dolis et artificioso astu atque licaonia fraude in me transtuli p. 308. profugum Vajvodam Valachiæ *artibus graecanicis* et per obtrusum palpum excœcavi. Cf. Varro L. L. 10., 3., 178. §. 70.

Artes Humaniores vel Humaniora studia V. Humanitatis studia. Gal. humanités. It. lettere d' umanità. M. Bel. 503.

Artes mechanicæ, artes sordidæ, illiberales; *mesterségek.* It. arti meccaniche. Handwerke. Cod. Dip. Arp. Cont IV. 13. vel quod deterius est nolentes fodere, *artes mechanicas* nescientes, quarum commercio vitam ducant, ad furta latrocinia et sacrilegia convertuntur. Cf. Firm. Math. 6., 31.

Artesis, artuum morbus (Du C. arthesis, arthritis); *csúz.* Gyön. 2129.

Arthemo, velum modicum (artemon); *vitorla.* Schläg. 2201.

Artholeria, æ, Artellaria. Arch. Rak. VIII. 405.

Articoca, æ, Cinara carduncul us, carduus; *articsóka.* Gal. artichaut. Gartendistel, Artischoke, Cynara. Curios Misc. II. 224. Semina maiora et sicca uti sunt ex. g. semina *Articocarum,* Cucumerum, Cucurbitarum, Peponum etc. macerentur prius in aqua, antequam terræ inserantur.

Articula, æ, (Du C.) dem. ab arte; *mesterségöcske.* Gyön. 2096.

Articulare, (Du C.) articulatim seu nominatim exprimere; *névszerint elmondani.* Batty. Leg. III. 98. an. 1309.

Articulare Malum, arthritis; *köszvény.* It. podagra. Fabó. Monm. Evang. II. 329. an. 1629. non *malo articulari,* quod podagricum adpellant, cui accesserit ignis sacer.

Articularis determinatio, sententia secundum leges lata; *czikkelyes határozat.* Száz. VII. 186.

1. **Articulariter,** per singulos articulos; *tagoltan.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. V. 121. loqui *articulariter* discunt.

2. **Articulariter,** vigore articuli; *törvényszerint.* Fej. Jur. Lib. 337. ubi *articulariter* concessum non est.

Articulatim, per singula capita; *czikkelekkint.* I. Rák. Gy. 122.

1. **Articulatio,** voces articulatim, distincta voce exprimere; *izenként való kiejtés.* Rak. Ön. 30. verba interrupta *articulatione* prolata.

2. **Articulatio,** actus, quem sic dictus *articulator* (quod vide) exequitur procurat; *számadás.* Jogt. Eml. T. I. p. 156.

Articulator, (Du C.) calculator, qui tributi summam, Proventus quotæ convenientem elucubrat, constituit; *számtiszt.* Jogt. Eml. T. I. p. 156.

Articulatus, 3. in articulos divisus; *tagolt, tagositott.* It. articolato. Gal. articulé. gegliedert. Hist. Nat. 62. in capite antennas gerunt, quæ vel manifeste vel saltem obscure *articulatae* sunt.

1. **Articulus,** i, species alimenti; *élelmi czikk.* Ger. Artikel. Kass. Prax I. 35. ut magazina his *articulis* constanter provisa sint.

2. **Articulus,** caput legis; *törvényczikkely.* It. articolo. Gal. article. Artikel. Kass. P. P. I. 342 per Regnicolarem Deputationem *articulo* 8. nupernæ Diætæ exmissam.

Articulus fidei, Caput doctrinæ Christianæ; *hitczikkely.* Wagn.

Articulus mortis, momentum mortis; *halálóra.* Sterbestunde. Cod. Dip. Arp. V. 56.

Articulus provisionalis, art. defendens; *gondoskodó, védő czikk.* V. s. v. Forum triduale Saxonicum.

Articzoka, æ, Articoca. Curios Misc. II. 225. Ut *Cardui hortenses*(vulgo *Articzokae)* sint grati odoris. Ne mures corrodant Carduos *Articzokas.*

Artifex frenorum, qui frena conficit; *zabola-csináló.* Magy. Tör. Tár. IX. 171.

Artifex manuaris, opifex; *kézműves.* It. artigiano. Gal. ouvrier. Handwerker. Monm. Comit. Trans. II. 178. Rectificatio *artificum manuarium* per dominos Saxones ad commissionem dominorum regnicolarum expedita.

Artificiare, artificio producere, arte facere; *mesterségesen késziteni.* Nic. de Mir. 431. Pázm. Dial. 47. Logicam habitualem, acquisitam vel *artificiatam.*

Artilleria, Artellaria, res tormentaria. Arch. Rak. I. 27. Inventarium *Artilleriae* seu Munitionum Arcis. Thök. Diar. II. 7.

Artillericus, i, ad Artilleriam pertinens. Arch. Rak. I. 7.

Artimesia, artimesium, artemisia; *fekete üröm.* It. artemisia. Gal. armoise. Schläg. 880.

Artimonus, i, velum maximum, acacium; *fővitorla.* It. artimon. Ljub. Mon. Sl. I. 144: *artimoni* pro galliono octuaginta remorum.

Artiplex, Atriplex (Linn.); *laboda, libatopp, maglapél.* It. atrêpice. Schläg. 911. artiplex, *istár.*

Artista, (Du C) liberalium artium peritus; *művész.* Tör. Tár. 1889. p. 385.

Artisticus, 3. artis, ad artem pertinens; *művészi, mesterséges.* It. artistico. Gal. artistique. künstlerisch, artistisch. Greg. Aesth. 73. unde quid sit *artistica* pulchritudo, naturali opposita (Kunst-Naturschönes) haud ægre intelligitur.

Artitus, 3. (Du C.) bonis artibus instructus; *jó bölcs mesterségre tanittatott.* Gyön. 2107.

Artocopus, (Du C.) dulciarius pistor; *(czukor) sütő.* Gyön. 2133. Cf. Firm. Math. 8., 20.

Artocreas, caro crustata; *pástétom.* Pár. Páp. Cf. Pers. 6., 50. Orelli Inscr. 4937.

Artolatra, æ, cultor panis; *kenyérimádó.* Nagy Hier.

Artolatria, æ, cultus panis; *kenyérimádás.* Nagy Hier.

Artolleria, Artellaria. Arch. Rak. VIII. 107. Art. Diæet. Pos. 120. *Generalem Artolleriae.*

Artopta, 1., mulier, quæ coquit panem, 2. instrumentum, in quo panes torrebantur; *1. péknő, 2. serpenyő.* Gyön. 2140—2141.

Artotyra, (Du C.) formajada dicta ab *arto* quod est panis, et *tyrus* caseus. V. *Tyrolaganum.*

Artotyritæ, (Du C.) Hæretici in Galatia secundi sæculi sic dicti, quod panem et caseum offerant in sacrificiis; *kenyér és sajtáldozók.* Nagy Hier.

Artox, (Du C.) pro: *atrox,* malus, reus; *gonosz.* Gyön. 2150.

Artuosus, 3., membratus; *erős, izmos.* Gyön. 2147. [Gyön. 2164.

Arugo, (Du C. aurugo) morbus regius.

Arundinatio, actus arundines secandi; *nádlás.* Pfahl. Jus. Georg. 148. Circa *Arundinatio*-nem ... hæc sunt tenenda: Coloni in locis illis, quorum territoria silvis carent arundine tamen abundant, indultu Domini Terrestris illa in vicem lignorum frui solent. Kuk. Jura III. 192.

Arundinetalis, (ab arundinetum) ad locum arundinibus obsitum pertinens; *nádashoz tartozó, nádas* ... Cod. Dip. Árp. Cont. II. 25. Illud predium circumdatur aquis *arundinetalibus.*

Arundinositas, arundinetum, locus arundine obsitus; *nádas.* Cod. Dip. Kár. I. 436. 268. cum omnibus suis utilitatibus et pertinencys quibusvis necnon iobagionibus sessionibus terris arabilibus campis pascualibus aquis pratis et *arundinositatibus.*

Arundo, in. C. Dipl. Hung. Pat. T. VII. idem significat ac arundinetum; *nádas.* Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 366. 383. Cum. omnibus utilitatibus ... fenetis *arundinibus* vendidissent.

Arvatus, agrestis, non cultus; *míveletlen, mezei, meg nem mivelt.* Cod. Dip. And. I. 202., 221. (quod) ostendisset quendam terminum per terram *arvatam* seu non cultam.

Arvinare, arvinā ungere (ap. Du C. alio sensu); *szalonnával bekenni.* Kronst. II. 564. currus civitatis iuvit *arvinare* et 629.

Arvinosus, 3., crassus; *kövér.* Gyön. 2156.

Arvinula, æ (Du C.) demin. ad arvina; *kis háj.* Gyön. 2157.

Arviolum, parvum arvum; *kis mező.* Gyön. 2165.

Arzentum, argentum; Ljub. Mon. Sl. I. 114. an. 1278.

Arzerius, i, sagittarius; *ijász.* It. arciere. Ljub. Mon. Sl. XVII. 65. an. 1421.

Arziepiscopus, V. archiep. Magy. Tör. Tár. XXV. 390. Arziepiscopus Strigoniensis.

Asapius, Nazadista, V. Asapus. Verancs. VIII. 125. in ditionem vestram cum suis mercibus profectus fuerat. In quem *asapii* sive nazadistæ quidam vestræ dominationis incidentes in campo Machia vocato ... cum omnibus mercibus suis spoliaverunt p. 126. quod *Asapos* vestræ magnificæ dominationis hara mias dicere auderet.

Asapus, *dolgos, napszámos a török hadseregben.* Szamosk. II. 176. Quaterna Turcarum et *asaporum* millia ad agendum cuniculum destinat. *Asapi* sunt operæ rusticanæ ad omnia belli onera, quæ usus expeditionis postulat — obeunda in bellum contracti. Magna pars Christiani sunt et quia non fidunt illis, inermes. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 356.

Asatura, pro: assatura. v. s. *cerculus* (Du. C.) caro assa; *pecsenye.* Pesty Ször. III. 68.

Ascarotum, pavimentum picturæ arte elaboratum, sic dictum, quod verri non debeat; *mesterséggel alkotott, megírt pagimentom.* Gyön. 2179.

Ascella, æ, locus sub brachio (Du C.); *honallja.* Gyön. 2193.

Ascellulæ, (Du C.) parvæ pinnæ, squammæ; *pikkelyek.* Gyön. 2194.

Ascendens, masculi: supra agnati; fœminæ: infra cognati (Du C. al. s.); *felszálló ágon rokon.* It. ascendente. Gal. ascendent. Verwandt in aufsteigender Linie. Ham. Grad. Cons. 10. Linea est series personarum per generationem cum stipite iunctarum seu series cognatorum, eaque *ascendens* in quantum consideratur procurrens a generatis ad generantem: descendens, contra. Cf. Paul. Dig. 23., 2., 68.

Ascendentes, parentes, generantes: *nemzők.* Georch Ért. 33. H. T. I. 106.

Ascendiculum, locus editus; *magaslat.* Kub. D. Hont. I. p. 55. (an. 1303) in quodam *ascendiculo* sunt due mete.

Ascensarium, (Du C. *Ascensorium)* scalæ; *hágcsó.* Schläg. 831.

Ascensio domini, Christi reparatoris in cœlum ascensus, dies ascendenti in cœlum liberatori hominum Christo sacra, dies memoria triumphalis Christi in cœlum reditus celeberrima; *Krisztus mennybemenetele, áldozó csütörtök.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 301. dabit in octavis *Ascensionis* Domini decem marcas. Verancs. V. 385. festum *ascensionis Domini.*

Ascensorium, stapes; *kengyel.* Steigbügel. Schläg. 1391.

Ascesis, ἄσκησις, exercitium, exercitatio; *gyakorlás.* Vern. Phil. Mor. 5. ethica methodica seu *ascesis.* p. 488. etc.

Asceta, æ, ἀσκητής (Du C.), Monachus qui virtutem, continentiam excolit, signif. et scriptorem rerum asceticarum. Vern. Psych. 283. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. II. 17.

Ascetica, ἀσκητική. Vern. Phil. Mor. 459. *Ascetica* est cognitio systematica modi, quo viam officiorum nobis faciliorem et planiorem reddere possumus; in hac enim nos non repere sed expedite currere oportet; currere vero non poterimus nisi fuerit plana et facilis nullisque obicibus impedita.

Asceterium, Du C.)ἀσκητήριον, domus Ascetarum, Claustrum; *zárda.* Kat. Hist. IX. 199. Beng. Ann. Er. Cœnob. 150. Schwart. Scult. 74. Cf. Cod. Iust. I. 3., 33.

Ascetico-Scriptoristicus, ascetica scripta continens; *erényes tartalmú.* Curios Misc. II. 2. Ephemerides *ascetico-Scripturisticae.*

Asceticus, 3., rigidus; *erényzetes, szigorkodó.* Il. ascetico. Beng. Ann. Er. Cœnob. Præf. ita nimirum in *Asceticis* virtutum exercitationibus ... omnes coæmulos anteibas.

Asciare, ascia cædere, fabricari; *bárdolni.* It. asciare. Törvt. Msz. 29.

Asciarius, faber tignarius; *ács.* Pest Levt. Opin. 1810. De limitatione 3.

Asciolbere, ientaculum; *reggeli,* It. asciolvere. Ljub. Mon. Sl. V. 268. an. 1334. expendit ... in carne, vino, pane in uno *asciolbere* magistris.

Ascissio, actus abscindendi; *levágás.* Tör. Tár. 1888. p. 549. membrorum putridorum a corpore politico *ascissione.*

Ascites, cavum abdominis; *hasüreg.* Abelles 9.

Asciticius, 3., ascitus; *idegen, kölcsönvett.* It. ascitizio. Szamosk. II. 374. Ungaros Transylvanos antiquato gentilitio habitu et novo *asciticioque* vestitu indutos. II. 112. Taurini Praef. ad Stauromachiam Ed. Engel. p. 116. *ascititioque* rerum decore inumbratum.

Ascodrogitæ, v. *ascetae* (Du C) Hæretici in Galatia, qui utrem inflatum ponunt et cooperiunt in Ecclesia, et circumeunt eum insanientes potibus; *hordót körző eretnekek.* Nagy. Hier.

Ascola, Allium Ascalonicum (Linn.); *mogyoróhagyma.* Gall. echalote. Ger. die Schalotte, Schläg. 933.

Ascoliasmus, Schröer Arch. Gr. et R. 39. Non defuerunt græcis ludi pueriles ... Tales fuerunt ... 2. *Ascoliasmus,* quum altero solo pede ad metam subsiliunt. *Artiasmus,* quo quis nummos manu inclusos tenens divinare socios iubet numorum numerum.

Ascopa, æ, (Du C.) vas est aquaticum utripensile. V. *Ascopera ; vízhordó tömlő.* Gyön. 2211.

Ascopera, æ, (Du C.) idem quod *ascopa,* marsupium; *bőrcsobán, bőrkupak.* Nagy Hier.

Ascripcio, actus scripto transfundendi in aliquem; *átiratás.* Szék. Okl. I. 283. a vendicione *Ascripcione* et quovis sub colore alienacione.

Ascripcius i, servus; *röghöz kötött szolga.* Tkal. Mon. Ep. II. 25., 26. an. 1340: qui ex prescripcione triginta annorum vel ex sua professione voluntaria ad quedam certa (munera obligati sunt) qui *ascripcii* vocantur, et quidam *originarii* (sc. servi), qui ex scripticiis nati sunt.

Ascripticii, dicti coloni, agricolæ, villani, qui aliunde orti in aliorum dominorum villas et prædia pergunt, ibique eorum licentia sedes suas figunt et in album *ascribuntur* ita ut perinde et ii distrahi et transferri queant una cum ipsis prædiis, unde et pro servis glebæ habentur. (Du C.) *röghöz kötött.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 417. ut omnes liberi homines capituli supradicti predictarum coloni et inhabitatores villarum, eam libertatem habeant, que *ascripticijs* sacre Cracoviensis sedis indulta esse dinoscitur ab antiquo et per nos eciam postmodum roborata. Cf. Cod. Just. 11., 47., 6.

Ascultare, conferre, examinare, inspicere (Du C. al. s.); *összevetni, megvizsgálni.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 80. Ego marinus Barbadico presens scrivo in meam presentiam fideliter ad autenticum *ascultavi* et quia utrumque concordari inveni manu mea testis subscripsi. Ego Petrus Mero presens scriptum in mei presentia fideliter autenticatum *ascultavi* et quia utrumque concordari inveni, me in testem subscripsi.

Ascultare consilys, consiliis aurem præbere; *tanácsra hallgatni.* Chr. Dubn. p. 90. Geysa audiens imperatorem pervenisse Waciam ... iussit ... demulcere patriarcham... cuius *consilys* imperator plurimum *ascultabat.*

Aseitas, (a-se-i-tas: qui a se stat) independentia V. s. v. Transcendentalitas; *függetlenség, önállóság.* Imre Phil. 514. *Independentia* seu vocabulo barbaro *Aseitas* est tale attributum Dei, vi cuius Is rationem sufficientissimam, cur sit et maneat, in se ipso habet, absolute per se subsistit et ita necessario existit, ut Ipsum non existere impossibile sit.

Asellatus, 3., sine sella; *nyereg nélkül való.* Georg. Sirm. I. 214. Et iterum unum equum *asellatum* duxerunt, et ego supersedi.

Asellus, salpa; *tőkehal.* Stockfisch.. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. II. 155. Cf. Varro L. L. 5., 12., 23.

Asicurare, certum reddere, cautelam

præstare; *biztositani.* It. assicurare. Tör. Tár. 1890. p. 222.

Asilis, secus: asiles, (asilos, asilus Plin.) Tabanus (Linn.); *dongólégy.* Bremse. Arch. Ver. Sieb.) XXVI. 113.

Asininus color, cineraceus color; *szürke szín.* Tör. Tár. 1887. p. 177.

Asitus, poculum; *pohár.* Száz. XXVII. 321.

Asmodeus, dæmon malus apud Judæos; *gonosz szellem.* Pel. Pom. S. de Temp. Dom. II. Adv. s. III. c. 4. Venite luxuriosi in turma *Asmodei.*

Asocia, (Du C. asotia), 1. vita dissoluta, 2. popinatio, 3. luxus; *1. fertelmes élet, 2. tobzódás, 3. bujaság.* Gyön. 2224. Cf. Gel. 10., 17., 3.

Asophus, indoctus, ineruditus; *tudatlan.* It. ignorant. Rep. Cast. p. 53: te *Asophum* aut Assotum sine irrisione et recte dixerim.

Asos, offa = particulum (Dief.); *falat,* Gal. morceau. Schläg. 1865.

Aspectare, exspectare; *várni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 262. Radul Vajda lev. an. 1528. De quibus omnem relationem *aspectamus.*

Asper, genus minoris Turcicæ monetæ, denarius Turcicus, qui est quinquagesima imperialis pars. Verancs. V. 241. aspros 23. Bel. Geogr. 549. Isthv. XIV. 242.

Asperare, acuere; *élesíteni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113. Cf. Tac. Germ. 46.

Aspergillum fabrile, instrumentum, quo flammæ per os furni metallici erumpentes asperguntur; *locsoló szerszám.* Debr. Com. an 1530.

Asperiolus, i, (Du C.) sciurus; *evetke.* Gyön. 2247.

Aspernare, pro aspernari; *megvetni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Aspersio, baptismus; *keresztség.* Kon. Egyh. 446.

Aspersorium, (Du C.) Vas, in quo aqua est benedicta, qua plebs in ecclesia aspergitur; *szenteltvízhintő.* Tör. Tár. 1886. p. 562. Gyön. 2236. [2228.

Asperulus, dimin. ad asper. Gyön.

Asphedalus, lege: *asphodelus,* Albutium. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VII. 226. Sues a peste præservat *asphedali* (Hungaris ökörfark, Bohemis Zlatochwost, dictæ herbæ) radix.

Aspicere, vergere; *nézni.* Cod. evang. T. I. p. 275: cujus domus frons in plateam Szent-György-utcza vocatam *aspicit.* Cf. Colum. 8., 8., 2. Tac. Agr. 24.

Aspidus, 3., amarus; *keserű.* Georg. Sirm. I. 42. et erat confectio dulcis et pueri gaudebant taliter oblectamentis. Sed *aspidum* fuit eis demum.

Aspiratio, suspirium; *áhitás, fohász.* Rák. Ön. 381.

Aspis, tormenti bellici species; *sugár ágyú.* Pár. Páp.

Asporus, Azporus, Asper q. v. Geldstück, Asper. Kronst. I. 197. 476.

Aspriolus, i, (Du C.) sciurus; *mókus, evet.* Urk. Sieb. II. 451. an. 1376. mercator pelles *aspriolorum.*

Asprologionaris, ab *aspriolus,* sciurus, ad sciurum pertinens; *evet-.* Cod. Dip. Arp. XI. 500. an. 1261. pelles *asprologionares.*

Assa columba, assata c.; *sült galamb.* Arch. Rak. II. 174. tandem per ventos *assa columba* venit.

Assa maza, sartago panibus bis coctis V. *maza; kétszersült sütő.* Ljub. Mon. Sl. XI. 18. en. 1313: receperunt infrascriptas res: caldere I. metroza I. torni fornici II. mascellum I. . . . *assa maza* I. scarpellum I.

Assaltus, us, (Du C.) impetus; *ostrom, megrohanás.* Gal. assaut. It. assalto. Fer. Mon. Sl. XVIII. 366. an. 1737: tentarunt munitionem . . . per *assaltum* capere.

Assaporatio, actus degustandi; *megízlelés.* Pel. Pom. L. X. P. IV. Art. 2.: In ipsa (Maria) . . . fuerunt hec tria, videlicet: illuminate mentis in deum elevatio, et verbi christi intenta auditio atque suavissimi dulcoris degustatio et *assaporatio.*

Assapus, i, V. Asapus. Brut. XIV. 453. Adelm. De orig. Turc. 12. *Assapi* vero sunt milites gregarii minus exercitati ac precio conducti, quorum aliqui sunt pedites aliqui vero equites Aii etiam classem maritimam intrant habentes pro stipendio viritim aspra quinque per diem gregario simpla solda.

Assare, *assatus* 3. torrere, ab asso, assum reddere; *aszalni, aszalt.* Georg. Sirm. I. 27. et I. 70. Et *ficum assatum* asserunt, comedere solebat. S. de Keza Chr. II. 1., 11. plures germanicos *assari* fecit super feru.

Assassatio, lege: *Assatio,* ab assando, inscriptio alicuius partis corporis ferro candefacto; *tüzes vassal való megbélyegzés. Brandmarken.* G. Fej. T. XI. V. Un. 407. Bela . . . pœnam causæ refricatæ in *assassatione* consistentem mitigat.

Assassinaria, æ, cædes per insidias facta; *orgyilkosság.* Ljub. Mon. Sl. IX. 100. an. 1410.

Assassini, alias *Bateni* seu *Carmatiani.* Kol. Kov. Chron. Templ. p. 62: *Assassini* quorum multoties Scriptores Historiæ meminerunt Musulmannorum secta erant, dicti *Bateni* seu *Carmatiani* (sub hoc nomine noti sunt) latitabant, et ex occulto vitæ principum insidias struxerunt et complures interfecerunt, quin eorum sævitiam effugere potuerint, quia vero Batenis istis non alia erant arma, quam pugio in sinu vulgo *Hassilins* eorum lingua dictus, nostri Scriptores *Assasini* derivarunt, nec non Assassinorum principem, senem montis dixerunt, nomen, quod ipsi in Arabia tribuebatur ad literam interpretantes.

Assassinium, *orgyilkosság.* It. assassinio. Proj. sanct. crim. P. I. Tit. IV. Art. VIII. §. 1. *assassinium* est homicidium ex prævia alterius conductione pro mercede peractum.

Assassinus, homicida, sicarius pretio conductus: *orgyilkos.* It. assassino. Gal. assassin. Cher. Jus. Eccl. II. 290. Eius (homicidii) species sunt: 2. assassinium quod committitur dum pretio conductus quempiam ex insidiis vita privare conatur. *Assassinorum* nomen ab Ismaëlitis Ciliciæ vel Phœniciæ incolis Muhamedanismo addictis, qui *assassini* a voce arabica *Haschischins* dicebantur, originem trahit.

Assatum, caro assa, tosta; *sült.* It. arrosto. Braten. Schläg. 1936. 1937.

Assatura, æ, caro assa; *pecsenye.* Braten. Kronst I. 353. Cf. Vopisc. Aur. 49. Apic. 7., 5.

Assaturarum volutor, *nyársforgató.* It. girarrosto. Gal. tourne-broche. Bratenwender. Fej. V. 1. 227. nec non Gregorius de Gormoth, *assaturarum volutor* et custos Kokyne cum aliis conditionariis . . . moliuntur in regni nobiles aggregari.

Assatus, porcellus lactans; *verő-malacz.* Száz. XV. 99.

Assecla mundi, rerum mundanarum cultor; *világfi.* Rák. Ön. 128.

Assectare, pro: ad-assectari; *követni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Assecurare, (Du C.) certiorem facere, securum reddere, præstare; cavere alteri. It. assicurare; *biztosítani.* Ac. Com. Sopr. p. 7. Wagn. Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára V. II. 11.

1. **Assecuratio,** asseveratio, confirmatio, fides data; *királyi biztosítás, hogy a törvényeket s jogokat megtartja.* Száz. XIV. 301.

2. **Assecuratio,** cautio, fides de damnis reddendis data, danda; *biztosítás.* Assecuranz. Lzb. Cod. Med. T. II. 410: *assecuratio* incendialis.

Assecuratoriæ, litteræ cautionem continentes; *biztosító levél.* Magy. Tör. Tár. VIII. 258.

Assecuratorie, certe; *biztosan.* Arch. Rak. VIII. 170. scribet *assecuratorie* ad suam czaream Maiestatem. Illésh. 102. Quod ne fieret, articuli superinde *assecuratorie* editi et per suam Mattem Confirmati abunde testantur.

Assecuratorius, 3. de damnis pendendis spondens; *biztosító.* Opin. P. II. Sec. II. Accl. (c). bancæ *assecuratoriae* fidejussoriæ cambialis.

Assedarius, qui onera molitur, promovet; *korcsolyás.* Tör. Tár. 1889. p. 383. *Assedarii* seu impositores vinorum vulgo korcholas.

Assentæ lista, index continens nomina tironum militiæ idoneorum; *ujonczozási lajstrom.* Lzb. Cod. Med. T. II. 762. manualis pecunia *Assentae listis* . . . accurate inseretur.

Assentare, Assentatio, investigando approbare, assentire tirones militiæ idoneos esse; delectum habere (Du C. al. s.): *ujonczozni.* Ger. Assentiren. Lzb. Cod. Med. T. II. 761. Reg. Turm. Præt. Formulare V.

Assentatio, actus milites scribendi; *sorozás.* Assentirung. Molnár Patv. 29. *Assentatio* est equorum coëmptorum et *Recrutarum* sive novorum militum Commissariatica revisio et acceptatio. Reg. Mil. an. 1728. p. 29.

Asserculum, parvus asser; *deszkácska.* Brut. Hist. XIV. 455., 29. Cf. Cato R. R. 12. et. 152.

Asseria, lignum pro axi navis; *hajó tengely fája.* Ljub. Mon. Sl. I. 219. 238.

Assericius, ex asseribus constans, constructus; *deszka*... Verancs. III. 361. suggestus quosdam *assericios* præ ædibus singuli opere tumultuario construunt.

Assertive, (Du C.) certo, affirmando, asserendo; *biztosan, valósággal, határozottan.* Pel. De comm. defunct. s. IV. 5. Cod. Dip. And. V. IV. p. 587. Gyön. 2262.

Assertor, (Du C.) advocatus, causidicus; *ügyvivő, ügyvéd.* Tör. Tár. 1889. p. 335.

Assertor sylvarum, V. *Magister*

sylvarum. Con. Max. H. ij. an. 1565: sylvarum *Magistri* seu *assertores.*

Assertorium, i, iusiurandum asserens, cui opponitur promissorium; *állító hit.* Georch. H. T. IV. 151. Cher. Jus. Eccl. II. 140.

Assertorius, vim asserendi habens; *állító, erősítő.* Carlow. Log. 33. Serm. Cat. 294. Cher. Jus Eccl. II. 140. Jusiurandum est actus religiosus, quo quis assertum aut promissum aliquod cum provocatione ad Deum contestatur; unde in *assertorium* et promissorium dividitur.

Assertum, assertio, sententia, testificatio, confessio; *állítás.* It. asserto. Kass. P. P. I. 325. Documenta in quibus partes probas suas radicarunt et quibus *asserta* sua fulciverunt. Cf. Marc. Capell. 6. p. 195.

Asservator, idem ac *Conservator* Sacr. Cor. p. 51. quod vide.

Asservatorium, (Du C.) receptaculum; *tartó;* Wallaszky 429.

Asses, idis, asser; *deszka.* Ljub. Mon. Sl. I. 213: centum *assidibus platonum de larisse.*

Assessinus, i, V. *Assassinus.* Han. Mon. Jur. II. 157: si aliquis percuti fecerit aliquem per... *assessinum.*

Assessionarius, 3., idem quod *sessionarius.* Szend. Misk. tört. III. 49. an. 1356. quatuor loca *assessionaria.*

Assessor, collega in iudicio; *ülnök; közbiró, táblabiró, birótárs.* M. Bel. Geogr. 500. Comitatus Hungariæ provinc olæ sunt suis limitibus definitæ et in duos pluresque Districtus divisæ, quæ Comitis, vice-comitis, et *Assessorum* providentia, auctoritate nihilominus regia, quod civilia et æconomica negotia peculiaria... per provincialia comitia seu congregationes administrare solent. Cf. Paul. Dig. 1. 22.

Assessor primatialis, in tabula septemvirali, vices pr.matis gerens assessor; *a királyi táblánál a prímást képviselő két ülnök.* Kon. Egyh. 267.

Assessor regni, judex causarum, quæ fisco moventur; *ország itéletében ülő tanács.* Not. J. Samb. Tyrn.

Assessor Septemviralis, iudicii regii septemvirorum assessor.; *hétszemélyes tábla ülnöke.* Molnár Patv. 72.

Assessoralis, ad assessorem pertinens; *ülnöki.* It. d'assessore. Cher. Jus Eccl. 1., 278. Quamvis vero alias quoque species iuramentorum uti *assessorale* in Comitatibus et S. Sede *Consistoriali*... deponant.

Assessoratus, us, officium iudicum; *ülnökség, táblabiróság.* It. assessorato. Assessorat, Assessur. Kass. Prax. I. 235. Decretum Officii *assessoratus* Tabulæ Septemviralis et Statu Prælatorum.

Assexualis, sine sexu; *here.* Alexy 25.

Assidei, occupati in officiis dei; *istenszolgálatban foglalatosak.* Gyön. 2290.

Assidela, æ. «Assidelæ mensæ vocantur.» Festus; *asztal.* Gyön. 2288.

Assidens, idem quod Assessor; *ülnök.* Lzb. Cod. Med. T. II. 304.

Assidio, invado (Du C. assidere); *megtámadni.* Gyön. 2326.

Assidivus, 3., assiduus; *folytonos.* Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 335. Ex suscepte servitutis officio sollicitudine pulsamur *assidiva.*

Assidue, directe, rectā viā; *egyenesen.* Batty. Leg. T. II. 221. Decr. Col. Deinde revertitur juxta viam magnam et venit *assidue* ad nemus.

Assignabilis, qui assignari potest: *utalványozható, kijelölhető.* Diar Com. II. 89.

Assignataria militaria, pecuniam militiæ delegantia mandata. Tiszt. Ir. Diversis *assignatariis* militaribus (fizetést rendelő utasitások mellett a katonasághoz tartozóknak kifizettetett).

Assignatarius, alicui in pignus datus, addictus; qui assignat; *utalványozó, kijeleltes, utasitványos.* Art. Diæt. Pos. 79. Anni porro 1712 seu novissime præteriti Hiberni Restantiæ, tanquam suis *Assignatariis* aliunde non provisis effective deputatæ complanari debeant. Reg. Mil. 53. Arch. Rak. VIII. 430. Törvt. Msz. 30.

Assignationem facere pecuniæ, delegare pecuniam; *pénzt utalványozni.* Wagn.

Assignative, ex mandato; *kijelölés, megbizás szerint, értelmében.* Cod. Dipl... de Sztára V. II. 307. Significare curavit... quomodo universe litere... per ipsos *assignative* haberentur.

Assimilabilis, (Du. C.) qui fieri potest consimilis; *hasonítható, hasonulható.* Pázm. Dial. 372.

Assimilabilitas, proprietas rei, quæ alicui rei similis reddi potest; *hasonlíthatóság, hasonulhatóság.* Pázm. Dial. 358.

Assimilative, circiter, prope; *körülbelül, hozzávetőleg.* Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára V. II. 64. Anno *assimilative* quasi XXXVI. o vel citra.

Assimilativus, 3., (Du C.) qui reddit similem; *hasonlóvá tevő.* Pel. De S. Cathar. s. III. c. 2. Castitas est divinæ pulchritudini per gratiam *assimilativa.*

Assis, idis, (Du C. tabula sectilis) assercutus; *deszkadarab, lécz.* Prot. inq. 251. [ventus] portabat unam *assidem* plenam de terris ad furnum, coopertam de una *toalida.*

Assisinus, i, præbendarius; *javadalmas.* (Du C. al. s.) Tkal. Mon. Ep. II. 33: Prebendarii nostre ecclesie, qui alias vocantur porcionarii vel *assisini.*

Assisius, beneficiatus (in corpore iuris canonici); *javadalmas, javadalmazott.* Nagy Hier.

1. **Assistens,** adjutor; *segéd.* Brunner 1. primarius medicus *assistens* in nosocomio civium Pestinensium ad S. Rochum. Et passim.

2. **Assistens,** assessor; *ülnök, táblabiró.* It. assessore. Kass. Prax I. 9. Constabat (Cancellaria) attunc ex 4 *assessoribus* etiam *assistentibus* dictis.

1. **Assistentia,** (Du C.) præsentia et auxilium, præsidium, subsidium, ministerium assistentis; *jelenlét, segédkezés, segitség.* Bene Med. I. 54. *assistentia* medici est optima euthanasia. Pfahl. Jus Georg. 289. qui Domino terrestri adiutorium *(assistentiam)* præbere debet. Imre Phil. 403. *assistentia* divina. Vern. Met. II. 296.

2. **Assistentia,** vis, alias brachium, potestas magistratus; *erőhatalom, karhatalom.* Georch. III. 324. Jókai, Régi jó Tbl. II. 94. Egyes egyedül jön, brachium és *assistentia* nélkül, egészen fegyvertelenül, még csak egy botot, még csak egy prokátort sem hozott magával.

Assistentia fiscalis, officium patroni causæ; *ügyészi pártfogás.* Tisztb. Ir.

Assistentiam dare, idem quod Pristaldam dare, quod vide.

Assisterium, (Du C.) asceterium, monasterium; *kolostor.* Gyön. 2326.

Assistrix, quæ assistit, v. auxiliatrix; *segitő*... It. assistitrice. Verancs. X. 41. Idcirco misericordia cœlestium alumna et supremi luminis *assistrix* turpiter expulsa nostras sedes reliquit. Beng. Ann. Er. Cœnob. 423.

Associare aliquem, comitem sibi adjungere (Du C. al. s.); *társul venni.* Prot. inq. 240. XXI. ego hoc vidi, quin sepe *associabam* eam, sicut socia sua. 260. 316.

Assolatus, 3., ab assolare (Du C.) *ad solum deductus; a földre tétetett.* Gyön. 2321.

Asstipulatio, stipulatio, pactum; *szerződés, megállapodás.* Tör. Tár. 1881. p. 633. *asstipulationem* et promissionem coram Muffti.

Assuefactio, assuefaciendi ratio vel modus; *alkalmazkodás, közeledés.* Pel. Serm. Joannis baptisma... erat quedam significatio, preparatio et *assuefactio* ad baptismum Christi. Iliem. 13. z.

Assuetudinalis, assuetus, solitus, usitatus; *szokásos, szokott.* Knauz. E. M. Str. II. 210. 229. G. Fejér. T. XI. V. Un. 415. Eszt. Okm. 29. Decr. Ladisl. 1380. *assuetudinalis* decencie.

Assula, æ, dem. ad asser (Du C.) fragmentum; *forgács.* Kronst. II. 291: qui *assulas* terebratorum canalium intrinsecus excussit. Cf. Plaut. Merc. 1., 2., 20. et Plin. 9., 15., 18.

Assultorius, infestus, aggrediens; *támadó, megrohanó.* Curios Misc. 412. ut hostem arceant a quolibet transitu sed tantum a transitu *assultorio* et a figendis loco opportuno Batteriis contra Urbem.

Assultus, us, (Du C.) impetus *roham.* It. assalto Száz. VI. 564.

Assumere, destinare, mandare, suscipere; *elővenni, fölvenni, felőle felelni, vállalni.* Not. I. Samb. Tyrn.

Assumere laborem, laborem capere operam sumere; *fáradtságot elvállalni, venni.* Batty. Leg. III. 205. an. 1358: prædictum *laborem assumpsimus* propter bonum pacis.

Assumere se seorsum, decedere; *elvonulni.* sich entfernen. Chr. Dubn. p. 73: Geysa... sicut erat prudens... cum duobus fratribus... *assumpsit se seorsum* in partes Polonie.

Assumpmere, mendum pro: assumere. Magy. Tör. Tár. VI. 44.

Assumptio, (Du C.) dies mortis Sancti alicuius, quo scilicet eius anima in cœlum assumitur. Proprie vero dicitur transitus b. Mariæ, ut ait Durandus lib. 7. Ration. cap I. numer. 19. Frodoardus in Leone IV. Tandem clara dies reginæ adsumptio cœlis Regiparentis adest. It. Assunzione; *boldog szent anyának mennybemenetele, nagy boldog asszony napja.* S. de Kz. Chr. II. 1. Stephanus... in die *Assumptionis* beatæ virginis migravit ad dominum.

Assumtuosius, avidius V. Papias: assumptor, gluto, eluo; *mohóbban.* begehrlicher. Chr. Dubn. p. 146. Lodovicum... de tota Italia rectores civitatum... ut ad ipsos

transiret de Hungaria *assumptuosius* invitabant.

Assumptus, i, socius, adiutor; *segéd.* Georch. H. T. III. 295. Midőn a hatalmaskodó maga ugyan személyesen jelen van, de szándékjának eszközlésére magát elégtelennek lenni gondolja, másokat vesz maga mellé segítségül: és ezeket nevezzük melléje vett segédeknek *(assumpti).*

Assusurrare, insusurrare; *besúgni, bizalmasan megsúgni.* Verancs. VI. 250. ita ut quibusdam apud vos summo loco et summa dignitate viris *assusurraverim* paucos in Polonia, pauciores ne dicam paucissimos esse in Hungaria, qui . . .

Assymbolum, insanes res; *képtelenség.* Unsinn. Curios. Misc. 176: Cholerici colores flavos . . . pugnas et alia quæ bilis naturæ sunt *assymbola* somniant.

Astabulum, fors. pro: ad stabulum. Ljub. Mon. St. VI. 17. an. 1461: duos famulos *astabula,* sex equos.

Astacio, = V. *Astatio.* Magy. Tör. Tár. III. 222. *astacionis* falsi termini et exhibicionis falsarum litterarum.

Astanca, æ, apud Du C. *Astanea.*? Kat. Hist. Duc. 374. pannum altaris diarodinum pro Byzanteis octo; ostiales tres pro Byzanteis tredecim; *astancas* duas pro Byzanteis octo, pulvinaria serica pro Byzanteis decem.

Astans, testis; *tanú.* Luc. Regn. Dalm. 97. illud in audientia et in adentia prælibatorum *astantium* Regaliter auctorizo.

Astantia, præsentia, testificatio; *jelenlét, tanúskodás.* Cod. Dip. Brüss. 11., 212. quam si eam per se fecisset aut personali sua *astantia* confirmasset.

Astaphidium, et astaphida, pro: astaphis, acinus passus, uvæ passæ; *aszalt szőlő, malozsa.* Kronst. II. 446., 448., 550., 586.

Astar, linteum subsuendo; *bélés kelme; asztar.* Opin. P. II. Sec. II. Acclus (a) 2: lintea turcica Musselin et *Astar* nuncupata.

Astare, se conformare alicui; *alkalmazkodni.* Batty. Leg. III. 15. an. 1308: si vellet... *astare* et parere super his eius ordinationibus.

Astarea, Astaria, æ, (Du C.) ora maritima, campus planus mari adiacens; *tengermellék.* Ljub. Mon. Sl. XI. 9. an. 1306: quelibet persona debeat . . . mundare vias, que sunt apud vineam suam... et comites *astaree* teneantur . . . facere, quod predicta compleantur.

Astati, (Du C.) Hæretici Sergii cuiusdam, qui sub initium sæculi IX. imposturas Manichæorum instaurabat, sectatores a Michæle Curopalate severissimis edictis coërciti, cum prius sub Nicephoro immensum crevissent. A græco ἄστατος, instabilis dicti sunt; *állhatatlanok.* Nagy Hier.

Astatio falsi termini, quum supposita persona iudicio adstat, *hamis perben állás.* Hajnik Perjog. 441. Vuch. Leg. Crim. 32. Decr. Ludov. I. an. 1351. art. 9.

Astericus, i, nota instar stellulæ (pro: asteriscus) (Du C.); *csillag* (jegy). Gyön. 2369.

Asterides, lapis stellæ similis; *csillagkő.* Gall. asterie. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 186. *Asterides.* Adversus pestem et venenatos morbos plurimum valere dicitur.

Asterismus, sidus; *csillagkép.* It. asterismo. Beng. Ann. Er. Cœnob. 124. Curios. Misc. 66. Quid et quot sint constellationes seu *Asterismi* Stellarum Fixarum? *Asterismos* sive *Constellationes* Stellarum Fixarum nihil aliud esse, quam certum Stellarum numerum, quæ situ suo certam aliquam imaginem alicuius animalis vel alterius rei præferunt.

Astire, pro: ascire, una scire (ex *ad* et *scire)* Dief.; *együtt tudni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Astitor, oris, qui alicui negotio astare debet id est comparere coram tribunali iudicum sive testis sive reus; *tanu.* G. Fejér VIII. 3. 157. pro eo ipsi Magister Nicolaus comes Posoniensis et Judices nobilium eosdem in debitos *astitores* termini commisissent.

Astocrea, lege: artocreas, caro fictitiva, symbolica; *álhús, jelhús.* Szamosk. III. 102. Fruantur illi hac sua *astocrea,* hac placenta ac vescantur.

Astomi, homines qui carent ore; *szájnélküli emberek.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. 1. p. 333. Cf. Plin. 7., 2., 2.

Astorgia, æ, a gr. ἀστοργία = animus durus, impietas; *szeretetlenség.* Lampe. Hist. Eccl. p. 101: adamantina . . . *astorgia* in verbum Dei.

Astraba, æ, (Du C.) tabella, ubi pedes requiescunt; *zsámoly.* Gyön. 2388.

Astragalizare, ludere talis; *vörfölyét játszani* (koczkát j.) Pár. Páp.

Astragulus, talus, tessera; *vörfély, koczka.* Funda David. K. 2. 82: Sed novimus . . . iuramentis ludere ut pueri solent *astragulis.*

Astrigera aula, cœlum. Hunnias p. 19: Has procul, *Astrigerae* pestes ut viderat *aulae*
Nuncius, indigna commotus clade, supremi
Jussa refert Patris.
Cf. Stat. Theb. 10., 828. Claud. Bell. Get. 245.

Astripotens, astrorum dominus, Deus; *a csillagok ura.* Arch. Ver. Sieb. X. 1., 323. quod *astripotens* abstergat.

Astrognosia, astrologia, astrorum scientia; *csillagisme.* Csurgó ref. főg. Ért. 1894/5. 80. *Astrognosia.* Summarium *Tropologiae.*

Astrolabium, (Du C.) mensa ad experimenta astronomorum facta; *csillagászasztal, mérő asztal.* It. astrolabio. Törvt. Msz. 31.

Astrologico-Chiromanticus, astrorum interpres; *csillagjós.* Curios Misc. 173. Ipsi *Astrologico-Chiromantici* in distribuendis Planetarum confiniis et dominationibus inter se non conveniunt.

Astromantia, vaticinatio ex astris, sideribus; *csillagjóslás.* Törvt. Msz. 31.

Astronomicalis, ad astronomiam pertinens; *csillagtani.* Tör. Tár. 1886. p. 571. cum figuris *astronomicalibus.*

Astrosia, (Du C.) tenuitas corporis; *testi gyengeség, szerencsétlen csillagzat alatt született* (metaphorice). Gyön. 2377.

Astruere, se instruere, præparare; *készülődni.* Thurocz. 187. Quæ quidem, dux et domini Venetiarum, negarunt: et *astruentes* se opposuerunt et resistere decreverunt regiæ maiestati.

Astura, fors idem quod equus dextrarius ab *Astur* Hispaniæ populo; *spanyol ló.* Taurin. Staurom. I. 216. Engel. Mon. Ung. 1809. p. 126. Ipse (Rex.) suum natum . . . positum super *astura* . . . jussit obire.

Asturcones equi, V. *astura; spanyol ló.* Bel. Geogr. 68.

Astutio, onis. Videtur mendum esse pro: *astatio* q. v. Cod. Dip. Kár I. 426. 259. iuxta continentiam litterarum Domni Nicolai de Zeech pridem similiter palatini prorogatoriarum super facto contradiccionis *astucionis* possessionis Vezend vocate in octavis festi beati Georgy martiris movere habebat coram nobis.

Astutiose, astute; *ravaszúl.* Fej. X. I. 279. *astutiose* regnum nostrum subiit et subintravit.

Asula, æ, fibula; *csat.* Ljub. Mon. Sl. II. 420: *asulas* fusas plevas . . . deauratas.

Asulæ, (Du C. assula) asserculus; *zsindely.* Rač. Mon. Sl. VIII. 45. an. 1040; dedi illi casa *asularum* . . . et dedit michi in scamparaccione per se per XX. solidos.

Asylans, ad asylum confugiens; *oltalomkereső.* Kass. Ench. I. 17. *Asylantis* crimen an sit lege exceptum nec ne? Processus informaticus formetur, neque tamen Ecclesiastici in probas intrinsecas Criminis, Curiæ sæculari competentes, semet immittant. Norm. Ordin. an. 1765. 2. May.

Atalabus, Dief. rosskeffer. B-ben: cherebeth; *ganajbogár, kék szarvasbogár.* Du C.: et locusta brucus nascitur, Cum autem alæ crescere cœperint *atelabus* dicitur. Schläg. 1710.

Ateula, æ, Sim. Num. 132. Et quidem primo eius (Attilæ) esse censentur a quibusdam illi argentei, quibus nomen *Ateulae* incisum est, sed de his acutissimus censor Eckel sic commentatur p. 77. Post Mediobarbi oraculum passim nummi similes Attilæ Hunnorum Regi tribui sunt soliti at non occultavit Begerus scrupulos. *Ateulam* hunc hominem esse Gallum potius quam Attilam coniiciens nihil tamen ultra progressus. Nostra hac ætate iam non dubitamus similes nummos esse Gallicos, quod metallo, volumine, fabrica, typo Gallicis sunt simillimi, nihilque iis cum Rege Hunno negotii. *Ateula* vero esse nomen Gallicum comprobat lapis prope Nanceium efossus in quo occurrit Ateula. Salli. etc.

Athenæum, i, societas doctorum, palæstra litterarum; *tudós iskola vagy társaság.* Gall. académie de savants. Beng. Ann. Erem. Cœnob. 301. Maturescentibus vero annis ad sacratioris Minervæ *Athenaeum* Divino inflammante spiritu evocatus. ibid. 110. de instituendo domestico Theologiæ *Athenaeo.* Cf. Aur. Vict. Cæs. 14.

Athlasium, pannus sericus densior et collustratus; *atlacz.* Tör. Tár. 1890. p. 368.

Athnama, athnamus, litteræ assecuratoriæ imperatoris Turcarum V. *Atnam. török zultán biztosító levele.* Tör. Tár. 1887. p. 752. II. Rák. Gy. 65. 624.

Athname, V. *Atnam.* I. Bet. Com. II. 56. si porta Ottomanica *literas fideiussorias, athname* ipsis dictas de non augendo annuo tributo, non occupandis regni limitibus, conservandisque eiusdem libertatibus iuxta *athname* Sultani Solimanni dederit.

Athomus, i, ens (Du C. al. s.); *lény.* Batty. Ger. XXXVIII. *Athomus* quam nos pro ente sumi existimamus. Ib. 53.

Aticabulum, mendum pro: stivabulum; *eketartó.* Schläg. 978.

Atimus, 3., ignobilis; *tisztesség nélkül való, genyedt ember.* Gyön. 2441.

Atirum, rectius: acirum (Du C. acirus, acira, asphodelus, ασφόδελος) (Dief. atiria, actara) acorus; *turbán-liliom.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Atlas, telamon, τελαμών, anta, ligamen, ab Atlante, qui cœlum sustinet; columna, fulcrum; *szij, tartó, támasz.* Numi Hung. 12. Inter primos qui scutis *telamones* (seu *atlantes)* addiderant, refertur Joannes T. — Series Ban. p. 128. Illyrii præfectum Petrum Erdődium iussit, unicum fere, cui tuto labantes illæ Provinciæ inniterentur, *Atlantem.*

Atlascus, *V. Athlasium.* Tör. Tár. 1889. p. 596. ex rubro *Atlasco,* casula ex *atlasco.*

Atleta, propugnator; *harczos.* Magy. Tör. Tár. XI. 10. sincere Christianitatis *atleta* et verus pacis promotor.

Atmatertera, æ, amita magna; *ős nagynéne.* Ger. Urgrosstante. Bárczay.

Atnepos, Atneptis, nepos in quarto gradu; *negyed ízen való unokám fiának fia.* Törvt. Msz. 31.

Atnam, vox Turcica in lingua Latina indeclinabilis — instrumentum publicum apud Turcas, quo sultanus (imperator eorum) principes Transsylvaniæ in regno suo confirmare solebat. Hung. quoque atnámé. *Rák. Ön. p.* 11. l. 31—32. (31.) . . . instrumento publico quod illi (sc. Turcæ) *atnam* vocant.

Atonicus, a gr. ἀτονία; *béna.* Olah. Cod. Ep. 237. Facinus tam atrox et inopinatum socerum uxoris patrem ita perculit, ut totus factus sit *atonicus.*

Atonsus, detonsus; *leborotvált.* Rač. Mon. Sl. VII. 209. an. 1063. iniquum presbyterum . . . *atonso* capite . . . carcere detrudi iussit.

Atpatruus, propatruus; *apai ősnagybátya.* Bárczay.

Atra bilis, quam Græci Melancholiam vocant; *fekete sár (betegség).* It. malinconia. Kecsk. P. Öt. 146.

Atrabiliaris, e, atræ bilis; *epekóros, búskóros.* It. atrabiliario. Gal. atrabilaire. S. Benkő. Top. Misk. 94. *atrabiliarem* nervorum irritabilitatem.

Atramen, nigredo; *feketeség.* Gyön. 2414.

Atramentarium, vas liquoris scriptorii; *tintatartó, kalamáris.* It. calamajo. Vern. Log. 151. Sic. e. g. describo famulo meo *atramentarium* meum: est vas ligneum, in tabula stans, liquorem nigrum continens, aptum lineis et litteris formandis. Cf. Vulg. Ezech. 9., 2.

Atramentarius, 3., ad liquorem scriptorium pertinens. Arch. Rák. VIII. 346. *Cistula atramentaria* et nuce desuper auricalceis ornamentis adumbrata.

Atramentum sutorium, Cf. *Chalcanthum, Lapis atramentarius; varga ténta.* It. vitriolo. Kecsk. Ötv. 181.

Atramentum sympatheticum; *titkos erejű tinta.* It. tinta simpatica. S. Benkő. Top. Misk. 57. quæ mangonizatio detegitur *atramento sympathetico* dicto.

Atrare, nigrum facere; *megfeketíteni.* Gyön. 2411.

Atribilarius, 3., atræ bilis: *epekórságos.* Curios. Misc. 128. Euronoti humores commovent, hinc morbos *atribilarios* ac melancholiam humorum omnium pessimam generant.

Atrici, qui excubabant ad atrium et ad limina; *ajtónálló.* Gyön. 2421.

Atrocia, atrocitas; *kegyetlenség.* Gyön. 2424.

Atta, appellantur, qui propter vitium crurum aut pedum plantis insistunt (Festus); *csúztatva járók, csibertesek.* Gyön. 2454.

Attabernalis, socius in taberna; *részeges társ.* Gyön. 2430.

Attachiare, occupare, capere a Gall. attacher (Du C.); *lefoglalni, elfogni.* Uj Magy. Muz. III. 197. liceat vicecomiti vel ballivo nostro *attachiare* et *imbreviare* catalla defuncti inventa in laico feodo ad valentiam illius debiti per visum legalium hominum.

Attacus, ἀτταχός (Dief. wybel, wosbil) bombyx, apis terrestris; *selyembogár, poszméh.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Attædiatio, tædium, fastidium; *megunás, untatás.* Pel. De Sctis inter pascha et pent. II. c. 6. Duodecimus fructus . . . est melodia sine *attaediatione.*

Attædiativus, 3., tædio subiectus, obnoxius; *a megunásnak kitett.* Pel. Prolog. serm. de Stis: Sensus auditus inter omnes sensus est maxime *attaediativus.*

Attalica, æ, pannus sericus densior et collustratus; *atlácz.* Ger. Atlas. Magy. Tör. Tár. XX. 168. Toga ex materia sericea *attalica* dicta.

Attalica vestis, vestis prætextata: *pompás (atlasz) ruha.* Schm. de Ins. 16: Nobis igitur Pallii nomine nihil aliud venit quam *Attalica* illa *vestis,* quæ ipso inaugurationis actu Regi . . . adaptatur.

Attalici panni, sericei panni omnis generis coloris. Szamosk. I. 234. undecim amphoras argenteas, Turcici operis et formæ totidem pateras, insuper *attalicos pannos* holosericaque texta artificiosi operis preciosæque materiæ.

Attalicum album, panni species. V. *Attalica.* Arch. Rák. VIII. 309. *ex albo Attalico.*

Attamen, (Du C.) inquinamentum, labes; *szenny, mocsok.* Nagy Hier.

Attamgius, i, *Accangius*; *önkénytes katona.* Adelm. De orig. Turc. 11. 12. Sunt itaque diversa genera militum i. Thimarci, Janizari, Assappi et *accangii* . . . militant ad fortunam sine agris et sine stipendiis, quintam partem prede imperatori dantes et, si qui strenui apparuerint, Thimarci vel alterius dignitatis nomen et gradum sortiuntur.

Attava, mater aviæ. Gyön. 2444. Cf. *attavus* 2399. Paul. Diac. p. 13., 18. ita interpretatur: *ata avi.*

Attediari, tædio affici; *unatkozik.* Pel. Serm. Qui die festo licet ecclesiam intrent, tamen in sermone vel missa *attediantur* . . . Hiem. 20. h.

Attediatio, tædium; *beleúnás, unalom.* Pel. Serm. Secundus defectus sequitur . . . *attediatio.* Hiem. 32. o.

Attegium, (Du C. *Attegia)* Aedicula ab adtegendo quod est παρακαλύπτειν; *tető.* Verancs III. 20. Jnducti ad consessum passæ, qui in loco tapetibus late strato intra sua tentoria sub quercinis *attegiis* cum sangzacchis quatuor et militiæ suæ aliis insignioribus ducibus per directum a dextra et sinistra ordinem in cathedris nostro more sedebant.

Atteleria, (ap. Du C. arteleria). Szilády Tör. Magy. Eml. VI. 458. ubi tota infanteria nostra unacum *Atteleria* constiterat. It. 458.

Attendentia, æ, (Du C.) attentio, sollicitudo, cura V. *Superintendentia.* Szék. Okl. I. 1. ceterisque Sympresbiteris nostræ *attendentiae* (Laurentii episcopi).

Attendere, idem quod *auscultare; tartozni.* (Du C. al. s.) Sup. An. Sc. Ib. 438. an. 1571: possessiones ad Gölnicz *attendebant.*

Attentare, aggredi, invadere; *megtámadni.* Tör. Tár. 1888. p. 691. audet Pasquillator *attentare* universos.

Atterare, terrā replere (Du C. al. s.); *földdel befödni.* Ljub. Mon. Sl. II. 356: cum dicatur, quod . . . erat . . . puteus, de quo, nisi esset corruptus . . . inimici . . . possent habere *dextrum,* facimus vos provisos . . . ipsum *atterari.*

Attenticus, 3., authenticus. Pesty Ször. III. 205. sigillo *attentico.*

Atterzare, usque ad tertiam partem onerare; *harmadrészben megrakni.* It. atterzare. Ljub. Mon. Sl. XXI. 161. an. 1442: mandamus . . . ut . . . debeatis . . . *atterzare* . . . bene . . . ambas . . . galeas, vosque fulcire panatica.

Attestabilitas, actus attestandi, testimonium; *tanúbizonyság.* Pel. Pom. L. VIII. P. I. Art. 3.: Tertium mysterium hic declarandum dicitur *attestabilitatis.*

Attestatio, actus attestandi; *erősítés, bizonyítás.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. IX. 443. credat litteras huius et *attestationes* esse expiscatorias. Cf. Macrob. Somn. Scip. 2., 9.

Attestatorius, 3., attestans; *bizonyító, bizonyság* . . . litteræ attestatoriæ; *bizonyságlevél.* Bod. Hist. Eccl. I. 439. Cod. Dip. Pat. V. 198. 284.

Attestatum, testimonium; *bizonyítvány, bizonyság.* Reg. Mil. p. 60.

Atticista, atticæ seu græcæ linquæ cultor; *görögnyelv kedvelő.* Hor. Mem. 438.

Attilani aurei. Sim. Num. 132. Hæc Byzantinorum aureorum per Europam authoritas, quos sola potentia Imp. Orientis invexit alienis provinciis, apud illos Principes saltem vix ultro recepta fuit, qui confisi maiestati suæ nullius in se iura, quoquo modo intellecta agnoscere volebant: qualis certe fuit *Terror orbis* idemque Hungarus Attila. Porrigit itaque hic locus mihi occasionem qærendi non sine caussa *Attilanos aureos* sed altum silentium undique et ignotum Nummothecis nomen, spem eos inveniendi fere omnem eripit.

Attinencia, æ, vel Attinentia, res, quæ aliquo pertinet, appendix; *hozzátartozó tárgy.* Knauz M. E. Str. I. 552., 721.: vendidit Castrum cum omnibus utilitatibus . . . et *attinenciis.* Cod. Dip. Arp. V. 76. Marc. Chr. II. 103. ipsam etiam Zeuryn cum suis *attinentitis.*

Attinens, (Du C.) propinquus, cognatus; *hozzátartozó, rokon.* Frak. Mát. lev. II. 63.

Attinentia, æ, (Du C.) res necessariæ: *hozzátartozó dolog.* Ger. Zugehör. Arch. Ver. Siel. XXVI. 619. an. 1528. accepimus duo magna bombarda, sed nullus eorum *attinentiam* habet.

Attiscere, attinere; *vonatkozni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 629. an. 1529. nihil omittemus, quod ad commonefaciendam devotionem tuam *attiscet.*

Attitinari, ticiones ad ignem admovere; *felhányni az üszököt.* Gyön. 2462.

Attlacium, Attlasium, V. *Athlasium.* Tör. Tár. 1888. p. 566. vestis de *Attlacio.*

Attolentia, actus extollendi, amplificatio, amplitudo; *felmagasztalás, öregbítés.* Kat. Hist. VIII. 504. pro *attolentia* nostri regalis honoris ac incremento coronæ nostræ regiæ maiestatis.

Attractivus, 3., contagiosus; *ragályos.* Lzb. Cod. Med. T. II. 360: decumbentes in morbis *attractivis.*

Attractorium, vehiculum attractorium; adiectivum attractorius hoc loco substantivi locum obtinet nullo adiecto nomine. In nostro sermone, ut hic locus libri demonstrat, attractorium *thekeruen; tekervény.* Fr. Lib. Rt. I. 162. *attractoria* vulgo Thekeruen ad Segniam misimus.

Attractus in causam, (Du C.) reus, cui lis intenditur. Incattus; in ius vocatus; *alperes; törvénybe idézett.* Werbőcz. 356. Ita: ut si *in causam attractus* fuerat, caput suum eliberabit et se ab impetitione Actoris salvabit. Rozsny. D. 196. Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára V. II. 7.

Attrahere horologium, horologium intendere; *az órát felhúzni.* Stat. 81: Campanatores ... horologium ... quotidie hora meridiei *attrahant.*

Attrahibilis, ad trahendum aptus; *magához vonzható.* Pel. Pom. L. IX. P. I. Art. 2.: Quod autem maior substantie, est minor in actu; hoc facit subiecti conditio, contrarii coniunctio, motoris minor attractio, que tamen attractio semper in actu esset, si ex parte *attrahibili* impedimentum non staret.

Attrisio, actus atterendi; *ledörzsölés.* Szend. Misk. tört. III. 398. an. 1701. literas... ob *attrisionem* ... corruptioni et fere illegibilitati approximantes.

Attristare, contristare, tristem reddere; pass. attristari, maerere; *búsitani, búsulni, szomorkodni.* Rák. Ön. p. 177. l. 34—35 anxiabar ac *attristabar* de regni ... sorte.

1. **Attritio,** actus atterendi; *dörzsölés.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VII. 237. Rursus per hunc sonum editum ex *attritione* aëris.

2. **Attritio,** Kaprin. Eloq. I. 351. pœnitentia, verus sincerusque dolor de admissis peccatis, in quo inest antefactorum improbatio et tædium de multitudine et turpitudine peccatorum. Cum hoc sincero dolore coniuncti sunt alii molesti motus animi: tristitia, pudor, metus. Adpellantur hi motus uno verbo Contritio, nomine desumpto ex Ψ. 51. 19. 2. Distinguunt etiam *attritionem* a Contritione, illam ex pœnæ metu, hanc ex dilectione ortum ducere; *töredelem, bűnbánat.* Reue, Busse. De peccatis dolor excitatur vel a turpitudine peccati vel a timore pœnarum a Deo infligi solitarum ac tum dicitur *attritio.* Si vero ab amore Dei offensi ortum trahat, vocatur *contritio.* Otia Bachm. 523.

Attunc, ad illud tempus; *addig.* It. fin allora. Kass. Prax. I. 9. Constabat *attunc* Cancellaria Regia ex uno Cancellario ...

Atypicus, 3., sine regula, lege, specie constanti; *jelleg nélkül való.* Bene Med. I. 239. febris intermittens *atypica,* vaga, anomala vocatur, dum typum mutat, ut jam quotidiana, jam tertiana, jam quartana sit.

Auca, æ, (Du C.) anser; *lúd.* It. occa. Fjp. Szám. p. 554. an 1442: pro pollis et *aucis.* Gyön. 2500.

Aucaria lex, lex in periuros lata, qua bonis privantur, contumelia notantur, vestitu rustico vagari coguntur; *hamis esküvők ellen hozott törvények, mely őket javaiktól megfosztja, gyalázattal bélyegzi, parasztruhában kóczkötéllel övezve bolygani kényszeríti.* Száz. XIII. 582.

Aucarius, i, perjurus; *ludas, hireszegett.* (auct. Battyanó Castigandus hic rursus est imperitus ille notarum in ius Hungaricum consarcinator, qui ait aucarios ex voce hungarica Öke, sive Eöke, qualiter anseres in quibusdam Regni partibus ad pabulum vocantur, inde vulgariter Ludas, id est: anserinos dictos. Vox Auca, ex hungarico nunquam promanavit, sed Occitanis *Auc, Auco,* Italis *Occa* anser dictus ... *Aucare* inquit Henricus Spelmannus in Gloss. Archaiol. reperitur pro: attrahere). Batty. Leg. T. I. p. 635—6. Werbőczi 220.

Aucatus, pro avocatus; *előhivott.* Szamosk. I. 75. Nam indigenæ Ungarorum proceres, in quibus plus aliquanto spei repositum fuerat fœdam barbariem remorandi, in superiorem Ungariam a Maximiliano cæsare edicto *aucati* fuerant.

Auchindi, orum, milites voluntarii sic dicti apud Turcas; *önkénytesek.* Pray Hist. p. 146: *Auchindorum,* volonum id nomen... millibus.

Aucipula, rete aucupatorium; *madárfogó szerszám.* Gyön. 2501.

Aucleum, mendum pro: Aulæum, in quo historiæ Davidis et Abigailis acu- pictæ erant. Verancs XI. 320. Item eidem Ecclesiæ strigoniensi lego mitram unam et baculum meis expensis factum ac duas historias *aucleorum* David et Abigail.

Aucta, æ, augmentum, supplementum; *kibővités, pótlás.* Kass. P. P. I. 158. Diploma super *aucta* armorum cum novis coniunctorum elargitum.

Auctarium, augmentum, additamentum; *gyarapitvány, ráadás, toldalék.* Tör. Tár. 1888. 551. *auctarium* tributi. Olah. Cod. Ep. 550. Ad hoc mare felicitatis, tanquam quædam *auctaria,* adfluunt felicissimæ dotes, quas in ista generosa mente deprehendi p. 567. Sed nostræ tam plenæ mensuræ voluptati deest *auctarium* quoddam.

Auctim (crescenter) augendo; *növekedőleg.* Gyön. 2486.

Auctio pigneris, V. *Auctionales Contractus; zálog-toldalék, toldalag.* Pfanderhöhung. Törvt. Msz. Tiszti Ir.

Auctionales Contractus; *záloqtoldaléki szerződés.* Pfandvertrag, Proj. Leg. Civ. 242. *Auctionales contractus* super bonis pignoratitiis, stante lite, seu ad reluitionem seu ad invaliditionem Conditionum pignoratitiarum suscitata initi, velut in elusionem actoris tendentes illegales sunt.

Auctionalis, ad auctionem pertinens; *pótlék* ... Diar. Com. II. 96. Quantum *Auctionale.* Cf. Ulp. Dig. 27., 3., 1., §. 3.

Auctionatio, auctio, publica venditio; *árverezés.* Wagn.

Auctiquare, augere; *emelni.* Kov. Form. St. 21. mox inter alias libertates Civium suorum huiuscemodi Privilegio *auctiquabat,* quod earumdem Civitatum Judices causas litigantium et omnia iura intra limites dictarum Civitatum habita per literas iudicare, confirmare ... debeant.

Auctoracio, data potestas, facultas, auctoritas agendi; *felhatalmazás.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 255. Regie congruit Maiestati, rite negocijs ordinatis secundum facienclum beneplacitum atque votum, Regalis *auctoracionis* munificenciam impertiri, ut dignitas Excellencie principalis racioni consentanea approbet et acceptet.

Auctoramentum, i, incrementum (Du C. al. s); *növelés.* Fabó. Monm. Evang. 52. sed etiam vitæ felicitatisque *auctoramenta* ibidem fuerit consequutus.

Auctorare, augere, promovere; *növelni.* Vern. Phil. Mor. 153. vel vult præmiando universim bonas in aliis promovere actiones et hoc respectu præmium, quod elargitur, *auctorans* dicitur.

Auctoritas, (Du C.) epistola; *levél.* Batty. Leg. T. II. 35. *auctoritate* mandavi (Hic *auctoritas* uti sæpius in Romanorum Pontificum scriptis epistolam sonat).

Auctoritative, (Du C.) cum auctoritate; *tekintélylyel, hathatós módon.* Pel. De S. Andræa s. III. c. 3. remissio peccatorum *auctoritative.*

Auctoritativus, potestatem habens, potestativus, quod auctoritatem affert, magni momenti, auctoritate publica pollens; *érvényes, közhatósági joggal biró, hatalmas, kényszerítő.* G. Fej. 1. 268. cum et priora sint Salisburgensibus et ideo *auctoritativa* vel auctorabiliora: quæ conditio testimonii etiam apud secularia iudicia viget et prævalet. Kat. Hist. Duc. 543. Fej. 1. 388. iussu *autoritativo* edixit (sceptrifer Andreas).

1. **Auctorium,** perspicilli genus, quo res augeri videntur; *nagyitó üveg.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. 1. p. 248. Certius est *Microscopium* seu *auctorium* novum esse iuventum, quo res parvæ imo et minimæ ac quæ alias aciem visus fugiant ut magnæ repræsententur et usque ad stuporem angentur.

2. **Auctorium,** augmentum; *pótlék.* Arch. Ver. Sieb. X. 323. societas ... *auctorio* decenti ... plebano deberet subvenire.

Auctorizabilis, qui auctoritate confirmari potest (Du C. receptus); *jóváhagyható, tekintély gyanánt elfogadható.* Luc. Regn. Dalm. 97. Ut autem sic *auctorizabile,* ut dictum est, teneatur, horum legitimo astantium testimonio verissimaque approbatione corroboratur.

Auctorizare, authoritatem tribuere, authoritate firmare; *felhatalmazni.* It. autorizzare. Gal. autoriser, Wagn.

Auctrix, quæ auget, exaggerat; *tulzó.* Thurocz 45. Invidia *auctrice* Jordanus hac ducitur sententia.

Auctuare, publice vendere; *elárverezni.* Fjp. Szám. p. 86. an. 1398: Paulo ... equus moriebatur, quem *auctuat* pro 15 flor.

Auctuarium, quod super mensuram est; *ráadás.* Gyön. 2487.

Aucupabilis, (Du C.) res apta ad aucupandum; *fogásra alkalmas.* Gyön. 2503.

Aucupacio, occupatio; *elfoglalás.* Szék. Okl. I. 50.

Aucupalis, ad aucupium pertinens; *madarászó.* Szil. Régi Magy. K. T. III. 441.

Aucupeta Acupicta, tegumentum,

capitis acu pictum muliebre; *himmel varrott, varrott csepez, fejkötő.* Schläg. 1174. III. 91.

Aucupium philosophicum, dissertatio de avibus; *értekezés a madarakról.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. 91.

Audacitas, audacia; *vakmerőség.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 47. feroci tyrannide hæc statuta violare audeat et sua *audacitate* corrumpat.

Audiani, Hæretiei ab Audio archihæretico sic dicti, alias *antropomorphitae* q. v.; *Audius követői.* Nagy Hier.

Audibilis, quod exaudiri potest, clarus; *hallható.* Nill. Symb. p. 826. fidei confessionem *audibili* voce secundum formam præscriptam emisimus.

Audientes, (Du C.) Cf. Tert. Pœn. 6. dicti scriptoribus Latinis Ecclesiasticis, qui Græcis *κατηχούμενοι* vel quod antequam ad Baptismum admitterentur, fidei Christianæ erudirentur mysteriis, vel, quod, priusquam sacra fieret Liturgia, scriptores audirent. Eidem disciplinæ erant subiecti *Poenitentes* quoque; *üdvirat hallgatói.* Nagy Hier.

Audiencia, æ, præsentia; (hallatára) *jelenlét.* Fabr. Urk. 122. an. 1500: Gravis culpa est, si quis in *audiencia* secularium cum aliquo contenderit.

1. **Audientia,** æ, sermonis aditus, vel conveniendi alterius potestas; *kihallgatás.* It. audienza. Audienz. Kass. P. P. 1. 278. Instantiæ ad Suam Maiestatem Sanctissimam directæ et via Cabineti vel in *publica aut privata Audientia* Eidem suæ Maiestati Sacratissimæ personaliter præsentatæ. Verancs. V. 237. Wagn. *Audientiam habere.*

2. **Audientia,** uti *auditorium:* tribunal, judicium; *törvényszék.* Batty. Leg. T. II. 311. an 1217.

Audientiam facere, ad colloquium admittere; *kihallgatásra bocsátani.* Epist. Proc. P. III. p. 412.

Audire erga aliquem, obœdire alicui; *engedelmeskedni.* Epist. Proc. P. II. p. 208: Imperator Turcorum regnicolis . . . nunciavit, ut nemo eorum erga Dominum Thesaurarium *audiret.*

Audire missam, interesse rei divinæ; *misét hallgatni.* It. ascoltar la messa. Messe hören. Wagn.

Audire non possum de hac re, respuunt hoc aures meæ. Wagn.

Auditivus, 3., ad auditum pertinens, qui audit, auditum habet: *hallás . . ., halló.* Pázm. Dial. 221.

1. **Auditor,** iudex militaris; *hadi ügyész, hadbiró.* Nov. Calend. 277. Regia Solutoria Militaria Officia. Cæsareo Regia Generalis et Stabalis Auditoratus Officia. D. Mich. Allen, Stabalis *Auditor.* Georch. H. T. IV. 69. Arch. Rák. VIII. 392.

2. **Auditor,** iudex ecclesiasticus; *szentszéki biró.* Kövy. El. 35. Forum, quod *Sacra sedes* vocatur, constituit Episcopus Diœcesanus vel *Auditor* aut Vicarius. (Indigena, Ulad 4. 35.) cum Capitularibus aliisque Consistorialibus Assessoribus per Episcopum nominari solitis.

Auditor causæ, (Du C.) inquisitor, iudex, qui de rebus controversis delegabatur ad earumdem veritatem detegendam, auditisque testibus causam referebat. Szer. Not. 95. quod nos ex delegata a Sede Apostolica postestate quandam sententiam per. . . . custodem Canonicum . . . et *causarum Auditorem* . . . prolatam . . . infirmavimus.

Auditor causarum Generalis, vices episcopi gerens litibus diiudicandis; *fő törvényszéki ülnök.* Stat. 8.

Auditoratus, us, officium iudicis Militaris; *hadi biróság.* Auditoriat. Nov. Calend. 277. Cæsareo-Regia Generalis et Stabalis *Auditoratus* Officia. D. N. Riedt, Generalis *Auditoratus* officii Actuarius.

Auditores iuris, medicinæ, qui studet iurisprudentiæ, medicinæ; *joghallgató, orvostanhallgató.* It. auditore, studente. Kass. P. P. I. 179. Theatrorum . . . frequentatione omnibus studiosis nec quidem *iuris ac medicinæ auditoribus* exemtis.

Auditorialis, e, iudicialis; *birói.* Cher. Jus. Eccl. II. 340. Solet autem erga Mandatum Episcopale vel *Auditoriale* quod Conpulsorium dicitur a secularibus cum iuramento ab Ecclesiasticis autem in puritate conscientiæ præstari.

Auditorium, (Du C.) locus in ecclecia, in quo consistebant audientes; *szentegyházban a szószék mellett levő hely.* Tör. Tár. 1891. p. 585.

Auditus, us, auditio, rumor; *hallomás.* Eszt. Okm. p. 222. (an. 1536) fideles sunt ex *auditu* et publica voce et fama.

Auferibilis, quod auferri potest; *elvihető.* Tör. Tár. 1888. p. 687. a solo Deo ipso non a populo esse *auferibilem.*

Aufklärista, reformatus, illuminatus; *felvilágosult.* Irodt. Közl. VII. I. p. 21.

Aufugare, (Du C) pellere; *elűzni.* Kub. D. Hont. II. p. 31. (Ladislaus IV. an. 1287) de possessionibus ipsorum sunt *aufugati.* Fej. X. I. 368.

Aufurare, furari, furtum facere; *ellopni.* Irodt. Köz. VII. 2. p. 248. Si quid *aufurasti,* ad canistrum pone.

Augaria, æ, V. Angaria; oppressio; *elnyomás.* Szirm. Hung. in Par. 33. in eamque (nationem) crudeliter sævire cœpit. Ungaria est *Augaria:* ergo debet augariari. Unde *Augariam* successive etiam vocarunt Ungari ab augendo perpetuam Colonicalem obligationem post seditionem Cruceatam colonis impositam. Ulad. Decr. 7. art. 14.

Augariare, V. Angariare et Augaria; opprimere; *elnyomni.*

Augerium, i, fors. ab Augia derivatum, quod campum palustrem amni adiacentem denotat; *mocsaras vidék.* Georg. Sirm. I. 37. E converso Rex robore castorem suam ob *augerium* posuit, ac ordinavit robore in tantum.

Augmentare, (Du C.) augere; *növelni.* Gal. augmenter. Wagn. Cf. Firmic. Math. 5., 6.

Augmentativus, 3., augens; *öregbitő. nagyobbító.* Pel. De s. viduis s. c. 2. Talis honor nedum est malus, sed et pænæ infernalis *augmentativus.*

Augmentator, qui auget; *gyarapító.* Batty. Leg. I. 452. rectæ conservationis *augmentator.* Vita S. Stephani 107.

Augumentatio, augmentum, additamentum; *nagyobbodás.* It. aumentazione. Luc. Regn. Dalm. 251. statusque et personarum ac Regni præsertim Hung. *augumentationem* omnimodam peroptare.

Augurator, augur; *jós.* It. auguratore. Fej. 1. 449. De *auguratoribus* et incantatricibus et maleficis.

Augustæ, *augusztusban érő szőlő.* M. Bel. Prodr. 173. Tertiæ notæ vites sunt *Augustae* materia et foliis albicantibus sed et gemmis rubicundis dignoscuntur. Primo omnium maturescunt mense Augusto unde et *Augustæ* incolis *Augster* nuncupantur, Visulis Romanorum similes.

Augustalia, Palatium; *királyi palota.* Bonf. 1. 3. 50. miro quoque modo *augustalia* et tabernacula sua disposuit.

Augustalis, ad principem pertinens, augustus. Thom. Archid. Hist. Sal. 315. Itaque in diversis mundi partibus iussit Imperator ob *Augustalem* memoriam multa ædificia erigi. Szilády Tör. Magy. Tört. Em. IX. 106. thronus *Augustalis* et Cæsareus.

Augustana confessio, *ágostai hitvallás.* Augsburger Confession. Corp. Jur. an. 1681. Art. 25. et. 1687. Art. 21.

Augustinianus, monachus canonicus regularis. Ordo hic an. 1256. ab Alexandro IV. pontifice confirmatus est; *Ágoston rendű kanonokok.* Magy. Tört. Tár. XVII. 10.

Augustre, cantharus, poculum (maius); *kancsó, pohár.* G. Fej. T. XI. V. Un. 440. lego et relinquo *augustria* argentea, unum magnum duo minora et quartum illis minus ad fundendam aquam. (lege: *angustria.)*

Aula, æ, domus regia; *(királyi, fejedelmi) udvar.* Kass. P. P. 1. 206. inter *aulam* archiducalem Mutinensem.

Aula summa, porticus, ubi equites convenire solent; *lovagterem.* Rittersaal. Száz. XI. 719.

Aulæ Familiaratus, conditio aulæ familiarium; *udvarnoki tisztség.* Kov. Form. St. CXLVIII. Collatio *Aulae Familiaratus.*

Aulæ familiaris, aulicus; *udvarnok.* Száz. XVII. 537.

Aulæ iuvenis, V. *Aprodianus; udvari apród.* Száz. XIV. 69.

Aulæ magister, præfectus famulitii aulici; *udvarmester, hopmester.* Tör. Tár. 1892. p. 461. primi vesirii *aulae magistro.*

Aulæ magistra, femina nobilis a regina; *udvarhölgy.* Tör. Tár. 1890. p. 598. Gynecæo aulico præerit *aulae magistra,* cui inserviet una pedissequa.

Aulæ Mareschallatus Officium, officium præpositi sacri cubiculi; *hopmesteri hivatal.* Art. Diæt. Pos. 31.

Aulæ notarius specialis, notarius aulicus; *különös udvari jegyző.* Száz. XIII. 174. (IV. László korában.)

Aulæ Officialis, muneri aulico præfectus; *udvari tiszt.* Diar. Com. 29.

Aulæ supremus præfectoratus, munus summi præfecti aulici; *főudvarmesteri hivatal.* Tag. Orsz. Lev. ism. II. 5.

Aulæ Regiæ Cancellarius, vel *Regius Aulae Cancellarius.* V. Cancellarius Regni. Cod. Dip. Arp. Cont XI. 149. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 9. venerabilis patris Archiepiscopi Strigoniensis, tunc temporis *aule Regie Cancellarij.* M. Bel Georg. 499. Exc. Cancellaria Hung. Aulica a *Regio Aulae Cancellario* dirigitur.

Aulæ regiæ miles, stipator regius ac satelles; *kir. udvari testőr.* Száz. VIII. 238.

Aulæum, tapes, paries mobilis, versatilis; *szőnyeg, spanyol fal.* Arch. Rák. VIII.

326. *Aulaeorum Hollandicorum* antiquorum vulgo niederländerische Spalier frusta maiora quatuor.

Aulea, æ, pro: *aulaeum; szőnyeg.* Tör. Tár. 1890. p. 368. unam *auleam* cum filis aureis, habentem imaginem beatæ virginis cum filio suo parvulo.

Auledus, i, qui tibia canit; *hegedűs, sípos.* Gyön. 2594.

Aulegenosus, 3., (Du C.) crassus, pinguis; *kövér.* Gyön. 2607.

Aules, etis, qui cum cannulis cantat; *sípos.* Gyön. 2593.

Auletrix, mulier tibia canens: *kürtös asszony, vigasság tevő asszony.* Gyön. 2601.

Aulicaster, assentator aulicus; *udvaros* (udvari hizelgő) Ger. Hofschranze Pár. Páp.

Aulice, aulicorum modo; urbane, modeste; *udvari szellemben.* Száz. III. quod nimis *aulice* conscripserim.

Aulices, pro: *aulici.* Kuk. Jura I. 76. an. 1264. nobiles et veri *aulices* Regales.

Aulici, in capitulo muneribus functi; *aulikusok* a káptalanban az iroda-igazgató, püspöki titkár, ceremoniarius, levéltárnok s egyéb tisztek neveztetnek igy hazánkban. Kon. Egyh. 303.

Aulico-bellicus consiliarius; *udvari hadi tanácsos.* Ger. Hof-Kriegsrath. Száz. I. 288.

Aulico-Hungaricus Cancellariatus, officium cancellariæ aul. Hung.; *magyar udvari kancellaria.* Száz. VIII. 712.

Aulicocia, æ. exta, quæ in ollis coquebantur; *a fazékban megfőtt bél.* Gyön. 2599.

1. **Aulicus,** 3., ad regiam pertinens; *udvari.* Rév. Lat. Or. 175: et fuit Mariæ Theresiæ ita iucundus (sc. honor.), ut hos, quibus ita confideret, non illo voluerit veteri nomine *Aulicos,* quod servile aliquid putabat sonare, sed alio sane amiciore *Aulae Familiares* compellari.

2. **Aulicus,** 3., adulator, urbanus; *hizelgő.* Száz. XIII. 580.

Aulites, aulicus (Du C. aulates); *kir. udvarához tartozó.* Tör. Tár. 1893. p. 21.

Aulo-bellicum Dicasterium(Excelsissimum), *udvari hadügyi kormányszék.* Tör. Tár. 1888. p. 743.

Aumacium, rectius: aumatium, dicitur locus secretus, sicut in theatris aut circo (Festus); *titkos hely.* Gyön. 2608.

Auranteus, 3., pro: aurantius; *narancs* . . . Arch. Rák. VIII. 312. *Aurantei* coloris cortina Damascena.

Aurantia, (sc. mala vel poma); *narancs.* It. aráncia. Pomeranze. Bel. Geogr. 579. Procrescunt in ea . . . amygdalæ, mala citrea, granata, *aurantia,* gossypium, aloe.

Aurantiacus, 3., luteus; *narancsszínű.* Ackerl. 6.

Aurarius, i, (Du C.) Auræ popularis captator; *dicséret-vadász.* Pár. Páp.

Aurata, æ, Salmo Fario (Linn.); *pisztráng.* Kronst. III. 265: 25 vivas *auratas* vulgo *förren.*

Aurea Bulla, *arany-bulla.* Vuch. Jur. Feud. 10. Constitutio Caroli IV. Imp. An. 1356. sancita ab appenso sigillo imperiali aureo nomen *Aureae Bullae* veluti proprium accepit, præter diversa iuris publici capita multa de feudis Imperii R. G. definiens. Hungaris hoc nomine præcipue veniunt litteræ ab Andrea II. rege anno 1222. aureis sigillis munitæ, quibus jura et libertates a Sto. Steph. constitutas restituit. Cf. Pallas.

Aureale, (Du C.) parvus cussinulus eo, quod sub aure ponitur; *kisded vánkos, fejalj.* Gyön. 2620.

Aureato-cupreatus, 3. auro et ære inductus; *aranyfémezett.* Magy. Tör. Tár. XX. 170. gladium vaginam *aureato-cupreatam* habens.

Aureatus, 3. (Du C.) inauratus, auro intextus; *megaranyozott.* Ljub. Mon. Sl. IV. 303. an. 1393.

Aureax, (Du C.) equus solitarius; *egy magának való ló.* Gyön. 2627.

Auregentum, pro: argentum; *ezüst.* Arch. Ver. Sieb. XI. 344. XV. marcas de *auregento.*

Aurei Velleris Eques, *arany-gyapjas lovag, vitéz.* Gold. Vliesz-Ritter. Molnár Patv. 59.

Aurei Velleris Equitatus, turma equestris aureo vellere insignis: *aranygyapjas lovagrend.* Molnár Patv. 59. *Aurei Velleris Equitatus* a Philippo Bono Burgundiæ et Brabantiæ Duce seculo XIV. institutus.

1. **Aureola,** Chrysalis; *hernyóbáb.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VIII. 241. Primo enim primordium ponitur ab alio simili insecto vel ab ipso vivente animali cui inest, vel casu aliquo defertur; ex hoc dein fit exiguus vermiculus, ex vermiculo dein insectum aliquomodo imperfectum, ex hoc demum fit *chrysolides* sive *aureola* ac demum perfectum insectum.

2. **Aureola,** (Du C.) prœmium merito deditum; *fény-, dicskoszorú.* Gall. auréole. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 70. Quid sint animarum beatarum *Aureolae?* Nomine *aureolae* hic intelligi accessorium quoddam illudque peculiare proemium, quod a Deo peculiaribus quibusdam operibus excellentibus constitutum est. Vocantur prœmia *Aureolae,* quasi parvæ coronæ aureæ, *coronae* quia sunt prœmia victoriæ.

Aureorum filorum Crispator, aurum lanæ modo nens; *aranyfonó, aranyfonalereszto.* Goldspinner. Tab. Conscr.

Aures, Homo fractis auribus; *veszekedő ember.* Szentiv. Cur. Misc. Dec II. P. II. 128. *Homo fractis auribus.* Ille dicitur, qui est rixosus.

Aures et cauda foras eminent, omnia in patulo sunt. Austr. Aust. Palma. Ref. L. 2. Videsne jam, ut Hungarico dicitur Proverbio, *foras eminere et aures et caudam* mendacissimi Tui . . . patrocinii?

Auresa, æ, (fors. aurifex); *aranyműves.* Rač. Mon. Sl. XIII. 30. an. 1348.

Aureus, florenus; *forint,* slav. zlaty. Tör. Tár. 1893. p. 21.

Aureus Bavaricus, Inst. Arithm. 221. Tabula V. Monetarum exterarum cum domesticis comparatarum. Aureæ. *Aureus Bavaricus* = Flor 4. Cr. 18.

Aureus Byzantinus, Numi Hung. 151. Inter aureæ monetæ species iam antiquitus *Aurei Byzantini* stabilem in regno cursum habuerant et a Cæsaribus, sub quibus cusi sunt, Manuelati, Michaelati, Romanati etc. dicebantur. Erant ii aureis nostris initio graviores, serius tamen liga peiores et pondere leviores. His successerant primum *Aurei Florentini,* dein *Ducati Veneti (Zechini* ac *Czikini* dicti) In anni 1346. diplomate tenore cuius Stephanus (Duscianus) rex Bosniæ, Sclavoniæ etc. Imperatoris axioma usurpat, hæc occurrunt: ducenta *perpera* grossorum Veneticorum, duodecim pro quolibet perpero computatorum. Perpera, Perperum, Hyperperum iuxta Du Fresne erat moneta Byzantinorum Imperatorum sic appellata, quasi ex auro eximie rutilo et recocto confecta esset.

Aureus Cæsareus duplex, Inst. Arithm. 221. Tabula V. Monetarum exterarum, cum domesticis comparatarum. Aureæ. Aureus Cæsareus Duplex = Flor 8. Cr. 40.

Aureus Cæsareus simplex. Inst. Aritm. 221. Tabula V. Monetarum exterarum cum domesticis comparatarum. Aureæ. Aureus Cæsareus simplex = Flor 4. Gr. 20.

Aurei Bohemici, Aurei Hollandici, Aurei Hungarici, Instit. Arithm. 221. Tab. V. *Aureus Hollandicus*=Flor. 4. Cr. 18. Sim. Num. 73. Illud vero ne ambiguum sit, quod *Bohemici aurei* cum *Hungaricis* non discrepent; quamquam satis confirmatum putem; hinc etiam adparet, quod suos plane aureos, *hungaricos* vocent, ob auri in se spectati excellentiam.

Aureus Kremnicensis, *körmöczi arany.* Inst. Arith. 65. Aureus Kremnicensis= fl. 4. cr. 22. = crucig. 262. = Denar. 436²/₈.

Aureus Numerus, = Numerus in (Calendariis) fastis aureo charactere descriptus; *aranyszám.* Curïos Misc. 428. Ubi et illud observandum elapsis 19 annis recurrere Novilunia et reliquas Lunationum partes, ad eosdem omnino dies, unde promanavit celeberrimus ille Cyclus, seu series numerorum ab unitate usque ad numerum 19. inclusive in perpetuum revolubilis, cuius beneficio intelligeretur, quo die Mensis cuiusque fieret Novilunium. Qui proinde cum tantæ utilitatis esset, *Aureus Numerus* est dictus solebatque in calendario aureis characteribus describi.

Brevia, *rövid folyású per.* Szegedi Rubr. Pars I. p. 128: evocationes super occupationibus factæ in *brevibus* judicentur (Scilicet judiciis, sic dictis) tum propter terminum, tum propter processum etiam breviorem, quam in Octavalibus generalium judiciorum fieri soleret. Decr. Ulad. Regis 1495. Kövy El. 22.

Brevia mortuorum, V. s. v. Breve testatum in fine.

Breviar, aris, *breviarium; zsolozsmás könyv.* Tör. Tár. 1892. 567.

Breviare, is, *breviarium.* Tör. Tár. 1887. p. 176. idem habet unum *breviare.*

Breviare crines, idem quod *Abbreviare* q. v.; *hajat nyírni.* Száz. XIII. 171.

1. **Breviarium,** paucis comprehensa historia; *rövid összefoglaló történet.* Pesty Ször. II. 515. *Breviarium* rerum Hungaricarum.

2. **Breviarium,** et Breviarius (Du C.) Locus ubi aliquid continetur abbreviatum unde quidam liber, in quo est totum officium diurnum et nocturnum, dicitur *Breviarius,* liber Ecclesiasticus officium compendio complectens; *papi imakönyv.* Prop. Reip. 212: Reformato *breviario* hæretici didascali concitarunt plebem, quod vi rubricarum Archi Episcopi jam omnes dies labori forent expuncti. Cod. Dip. Arp. Cont. I. 40.

Breviculus, (Du C.) indiculus, compendium, in quo variantia festa notabantur et populo publicabantur; *rövid jegyzőkönyv.* Nagy Hier. Nagy Jus. Trans. Sax. 5. Cf. Cod. Just. 1., 7. tit. 44.

Brevigerulus, i, (Du C.) bajulus et portator brevium; *a pápai leiratok vivője.* Gyön. 3275. *breviar viselő ?* Nagy Hier.

1. **Brevis,** (Du C.) chartula continens indicem, seu summarium rei cuiusdam; *jegyzék.* Reg. S. Ben. 32. 7: Ex quibus abbas *brevem* teneat ferramentis v. rebus domus.

Brevis florenus; *kurta forint.* Bel. Comp. Hung. Geog. 31. Moneta in Hungaria sequens est in usu: 10. Thalerus... Est autem ille triplex. Primus quidem cruciferos 49 et medium valet ab Hungaris *brevis florenus,* Kurta forint vocatus.

Brevis octava, Festo Epiphaniæ et Jacobi celebrata brevia judicia; *rövid nyolczad.* Hajnik Perjog. 240.

Brevium, V. Brevia; *rövid octava, rövid per-időszak.* Törvt. Msz.

Bria, æ, (Du C.) mensura; *mérték.* Gyön. 3283. Cf. Arnob. 7., 235.

Bricha, æ, contentio; *czivakodás.* It. briga. Ljub. Mon. Sl. XI. 282. an. 1347... non debeat... se intromittere de officio nec de *bricha* cecche.

Bricocolum, fors. idem quod Cotoneo pomum; *birsalma.* Curios Misc. II. 217. Insitio pomi in persicum aut *bricocolum* vel pyrum et harum iterum in pomum, admirabilem gustu et aspectu fructum profert.

Briga, æ, discordia, lis, dolus, machina (Du C.); *viszály, csiny.* It. briga. Fej. X. 1., 654. scilicet quod prefatus Dominus Rex Poloniæ ullas *Brigas* neque guerras contra Regem Hungariæ ac subditos suos moveat nec movere incipiat quoquam nisi prius significatis Domino nostro Miricio Woiewode et eius consilio singulis earundem *Brigarum* seu guerrarum qualitatibus.

Brigada, æ, (Du C. brigata) caterva, manus; *dandár.* Gall. brigade. H. Rák. Gy. 218. et 12 *brigadarum* peditum. Reg. Turm. Præt. 20.

Brigadatim, catervatim; *dandáronként.* Arch. Rák. IX. 465.

Brigaderiatus, us, officium brigaderii i. e. præfecti, ducis corporis militum; *dandárvezér tisztsége, osztályvezérség, brigadérosság.* Arch. Rák. IX. 561.

Brigaderius, Brigaderus, Brigadier, Brigadierus, præfectus cohortis; *dandárnok, vezérőrnagy.* Nov. Calend. 294. Arch. Rák. III. 689. VIII. 296. Törvt. Msz.

Brigaderius Generalis; *dandárvezér.* It. brigadiere. Kuk. Jur. 1., 462. Generalatus autem Banalis ibidem Constitutum *Brigaderium Generalem* exmittere.

Brigantes, Forc. vermiculi. In Chr. Dubn. quoddam genus armatorum significat idem quod *brigantii.* Chr. Dubn. 166. 159. Fecit residenciam cum soldatis et *brigantibus* universis. 167., 159. Præcipiebat *brigantibus.*

Brigantius, Brigantus, (Du C. Brigancii, Brigantini vulgo Scriptoribus nostris Brigans Gloss. Lat. Gall. veles: Brigant, c'est une maniere de gens d'armes courant et apert, à piè. Postmodum prædatores ita appellati nostris) *könnyű gyalogos.* It. brigante. Thurócz 193. castrum Zewrin ... ædificavit, gente armata, *brigantiis* et balestrariis Anglicis, custodiam castri muniendo in potestate sua reservavit. Kat. Hist. IX. 612. Száz. III. 294.

Brigentinus, (Du C.) celox; *hadi naszád, sebes kis hajó.* It. brigantino. Brigantine. Mem. Pauli. 435. Capitaneus quinque galearum et unius *Brigentini* eiusdem Domini Regis etc.

Brigosus, 3., (Du C.) litigiosus ab. It. *briga,* iurgium, rixa pugna; *czivakodó.* It. brigoso. Kat. Hist. IX. 103. in quamdam *brigosam* discordiam devenissemus.

Briliantinus, ab It. brillare i. e. splendere, fulgere, dicitur de lapidibus pretiosis præcipue de adamantibus; *ragyogó, fényes fénykőből, ragyogó gyémántból való.* It. brillante, di brillante. Kass. Jur. Civ. II. 235. Alteram auream pariter Adamantibus *Briliantinis* ornatam in tesseram intimi amici affectus Excellent. Dmno Comiti C.

Brincza, æ; *brinza* (sajt). Fer. Mon. Sl. XVIII. 283. an. 1670. ex larido, butiro, *brincza* et caseis.

Brisa, vinacia; *törköly.* Pfahl. Jus Georg. 117. Resolutionis vero Regiæ circa materiam hanc elargitæ colonis facultatem exurendi crematum ex propriis racemis (fecibus, *brisis,* vinaciis) vel aliis fructibus in propriis ollis et pro usu domestico vel quæstu competere. Cf. Colum. 12., 39., 2.

Brisca, (Du C.) favus unde mel elicitur; *lép.* Gall. bresche, rayon de miel. Gyön. 3284.

Brissa, æ, (Du C. brisa gr. *βρύτια* vinicia, lora) noster: uva; *szőlő* (lőre). Gyön. 3290.

Brissare, exprimere Cf. *Brisca; kinyomni.* Gyön. 3290.

Britenneum, pro: britaneum (Du C.) deambulatorium marmoratum; *márványkőből rakatott folyosó.* Gyön. 3281.

Brocardicon vel **Brocardicum, Brocardica, Brocardium,** sententia brevis, dictum ad ius pertinens a Brocardo iuris consulto sæc 11. sic dictum; *törvényes közmondás, jogi közmondás.* Moln. Patv. 32. Cum autem habeatur tritum illud Juris *Brocardicon* sive quædam regula, quod; qui nequit ære, solvat pelle; si quis iuxta hoc, pœnam Civilem pecunia redimere nequeat, baculis pulsari solet. Pfahl. Jus. Georg. XXXVIII. Törvt. Msz.

Broch, V. *Brochus.* Ljub. Mon. Si. XVII. 133. an. 1424: captum, quod rectores... non absolvant aliquem a servitiis ... neque a solutione *scoch* et *broch.*

Brochatum aureum velutum, (Du C. brocat) pannus auro contextus; *hímszövet, arany-, ezüstvirágú kelme.* Goldbrocat. Magy. Tör. Tár. III. 65.

Brochus, i, (Du C.) amphora, diota; *kupa.* Gall. broc. Ljub. Mon. Sl. XXII. 53. an. 1455: providimus ... quod omnes ponerentur ad solutionem ducati, modii, *brochi* et *sochi.*

Brodium, (Du C.) carnium elixarum ius; *leves.* It. brodo. Prot. inq. 247: cecidit in nivem et parum de *brodio* sparsum fuit super brachia sua. Pel. Serm. (Aest. 76. c.)

Broium, ii, Du C. habet brolius et brolium: est silva vel nemus.; *erdő, cserjés.* G. Fej. VIII. 1. 544. Saliendo eam inter *broium* facit metam terream.

Broja arma, idem quod Baionnette, *pugio militaris; szurony.* Kuk. Jur. II. 155. ut pro neoerigendis Regiminibus Sclopi, Arma *Broja* seu *Bajonnet* et nova *Tormenta* ex armamentariis suis... ab ærario suo suppeditentur.

Brolium, V. Broium (Du C.) silva, nemus, saltus, in quo ferarum venatio exercetur, maxime vero silva muris aut sepibus cincta, a Gr. *περιβόλιον; vadászati tér.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 23. similiter et decimas proprii laboris omnium dominorum quoquomodo laborancium et croacarum, bovariarum, jugerum, coloniarum, nemorum, saginatorum, sischalie, merescacie, *brolii,* ancingiarum et decimum nummum, pascinacii decimamque omnium animalium.

Bromatologia, doctrina, in qua de cibis agitur; *élettudomány.* Törvt. Msz.

Bronco, fors. idem quod ap. Du C. eminentior pars gutturis gr. *βρόγχος; gége.* Gyön. 3298. tumor magnus, *nagy dagadás.*

Brosella, Bruxellæ, arum; *brüsseli* (csipke, szövet) opus reticulatum bruxellense. Száz. XX. 261. Regi Ungarie Stamen de *Brosella.*

Brouwnistæ, cujus sectæ autor erat Robertus Brown natus in Northhampton anno 1549. Lampe. Hist. Eccl. p. 384.

Bruchus et Brucus, (Du C. ex locusta brucus nascitur, cum autem alæ crescere cæperint, atelabus dicitur); *sáska, hernyó, bogár.* Schläg. 1709. Roger. 307. et sagittæ sicut locustæ et *bruchus* congregatim vadunt — per aëra volabant. Szamosk. III. 64.

Bruderliero, a Germ. Bruderl i. e. frater, socius, tovarista; *pajtás.* Magy. Jogt. Eml. 160.

Brumaticus, 3. lege: *Brunaticus* Magy. Tör. Tár. XI. 134. Item subam *brumaticam* subductam cum variolinis. Schläg. 2216. Gyön. 3315.

Brumescere, (Cathol. brumeo) pruinā albicare; *megderesülni.* Gyön. 3313.

Brunaticus, 3., (Du C.) fuscus, subniger, punicei coloris a ger. braun; *barna, szürke.* An. Sc. I. 353. an. 1496: lego tunicam *brunaticam.* Tör. Tár. 1888., 566. coloris *brunatici* vulgo *zewrke.*

Brunda, æ, (Du C.) caput vel cornu cervi; *szarv, szarvas fő.* Gyön. 3311.

Brunescere, colore spadici, castaneæ similem esse; *barnulni.* Bene Med. II. 337.

Brunetum, (Du C. *Bruneta,* species panni non ex nativi coloris lana confecti sed quavis tinctura imbutus) *barna szövet.* Fej. V. II. 413. item in camera habeo viginti brachia de optimo *bruneto.* Knauz. M. Ec. Str. II. 27. 11.

Brunetus, 3., subrufus, subfuscus; *barna.* It. brunetto. Fej. V. II. 413. quod pelles meas de ventre variorum sub clamide *bruneta* relinquo Decano. End. p. 596. Synodus Budens. 1279.

Bruneus et **Brunus,** spadicei coloris; *barna.* It. bruno. braun. Bene. Med. I. 25. S. de Keza II. 4. 1.

Brunum Flandrense, pannus spadicei coloris; *flandriai barna szövet.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 126. Seinoretus clericus, qui mecum erat, amisit duos mantellos unum irridem et alium de *bruno Flandrensi,* ambos cum pellibus cuniculinis.

Brusata, æ, frumentum; *gabona.* Ljub. Mon. Sl. XI. 5. an. 1306: perdat ... lignum, cum quo portaverit *blavam* sive *brusatam* in platea.

Bruscare, (Du C.) igne purgare, exurere; *kiégetni.* It. bruscare. Ljub. Mon. Sl. V. 268. an. 1334: expendit in vino ... quando fuerunt *bruscata* galia et galionus et magistris, qui *adviarunt.*

Brutalis, ad animalia bruta, feras pertinens, ferus, crudelis; *oktalan, durva.* Gal. brutale. Vern. Psych. 209.

Brutalitas, inhumanitas; *baromiasság, embertelenség, durvaság.* Jókai Kőszív. II. 154. brutalitás. Rák. Ön. p. 130. 29—30.

Brutenus, (Dief.) pannus cocco tinctus; *skárlát.* It. scarlatt(in)o. Schläg. 1238.

Brutinare, (Du C. *brutire,* more brutorum agere). (Dief. dutin, tucken); *orditani.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Brutire, (Du C.) more brutorum agere; *baromkodni.* Gyön. 3306.

1. **Brutus,** V. *Bruchus.* It. bruco. Fej. VI. 1. 220. Gens Tartarica diu manens ut *brutus* multiplicatur.

2. **Brutus,** 3., immundus, spurcus, sordidus (Du C. al. s.); *piszkos, mocskos, csunya, rút.* It. brutto. Prot. inq. 216: scapularium, quod erat *brutum* 220: Mater, si Tartari venirent, ego truncabo mihi nasum, ut sim turpis et *bruta.*

Brwnaticus, fuscus; *barna.* Arch. Ver. Sieb. XI. 355. subducti cum cindato *brwnatico.*

Brybekus, i, V. *Pribecus; pribék.* Szil. Régi Magy. K. T. III. 426.

Brÿkes, pannus Brugis paratus; *brüggei posztó.* Tör. Tár. 1889. p. 379. De panno *brÿkes* pro ulna seu brachio.

Bryton, cerevisia hordeo cocta; *árpasör.* Ger. Gersten-Bier. Pár. Páp.

Bubalæ vaccæ, *bivalytehén.* Arch. Rák. VIII. 360.

Bubalinus, 3., bubulus; *bivaly... ökör...* Verancs. VII. 99. stupiditatem plusquam *bubalinam.* Monm. Comit. Trans. V. 193. A 100 cutibus *bubalinis* f. 5. Knauz. M. E. Str. I. 94.

Bubare, ventilare; *rostálni, szellőztetni.* It. buffare. Rač. Mon. Sl. XIII. 265. an. 1359: facti fuerunt officiales supra bladum, quod extrahetur de fontigo, ad *bubandum* ipsum.

Bubere, V. s. *Gratitare; sivítni, orditani.* Cf. Auct. Carm. Philom. 42.

Bubius, i, venator bubulorum; *bivalyvadász.* Car. Bel. De arch. 44. Comes venatorum Bubalinorum inter aulica refertur officia. Iudex erat venatorum bubali seu *bubiorum* hoc est lixarum et calonum Re-

giorum qui bubalos Regios in nemoribus curabant.

Bubona, æ, bubo, morbus venereus; *dob, bujamirigy.* Szamosk. I. 181. Apostema putridique humoris collectio sub axillis artuumque iuncturis, sed maxime circa inguina tumores, quos *bubonas* vocant — oriebantur.

Bubones, (Calep. *Bugones)* a græcis dicte sunt apes quoniam ex bove putrefacto nasci perhibeantur; *méhek.* Gyön. 3361.

Bubonicus, ad bubonam pertinens. Bene Med. I. 192. pestis orientalis bubonica.

Bubsequa, bubulcus; *hajcsár.* It. boaro. Rep. Cast. p. 105. a; *Bubsequa* Bosznensis non valet ova duo. Gyön. 3322. Cf. Appul. Met. 8., 201., 13. Sidon. Ep. 1., 6.

Bubulare, V. s. gratitare; *huhogni.*

Bubulcitare, bubulci officio fungi; *pásztorságot tenni.* Gyön. 3324.

Buca, æ, cavea (Du C. al. s.) *vájulat.* It. buca. Ljub. Mon. Sl. XII. 192. an. 1414: ellargetur.. fovea in tantum, quod sit lata in *buca* pedibus XI. pro majori defensione castri. Han. Mon. Jur. II. 198.

Bucala, iuvenca; *tinó, tulyok.* Pár. Páp.

Bucaratus, Buccaratus, us, officium præfecti buccæ; *révparti kapitány.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 121., 184. tempore Grubenæ Comitis et in *Bucaratu* filii Carneuli boc actum est.

Bucardio, qui bucas i. e. arborum truncos cædit, lignator. Cod. Dip. Arp. Cont. II. 16., 22. In predio Thuno hec sunt nomina *bucardionum.* In eodem predio est una mansio *buchardionis* 22.

Bucca, æ, (Du C.) portus, ostium; *kikötő, torkolat.* It. bocca. Magy. Tört. Tár. XI. 62. quantum est super iuribus *buccarum* in dicta pace contentarum et nominatarum.

Buccaranus, i, tela subtilis (Du C.) *bissus; finom vászon.* Gal. Bougran, bouquerant. Fej. III. 23. Quod Georgius... Rodominus et Goianus... ei duo pallia, quinque carpetes (stragula villosa) quinquaginta et tres *buccaranos* (telas subtiles)... per violentiam abstulerunt.

Buccatus, 3., insolens iactator; *szájas.* It di bocca grande. Chr. Dubn. p. 167: Cadebant enim *buccati* teutonici in equis suis ante faciem hungarorum, sicut boves in macello.

Buccha, æ, (Du C.) apertura fluvii ex qua derivantur omnes; *torok, torkolat.* Ger. Mündung. It. bocca. Magy. Tör. Tár, XI. 14. Rex Hungariæ dicebat *bucchas* fluminum Gulfi ad se spectare et pertinere.

Buccinare, (Du C. exstimulare, animos addere) celebrare laudibus; *nyilván dicsérni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Buccosus, 3., buccis inflatis; *kevély, gőgös.* Austr. Aust. Palma. Ref. I. 3. §. 12: quod autem arroganter deprædicas *Buccose* Scommista...

Bucella, æ, (Du C.) morsella panis; *sütemény.* Ljub. Mon, Sl. XI, 126. an. 1323: nulla persona audeat... in aliquo ligno ponere in quantitate panis vel *bucellarum*... perdat panem seu *bucellatos.*

Bucellarius, (Du C. *Buccellarius)* qui patroni panem edit, parasitus; *torkos, zabáló.* Gyön. 3334.

Bucellatus, i, (Du C. bucellatum) panis ad usus diuturnitatem coctus V. s. *Bucella, sütemény,* apró pogácsa. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 84: omni anno debeant... monachi repræsentare Canonicis 50 *bucellatos* optimo pane.

Bucellus, V. Bota; Fej. IV. 2., 278. botas seu *bucellos* attulerunt,

Bucentaurus, species navis. It. bucintoro, ex qua navi Dux Venetorum quottannis demisso in mare anulo id sibi despondebat. Ljub. Mon. Sl. IV. 109. an. 13. 1375.

Bucentes, (Calep) tabanus a pungendis bobus; *ökörlégy.* Gyön. 3348. *apró szúnyog.*

Bucentrum, βούκεντρον, stimulus; *ökör ösztöke.* Gyön. 3349.

Bucerio, (Du C. bucer) (Papias bucera) boum armenta; *barmok csordája.* Gyön. 3347.

1. **Bucha,** æ, fretum (Du C. al. s.); *tengerszoros.* It. bocca. Ljub. Mon. Sl. IV. 86. an. 1366.

2. **Bucha,** vas vinarium; *csutora, kulacs, veresgyurka.* Kat. Hist. I. 603.

1. **Bucharius,** butharius, pincerna (Du C. lignator); *pohárnok.* Knauz. E. M. Str. I. 193., 184. undecim libertinos de Szolnok *buchariorum* seu pincernarum officio addicit. Cod. Dip. Pat. VII. 46., 71. Cod. Dip. Arp. V. 106. Száz. XVI. 314. pincernarum qui *bucharij* appellantur.

2. **Bucharius,** i, minor officialis civitatis, cuius erat in possessionem ducere actorem, qui ius obtinuit; *kisebb rangu városi tisztviselő.* Han. Mon. Jur. II. 61: actor... mittatur per *bucharium* in tenutam Cf. p. 49.

Bucharus, servus, tiro; *inas, szolga.* Pár. Páp.

Buchhaltericus, i, ad rem rationariam pertinens a germ. *Buchhalter; számvivő.* Faber. Jur. Met. 50. nec minus specialis inspectio in re rationaria, *(Buchaltericis)* et Cassali, eiusque revisio intra ambitum sui Districtus iis concredita est.

Bucia, æ, mensura vinaria; *mérték, kancsó.* Han. Mon. Jur. P. I. 69. an. 1214: mensura seu *bucia*... diminuatur in tantum, quod in quolibet modio intrent due *bucie* plus... videlicet, ubi primo intrabant in quolibet modio *bucie* triginta due... intrent triginta quatuor.

Bucica, æ, vasis potorii species; *kancsó.* Han. Mon. Jur. II. 273: tabernarij nullo modo faciant spumas in *bucicis.*

Buckarius, V. *Bucharius* 1. Pfahl. Jus. Georg. XXX. Qui in aula stricte serviebant Hofdienerschaft erant: Pelliparii, Tornatores, Tavernici, Pistores, Sutores, Stratores, Agazones Curriferi, *Buckari,* Vinitores, Pulsatores.

Bucla, stragulum, storea; *gyékény ágy.* Matte, ein Bett aus Binse. Pár. Páp.

Buco, tubicen; *trombita fúvó.* Schläg. 2220.

Buctinifer, lege: *buccinifer,* acinum ferens; *szőlő bogyó-vivő.* End. p. 660. Regestum de Várad: 83. unus pro omnibus *buctiniferis* portato ferro combustus est.

Buda, a ger. Wud, donum strenarum Kalendis Januariis dari solitum; *ujévi ajándék.* Fjp. Szám. p. 40. an. 1373: *Buda* constitit centum libras etc.

Budella, æ, intestina (Du C. budellus); *bél* (disznóból etc.) It. budello. Prot. inq. 268: quedam infirma desiderabat habere *budellas* de porco... Cf. 292.

Budun beglerbeg, dominus Budæ; *Buda ura.* Tör. Tár. 1892. p. 435. *Budun beglerbeg* Budæ in Ungaria habet zanchagos: 1. Babocz. 2. Visegrad etc.

Buffo, onis, (Du C.) scurra; *bohócz.* It. buffone. Gal. bouffon, Cher. Jus. Eccl. II. 40. Quare vetantur Clerici exercere officium carnificis, macellarii, tabernarii, *buffonum* seu mimorum, agyrtarum etc.

Bugancius, idem quod *Brigantius;* Chr. Dubn. p. 188: gente armata *bugancijs* et balestrarijs anglicis custodiam castri muniendo.

Buggia, Bugia, æ, candelabrum ansatum, quod in memoriam antiquitatis, cum enim missa in catacombis celebraretur, rem divinam facientis episcopi missali apponitur. (Du C. al. s.); *kézi gyertyatartó.* Gall. bougie. Nagy Hier. Száz. X. 519.

Bugiarius, candelifer; *gyertyavivő.* Nagy Hier.

Buillus, iudex idem quod *Bilotus; bíró.* Batty. Leg. III. 460. an. 1446. Magister *Buillus*... accepto iuramento citet, ut petitur et iustitiam faciat.

Bujurdia, vox turcica: mandatum. V. Pallas lex. *Bujuruldu, parancs.* I. Rák. Gy. 870. Kegyelmes uram, ez includált vezér *bujurdia* commissiojának az pariája et 870. az vezér nekem küldött *bujurdit* elvitte magával.

Bulare, (Du C.) ferro candenti reos inurere; *bélyegezni.* V. s. *Frustare.*

Bulbitare, (a bolbitum) puerili stercore fœcare; *gyermek szarral bekenni.* Gyön. 3360.

Bulbus vitreus, hydrometrum; *vízmérő.* It. idrometro. Gal. hydromètre. S. Benkő Top. Misk. 58. Aqua delibuta vina nascuntur ope hydrometri seu *bulbi vitrei,* qui aliquoties in æquali pondere aquæ puræ et vini ordinarii demergitur.

Bulga postalis, (Du C.) saccus scorteus cursus publici; *póstatáska.* It. bolgia. Opin. P. II. Sec. II. Cap. V. dd. 2. Gyön. 3373.

Bulimia, vel Bulimos, nimia fames; *farkaséhség.* Bene Med. I, 27. an fames non sit nimia, animi deliquium inducens *(bulimia).* Benkő. Top. Misk. 37. Máty. 260.

1. **Bulla,** (Du C.) sigillum. Magy. Tör. Tár. XI. 68. *bulla* plumbea pendens.

2. **Bulla,** *Bolla* q. v. officium, ubi signabantur panes; *jelző hivatal.* Ljub, Mon. Sl. XI. 34. an. 1313: supra *bullam* panis.

3. **Bulla,** (Du C.) diploma bulla munitum; *bolla, ónpecsétű levél.* Kon. Egyh. 27.

Bulla aurea, litteræ sigillo aureo obsignatæ, huc pertinet formula a Carolo IV. Cæsare descripta; *aranyfüggőpecsétes, aranyos pecsétes levél, aranybulla.* Brut. Hist. VIII. 411., 15. Comm. Hist. de Reginæ Hung. Cor. Mor. 39. *Bullae aureae* duplicis generis erant: aliæ cavæ, ex lamellis aureis coagmentatæ aliæ solidæ, instar bullæ plumbæ Pontificeæ. Czir. Hist. Jur. 51. Andreas II. Rex apud Hungaros.... insuper a *Bulla aurea* seu Decreto ob sigillum aureum sic dicto, perennem sui recordiationem...

Bulla aurea Trisoldia, V. *Bisoldius.* Kuun Relat. Hung. V. I. p. 216: Porphyrogenitus, qui partim ex relationibus cum chákáno Chazarorum, ad quem *bullam auream trisoldiam*... mittebat... de Hungaris... scire potuit.

Bulla canonisationis, in qua de in

sanctorum numerum relatis agitur; *szentté felavatás bollája.* Kon. Egyh. 27.

Bulla cerea, signuum cereum; *viaszpecsét.* It. bolla cerosa. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 38. privilegiumque sub nostra *bulla cerea*...

Bulla consistorialis, bulla, cui pontifex et omnes cardinales nomina subnotant; *a consistoriumban ugy a pápa mint az összes bibornokok által aláirt bulla (szentszéki bolla).* Kon. Egyh. 27.

Bullæ dimidiæ, a nondum inaugurato pontifice subscripta bulla; *a még nem koronázott római pápától kiadott bullák.* Kon. Egyh. 27.

Bulla nonconsistorialis, V. *Bulla* consistorialis. Kon. Egyh. 27.

Bulla pontificia, litteræ a pontifice obsignatæ, diploma Pontificium; *függő pecsétes levél, páparendelet.* Wagn.

Bulla privilegialis, immunitatem, privilegium continens; *kiváltságot adó bulla.* Georg. Sirm. I. 41. ego omnes tibi donabo per *bullas privilegiales* cum sigillis pendentibus.

Bullare, (Du C.) sigillo munire, obsignare, *signare; függő pecséttel ellátni, pecsételni, bélyegezni.* It. bollare. siegeln. End. p. 558. (Articuli Cumanorum an. 1279.): sic redacta et *bullata* legato trademus. Cher. Jus. Eccl. I. 106. Rescriptum gratiæ *bullatur* filo sericeo rubeo. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 151. Ljub. Mon. Sl. I. 156.

Bullarium, (Du C.) collectio, corpus Bullarum; *bullagyüjtemény, bullatár.* Cher. Jus. Eccl. 1. 59. Magnam iuris novissimi partem constituunt Bullæ seu constitutiones atque Brevia seu Epistolæ Romanorum pontificum, quæ post superius attactas decretalium collectiones frequentissime prodiere. Ex his collectionem more veterum facere cœperunt nonnulli ac *Bullarii* nomen ei indiderunt. Beng. Ann. Er. Cœnob. 361.

Bullatæ nugæ, tumidæ, vanæ, bullis similes; *felfujt üres pletyka.* Szamosk. III. 36. aut ex aurium incerto sensu, quod *bullatas nugas* vendentium est, referimus.

Bullati, stigmatisati; *megbélyegzettek.* Száz. XXIV. 486. præterea Beneficia Ecclesiastica *Bullati* acceptare non valent nisi illi, quibus per patronos ipsarum ecclesiarum ipse ecclesie conferuntur.

Bullator, qui litteras sigillo munit; *pecsételő, pecsétőr.* Luc. Regn. Dalm. 206. præsentibus sapientibus et discretis viris... Leonardo *bullatore* bullæ plumbeæ D. Ducis.

Bullatus tapes, bullis ornatus; *gombos szőnyeg.* Szamosk. II. 24. Neve quid ad honorem captivitatis illi deesset, *bullatis tapetibus,* aulæisque elaboratissimis fuliginosos parietes vestivit.

Bulleta, bullita, æ, (Du C.) schedula, syngraphum ad rei cuiusdam indicium; *bárcza.* Ljub. Mon. Sl. II. 89.

Bulletinum, 1. testimonium; 2. edicta in singulos dies edita; *1. bizonyítvány; 2. napi értesítő.* 1. Ljub. Mon. Sl. VI. 145. an. 1462. 2. Törvt. Msz.

Bulletum, index; *jegyzék.* It. bulleta. Ljub. Mon. Sl. IV. 272. an. 1389.

Bullire, (Du C.) aqua ferventi mollire, alutam conficere; *cserezni.* Fej. IV. I. 241. De coriis eorundem *bullitis* sibi arma levia coaptarunt.

Bullitio, (a bulliendo) coctura; *buzgás, forrás.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VII. 193.

Bullosus, bullarum plenus; *buborékos, hólyagos.* Bene Med. II. 180. efflorescentia *bullosa.*

Bullus, i, Cyprinus Tinca (Linn.) Cf. Du C. *Bulones,* cetarii, qui diversa genera piscium vendunt: *czompó.* Gyön. 3367.

Bumammæ, uvæ magnæ formæ; *ökör csecsü szőlő.* M. Bel. Prodr. 174. maxime præcoces Duracinas, *Bumammas* et si præsunt genera iucunditate saporis et specie nobilia conferant.

Bumba, pyrobolus; *bomba.* Arch. Rák. IV. 131.

Bumbachius, 3., et Bunbachius 3., e bombace seu gossypio confectus; *gyapot, pamut.* It. di bombagino. Gal. bombasin. Knauz. E. M. Str. I. 280., 326. purpura *bumbachia* propuncta. Fej. III. 2. 270.

Bumbarda, æ, bombarda, tormentum; *bombarda.* Arch. Rák. IV. 131.

Bunda, æ, (Du C. al. s.); *bunda.* Gros. H. Ph. I. 181: ex villosis ovium pellibus vestem consarcinant ruricolæ et opiliones, quæ instar pallii vel penulæ usque ad talos ab humeris dependet. *Bunda* illi nomen.

Bunesta, alias: *Bumasti.* Bunesta dicitur uva magna habens grana ad similitudinem mammæ vaccarum et caprarum; *kecskecsecsű szőlő.* Schläg. 2221.

Bunievczi, *bunevácczok.* Lop. Mon. Sl. XX. 190. an. 1700: catholicii Valachi alias *Bunievczi.*

Buphalis, bubalus; *bivaly.* It. bufolo. Gal. bufle. Büffelochs. Olah. Cod. Ep. 230. octo millia boum silvestrium, quos *buphales* vocant.

Bupima, a gr. πίνω et βοῦς magna sitis; *nagy szomjuság.* Gyön. 3385.

Burclus, i, species parvæ navis; *kis hajó.* It. burchiello. Ljub. Mon. Sl, XVII. 220. an. 1423: debeas... mittere cum galeis Venetias retinendo *burclos* cum uno capite pro uno quoque *burclo.*

Burdo, onis, (Du C.) baculus, a burdonibus seu asinis aut semimulis, quos inquietabant ita dictus; *bot.* V. s. *Bracera.*

Bureaulis (numerus) (a gal. bureau) ad munus, officium pertinens; *irodai, hivatali.* Kass. P. P. I. 326. in dextra exposito numero protocollari et *bureauli* nec non annotatione anni currentis scribitur Extractus.

Burenda, æ, caseus: *brinza, sajt.* Gros. H. Ph. I. 124. et. 175: Caseus... ligneis vasculis ingestus vulgo *Brinza* aut *Burenda* nominatur. Arch. Rák. VIII. 346., 360. Pr. Pr. 20. 1763. Besztb. Lev. a caseo seu *burenda* solvitur.

Burex, (a burrus rufus, *πυῤῥός=vörös, lángvörös)* betula, alnus = *égerfa.* Cod. Dip. Pat. VI. 340. 245. alicubi arboribus pomorum cerasorum Ilicum et alicubi arboribus *Buricum,* que vulgo Nirfa et egurfa vocantur sunt connexe.

Burga, æ, simultas, discordia ab. ital. *briga.* (Du C. al. s.) *kellemetlenség, viszály.* Knauz. E. M. Str. I. 441., 574. propter discordie eliminacionem cum Strigoniensi ecclesia et *burgam* evitandam.

Burgagium, (Du. C.) Certum et annuum vectigal, quod Burgensis seu burgi incola pro domiciliis, quæ in burgo possidet, domino præstat; *bizonyos meghatározott adózat, melyet az, ki várhelységben telket birt, urának évenként fizetett.* V. s. v. Socagium.

Burgensatica, 3., (Du C.) prædia, quæ a burgensibus possideri poterant; *várlakók birtoka.* Ljub. Mon. Sl. IV. 465. an. 1402: bona... *burgensatica* et feudalia.

Burgenses, (Du C.) municipes, urbium incolæ; *várbéliek, bugricsok.* Pel. Serm. Aliam quoque filiam ex avaritia genuit (diabolus) usuram, quam tradidit civitatensibus et *burgensibus* Hiem. 25. p. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 384. Fej. II. 158. Eszt. Okm. p. 34. Tör. Tár. 1893.

Burggravia, comitis castri uxor; *vár-, őrgrófné.* Burggräfin. Gen. Reg. Hung. 769.

Burggravius, comes castri; *várgróf.* Burggraf. Gen. Reg. Hung. 769.

Burgimagister, (Du C.) præfectus civitatis, urbis; *polgármester.* It. borgomástro bourgmestre. Bürgermeister. Veranes. Hist. I. 346. Rectoribus, Magistratibus, Municipalibus, Communitatibus, *Burgimagistris.* Pretoribus etc. (Arch. Ver. Sieb. XI. 77.

Burgrabius, Burggrafius, Burgravius, *főtiszttartó, várgróf; porkoláb.* It. burgravio. Burggraf. Kass. P. P. I. 205. Supremo *Burgrafio* Pragæ. Veranes. Hist. I. 169. In crastino post acceptionem civitatis Janczaraga significavit *burgrabio castri,* quod sub amissione capitis portam castri aperiat. Dec. Bar. 195.

1. **Burgum,** castellum; *vár.* Burg. Fej. III. 312. supplicavit: ut in *Burgum* eiusdem castri eam liceret de nostra permissione. Cod. Telek. XX. 102.

2. **Burgum,** (Du C. burgus) suburbium; *elővâros.* Máty. kir. lev. I. k. p. 115: suburbium denique sive *burgum.*

3. **Burgum,** (Du C.) rates; *tutaj.* It. piatto, platum. Obs. Jadr. 403. quarum galearum sex erant tabulis tectæ.., ac cum quadam turre lignea operata fabricatione in quodam carabolato fere cubitorum octo quam Italici *Burgum* seu *Platum* vocant, Mantuanum præfixa versus Catbenam ad infringendam ipsam se direxit.

Buriscos, fors. legendum: Bousicos, magna ficus; *nagy füge.* Gyön. 3384.

Burnedus, V. brunetus; *szederjes.* It. brunetto. Schläg. 1240. et 1237. brutenus = skárlát.

Burnete vel **Burnetum,** pannus ex lana tincta confectus. V. Brunetum; *barna szövet.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 126. Mantellum de *burnete* cum pellibus de conillis. Capa de *burneto* cum pellibus de ovibus.

Burrum, (Du C.) rufum et nigrum gr. *πυῤῥος; veres, piros.* Gyön. 3380. Cf. Festus 26.

1. **Bursa** vel **Bürsa,** (Du C.) ex gr. *βύρσα,* crumena; *erszény.* It. Borsa. Börse. Marc. Chr. II. 39. Wagn. Szegedi Rubr. Pars. II. p. 222. ex propria *bursa.* Vect. Rect. C. Pel. Serm. Hiem. 42. t.

2. **Bursa,** æ, Publica Mercatorum Curia; *börze, pénzcsarnok, tőzsde, kereskedőház, alkuház.* Cod. Camb. Merc. 86. In Urbibus illis, in quibus *publica Mercatorum Curia* seu *Bursa* pro quotidianis Negotiatorum conventibus erecta et juxta præstabilita atque alibi vigentia principia regulata exstitere, Proxenetæ tam Cambiales quam et com-

merciales quotidie ... in eadem publica Mercatorum Curia ... adesse ... debent.

3. **Bursa,** 500 aureorum summa apud Turcas; *zacskó mint pénzösszeg.* Beutel. Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. VIII. 471. vigintique millia tallerorum idest quinquaginta *bursas.* Thök. Diar. 449., 200. contentus essem uno csiflik tres quatuor *bursas* importanti...

4. **Bursa,** proventus, sumptus; *költség. jövedelem. E propria bursa* = suis sumptibus; *saját zsebéből, saját költségén.* Ker. Inst. Mil. 484.

5. **Bursa,** æ, (Du C.) cœtus, societas; *társaság, egyesület.* Bék. Közokt. 25. Regestrum *Bursae* Ungarorum Cracoviensis.

Bursa S. Adalberti, gazophylacium a Pazmanio Tyrnaviæ a 1624. institutum; *kincs, pénztár.* Fej. Jur. Lib. 160.

Bursa nigra, literarum studiosorum sodalitii arca pecuniæ; *coetusnak, tanuló ifjuságnak mint testületnek pénztára.* Száz. 31., 3. p. 252.

Bursale, ad bursam pertinens. V. s. v. Linguagium.

Bursare, (Du C. nummos demittere in bursam); *pénzt a tárczába tenni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

1. **Bursarius,** *bursator,* lutearius, sarcinator coriarius (ap. Du C. alio sensu.); *erszény, zacskócsináló.* Ger. Taschner. Kronst. II. 137., 353.

2. **Bursarius,** (Du C.) officium monasticum penes quem est *bursa* seu pecunia monasterii: *pénztáros.* V. s. *Literae Bankae.* Bék. Pil. P. I. 69.

Bursator, 1. præfectus ærarii; 2. sector zonarius; *1. pénztáros; 2. zsebmetsző.* 1. Kassaverwalter, 2. Beutelschneider. Kronst. I. 307., 604., 631.

Burssula, dem. ad *bursa,* marsupium; *pénztárcza.* Börse. Fjp. Szám. p. 622. an. 1434. Item in beraitschaft in *bursula...* flor.

Burto, verruca; *szömörcsök.* Schläg. 958.

1. **Buscagium,** i, silva, silvula. (Du C.) s. v. *Boscagium, erdő, liget.* It. bosco. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 488. Est eciam supra Granam quoddam *buscagium,* de quo dictus Prepositus habebit tantam partem, quantam alii duo homines debent de alia.

2. **Buscagium,** (Du C.) præstatio pro buscis seu lignis, quæ in urbem inferuntur; *fajzási adó.* Knauz. E. M. Str. I. 273. 310.

Busgana, Busguna, clava; *buzogány.* Streitkolben. Kronst. I. 5., 36.

Businus, us, ex germ. Busen, sinus, gremium; *kebel.* Georg. Sirm. I. 368. Et Cesar videns illam scedulam, mox arripiens de *businu* pueri et fecit Cesar perlegere.

Buskinus, 3., dumeto obsitus; *cserjés.* It. boscoso. buschig. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 369. terras et possessiones suas cum terris aratoriis practinis, *buskinis,* vinetis et virgultis.

Busloman, circumcisus; *körül metszett.* Adelm. De orig. Turc. 9. nec possunt præsidere huic magistratui, nisi qui ab origine Thurcus fuisset i. *Busloman* vel circumcisus.

Bussedo, runcina poliendo, levigando serviens; *simító fa.* V. s. *Archiscamnum.* It. bussetto.

Bussola, Bussolus, capsa; *rakaszt, veder.* It. bussola. Fej. X. 3., 113. et missa parte ad *bussolos* et ballottas per Suptum D. Vicarium et Judices quod Sindici facti causa mittendi ad D. D. regem Bosnæ pro subiugando dictam civitatem Tr. ut prefertur idem Ser Lucas et Micatius eius filius miserunt eorum ballottas in *bussola* rubea. Ljub. Mon. Sl. I. 318.

Bussulum, pixis. V. s. *Anchona.* 2.

Bustare, (Du C. humo condere) sepelire v. cremare mortuos; *égetni, temetni.* Gyön. 3395. Nagy Hier.

Bustarius, alias bustuarius, qui corpora cremat et sepelit; *sírásó, temető.* Gyön. 3392.

Busticeta, qui vel quæ sepulcra struit (Du C. sepulcra antiqua, ubi Antiqui mortuos incendebant. Sepulcra in agro); *koporsórakó.* Gyön. 3393. Cf. Arnob. I. p. 24; 7. p. 222.

Bustifragus, qui frangit bustum, sepulchrum; *koporsó-törő.* Gyön. 3394.

Busus, i, rima (Du C. al. s.); *hasadék.* It. buso. Ljub. Mon. Sl. XI. 183. an. 1345: porte et *busi* obturari.

Buta, æ, labrum; *tonna.* Gal. boete. Ljub. Mon. Sl. VI. 11. an. 1441: nullus civis... audeat... emere... navigium forensium a mille *butis* infra.

Butellia, æ, lagenæ species; *palaczk.* It. bottiglia. Inst. Arithm. 216. Quidam 100 vini Tokaini *butellias* coëmit 62 Imperialibus.

Butharius, V. *Bucharius* 1. vasorum vinariorum et lagenarum lignearum faber; *kádár.* Kat. Hist. VIII. 601. populos, olim *Butharios,* et per reges condam Hungariæ de dicta *buthariorum* conditione ad servitia regalis venationis translatos, in Némethi, S. Gallo et Chepel constitutos venatui regio necessarios agnovisset.. *Butariorum* nomine, hic ego censeo venire vasorum vinariorum et lagenarum lignearum (Hungaris fa-palaczk, tsobolyó. légely, veresgyurkó) fabros, quales etiam nunc Vesprimii propter opportunitatem idoneorum, e vicinis Bakonyiensibus silvis petendorum lignorum egregii dantur.

Butica, butina, buttinium, (Du C.) urceus aquarius; *légely, vízkorsó.* Wasserkrug. Pár. Páp.

Buticella, vas vinarium; *boros edény. palaczk.* It. botticella. Cont. Dip. Arp. Cont. VI. 362. Marinarius vero quilibet portabitsecum in navi tantum quatuor staria inter panem et farinam et unam *buticellam* vini continentem duos bigontios et alia victualia.

Buticellus, V. Buticella, Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 564. vineæ de gionchetto cum omnibus suis pertinentiis, et buttæ et caratelli et *buticelli* et barilli etc.

Buticularius, a *butica:* lagena, cellarum principalium magister; *pinczemester.* Száz. III. 147. Camerarii, Senescalci, *Buticularii,* Comites Stabuli.

Butifer, i, qui in lagenis maioribus vinum fert; *borvivő.* Car. Bel. De archioff. A Pincernarum ergo Magistris mandata accipiebant Tunnarii, *Butiferi,* Doliarii et quæ huc pertinuere ministeria reliqua.

Butifredum, (Du C.) machina bellica lignea in modum excelsioris turris exstructa variis tabulatis, cœnaculis seu stationibus constans, rotisque quatuor vecta. In cœnaculis collocabantur milites, qui in hostes continua tela vibrabant; *ostromló torony.* V. s. *Coredorium.*

Butiglarius, i, (Du C. buticularius) penes quem Buticularum seu potus cura demandata est; *pohárnok.* Ljub. Mon. Sl. II. 307.

Butina, vasis species (Du C. alio sensu); *kád, dézsa.* Ger. Bütte. Bárczay.

Butinum, (Du C.) præda; *zsákmány.* Gall. butin. Ljub. Mon. Sl. II. 338 an. 1346: solvant denarios *butini.*

Butisia, *βουθυσία,* buthysia, magnum sacrificium; *nagy áldozat.* Gyön. 3401.

Butta, æ, (Du C.) vas vinarium; *tonna.* Gal. boute. Rač. Mon. Sl, VII. 18. an. 918: una *butta* de vino.

Buttelarii, Butticularii, V. *Buttiniferi.*

Buttiniferi, lege: *Bucciniferi.* Prisc. Serv. p. 31: *Buttiniferi, Buctiniferi,* Butticularii vel Buttelarii erant æque pincernæ Regis, quibus potus Regii cura demandata erat. Bel. appar. Dec. I. Mon. V. p. 212.

Butto, (Du C. *Butro), 1.* vas lampadis 2. vas vinaceum; *1. lámpaedény; 2. puttony.* Nagy Hier.

Buttubata, nugatorius et nullius valoris (Næv.); *semmirekellő.* Gyön. 3400. Cf. Festus 29.

Butyraceus, butyrum continens; *vajas.* Kov. Oec. 98: magnus æstus et magnum frigus impedit, quo minus flocci *butyracei* coalescant.

Butyrarius, 3., ad butyrum pertinens; *vajas.* Comen. 65. Lactaria in lactaria cella e cremore seu flore lactis, butyrum conficit, in clava *butyraria* condensans.

Butyrinus, 3., ex butyro, lenis, tenellus; *vajas, lágy.* Tört. Tár. 1888. p. 541. verba blanda, *butyrina* verba.. .verba oleo molliora.

Buyuk emir achor, *főistálló mester.* Tört. Tár. 1892. p. 431. Sequuntur duo stabuli magistri. Et vocatur primus *buyuk emir achor* aut; *achor*; Alter vero Kuczur emir achur. Significat hoc vocabulum dominus stabuli vulgus illum *jambrahor* bassi nominat.

Buzulatus, i, (Du C. bucellatum) panis ad usus diuturnitatem excoctus. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 181: quælibet domus civitatis.,. teneatur dare... ripariis unum panem vel unum *buzulatum.*

Buzellacus, *bucellatus* q. v. Ljub. Mon. Sl. XI. 2. an. 1306; nulla persona audeat emere *buzellacos* neque... panem occasione revendendi.

Bybor, pannus cocco tinctus; Tör. Tár. 1889. p. 377. una pecia *bybor* sive bissi.

Byczak, idem quod *pugio; tőr. bícska.* Tör. Tár. 1889. p. 191. portaverunt unum sablya cum vagina argentea et unum *byczak.*

Bylokius, i, V. *Bilochus.* Magy. Tör. Tár. III. 215.

Byro, judex; *bíró.* Cod. Telek. X. 254. Kovács *byronis.*

Byrrhus, *byrrus,* stragulum e villoso gossipio confectum; *bozontos gyapju takaró.* Kronst. II. 480., 481. pro... *byrrho, byrris* vulgo kochyn, koczyn.

Byrsagium, V. *Birsagium.* Decret Sigism. Reg. Hung. an. 1435.

Byssinum linum, a bysso, tela pretiosa, imprimis in Aegypto; *selyemféle szö-*

vet. It. bisso. Bel. Geogr. 599. *Illorum itaque arte elaborantur: aulaea Babylonica peristromata, linum byssinum,* xilinum, et bombycinum.

Byssus, (Du C.) muscus, panni species, tela pretiosa veterum; *finom selyemféle szövet a régieknél.* It. bisso. Thök. Diar, II. 353. *Una toga muliebris ex bysso attrita fl. 50.* Isid. Orid. 19., 27., 4.

Bytel, (a Bohem. pytel) saccus; *zsák.* Tör. Tár. 1893. p. 2. de singulis oneribus cumulorum qui *Bytel* vocantur.

Byzantius, aureus: quadraginta argentei denarii. *Sim.* Num. 43. *Byzantius* valet duas partes unius Floreni. Thurócz. 113. S. de Kéza Chr. II. 4., 1. Bela ... *byzantios* currere fecit.

C

Cabala, ars, dolus, fraus, a germ. Kabale; *áskálódás, cselszövés, ármány, ravaszság.* Törvt. Msz.

Cabalista, qui tentat Babylonios numeros (a hebr. *kabbâlâh:* fabula a parentibus tradita ab arab. *kâbâl:* recipere: doctrina arcana Judæorum); *rejteményfejtő.* Rák. Ön. 122. *Cabalistarum* figmentis sciendi curiositas. Kaprin. Eloq. I. 49.

Caballa, equa; *kaczola, kanczaló.* Törvt. Msz.

Cabatus, vestis militaris, lorica; *pánczél.* (Cf. Du C. *Capatus.* calceus.) Cod. Dip. Pat. VI. 43., 29. dabunt nobis unum panceratum habentem hastam, *cabatum,* galeam, faretram et cetera ornamenta apta panceratis. Fej. IV. 1., 295. Homines castri, qui nobis in *cabatis* servire consueverant pro eo, quod ydem tempore persecutionis Tartarorum personas et res in observatione castri Trenchen exponere nullatenus dubitarunt.

1. **Cabella,** (Du C.) pro: *gabella* q. v. Ljub. Mon. Sl. IV. 54. an. 1363. Fej. V. II. 36.

2. **Cabella,** æ, equa; *kancza.* Haz. Okl. 298. an. 1372. *cabellam* et poledrum. Kov. Form. St. 269. Kuk. Jur. I. 218.

Cabellotus, i, (Du C.) exactor portorii; *vámszedő.* Ljub. Mon. Sl. I. 55. an. 1363.

Cabinet, Cabinetum, sanctuarium principis, cubiculum principis secretius; *elkülönített szoba, kabinet.* Károlyi. Mat. Tent. 17. De regiminis occupationibus: Hæ revocantur *ad Conclave secretum (Cabinet)* Ministerium Administrationes et Systema ordinis politici, quæ iterum in suos ramos abeunt. Kass. P. P. I. 278. Instantiæ ad Suam Maiestatem Sanctissimam directæ et *via Cabineti* Eidem S. M. personaliter præsentatæ.

Cabineti Regii ac Conferentiarum Minister, qui omnium consiliorum principis, regis particeps est; *udvari belső titkos tanácsos.* Diar. Com. II. 84.

Cabineti Regii Secretarius Intimus, scriba cubicularius; *udvari belső tilkár.* Ger. Cabinetssecretär. Diar. Com. II. 87. Kass. P. P. I. 139.

Cabinetum lectionis librorum, conclave libris legendis; *olvasó terem.* Kass. Ench. III. 64. *Cabineta lectionis librorum* (Lese-Cabinet) in omnibus Regio Hæreditariis ditionibus illico sufferantur. Norm. Ordin. an. 179*. 9. Oct.

Cabiscola, (Du C.) caput scolæ (cantus); *fődalnok, énekmester.* Nagy Hier.

Cabus, i, mensuræ species; *köböl.* Gyön. 3423.

Cacabarius, (a gr. *κακάβη)* figulus; *fazekas.* Gyön. 3426.

Cacabrum, testa; *cserép.* Arch. Rák. VIII. 343. Fornax ex antiquis *Cacabris* composita.

Cacabus, i, calix sacer; *szent kehely.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 311.

Cacabus ustorius, ahenum vino adusto coquendo; *égettborfőző üst.* Pár. Páp.

Cacangelici, nomen Lutheri asseclorum quorundam, qui aiebant sibi cum pravis angelis commercia habuisse; oppositum *Evangelicus; rossz angyal társuak.* Nagy Hier.

Cacanusca, idem ac *Cacalia; vad köhény.* Schläg. 868. *Cacanusea* ebkapor. Diósz. Fűv. 463. Cacali albifrons, *fejérhátú kákolya.*

Caceta, æ, culter venatorius V. s. *Bracera; vadászkés.* It. coltello de caccia.

Cachare, (Dief. ergern) bilem movere; *haragítani.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Cachetes, (gr. *καχέκτης)* malus mos; *rossz szokás.* Gyön. 3425.

Cachologia, *κακολογία,* maledictio; *átkozó, szidalmas beszéd.* Gyön. 3430.

Cacochima, *κακοχυμία,* superflua humiditas corporis; *rossznedvűség.* M. Bel. Prodr. 137.

Cacodoxia, æ, (Du C.) gr. *κακοδοξία* prova opinio; *bal vélemény.* Nagy Hier.

Caconium, fors. Catonium; inferna; malorum domicilium; *gonoszoknak, latroknak barlangja.* Gyön. 4148.

Cacodæmon, dæmon; *gonosz szellem, ördög.* Verancs. VII. 13. nescio quo *cacodaemone* instigatus in meam necem.

Cacoëthes, male moratus a gr. *κακόηθης; rossz erkölcsű.* Vern. Phil. Mor. 2. Hinc euethes, id est: bene moratus; *cacoëthes* id est: male moratus, originem trahunt.

Caco-Evangelici, non veri Evangelici. For. Ser. p. 50. Lutherani dicuntur a Catholicis: non Evangelici sed *Caco-Evangelici.*

Cacogerus, senex vitæ maleficiis peractæ; *rossz életű öreg.* Szamosk. II. 344. sacerdotum tuorum quos Calogeros verbo a græcis mutuato vocant, rectius *cacogeros* dicendos.

Cacoges senex (Du C.) morosus, difficilis; *zsémbes, türelmetlen.* Pel. Serm. Senes sunt *cacoges.* Est autem cacogia in deterius extimare vel suspicari omnia. Aest. 47. s.

Cacogia, æ, (Du C.) morositas; *zsémbesség.* V. s, *Cacoges.*

Cacosomium, (Du C.) domus leprosorum; *bélpoklosok kórháza.* Nagy Hier.

Cacosus, (Du C.) homo leprosus, homo miserandæ sortis; *bélpoklos.* Nagy Hier.

Cadaver redigere (in) occidere; *megölni.* Thurócz. 251. ac omne, quod ipsum per fugæ remedium declinare nequivit, aut in prædam aut *in cadaver redegit.*

Cadaver vivum, *járó hulla.* Gal. roué. Wüstling. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 125. *Vivum cadaver.* Pro homine voluptatibus sensuum immerso.

Cadavereus, 3. ad cadaver pertinens; *hulla.* Patr. Const. 235. *cadavereum* machina corpus erit.

Cadaverifer, 3., putidus; *bűzös, dögvészes.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 92. Sæpe sub veste odorifera, latet anima *cadaverifera.*

Cadax, (Du C.) cadivus, qui sæpe cadit; *sánta.* Gyön. 3442.

Cadentia, æ, modulatio carminis, recursus vocum similiter sonantium; *rím, rigmus.* Debr. Lun. 13.

1. **Cadere,** perfugere; *menekülni, beletoppanni.* End. p. 335. (Decr. S. Ladisl. II. 2. an. 1092): Si servus fur inventus fuerit, non possit precio commutari nasus eius, nisi *ceciderit* in ecclesiam vel in curiam regis vel ad pedes episcopi.

2. **Cadere,** luere; *bűnhödni.* Ljub. Mon. Sl. VIII. 70. an. 1530: si quis castellanus ... audebit ... permittere intrare castellum, *cadat* de XXV. libris.

Cadesa, (Du C.) a Hebr. kadesch, scortum, meretrix; *kéjhölgy.* Nagy Hier. Gyön. 3444. *aláveszteit.*

Cadetius, generatim significat fratrem natu minorem, speciatim vero iuvenem, qui rei militari studet, deditus est. *Capdets,* vocis etym. a *cap,* quod est caput, deducendum videtur, ita ut dicti sint quasi minora capita respectu primogenitorum, qui *Capmas* vocabantur; *kadét, hadapród.* It. cadetto, cadet. Kass. P. P. I. 330. in eodem pedestri regimine qua *cadetius* assentatus. Reg. Turm. Præt. 120.

Cadi, (Du C. t. II. Cadi, Cadiam, Cadianus) iudex præfectus apud Saracenos et Turcos; *bíró.* Isthv. XIV. 243.

Cadileschērus, i, *Cadileschier, Cadilescher,* prætorianus iudex apud Turcas; *török bíró.* Kelem. Hist Jur. Pr. II. 502. Collegamque Turcici nominis, quem *Cadileschērus,* prætorianus Judex, nominaverit Isthv. XIV. 242. Szilády Tör. Magy. Eml. III. 396. Vezirius cum Janitscharis Muffthi et *Cadileschieri* optimam contraxit amicitiam.

Cadiscus, i, demin. ad cadum; *kisded négely.* Gyön. 3459.

Cadivus pons, pons ductilis; *felvonó híd.* Ger. Fall-, Zugbrücke. Kronst. II. 642.

Cadone, carduus (Dief.); *bogács.* Ger. Distelkohl. It. cardone. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Cadopassio, (Dief.) vulgo: cardopacia, cardopatium; *seprőruta, abrutűrőm.* Ger. Eberwurz. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 113.

Cadrans, quadrans; *terem.* It. quartière, sala, Quartier, Saal. Schläg. 1129.

Cadriga, quadrigæ; *mázsa, (mérték, kocsi).* It. quadriga (négy egymás mellett álló lóval ... kocsi) Schläg. 1326. *Cadriga* = mázsa. — Curru Masa vocato 1288. Knauz M. E. Str. II. 239. Curru onerato, qui vulgo Masa dicitur 1312.

Caduca bona, *magvaszakadt birtok.* Proj. Leg. Civ. 178. In casu vero, si pa-

ter absque solatio masculi hæredis decesserit, filias in Capillis existentes cum Matre aut etiam hac ad *alia vota* transeunte vel decedente usquedum emaritatæ fuerint, possessorio *caducorum bonorum* patris sui immanebunt.

Caducari, præcipitari; *elesem.* Gyön. 3454.

Caducarius, i, (Du C. 2.) cui caducæ hæreditates contingunt; *örökségnek birtokosa.* Gyön. 3449.

1. **Caducitas,** interitus gentis, gens deficientibus posteris exstincta, alias Defectus Seminis; *magvaszakadás.* Moln. Patv. 84. *Caducitas* seu *Defectus Seminis* in Bonis absque solatio Hæredum ab intestato seu absque testamentaria dispositione decedentium... Árt. Diæt. Pos. 84.

2. **Caducitas,** (Du C.) V. Investitura de feudi caducitate; alias Caduca bona, res caduca; *üresedés, hárulandóság; kiholt vagyon.* Georch. Ért. 35. akár keresményi ura kiholt *(caducitas, res caduca)* vagyonnak tartván.

Caducitatis ius, Caducitas; *magvaszakadás igaza.* Törvt. Msz.

Caduitus, 3., lapsus, spe destitutus; *kiesett, bukott.* Rač. Mon. Sl. XIII. 352. an. 1354. qui habuerit minus balottas, habeatur pro *caduito.*

Cadula, orum (Du C.) guttæ, quæ cadunt ex pingui carne, cum assatur; *kövér cseppek.* Gyön. 3452.

Cæcutire, connivere, oculos claudere, non videre, cœcum esse; *szemet húnyni, vaknak lenni.* Verancs III. 227. a cuius calumniosis intemperiis velut a Scylla et Charybdi est declinandum; adeo etiam oratores plus hic *caecutire* et tacere oporteat quam videre et loqui. VIII. 203. multi adhuc *caecutiunt* Christiani. Cf. Varro ap. Non. 35., 4., 86, 12.

Cæhales articuli, regulæ in articulos redactæ Collegiorum, Contuberniorum Magistrorum opificum; *czéh czikkelyei.* Törvt. Msz. 42.

Cæhale privilegium, libertas contubernio opificum concessa; *czéhbeli kiváltság,* Törvt. Msz. 42.

Cæhatus, us, societas, contubernium opificum; *czéh.* Szék. Okl. IV. 177.

Cælibalis, cælebs; *nőtlen.* Kass. Jur. Civ. I. 157. hunc autem docente eiusdem Ecclesiæ Testimonio sub Nro 6-to nullo relicto post se hærede Anno T. in statu *caelibali* decessisse.

Cæmeterium, cimeterium; *temető.* Száz. VII. 296.

Cænaticum, (Du C. cœnaticum) pastus, refectio V. *Mansionatica; ellátás.* Batty. Leg. I. 484.

Cæphalicum, Cæphalica, remedia caput corroborantia; *fejerősítő szer.* Otia Bachm. 37. Adhibebimus si placet cordialia, *caephalica,* nervina, spiritus, Balsamos et quicquid latius Medicorum culina præsidiorum habet.

Cæremoniarius, in regia ritibus peragendis præfectus; *szertartó.* Ger. Ceremonienmeister. Diar. Com. 30. *Caeremoniario* item et Capellano Aulico.

Cæruleati, *testőrség.* It. guardia del corpo, garde du corps. Leibwache. Szamosk. I. 136. Peditatui prætoriano, qui ab habitu *caeruleati* appellantur.

Cærulescere, cæruleum esse; *zöldesnek, szürkésnek, kékesnek lenni.* Hist. Nat. 28.

Cæsa, sodalitas; *czéh.* Text. v. s. *Caesalista.*

Cæsalista, æ, - *Cehalista, confrater Cehae.* Kov. Form. St. CLV. Instantia ad senatum, qua exponitur, quod propter uxoris Propagationem tenere in suspicionem per *Caesalistas* assumptam sit Instans de *Caesa* eiectus.

Cæsarea, aurum purum; *aranyok királya, tiszta arany.* Kecsk. P. Ötv. 140.

Cæsareani, Cæsarei, cui opponitur Tökölianus et Turca; *császári (katona) labancz,* szemben Tököli vitézeivel s a törökkel. Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. VIII. 286. Wallaszky 286.

1. **Cæsareus,** i, cæsaries, coma, quæ cædi solet; *nagy haj, üstök.* Thök. Diar II. 323. et capillum more germanico utrinque promissum gerere velle, cum uno solum humero hactenus, sed late pendulum gerat, — quod ego prima vice ob latitudinem *caesarei* non observavi.

2. **Cæsareus, Cæsarea avis,** *császármadár.* It. gallinella terrestris. Pfahl. Jus Georg. 121. ut cervos, damulas, lepores venari et apros, phasianos, perdices et atagenes *(Caesareos* császár madara) aucupari. Verancs. XI. 254.

Cæsaropapa, dignitas Russorum imperatoris; *császárpápa.* Nagy Hier.

Cafetan, V. Caftanus. Rák. Ön. 290. l. 5—7.

Caffa, æ, faba Arabica et potus ex ea confectus; *kávé.* It. caffè. Kaffee. Vox ex lingua arabica ascita. Vern. Psych. 49. Omnia incensiva condimenta cibos et potus, uti: *caffam,* vinum, crematum... angue pesteque peius fugeris.

Caffea, V. Caffa. Beszterczeb. Ért. 1875—76. p. 61.

Caffeæ surrogata, quod vicem Caffeæ exhibet; *pótkávé.* Kov. Oec. 61.

Caffearia coclearia, cochlearia parva ad potum ex fabis arabicis confectum apta; *kávés kanál.* Kass. Jur. Civ. II. 229. lego sex paria cultrorum argenteorum, undecim Coclearia similia minora unum item maius incurvatum, sex *Coclearia caffearia* argentea.

Caffearius, i. qui caldam Arabicam venalem habet; thermopola; *kávés.* Diar. Com. II. 90. Pest. Vár. Lev.

Cera Hyspanica, lacca signatoria; *spanyol viasz.* It. cera di Spagna. Arch. Rák. VIII. 332. Cod. Dip. Alv. I. 72. sigillo... super *cera* rubra *hyspanica* impressive communitæ p. 96. sigillis super *cera rubra ductili* impressive communitæ et roboratæ.

Cera sigillatoria, V. cera Hispanica. Törvt. Msz.

Ceralia, opus pistorium; crustula; *sütemény.* Ger. Gebäck. Quel. Sieb. I. 469. an. 1507. pro *ceralibus* et vino.

Ceraptum, v. *cereaptum* (Du C.) instrumentum cereo incendendo aptum; *gyertyagyújtó pálcza.* Nagy Hier.

Cerarius, i, (Du C.) qui facit vel vendit ceram; *viasz áruló.* Gyön. 4410.

Cerascus, cerasus; *cseresznyefa.* Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 39. Venitque ad arborem *cerasci* crucesignatum.

Ceratum, (Du C.) unguentum e cera confectum; *viaszkenőcs.* Poor Zsebsz. 196.

Cerauneus, (Du C.) ceraunеus est lapis flammeus a calore dictus, invenitur, ubi fulmina cadunt; *meteorkő.* It. meteora. Heyse: Keraunia: Blitzsteine. Thurócz. 52. Lapides etiam pretiosos, crystallum videlicet ac *cerauneum* cæruleo corruscantem colore.

Ceraunus, i, pro: cerameus, κεραμεύς, figulus; *fazekas.* Gyön. 4414.

Cercare, quærere (Du C. al. s.) *keresni.* It. cercare. Ljub. Mon. Sl. V. 91. an. 1407.

Cercator, scrutator; *kutató.* Ljub. Mon. Sl. XI. 12. an. 1312: *cercatores* armorum in lignis.

Cercellus, i, (Du C.) parvus circulus; *fűzér.* Gal. cerceau. Ljub. Mon. Sl. IV. 319. an. 1393: quatuor paria *cercellorum* perlarum.

Cerciorare, (Du C. Certiorare) certiorem facere; *tudósítani.* Knauz M. E. Str. II. 250.

Cercioritas, atis, aliquid certi de rerum statu; *bizonyosság.* Epist. Proc. P. II. p. 306: exspectat responsum et rerum *certioritatem.*

Cerculus, i, libum in circuli formam coctum; *körfonatu kalács.* Pesty Ször. III. 67. duodecim ova cum tribus *cerculis* et: tres verres et tres *cerculos* cum una asatura.

Cerdo, onis, coriarius, coriorum confector; *timár, bőrgyártó, bőrkészítő.* Lederer. Tab. Conscr. Egri levélt.

Cereagius, (Du C. Ceragius) pistor, qui ad modum ceræ agit et deducit pastam; *kenyér sütő.* Gyön. 4429.

Cerealium, domus, ubi panes disponuntur; *sütő ház.* Gyön. 4430.

Cerebelium, cerebellum; *kis agy.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. V. 94. Post dies quatuordecim pullus conspicitur plumis vestitus; cerebrum ac *cerebelium* calvariâ occluduntur, pipit pullus, ac tandem fracto putamine excluditur.

Cerebellaris, ad cerebellum pertinens; *agy...* Bene. Med. V. 260. apoplexia cerebralis vel *cerebellaris.*

Cerebrinus, ad cerebrum pertinens; *agy.* Vern. Met. II. 186. Sceretio liquidi subtilissimi *cerebrini* et nervosi pendet ab appulsu sanguinis ad caput, per vim cordis.

Ceremonia processionalis, ritus, qui in supplicatione, pompa sacra observantur; *körmeneti szertartás.* Tör. Tár. 1886. p. 531.

Ceremoniale, ritus, sollemnia; *szertartás.* Ger. Ceremoniel. Diar. Com. II. 27. quod ob brevius *Ceremoniale* iidem primum hora 8-va semet in stationibus suis sistendos habebunt. Száz. XI. 18.

Ceremonialia, ium, cærimoniæ; *szertartás.* Instr. Pac. Art. XVII.

Ceremoniarius, i. 1. in Capitulo ritibus sacris peragendis præpositus, 2. rituum ac morum aut solemnium admissionum magister; *1. szertartó, 2. szermester.* Kon. Egyh. 303.

Ceremoniosus, 3., sollemnis, permultas cerimonias amans; *szertartásos.* It. ceremonioso. Hist. Zerm. Cobencz. p. 107: Videntur magis *ceremoniosi* quam nos catholici.

Cerenum, culpitrum (Du C. *cervellerium)* species cassidis, qua tegitur capitis pars superior; *salap.* Slappe. a Gall. cervelliere. Száz. XXVII. 311.

Cereolum, (Du C. cereolus) glomus filorum ceratorum; *viasztekercs.* Bene. Med. III. 295.

Cerestatum, (Du C. cereostatum) candelabrum, in quo cerei stant; *viaszgyertyatartó.* Series Ban. p. 3. (Dedi) duo *cerestata.*

Cerevisia lupulata, Cer. e lupis cocta; *komlós ser.* Ger. Hopfen-Bier. Pár. Páp.

Cerevisia secundaria, *utoly ser.* Ger. *Nachbier.* Pár. Páp.

Cerevisia spumans, *pezsgő ser.* Plutzerbier. Kov. Oec. 143.

Cerevisianeus, 3., ad cerevisiam pertinens; *ser...* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 98: Item tabernæ *cerevisianeae* ultra horam noctis nonam omnino interdicantur.

Cerevisiaria taberna, caupona cerevisiaria; *serház.* Schwartn. Scult. 37.

Cerevisiarium poculum, poculum cerevisiæ bibendæ... *sörös pohár.* Arch. Rák. VIII. 334. *Poculum* Christallinum *cerevisiarium* scissum cum operculo.

Cerevisiarius, 3., ad cerevisiam pertinens; *ser...* Kat. Hist. IX. 166. unam tunellam cerevisiæ aut quatuordecim cubulos *brasii (grani cerevisiarii)* et duos cubulos humuli... dare tenebuntur.

Cerevisioneus, 3., idem ac Cerevisianeus vel Cerevisiarius; *sör..., sörhöz való.* Magy. Jogt. Eml. 98.

Cerevisorium, caupona cerevisiaria; *serház.* Opin. 1810. Sec. III. Tit. 2. k.

Ceriarius, (Du C. cerarius) ceroplasta; *viaszkészítő, gyertyacsináló.* Batty. Leg. Eccl. T. I. p. 376. an. 1015. Fej. I. 297.

Cerida, (Def. hornbloser) cornicen; *gr.* κερατaύλης; *kürtös.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 114.

Cerimoniarius episcopi, i, *Ceremoniarius* q. v.; *püspöki szertartó.* Törvt. Msz.

Cerinda, (Du C. Cernida, lignum supra quod ducitur tarantara, qui discernit pollinem a furfure) (Cathol. est instrumentum cuius percussione granum defluit inter molas molendini.); *szitáló ráma.* Gyön. 4438.

Cerinthiani, Cerinthi hæretici sectatores, iidem qui **Chiliastæ** q. v.; *Cerinthus követői.* Nagy Hier.

Cernere, in animo habere; *szándékozni.* Arch. Ver. Sieb. VI. 1. 187. illam provinciam eciam *cernit* recipere, si possunt.

Cernibilis, quod oculis cerni potest; *látható, szemlélhető.* Batty. Ger. 116. De sole... ex usu *cernibili* hoc non potest dici.

Cernui, (Du C.) socci sive solea; *kapcza, sólya.* Gyön. 4442.

Cernuus, 3., (Du C. magnus, infinitus); *nagy, magas.* Gyön. 4440.

Ceroferale v. *Ceroferalium,* (Du C.) candelabrum, quod cereum fert; *gyertyatartó.* Nagy Hier.

Ceroferarius, (Du C.) ad deportanda in Sacrificio lumina destinatus; qui cereos in ecclesiasticis cerimoniis aut qui luminaria ecclesiæ accendit, Acolythus; *gyertyagyújtó.* Wagn. Pár. Páp. Nagy Hier. Gyön. 4427.

Cerographia, notitia de insignibus et sigillis; *pecséttan.* Magy. Tör. Tár. VI. 176. Sim. Num. 93.

Ceroma, (Du C. al. s.) *Bovem ad ceroma; ökröt lovaglásra tanitani.* Verancs. VII. 28. Quod de parœmia: *‚Bovem ad ceroma'* scire voluisti, significare ait Erasmus indocilem docere, ad id muneris quempiam asciscere, ad quod obeundum minime sit idoneus, ingenio repugnante. Nam *ceroma* unquentum quoddam erat olim apud veteres ex oleo et certis terræ generibus, quo athletæ certaturi ungebantur, putabantque eo unguento corpora eorum fortiora et firmiora reddi adversariis; quod autem ad certamen attinet, quid

ineptius aut pigrius bove ? Is igitur mittit *bovem ad ceroma*, qui stipitem philosophiam docet. Huc pertinent: oleum et operam perdidi. Apud fimum vapores odorum spargis.

Ceromia, (Du C. *Ceroma)* tabula cerata; *viaszos tábla.* Gyön. 4415.

Ceropherarium, (Du C. ceroferale) candelabrum, quod ceram fert; *gyertyatarló istáp.* Gyön. 4508.

Ceroplasta, æ, cerarius; *mézes kalácsos, mézes bábos.* Cher. Jus Eccl. I. 289. Dulciariis denique et *ceroplastis* ceræ et dulciarium distractio finitis divinis libere admittatur. Egri levéltár.

Ceroplastica, ars e cera fingendi; *viaszfestészet.* It. pittura encaustica. Gal. peinture en encaustique. Wachsmalerei. Greg. Aesth. 89. Denique respectu modi mechanici pictura est encaustica (eingebrannt) eoque spectat etiam *ceroplastica* (Wachsm.) et lignatoria (Schmelzm. Email); musiva (Mosaik) etc.

Certamentum, certamen; *harcz.* Szend. Misk. tört. III. 231. an. 1563. ille multa *certamenta* et militias cum ... Turcis exercuit.

Certificare, (Du C.) certiorem facere, nunciare; *tudósítani, hírül adni, bizonyossá tenni.* Chr. Dubn. 76. Törvt. Mszt. Knauz M. E. Str.. I. 284.

1. **Certificatio,** (Du C.) citatio, in ius vocatio, testimonium, probatio, fides; *bizonyítás, hitelesítés, perbehivás, irásbeli bizonyítás.* It. certificazione. Törvt. Msz. Kövy. El. 649. Citatio ad Tabulam Regiam mandato mediante peracta vocatur Evocatio utraque vero tam Citatio, quam evocatio comprehenditur sub *certificatione,* quæ itaque Actionem vel in se continere vel advolutam debet habere. Jogt. Eml. T. I. p. 107.

2. **Certificatio,** nunciatio, nuncium; *tudósitás, hírül adás.* Knauz M. E. Str. I. 332. Törvt. Msz.

Certificatoriæ, (sc. litteræ) (Du C.) 1. scriptum testimonium; 2. citationem continens; *1. tudósító v. bizonyossá tevő levél, 2. idéző levél.* Kov. Form. St. CVIII. *Certificatoriae* p. 128. Törvt. Msz. Kass. Jur. Civ. I. 13. in forma *Certificatoriarum.*

Certificatoriæ patentes, citationem continentes; *nyilt idéző levél.* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 271: quia rustici seu coloni plerumque ex hujusmodi *patentium certificatoriarum* modalitate continentias eorumdem perlegere ... dignoscuntur.

Certificatoriæ Reflexoriæ, *tudósítva emlékeztető irat.* Kov. Form. St. CLXXIX. *Certificatoriae Reflexoriae* dum Iudex penes exmissionem sedrialem procedit. *Certificatoriae Reflexoriae,* dum deliberative præfixus Terminus differtur.

Certificatum, testimonium; *kötéslap kötésbizonyítvány, kötjegyzék, bizonyító irás, levél, bizonyítvány.* Törv. Msz. Cod. Camb. Merc. 87. et super quovis taliter concluso negotio pro securitate concernentium Partium, iis etiam non petentibus, Testimonium seu *Certificatum* (Schlusszettel) cum accurata folii et numeri — sub quo negotium Diario insertum est — provocatione, citra desumendam hoc titulo taxam extradare obligabitur.

Certionare, (Du C.) *cerciorare* q. v. Fej. X. 1. 403. et incunctanter fide digno testimonio exinde *certionati* latius didicimus.

Certiorare, (Du C.) certiorem facere; *bizonyossá tenni, tudtára adni.* Arch. Rák. VIII. 222. Törvt. Msz. Wagn. Epist. Proc. P. III. p. 292.

Certioratio, (Du C.) actus certiorem reddendi, argumentatio; *bizonyítás.* Fej. IV. I. 204. Quod certum est, *certioratione* non indiget.

Certitudinaliter, (Du C.) certe, procul dubio; *bizonyosan.* Andr. Pann. 113. Pel. Pom. Dom. I. Adv. s. II. c. 4. Batty. Leg. III. 20. an. 1309. Cod. Zichy I. 453.

Certitudinarie, certe, certitudinaliter; *bizonyosan, biztosan, bizonyságosképen.* G. Fej. VI. 163., 150., Cod. Com. Zichy T. I. 534.

Certitudo, certum responsum, certi aliquid; *bizonyosság, biztos dolog.* Wagn.

Certocertius, *annál biztosabban.* Ger. um so mehr sicher. Cod. Dip. Pat. VI. 242., 172. Nos itaque pro tot et tantis servicys dicti Mykud bani, maxime, cum per relationem omnium baronum et nobilium Regni nostri nobis *certocertius* constitisset.

Cerugia, Chirurgia, ars vulnera, ulcera tractandi; *sebészet.* Conc. Bud. 1279. c. q. Nec illam partem *Cerugiae* exerceat, quæ ad ustionem vel industionem inducit.

Cerulei, satellites, milites prætoriani; *testőrök.* It. guardia del corpo. Leibwache. Szamosk. IV. 521. Et suos equites passim dimisit Peditatum quoque praeire iussit vix quinquaginta *ceruleos* liquit.

Cerumen aurium, aurium sordes; *fülzsír.* Bene. Med. II. 22.

Cerusa, æ, stilus ex cerussa factus; *ceruza, iróón, rajzón, ólomka.* Regn. Turm. Præt. 13. oportet exmittendum Prætorianum pugillari et *cerusa* provisum esse. Törvt. Msz.

Cerusea arbor, cerasus, κέρασσος; *cseresznyefa.* Cod. Dip. Hung. And. Vol. V. 421., 30. et ibi sub quadam *arbore cerusea* et uno lapide est meta terrea.

Cerusicus, chirurgus. Rač. Mon. Sl. XIII. 23. an. 1348.

Cerussa in bacillos redacta, *irón.* Ger. Bleystift. Vect. Gen. U. C.

Cerussæ Confectores, stili cerussati c. (plaibász) *irónkészítő.* Bleystiftengiesser. Tab. Conscr.

Cerveler, (Du C. cervellerium) cassidis species, quæ superiorem capitis partem operit V. s. *Slapus, sisak.* It. cervelliera.

Cervica, (Du C.) alapa vel potius colaphus; *arczul verés.* Gyön. 4463.

Cervical, pulvinar (Du C. al. s.); *fejalj, vánkos.* It. guanciale. Kopfkissen. Schläg. 1144.

Cervicositas, (Du C.) contumacia, pertinacia; *nyakasság.* Moln. Patv. 9. Reg. Turm. Præt. 15.

Cervicosus, 3., (Du C.) pertinax, obstinatus; *nyakas, megátalkodott.* Chr. Dubn. p. 143: o feminarum iniquissima ... contra Deum *cervicosa.* Wagn. Gyön. 4467.

Cerviglossa, herba fors. Dictamnus albus (Linn.); *szarvas nyelv, isten oldala füve.* Gyön. 4479.

Cervisa, Cervisia; *ser.* Curios Misc. III. Oct. Synops. Chron. XI. Potum ex hordeo sive *cervisam* excogitavit Liber Pater seu Dionysius.

Cervisia, æ, cerevisia. Száz. VI. 303.

Cervisianum, intrita panis e cerevisia; *seres kenyér,* (czibere). Ger. die Mährte. Gyön. 4457.

Cervix præopposita, animus obstinatus, contumacia; *nyakasság.* Urk. Sieb. II. 82. an. 1351. si obstinanti et *cervice praeposito* in excommunicatione ... per triduum perhoraret.

Cesegus, Cetegus, cyprinus leuciscus (Linn.); *keszeg.* Schläg. 822.

Cesendelum, species lampadis; *lámpa.* Ljub. Mon. Sl. II. 218. an. 1344: comes ... et futuri ... debeant ... manutenere continue de nocte in palatio communis unum *cesendelum* accensum suis expensis.

Cespitare, (Du C.) lapsare, vestigium fallit; *megbotlani.* Rak. Ön. 56. *cespitante* equo quasi fulgure tactus corruit. Dec. Bar. 289.

Cespitis aratura, actus exarandi cespitis; *a gyepnek felszántása.* Gazd. tört. szeml. 209. ubi quis primam *cespitis araturam* faceret, eandem terram quasi pro sua reputaret.

Cespitosus, cespite obsitus; *gyepes, pázsitos.* Wallaszky 584.

Cessalia, a germ. Kessel, sartago; *serpenyő.* Kol. Cod. 41. cum igitur circa festum Caterine *cessalia* remensa fundebantur.

Cessio, *engedmény.* It. cedizione. Gal. cession. Juriev. Jur. Met. 162. Quævis partium fodinalium abalienatio *Cessio* generatim vocatur; proprie vero nomine Cessionis partium fodinalium venit Emtio-Venditio earumden. Jókai Kárp. Z. 90. Qu'est que diable que cela ez a *«cessio»* ? A *cessio* olyan törvényes actus, minélfogva valaki valamely birtokhozi jogait egy más idegenre ruházza át. Tisztb. Irm.

Cessio litis, actus renunciandi, renunciatio; *keresettől való elállás, perről lemondás, per-elhagyás.* Törvt. Msz.

Cessionales, (sc. litteræ); *engedmény-levél, átengedő levél.* Georch. H. P. III. 66. Arch. Rák. VIII. 308. Kov. Form. St. CXXXIII. Kass. Jur. Civ.. II. 176. *Cessionales* extradare solent ii, qui Jus suum in alio præbabitum omni eo Jure, quo se concernebant, cum vel sine conditione aliquali in tertium aliquem transferunt.

Cessionalis, ad cessionem pertinens; *átengedő* ... Juriev. Jur. Met. 163. Ut *Contractus Cessionalis* Libro Contractuum montanorum inseratur.

Cessionarius, qui cessionem suscipit; *engedményes, általvevő.* Georch. H. T. I. 14. Kass. Jur. Civ. I. 108. Tisztb. Ir.

Cessionatum, i, res, quæ alicui ceditur; *átengedmény.* Törvt. Msz.

Cestratus, 3., cælatus; *vésett.* Schrőer. Arch. Gr. et R. 63. Ratio veterum pingendi encaustica et *cestrata* quæ imprimis labente iam arte in orbe romano invaluit.

Cestrum, instrumentum, quo cavatur ebur; *csontvéső szerszám.* Gyön. 4484.

Cesuratum, (Calep.) cesuratum vas appellatur cesim orificatum; *felül metszett edény.* Gyön. 4485.

Cetaceus, i, κῆτος, balæna, cetus; *bálna,* cet. Isthv. VI. 91.

Cetariæ, locus, ubi pisces capiuntur, salsantur; *halfogó hely.* Gyön. 4514.

Cetarius, i, (Du C.) piscator; *halász.* Gyön. 4515.

Cetegus, *Cesegus* q. v.; *keszeg.* Weissfisch. Schläg. 822.

Ceterim, ceterum; *egyébiránt.* G. Fej. VII. 378., 3.

Cetex, (Dief. segex, serex, sysex.) (Du C. *cetes* avis ignota). Fringilla spinus (Linn.); *csízik.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 114.

Cetula, æ, scheda; *czédula.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 26. an. 1420. *cetulas* seu bullas.

Cevetes, molles, obscœni; *természet ellen élők.* Gyön. 4520—4522.

Chabia, æ, fors. idem quod gall. *chabeau:* rudens (Du C. chaablis.); *húzó kötél.* Mem. Pauli. 431. et latitudo ipsius chochæ erat vargorum meorum 13. et arbor eius desuper coopertoria, circundat palmis 12. *Chabia* autem eius per Crucem erat palmorum 13. et medio.

Chacanus, magnus Dominus, Chaganus; *nagy úr.* Nad. Florus Hung. L. I. C. VII. p. 25. donec a *Chacano* quem Turcorum magnum interpretamur Dominum Justiniani avo devicti . . . ferioribus imbuti sunt animis.

Chacia et Chatia, via per quam aguntur pecora ad pascua, area ante vineam. V. s. *Arra* 2.

Chaganus, imperator Turcarum et Avarum. *Chacanus* q. v. Benkő. Im. Nat. Sic. 5. Zsigm. Hist. 11. Hunc populum . . . dominans gentis Turcicæ *chaganus* profligarit. Facto cum Longobardis fœdere hos contra gepidas iuverunt et Daciam ductu Baiani *chagani* a. 565. occuparunt. 12. Quartus filius cum suis Avarum *chagano* se subiecit.

Chajmecham, *Chaimechanius* q. v. Magy. Tör. Tár. XX. 108. ad Vezerium *chajmecham* latarum minuta.

Chaimechanius, Chaimochanus, vox ex turcica lingua mutuata maxima dignitas apud Turcas (ab arab. *kâim:* stans et *makâm:* locus) quæ dignitatem Vezirii sequitur. Chaimechanius in absentia Vezirii vicarius eius est et summa rerum gerendarum administratione fungitur; *kajmakám.* Rák. Ön. p. 280. l. 31—33. (32.) Instructus fuit Papaius ad adventum meum *Chaimechanio* in absentia Vezirii rite denunciandum . . . Tör. Tár. 1886. p. 677.

Chalafatus, i, qui naves picat, reficit; *hajó iszkábáló.* Ger. Kalfaterer. Han. Mon. Jur. P. I. 226: carpentarijs . . . *chalafatis.*

Chalazion, crithe, hordeolus; *árpa,* mely a szemen kél. Pár. Páp.

Chalcanthum, i, Vitriolum, *χαλκάνθη, χάλκανθον, χαλκανθές, gáliczkő.* Szamosk. II. 184. quarum omnium aqua medicamentosa est ob naturas metallicas sulphuris, aluminis et *Chalcanthi,* per quorum venas emanat. Bel. Comp. Hung. Geogr. 21. Vitriolum, quod Græci *chalcantum* nominant.

Chalcedonix, achates Chalcedonius; *hájogkő.* Kecsk. P. Ötv. 152.

Chalcographicus, 3., ad ærarii scalptoris, cælatoris æris artem, ad chalcographiam pertinens; *rézmetszési.* Benkő Im. Nat. Sic. 56. articulus . . . typis *chalcographicis* mandatus.

Chalibatio, actus calibandi; *aczélozás.* Kronst. II. 480. an. 1537: pro *chalibatione* securium.

Chalifa, æ, (Du C.) ita appellabant Saraceni supremos suæ gentis principes, vocabulo Arabico Khalifah v. Khalafa, quod *successorem* vel *haeredem* significat. Principis vicem gerens; *helytartó.* Hor. Mem. 143.

Chalix, *χάλιξ,* lapidis genus, ex quo ducitur ignis (pyrites); *kova, tűzkő.* Gyön. 4536.

Challendæ, Kalendæ; *hó első napja.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 191. *challendas* Aprilis. Magy. Tör. Tár. IX. 15.

Challum, fors. idem quod apud Du C. *Caulagium,* præstationis genus ex salinis proveniens; *só illeték.* Han. Mon. Jur. II. 280: de sale vero, quod receperit et vendiderit . . . habeat de *challo* quinque pro centenario.

Chalybare, chalibare, indito chalybe ferrum durare, adiecto chalybe duritiem ferro inducere; *aczélozni.* Monm. Comit. Trans. II. 182. securim magnam ad *chalybandum* vendant d. 12. Kronst. II. 532. an. 1538. III. 420: secures . . . *chalybavit.*

1. **Chalybs,** retinaculum pyritæ; *kakas a puskán.* Reg. Turm. Præt. 109. ulterave vice *chalybs* quoque in sclopo attracta dimittatur . . .

2. **Chalybs,** acuendis cultris; *aczél köszörülésre.* Moln. Patv. 14. Mensalia splendide teneto, cultros acuito, orbes mundos ei *chalybem* ad manum habeto, sedesque applicato.

Cham vel **Cam,** nomen imperatoris et dei apud Cumanos; *khán.* Fej. IV. I. 429. Tartari Deum vocant Itoga, sed Cumani *Cham* i. e. imperatorem illum appellant. Thur. Salom. 511.

Chamata, æ, (Du C. chomatum) agger; *töltés.* Ljub. Mon. Sl. II. 288: mittetur lignamen necessarium . . . pro bastita . . . mantellis et *chamata.*

Chambaletum, alias: camelotum = pannus e camelorum pilis confectus; *csemelet, chermeleth, habos szövet teveszőrből.* Tör. Tár. 1887. p. 173. una pecia de *chambaleto* viridi cum virgulis croceis.

Chambelottum, *Chambaletum* q. v. Tör. Tár. 1889. p. 597. Antipendium album ex *chambelotto* albo.

Chameleon, ontis, dolosus, malitiosus, malignus; *álnok, rossz indulatú.* Verancs. III. 142.

Chamemellum, Matricaria Chamomilla (Linn.); *székfű.* Gyön. 3612.

Chamera, (Du C.) pro: *Camera.* Tör. Tár. 1890. p. 596., 597. præfectus *chamerae* suæ majestatis.

Chameuniæ, (Du C.) gr. *χαμευνία,* humi cubationes; *földágy, földön való hálás.* Nagy Hier.

Chamozza, (Du C. camoca, camucum) panni serici vel pretiosioris species. *Kamuka.* Ljub. Mon. Sl. XXII. 183. an. 1461: planetam . . . cum dalmatica viride de *chamozza.*

1. **Chamus,** i, Cham, Can, imperator, rex tartarorum; *a tatárok főnöke.* Rak. Ön. II. p. 283. l. 8—11.

2. **Chamus,** i, frenum; *áladzó erős fék.* Gyön. 4532.

Chan, locus depositarum mercium; *rakodó hely.* Tract. Comm. Art. XV. Mercatoribus Cæsareo-Regiis, ut dissidia et inconvenientiæ, quæ plerumque diversas inter nationes exoriri solent, evitentur, ad imponenda et conservanda sua mercimonia præstito consueto censu unus proprius et commodus locus vulgo *Chan* dictus a porta Ottomannica ad instantiam Ministri Cæsarei apud eandem existentis assignabitur.

Chan, Chanus, (Du C.) V. *Chamus.* Bel. Geogr. 562. Regimen Tartariæ Europeæ, quod clientelæ nomine, inde ab anno 1584. Tartarorum Imperatori subest a Principe, *Chan* cognominato. Ibid. Vires Tartarorum usqueadeo succreverunt: ut etiam *Chanus* belli tempore Imperatorem Turcorum . . . cum quinquaginta equitnm millibus in castra comitari soleat.

Chanderia, infamis, turpis; *czandra,* sl. swandra. Georg. Sirm. I. 64. Magnifice domine, nihilominus ei credamus, quia *chanderia* est, hoc est effeminatus homo est.

Channa, æ, V. Canna mensura longitudinis.

Chanona, (a gr. *χαίων,* Gerstenkuchen) placenta; *béles, lepény.* Gyön. 4556.

Characatus, 3., (a *charax* = palus Colum.); *karózott.* Kov. Oec. 70: *Characatae* sc. vites, quæ palis alligantur, atque non multos quidem botros sed nobile vinum ministrant.

Charactare, (Du C. Charaxare), scribere; *irni.* Gyön. 3881.

1. **Character,** idem ac littera. Vox Græca, qua significatur instrumentum illud, quo notæ quædam alienæ rei inscribuntur sive imprimuntur. Ap. grammaticos dicitur figura litterarum (Forc.); *betű.* It. caràttere. Gal. caractére. Germ. Charakter (Buchstabe). Isthv. XI. 171., 43. Arabicis *Characteribus.*

2. **Character,** titulus, gradus, status, honor, munus, conditio; *állás, rang, czim.* It. caráttere. Kass. P. P. I. 49. Personis singularibus dari debet competens Dignitatis, honoris, *characteris* et officii titulus, qui optime ex schematismo Regni Hungariæ eruitur.

Character Cyrulicus, figuræ litterarum a Græcis ascitæ et apud Slavos auctoribus Cyrillo et Methodo civitate donatæ; *czirillbetűk.* Bel. Geogr. 553.

Character et insignia militaria, ordo, gradus, honos militaris; *hadi tiszti rang és czimerjelek.* Törvt. Msz.

Character indelebilis, signum, quod deleri non potest; *letörülhetetlen jegy.* Törvt. Msz.

Character moralis, mores; *erkölcsi jellem.* Törvt. Msz.

Character nationalis, ingenium, natura, mos nationis; *nemzeti jellem.* Törvt. Msz.

Characteres, (Papias) synodiæ, id est communes locutiones; *közönséges általánosan elfogadott beszédmód.* Batty. Ger. 111. per solem Christum Redemptorem potentes non unquam volunt in *characteribus* catholicis, per lunam vero Ecclesiam. Nota Batty. *Magni doctores volunt communi locutione apud catholicos vigente per solem etc. designari.*

Characteristica nota, singularis, propria nota; *ismertető jegy.* Törvt. Msz.

Characterisare, notare, describere; *jellemezni.* It. caratterizzare. Vern. Met. II. 54. Imre Phil. 374. Libertas *characterisat* hominem. Bene. Med. II. 167.

Characterisatus, 3., titulo, gradu honorario, munere præditus, ornatus; *tiszti ranggal biró.* Magy. Jogt. Eml. I. 439.

Characteristicus, 3., ad naturam, genus, indolem alicuius rei pertinens; *jellemzetes.* It. caratteristico. Kass. P. P. I. 280. personalis descriptio secundum notas *cha-*

racteristicas et signa cognoscibilia in Passualibus adumbretur. Greg. Aesth. 140.

Characterizatus, 3., dignitate ornatus; *tisztséggel kitüntetett.* Arch. Rák. VIII. 239. Concurret tamen Fidelitas Vestra in directione quoque horum, qua Minister noster primarius et *characterizatus.*

Charagma, tis, *χάραγμα,* cælatura monetæ; *veret a pénzen.* (Du C. character, imago). Knauz. M. E. Str. II. 794., 924. Regiam imaginem in *charagmate* gestientem. Gyön. 3882

Charanga, æ, Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. V. 93. A fortiori autem *charangae* seu *grandines* illæ in ovo nulla vi plastica pollent. Totum siquidem illarum munus est membranas albuminis vitelli membranis devincire: Hinc si hae *grandines* scindantur illico albumen a vitello separatur.

Charatellum, parvum dolium; *hordócska.* Ljub. Mon. Sl. XI. 219. an. 1347.

Charaxare, (Du C.) V. *Charactare.* Gyön. 3884.

Chardakus, i, croat. *čardak,* casa vigilum; *őrház.* Kuk. Jura II. 184. an. 1758: pro pontibus, vigiliarum speculis seu *Chardakis.*

Charisma, gratia; *malaszt.* Pesty. Ször. III. 123. *charismatum* et spiritualium bonorum.

Charisma Cœleste, gratia cœlestis; *égi malaszt, kegyajándék.* It. Carisma celeste. Otia Bachm. 465.

Charisteum, (Du C. caristeum) marmoris dictum genus, quod gratum sit sculptoribus; *zöld márványkő.* Gyön. 3969.

Charistia, idem ac Caristia i. e. Caritas annonæ; *drágaság.* Magy. Jogt. Eml. I. 443.

Charistium, annonæ caritas; *drágaság.* Quel. Sieb. I. 428. an. 1506: ob *charistium* temporum.

Charitative, (Du C.) ex animo, ex caritate; *szívesen, szeretetből.* Pel. Serm. Voluit tamen Christus tangere eundem — leprosum — *charitative,* quem scivit peccatorem esse. Hiem. 28. d.

Charitativus, 3., (Du C.) caritate, amore sincero plenus: *szeretetből eredő, kegyes.* It. Caritativo. Pray. Dext. et vita D. Steph. p. 145. Lzb. Cod. Med. II. 689. casa *charitativa.* Pel. Serm. Hiem. 36. n.

Charivarium, (Du C.) Ludus turpis tinnitibus et clamoribus variis, quibus illudunt iis, qui ad secundas convolant nuptias; *macskazene.* Gal. Charivari. Nagy Hier.

Charoneus, 3. vis necem adferens; *öldöklő hatás.* M. Bel. Prodr. 109. Salutari huic fonti vicinus est acidularum alter. Sed *charoneam* quoque habet eius naturæ ut noxiis halitibus aves transvolantes... enecet.

Charontis januam ingressus, *szomoru dolog.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 150. Charontis januam ingressus. Dicitur de re vehementer tristi et luctuosa.

Charta-bianca, æ, charta alba i. e. vacua, pura, sine scriptione, litteræ quibus aliquis plena agendarum rerum potestate instruitur, quibus aliquis se ad aliquod officium obligat. Alias Charta alba; *felhatalmazvány, kötelező iratlan levél.* Szirm. 34. Art. Diaet. Pos. 55. extradatæ *Chartabiancae.* Molnár Patv. 25.

Charta cambii, V. Litteræ Cambiales; *váltó, váltólevél.* Monm. Comit. Trans. IV. 178.

Charta charitatis, *elsőrendi alkotmány* (szeretet-levél). Bék. Pil. P. I. 39. Az 1201-iki nagy káptalan a szeretet-levél *(charta charitatis)* olvasását is elrendeli.

Charta exploratoria cærulea, charta lacca musica infecta; *kék lakmus-papir.* Poor J. Zsebsz. 92.

Charta lusoria, *Cartae* q. v. *(játék) kártya.* It. carta da giuoco. Spielkarte. Vern. Psych. 62. folia *chartae lusoriae.*

Chartæ marmorisator, papyri marmorarius; *papirmárványozó.* Ger. Papir-Marmoriser. Tab. Consir

Chartæ pariculæ, V. *Pariclae.*

Chartacea pecunia, nota pecuniæ ab ærario edita; *papirpénz, bankó.* It. banconota. Banknote. Kass. P. P. I. 272. hæc semper pro valuta Viennensi seu pro currenti *chartacea pecunia* intelligenda erit. I. 272. concessimus, ut in cunctis ad scriptum redigendis contractibus stipulationes seu ad conventionalem aut aliam legalem monetam *auream* vel *argenteam* seu *chartaceam* pecuniam.

Chartæfolia lusoria, Charta lusoria; *kártya.* Opin. P. III. Sec. IV. §. 7., 1.

Chartæfoliorum Confector, chartarum lusoriarum artifex; *kártyafestő.* Kartenmahler Tab. Conscr.

Chartarium, (Du C.) V. *Cartarium.* Fej. X. I. 352. Ex originali *Chartarii* Sárvár.

Chartarius, Chartapœus, qui chartam conficit. (Freund. Papierhändler); *papiros csináló.* Pár. Páp.

Charteca, æ, pyxis secto ferro et pulvere pyrio repleta; *kartács.* It. cartoccio. Kartätsche. Beng. Ann. Erem. Cœnob. 372. Sed dum hi (Pyrobolarii) ex siccandis *chartecis* ac pulveri nitreo aliquantum humefacto intenti minus caute versantur cum igne.

Charthesia, (Cathol. *Carchesia*) summus malus; *arbóczfa teteje.* Gyön. 3893.

Chartibulum, (Du C. castibulum) mensa quadrata; *négyszögű asztal.* Gyön. 4008.

Charticeus, 3., ex charta; *papirosból való.* Oláh. Cod. Ep. 167.

Chartifolium, compositum ex charta et folium, charta, charta lusoria; *kártya, játékkártya. Chartifoliorum lusus: kártyajáték, kártyázás.* Rák. Ön. p. 31. l. 37. p. 32. l. 2. (32. 1.)... tempus diurnum consumebatur somno et amplo prandio, quod *chartifoliorum lusus* et ad vesperam... cœna subsecuta est.

Chartophagus, tempus edax rerum, chartarum; *irat-. papirpusztító, emésztő (idő).* Péterfi Con. Hung. P. I. 787. Fingamus licet Saturnum *chartophagum,* grassatum in Hungariæ tabularia.

Chartophylacium, (Du C.) V. *Cartofilacium.* Cal. Verancs. Hist. I. 341.

Chartophylacius, (Du C. chartophylax) cancellarius; *levéltárőr.* Fej. Jur. Lib. 431.

Chartopœus, *Chartarius* q. v.

Chartularium, (Du C.) tabularium in claustro, scrinium; *levéltár, levélgyüjtemény.* Száz. XIV. 102. Törvt. Msz.

Chartularius, Chartulatorius, præfectus tabularii; *levéltáros.* Batty. Leg. T. I. p. 320. et 321.

Charulus, 3., carus; *kedveske, kedves kis.* Verancs. Hist. I. 127. Sic est *Dragula* diminutivum blandientis a Drago, quod est *charum,* qua ex re, si latinis licet, *Charulus* dici deberet.

Chasmaticus, terræ motu attonitus; *földrengéstől megbódított.* Taurini Stauromachia III. 347. Ed. Engel. Mon. Ung. Bécs. 1809. 155.

Chastratus, i, castratus, vervex; *ürü.* Ljub. Mon. Sl. XI. 135. an. 1343: pro... *presenta chastrati*... et duas vigetes vini.

Chatena, pro: *Catena.* Eszt. Okm. p. 46. (Decr. Ludovici 1523.)

Chatenacius, 3., ad catenam pertinens; *láncz...* Ljub. Mon. Sl. V. 245. an. 1334. pro... clavi et *chatenacio* stale.

Chathus, a gr. *ἐσχατόων,* milites vagantes, expilantes; *bitangoló katona.* Ger. Nachzügler. Magy. Tör. Tár. XXIV. 87. rapine vel furta, que per *chathos* et martoloczos fieri solent.

Chaucha, V. caucha, Dip. Rel. Reip. Rag. 318.

Chausius, i, nuncius apud Turcas, alias *Chauzius, Chauzus: hirnök a törököknél.* Verancs. V. 358. *chauzio.* Dec. Bar. 22. in omnes extemplo regiones, quam late fines imperii Turcici protenduntur, nuncios, quos *Chausios* ipsi vocant. Szilády Tör. Magy. Eml. III. 10. Imperatoris Turcarum *Chauzum.*

Chauzus, Chaus, Chiansius, V. *Chausius,* q. v. Tör. Tár. 1881. p. 65., 71., 74. presbyteri turcici et *chauzi.*

Checha, æ, V. *Cecha* 2. Quel. Sieb. I. 226., 543. an. 1509. *chechis,* quæ cum pixidibus iussæ sunt sagittare.

Chelidonius, lapillus, quem gignit hirundo; *fecskekő.* Schwalbenstein. Kecsk. P. Ötvös M. 146.

Chelis, lutana (gr. *χέλυς*); *lant.* Száz. XVII. 861. *Chelis* köznyelven Luten.

Chelonites, a gr. *χελώνη* (chelonitis); *békakő.* It. chelonite. Krötenstein, Chelidonit. Kecsk. P. Ötv. Gloss. 139.

Chelonium, *(χελώνιον)* concha; *békateknő.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VI. 175. Testa testudinis, qua tum in dorso tum in ventre (quæ proprie *chelonium* appellatur) munitur, pariter est durior.

Chemismus, *χημεία,* mixtura elementorum, complexio materiarum, cœca actio virium naturalium; *vegytani természet, vegyülés.* Bene Med. III. 170. *chemismus,* galvanismus ac magnetismus. Vern. Met. II. 46. organismus est technicismus naturæ supra merum mechanismum et *chemismum* exaltatus. Imre Phil. 176.

Cherasa arbor, cerasus, *cseresnyefa.* Cod. Dip. Pat. VI. 256., 182. et inde iungitur ad meridiem et ibi est arbor *cherase* et ibi sunt due mete. Kol. Col. 1d.

Cherbla, idem quod *Bilizna*; *fehér ezüst keszeg.*

Cherienses, V. Fratres Bigoti.

Cheridon, malluvium. Száz. XVII. 862. Lavatorium vagy (a mint a nép nevezi) *Cheridon* mosdó edény.

Cheritismus, (Du C.) *χαιρέτισμος,* salutatio, Annunciatio Deiparæ Virginis; *üdvözlet.* Nagy Hier.

Chervisia, cerevisia; *sör.* Eszt. Okm. p. 32. (Decr. Ladisl. 1280.)

Chesmesinus, (carmesinus) color ostrinus, purpureus; *bibor szinü.* It. chermisi. Magy. Tör. Tár. III. 65. V. Bosdoganum.

Chianzius, V. Chausius. Magy. Tör. Tár. III. 78. post discessum *Chianzii* Turcici.

Chiaussius, V. *Chausius.* Szilády Tör. Magy. Eml. III. 7. De *Chiaussio* bene tractando faciat Dominatio Vestra ... Verancs. V. 240. V. 17.

Chibrio, mensura liquidorum, præsertim vini, a Slavico čeber, čьвръ unde: *csöbör, cseber.* Germ. Zuber formatum. Cod. Dip. Arp. Cont. II. 153. cum vineis, de quibus *chibriones* nobis debitos eis indulsimus, ne persolvant.

Chibro, onis, *Chibrio* q. v.; *csöbör.* Magy. Tör. Tár. XII. 64. tinas seu *chibrones.*

Chifra, æ, (Du C.) pro: *cifra* q. v. Tör. Tár. 1890. p. 646.

Chihaia, æ, vices gerens; *helyettes.* II. Rák. Gy. 646. *Chihaiae* Supremi Vesirij.

Chiliarcha, tribunus militum; *ezredes.* Mar. Reg. Dalm. 305. Dux erat nomine Barris, quem nos Cæsarem possumus dicere, sub eo *Chiliarchae* Præfectique.

Chiliarchæ locumtenens, qui adiutor datus est præfecto legionis; *alezredes.* Ger. Oberstlieutenant. Száz. XIV. 57.

Chiliasmus, strictiore sensu opinio de futuro mille annorum Regno Dei cum Christo redivivo et redituro in hanc terram deliciarum et gloriæ plenum. Opinio hæc nititur Apocalypsi Johannis 20., 4. Text. v. sub Sabbatharii. Status beatus piorum mille annos durans; *a szenteknek, jámboroknak ezer évig tartó boldogsága a szombatosoknál.* Egyet. Phil. K. VII. 187.

Chiliastæ, V. *Millenarii.* Curios. Misc. III. Oct. Synops. Chron. VI., IX. *Chiliastae* an. 130.

Chiliasticus, 3., ad millennium pertinens; *ezredéves.* Száz. XXX. 10., 936.

Chimærice, vane, inaniter, absurde; *agyrém szerint, fonákúl.* Imre Phil. 30

Chirager et chiragricus, qui chiragram habet; *görcsös, keze fájó.* Gyön. 4558.

Chiridota, Chirodota, æ, (Du C.) vestis, dalmatica manicata; *hosszú újju mente, újas kamóka.* Pár. Páp. Nagy Hier. Cf. Capitol. Pertin. 8.

Chirocleus, i, (Du C.) Liber quidam parvus, dictus, quod clausa manu possit teneri. Nam χείρ, manus. κλείω, claudo dicitur græce; *kézi-, zsebkönyv.* Nagy Hier.

Chirographarius, a gr. χειρόγραφον, chirographum, creditor, qui penes se habet debitoris chirographum; *be nem táblázott hitelező.* Stat. Jur. L. L. III. p. 64. Kövy El. 465. Post Intabulatos veniunt simplices *Chirographarii* idest: creditores non intabulati, iuxta ætatem non emanationis obligatorialium, verum vi D. 13. p. 156. creditæ pecuniæ ... p. 466. Ad simplices *Chirographarios* referuntur etiam vitiose intabulati.

Chirographe, 1. Chirographum; 2. Contractus; *1. kézirat, tulajdon kézirás; 2. metszett oklevél.* Törvt. Msz.

Chirographius, notarius; *levéliró.* Gyön. 4560.

Chiromancium, chiromantia vaticinatio e lineis manuum; *jóslás.* Tör. Tár. 1888. p. 574. *chiromancii* doctrina Var und Weissagungen.

Chiromantia, χειρο-μαντεία, ars e manuum lineamentis futura prædicendi; *kézjóslás.* Chiromancie. Curios. Misc. 169. Divinatio et *chiromantia* est ex inspectione et consideratione variarum linearum, monticulorum et similium, quæ *in vola* præcipue manûs hominis visuntur, coniecturandi ratio. Vern. Phil. Mor. 254.

Chiromanticus, 3., ad chiromantiam pertinens; qui ex lineis manuum vaticinatur; *kézjóslási, kézjós.* Gal. Chiromancien. Curios. Misc. 170. Quænam lineæ et partes manus præcipue observentur a *Chiromanticis?* Czvit. Spec. 160. prognosticon ... *chiromanticum.*

1. **Chironomus,** i, coquus; *szakács.* Taurini Stauromachia II. 139—140. Engel. Mon. Ung. Bécs. 1809. p. 140. *Chironomus* structor quadras dispensat iniquas.

2. **Chironomus,** i, pantomimus; *némajátékos.* Szamosk. I. 231. Aderant funambuli, gladiatores, pugiles, petanristæ, *chironomi,* ferarum ad lusus cicuratarum productores etc.

Chirotheca, æ, tegumentum manuum, digitale, manica; *keztyű, ujj.* Schm. de Ins. 18. Monent *Chirothecae* candidæ Regem. ne subditorum bonis inhiet. Bel. Geogr. 498. Ensis S. Stephani Regis eiusque Paludamentum, *chirotecae,* Calceamenta ... Cod. Dip. Árp. Cont. VI. 277. Wagn.

Chirt, meta; *határ.* Thal. Mon. Ep. I. 84. an. 1245. intrat unum *Chirt* et per eundem iens minime intrat unum *Struzec.*

Chirurgicus, i, (Du C.) chirurgus; *sebész.* Száz XVII. 559.

Chirurgus, i, vulnerum medicus castrensis; *tábori seborvos.* Tab. Conscr.

Chitrapos, χυτρόπους, olla, quæ pedes habet; *serpenyő, lábas.* Gyön. 4594.

Chlaena, æ, (Du C.) χλαῖνα, toga pellicea; *suba.* Slav. halena. Pár. Páp.

Chlamydatus, chlamydem gerens; *kurta mentét viselő.* V. s. *togatus.* Cell. Bel. App. 813.

Chlamidula, dimin. a chlamyde. Arch. Rák. VIII. 340.

Chlamys, idis, vestis pellibus duplicata; *bekecs.* Teut. Schul. I. 335.

Choaccio, vis, coactus; *kényszer.* It. forza. Zwang. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 17. quod ipsi voluntarie et nulla *choaccione* medicante ...

Chocha, æ, V. *Chaucha;* navis species; *hajó.* Rač. Mon. Sl. XIII. 267. an. 1359.

Chochliarius, cochlear. Száz. IV. 679. Pro duodecim *chochliarijs* de argento cum aliquantulum de auro, que ponderat marche tres.

Chochonus, i, species bellicorum instrumentorum; operculum, quo pulvis pyrius operitur in tormento; *fojtás.* Ljub. Mon. Sl. IV. 276. an. 1390.

Chochus, i, carpentum, pilentum; *kocsi.* Ger. Kutsche. Batty. Leg. T. I. 600: peditesin personis eorum non in curribus, *chochis.*

Chocoladæ Confectores, chocholatæ, caldæ cacaoticæ conf.; *csokoládékészítő.* Chocolademacher. Tab. Conscr.

Chœredus, heres, socius heredis, coheres; *társörökös.* Cod. Dip. Pat. VI. 16., 10. Ne igitur ex serie huius tenoris per quempiam *choeredum* illorum processu temporum possit exoriri calumpnia.

Choja, fors. idem quod *Chihaia* q. v. Szilády Tör. Magy. Eml. VI. 53. Et ego fusius cum suo Passæ *Choja* hac de re conferebam.

Cholera, χόλος, stomachus, bilis; *epe, harag.* It. Collera. Gal. colère. Wagn.

Chomalus, cricetus; *hörcsög.* Magy. Tör. Tár. I. 34. vescuntur *Chomalis* (Hamster) et susolis (Zieselmänse).

Chonus, i, signum, forma; *jelző eszköz. Präge.* Rač. Mon. Sl. XIII. 155. an. 1356. officiales, qui erunt supra cecham, debeant tenere ipsimet *ponçonos,* cum quibus fueri(n)t *choni.*

Chopertum, = *copertum,* operculum; *födél.* Ljub. Mon. Sl. III. 221. an. 1351. sciphum ... cum *choperto.*

Chorales, in ordine stantes et canentes monachi; *karban éneklő szerzetesek.* Pár. Páp.

Choralis, e, ad chorum pertinens; *kar.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 600 nunquam vero a nocturnis *Choralibus* vigiliis abfuerit.

Choralista, æ, discipuli, qui in templo cum cantore cantant, festis autem per singulas domos evangelium legentes mendicant; *énekes szegény tanuló, mendikáns.* Brezny. 311.

Choraliter, medio carminis cantici; *karének mellett.* Fej. Jur. Lib. 498: officium divinum *choraliter* decantari procuretur.

Choralius, alias: chorarius (Du C. choralis) qui interest vel canit in choro; *karénekes.* Batty. Leg. III. 257. an. 1370: in Missa maiori ... debent esse constituti *Choralii* de Canonicis senioribus.

Chorare, psalmos canere; *zsolozsmát énekelni.* Sup. An. Sc. II. 376. an. 1543: primam horam *chorabit* ... intonando et versiculum cum collecta dicendo. Batty. Leg. III. 313. an. 1397.

Chorator, fors. idem quod ap. Du C.. *choreator*: saltator; *tánczos.* Tör. Tár. 1889. p. 596. quatuor baculi argentei pro *choratoribus.*

1. **Chorda,** æ, (χόρτος) pabulum; *takarmány.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VII. 201. Fertilis censetur villa illa, quæ pascuis et pabulo abundat idest fœno, *chorda,* stramine *silis* quin et Braxatorii colluvie.

2. **Chorda,** æ, funis, filum; *szíj, kötél, zsinór.* It. corda. Monm. Comit. Trans. V. 201. A centum maioribus *chordis* fl. 50. (De funibus).

3. **Chorda,** æ, *kinzó eszköz.* Kov. Jur. Tav. Ind. *Chorda* genus torturæ olim in Italia usitata.

4. **Chorda,** æ, coli dolor; *bélközszvény, miserere.* Bene Med. IV. 12. sæpe labia urethræ evadunt magis tumida ac rubra et per inflammationem ad corpora cavernosa extensam penis spasmodice contrabitur atque incurvatur, quæ curvatura sub erectione imprimis conspicua frequentius deorsum tenditur et dicitur *chorda* vel blennorrhagia *chordata.*

Chorda montanistica, funiculus montanus; *mérőzsinór.* Beszth. Levt.

Chordarum præparator, (Du C.); intestinorum pr. *húr készítő.* Bene Pol. 152.

Chorea, æ, nude positum signif. choream St. Viti, gall. chorée; *vida tánez.* Abeles 8. Morbus hic a veteribus minus notus, minus clare descriptus et ut videtur cum aliis morbis confusus variis sub denominationibus in medicorum invenitur scriptis. Galeno dicitur Scelotyrbe, Theophrasto Paracelso Chorea lasciva seu chorea meretricum; Plonqueto Choreomenia; J. P. Frank morbus gesticulatorius, Swedianero Ballismus; aliis Epilepsia saltatoria. Omnia hæc nomina a symptomatibus maxime

prædominantibus originem trahunt. Recentioribus temporibus Chorea St. Viti, Chorea St. Modesti. Orchestromania, Gall. chorée Angl. St. Vitus' s Dance Germ. Veitstanz, Modestitanz, St. Guytanz. Szt. *Vitus tánczolása* nuncupatur, cuius denominationis ortum paucis exponam.

Chorea gladiorum, pyrrhicha; *fegyvertáncz.* Schwerttanz. Kronst. I. 415.

Chorea larvata, saltatio personata; *álarczos bál.* Opin. P. III. Sec. IV. §. 7., 3.

Chorea saltatoria, saltatio; *táncz.* Tör. Tár. 1887. p. 320.

Chorepiscopus, (Du C.) (τοῦ χόρου ἐπίσκοπος), ruris Episcopus; *tartomány-, társpüspök.* Cher. Jus. Eccl. I. 255. Chor-Episcopus ex gr. χωρεπίσκοπος formatum loci vel stationis inspectorem seu ruralem episcopum significat. Kaprin. Eloq. I. 26. Aucto fidelium numero, cum Sacri Antistites tantæ haud sufficere possent multitudini, instituti sunt *Chorepiscopi*, ideirco hoc nomine compellati, quoniam villarum quasi Episcopi fuere vel certe ruri minoribusve locis Episcoporum Vicarii extitere, quorum vice animarum curam, ut nunc fere Sacri faciunt, Curiones illic exercebant. Cf. Cod. Just. I. 3., 42.

Choreutica, ars saltandi. V. Orchestica; a gr. χορευτικός. Greg. Aesth. 97. Legibus dramaticæ poëseos subest etiam saltus mimicus (mim. Ballet) cuius ars vocatur *orchestica* seu *choreutica* mimica.

1. **Chorista,** *monialis; apácza,* Pár. Páp. Cher. Jus. Eccl. II. 62.

2. **Chorista,** æ, (Du C.) symphoniacus ad sacra; *karénekes.* Teut. Schul. I. 239. Gyön. 4585.

Chorizare, (Du C.) choreas agere; *tánczolni.* Pel. In Epiph. s. IV. 2.

Chorographia, æ, locorum descriptio; *helyrajz.* It. corografia. Verancs. II. 220. Cat. Libr. 420.

Chorographicus, 3., tabula chorographica, tabula geographica; *tér . . .* Land . . . Szerdah. Celebr. I. p. 4. Hungariæ tabulam *Chorographicam* subiuncturi.

Choroides, (χόριον), corio similis; *bőrnemű.* Vern. Psych. 84.

Chorus, i, (Du C.) pars Ecclesiæ, in qua clerus consistit ac cecinit; *szentély, kanonokszék.* Száz. XXVII. 426. Cod. Dipl. Arp. III. 82. IX. 407.

Chorus musicus, symphoniaci, canentes; *zenekar.* Körmöcb. főreálisk. Ért. Bpest, 1895. p. 63.

Chrida, æ, *Crida* q. v. *hirdetés.* Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 236. talia instrumenta requirunt *chridam* præconis.

Chriptographia, æ, Criptographia, ars arcanis signis scribendi; *titkos irás.* Törvt. Msz.

1. **Chrisma,** tis, (Du C.) unctio, sacro oleo perunctio; *kenés, kenet.* Cod. Dip. Arp. Cont. XII. 13. atque a suo Episcopo *Chrisma* accipiendum.

2. **Chrisma,** tis, munus, donum baptismale; *korosma, kolosma,* a keresztszülék kereszteléskor adni szokott ajándéka. Sziládv Régi Magy. Költ. T. II. 460.

Chrismarium, (Du C.) 1. Vas, in quo sacrum chrisma reponitur; 2. theca reliquiarum. *1. Kegyolaj tartó; 2. ereklye tartó.* Nagy Hier.

Chrismarius, notarius, qui olim baptisatorum et confirmatorum nomina literis mandabat; *névjegyző.* Nagy Hier.

Chrismatio, V. Confirmatio; unctio (Du C. Baptismus); *kenet, bérmálás.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 275. Per frontis *chrismationem* manus impositio designatur. Cher. Jus. Eccl. II. 120. Olim hoc Sacramentum frequentius *Chrismatio* a Chrismate vel etiam manuum impositio dicebatur, quam *Confirmatio,* quo nomine apud veteres nec occurrit.

Chrismatorium, (Du C.) vas, in quo sacrum chrisma reponitur; *a kenet edénye.* Gyön. 4599.

Chrismologia, signorum christianorum notitia; *keresztyén jegyismeret.* Törvt. Msz.

Chrismon, a gr. χρίσμα, unguentum, nota sacro oleo capiti illito data (Du. C. nomen christi abbreviatum ad instar monogrammatis); *keresztényi jegy.* Törvt. Msz.

Chrisoplisium, (χρῦσον + πλύνω); *aranymosó hely.* V. Aurilavacrum.

Christa, æ, crista; *forgó, kócsag.* Georg. Sirm. I. 364. et dedi ei etiam vestem purpuream deauratam et unam *christam* valde bonam exhornatam.

Christallinus, 3. Crystallinus, pellucidus; *kristály.* Thök. Diar. II. 380. Unus flasco *christallinus,* auro circumdatus, rubinis et adamantibus ornatus fl. 200. Una amphora *christallina* auro circumdata fl. 100.

Christiades, um, Christi filii, fideles; *keresztyénfiak, hivek.* Bajzáth Veron. VIII. Illésh. 313. *Christiadum* orbis apex.

Christianisare, christianum fieri (Du C. catechumenum facere); *keresztényé lenni.* Nagy Hier.

Christianizare, (Du C.) christianum facere, baptizare; *keresztelni.* Corp. Gram. 672.

Christiano-Evangelicus, 3., christianus evangelicæ confessionis; *evangelikus-keresztyén.* Moln. Rat. Rei Sch. XI. Sacra Secularia in memoriam Reformationi, Ecclesiarum *Christiano-Evangelicarum,* tertium redeuntia, modo, quod id ego, concelebraturus etc.

Christianositicus, 3., christianus; *keresztény.* Tör. Tár. 1881. p. 238. et gentis meae Hungaricæ, suo *christianositico* more et subsidio clementia non deerit.

Christiano-Turcicus, *keresztény-török.* Curios. Misc. II. 276. Ephemerides *Christiano-Turcicae* Dec. II. P. II. 151.

Christicida, Christi persecutor; *keresztyén-üldöző, -ölő.* Funda David. F. 57., 58. Vetus et hæc . . . cantilena est, omnibus *Christicidis* perquam usitata.

Christicolens, (Du C. Christicola), christianus; *keresztény.* Urk. Sieb. II. 390. an. 1372.

Christifidelis, Christi cultor; *keresztény hivő.* Szék. Okl. I. 136.

Christiformis, formam Christi habens, similis Christi. Pel. Pom. Lib. VII. P. I. Art. II. c. 3. Nec indiguit Maria signo recordationis sensibili, que semper *Christiformis* fuit secundum sensum et deiformis secundum intellectum. Pel. Pom. De S. Steph. s. II. c. 2. primus honor S. Stephani est *christiformis* patientiæ.

Christiformitas, similitudo cum Christo; *Krisztushoz való hasonlóság.* Pel. De s. Ladislav s. II. c. 1. In exemplum nobis ponitur Ladislaus de gratiosa *christiformitate.*

Christigenus, Christianus; *keresztény . . .* Száz. VIII. 166. *Christigenumque* sophos vere sancteque revelas.

Christocratia, regnum Christi; *keresztyén-uralom.* Cher. Jus. Eccl. 1., 131. Unde cum nulla ex formis regiminis civilis Ecclesiæ applicare queat, nihil obstat, quominus dicamus Ecclesiæ a Christo formam regiminis propriam inditam fuisse, quam *Christocratiam* dicimus, cum alioquin forma reipublicæ Judaicæ fuerit *Theocratia.*

Christolegus, (Dief. christologus) adulator; *hizelgő.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 114.

Christolitæ, hæretici, qui docebant Christum Deum in cælum ascendisse, hominem in terra mansisse; *Krisztus osztók.* Nagy Hier.

Christolygæ, idem ac Christolitæ; *Krisztust kétfelé osztók.* V. s. v. Agnoitæ.

Christotecon, (ex χριστός et τίκτειν) (Dief. christotocus et christoceton) mater Christi; *Krisztus anyja.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 114.

Christus, i, (Du C.) oleo perunctus; *fölkent.* Vita S. Steph. 107. et humano die interdixit reprehendendos esse per David deificum regem: nolite tangere *christos* meos.

Chritomantia, æ, vaticinatio ex hordeo; *árpajóslat.* Nagy Hier.

Chronalgia, (a gr. χρόνος ἄλγος) senectus; *vénség.* Gal. âge sénile. Otia. Bachm. 575. antequam Jonas meus præ sua *chronalgya* animam agat.

Chronica, æ, (Du C.) pro: Chronica, orum, 1. Annales, historia temporum contexta; 2. Commentarii annorum; *1. időszer, időszak, évrajz; 2. időszaki történet, időrajz.* Törvt. Msz. Wagn.

Chronicon, Chronica, Cronica, in inscriptione S. de Kz. Chronicon Hungaricum. Chronicon apud scriptores mediæ ætatis plur. tantum: Chronicæ, arum. S. de Kz. I. 4., 1. ut canit *Cronica* veterorum.

Chronicus morbus, inveteratus; *idült betegség.* Gal. maladie chronique. M. Bel. Prodr. 138.

Chronista, æ, scriptor chronicorum, annalium; *évkönyvek irója, krónikás.* It. cronichista. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. II. 86. Luc. Reg. Dalm. 60.

Chronographia, Chronologia, temporum descriptio; *időtan.* Curios. Misc. 419. Cum Chronologia seu *Chronographia* et per se iucundissima et scitu digna pars Matheseos sit.

Chronographice, tempus notando, cum iudicio temporis; *időt jelzőleg.* Beng. Ann. Er. Cœn. 430.

Chronographicon, scriptum, nota tempus indicans; *időt jelző felirat.* Beng. Ann. Er. Cœn. 431.

Chronographicum, Chronographicon. V. Chronostichum; *az esztendő számát jegyző mondás, időjegyzési jegy.* Törvt. Msz. Beng. Ann. Er. Cœn. 218. Unde illius gratia tale in nummis cudebatur annum currentem exprimens *Chronographicum:* Vt MoX . . .

Chronographus, (χρόνος + γράφω), chronista; *kortudós, idővető, krónikás.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. p. 67. Kat. Hist. Duc. 43.

Chronologia, descriptiones et ordines temporum; *időrend, időtan.* It. cronologia, Chronologie. Wagn.

Chronologice, secundum ordinem temporum; *az időrend szerint.* Törvt. Msz.

Chronologicus, 3., ad temporum ordinem compositus; *időrendi.* Gal. chronologique. Vern. Log. 149. Quare methodus hoc significatu vel est astronomica aut geographica vel *chronologica, synchronistica,* quæ eventuum ordinem, qui certis periodis sibi successerunt, cum comitibus suis exhibet.

Chronologus, i, temporum rationis peritus; *időszámoló, évtudós.* Törvt. Msz.

Chronostichon, Chronosticon vel **Chronosticum,** i, versus annum indicans; *az esztendő számát jegyző vers.* It. cronogramma. Jókai Pol. Div. I. 38. Beng. Ann. Er. Cœn. 172. Törvt. Msz.

Chronotaxis, (χρόνος + τάξις), temporum computatió, ordo, series temporum; *időrend, időrendezés.* Törvt. Msz. Kat. Hist. Duc. 398. Ita difficultates, quæ circa baptismi *chronotaxim* utrimque moventur, in nostra sententia locum non habent. Fej. III. 2., 485. Kuun Relat. Hung. V. I. p. 12.

Chrusca, cerasus; *cseresznyefa.* Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 356: quia *chrusca* non est, posita fuit crux, eundo usque ad *gomilam.*

Chrysendeta, (Du C.) gr. χρυσένδετος, inclusum auro; *aranyba foglalt.* Száz. XVII. 636. nulla domi gemmata pocula, nec *chrysendeta.* Cf. Mart. 2., 43.; 6., 94.; 14., 97.

Chrysobolum, V. Bulla aurea. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 278. Subsignat autem Imperium meum ad securitatem *chrysobolum* suum, quod nunquam ab Ecclesia Romana et ab Apostolica Sede, principe Apostolorum Petro ipsum videlicet Imperium meum discedet... Et ut præsens *chrysobolum* Imperii mei ratum et firmum habeatur.

Chrysobulla, æ, (Du C.) χρυσόβουλλος, bulla aurea; *ünnepélyes oklevél.* Tör. Tár. 1891. p. 541.

Chrysoplites, aurilegus; *aranyozó.* Goldwäscher. Pár. Páp.

Chrysopœia, æ, alchymia, ars aurum producendi; *aranycsinálás, aranyművesség.* Bel. Geogr. 686.

Chrysopœus, χρυσοποιός, Alchymista et Auri faber; *aranycsináló, aranyműves.* Vern. Log. 203. Sic quidam dum audiunt vel legunt verba, quæ ipsis videntur elegantia, etsi eis hand magis illorum significatio ac *Chrysopoeis* lapidis philosophici sit perspecta.

Chrysoprasus, species Chrysoliti; *arany agát.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. Pars. I. p. 182. Chrysolitus, si nimio auri splendore fulgeat, viriditatem tamen aliquam admixtam habeat, vocatur *Chrysoprasus.*

Chulaquii, species monetæ; Száz. XXI. 592.

Chuna, æ, (Du C. cuna, cuva) locus subterraneus, sacellum inferius et subterraneum; *földalatti épitmény.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 266. an. 1424. ire debeat murus apud ecclesiam sancti Stefani post *chunam* ipsius ecclesiæ.

Chusita, Chus, Chusan, proprie signif. fusci coloris, æthiops; *hunn-magyar faj* (örmény nyelven). Száz. IV. 708.

Chustack, æs Polonorum, quorum tres quinque Grossis Cæsarianis; duodecim, floreno Rhenensi respondent. Bel. Geogr. 399.

Chyamus, V. Tuluk. Mustulus. Verancs. III. 355. De hoc nuncio perferendo delegati sunt et per provincias ac loca potiora plures alii nuncii, qui hanc lætitiam subditis quoque annuncient, iique mustulus — *chyamus* — tuluk, hoc est a strenis, quas illis ex more viritim omnes porrigere solent, appellantur, quando principes Turcarum salvi et victores a bello revertuntur.

Chyanzus, V. *Chausius.* Tör. Tár. 1889.

Chyawsus, V. Chausius. Verancs. III. 51. p. 32.

Chybrio, V. *Cibrio;* Pelcz. Geisa. p. 92: Charta Capituli Ecclesiæ S. Michaelis de Castro Ferreo Ann. 1316: notum facimus... quod... relicta... dimidietatem possessionis... simul cum *Chybrionibus,* sive tributo vinearum... filio dedit. Cod. Dip. And. II. 365., 439.

Chybrium, i, V. *Cibrio.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 17. terram cum quatuor vineis, nemoribus, *chybriis* a singulis vineis in terra sitis eadem de patria consuetudine annuatim persoluendis.

Chyko, onis, piscis genus; *csík.* Ger. Wettergrundel. Schläg. 805. Jegyz. Piscibus et *Chykonibus* 1515. Ká O. III. 93. Tör. Tár. 1889. 373. una pinta *Chykonum.*

Chylificatio, Chyli paratio; *tápnedv létrehozása.* Pinx. Apod. p. 59: Cibum non lignum, verum stercus bovinum calefacit et ad *chylificationem* aptum efficit.

Chylinder, serpens a gr. κυλινδέω, serpo. Obs. Jadr. 414. nec sunt nutriti inter horrendos tigres et venenosos *chylindros.*

Chymæricus, 3., imaginarius, absurdus; *agyrém*... It. chimêrico. Otia. Bachm. 123. *Chymaerica* erit illa tua Ecclesia et vel nulla vel denique in concavo Lunæ vel in *Utopia.*

Chymeletum, *Chambaletum* q. v. Tör. Tár. 1887. p. 179.

Chymicaster, i, pharmacopola circumforaneus; *kuruzsoló, javos.* Lzb. Cod. Med. II. *Chymicastri* vagabundi.

Chyrographarius, i, V. *Chirographarius.* Szirm. 35. Moln. Patv. 25. *Chyrographarius* dicitur Creditor, qui pecuniam pro certorum Bonorum cautione mutuare solet.

Chyrographum, *chirographum,* codex manu authoris scriptus, litteræ manu auctoris scriptæ; *tulajdon kézirás.* It. chirografo. Szirm. 35.

Chyrotheca, involucrum, theca (Du C. al. sensu); *tok.* Kronst. III. 510: *chyrotheca* ad falcones.

Chyrotecarius, i, digitalium opifex; *keztyűműves.* Handschuhmacher. Tab. Gonscr. Pest. Levt.

Chysargirum, Curios. Misc. 27. Sub Vespasiano ab Urina et dein Constantinopoli sub aliis Imperatoribus et ab Urina et a fimo tam hominum quam Brutorum vectigal exigebatur, dicebaturque *Chysargirum.*

Chytra, æ, χυτρα, olla; *cserépfazék.* Gyön. 4593.

Ciaa, V. *Chihaia* q. v. Verancs. IV. 11.

Ciacana, æ, securis cuspidata militaris; *csákány.* Szamosk. II. 78. protinus trucidandum curavit, captivi cuspidata securi militari, quam *ciacanam* nostri vocant, tanto impetu impacta, ut ea vertici impressa derepente et momento irrumperet.

Ciatizare, κυαθίζειν, de ciato bibere; *üvegből inni, poharazni.* Gyön. 4603.

Ciauus, Ciausius, Ciauz, V. *Chausius.* Verancs. III. 293. Brut. Hist. X. 158., 2. Tör. Tár. 1889. p. 33.

Clauspassy, dux agminis apud Turcas; *szakaszvezető.* Verancs. V. 244., 269. Venit ad eum præfectus *ciaus passy* nominatus.

Cibalia, orum, alimenta, fercula; *étel.* Moln. Patv. 15. Quoad *cibaliorum* accomodationem et ordinationem in mensa fiendam, consuetudinem Dominæ attende.

Cibare, cibo alere, nutrire; *etetni, vendégelni.* (Du C. comedere.) Georg. Sirm. I. 188. Et me laute susceperunt et *cibaverunt* et etiam potaverunt. Cf. Colum. 8., 10. Suet. Tib. 72.

Cibaria jejunia, cibi tempore abstinentiæ carnis concessi; *böjti étel.* Georg. Sirm. I. 227. Erat sexta feria et magnum luceum unum ementem decoquere fecerunt more Hungaricali ad cenam, et alia *cibaria ieiunia* et hornaverant unam mensam.

Cibativus, cibum, victum præbens; *tápláló.* Pel. Serm. Secunda virtus dicitur *cibativa.* Nam verbum dei cibus est animæ. Hiem. 40. u.

Cibicilla, mensa orbiculata, magida; *kerek asztal.* Pár. Páp.

Cibista, æ, discipulus, qui præceptori privato pecuniæ loco cibum præbebat; *étellel fizető.* V. s. *Nummista.*

1. **Ciborium,** (Du C.) umbraculum altaris, quod quatuor columnis, iisque præaltis attollebatur, et in fastigiatam formam eductum totum altare contegebat. Pray. Dext. et vita D. Steph. p. 139: *ciborium* arte mirabili supra mensam Christi erectum.

2. **Ciborium,** a gr. κιβώριον, poculum ad formam fabæ Aegyptiæ factum, unde et vas, ubi panis consecratus, *Venerabile* dictus, servatur; alias Monstrantia; *szentségtartó.* It. ciborio. Gal. ciboire. Vita S. Steph. 19.

3. **Ciborium,** (Du C. Ugot.) vas ad cibos deferendos; *étekhordó tál.* Gyön. 4608.

Cibosus, 3., (Du C.) cibo plenus; *megrakva étkekkel.* Gyön. 4609.

Cibrio, ab Hungarico csöbör, mensuræ species, deinde: tributum vinearum; *szőlődézsma, cseberpénz, hegyvám.* Cod. Dip. Pat. Hung. V. 10., 15. Pelcz. Geisa p. 46. Andreas II. art. 29: Comites iure Comitatus tantum sui fruantur, cetera ad Regem pertinentia, scilicet *cibriones,* tributa... Rex obtineat et p. 92. Erant vero *Cibriones* illud singillatim tributi genus quod ex vinearum proventu... per extraneos inter cives, seu domestici sanguinis degentes, vineas habentes, conferebatur et a Germanis Pergrecht vocabatur. Th. Vet. Mon. I. 110. an. 1233.

Cibula, cæpulla; *vereshagyma.* sl. cibula. Schläg. 2094.

Cibulus, i, idem ac Cibula. Schläg. 938.

Cibum, i, panis parvus orbiculatus siligineus; *czipó.* Tör. Tár. 1889. p. 196. singulariter per diem *ciba.*

Cibutum, (Du C.) arca cibaria; *étek tartó.* Gyön. 4610.

Cicadus, apud Dief. cicades = huswrcze (Hauswurz), quod hung. *fülfű, borsos szaka* dicitur. Schläg. 881. cicadus, *gyopár.*

Cicarda, æ, Cicadus q. v. Roger. 320. cæteri, malna, *cicardis* et cicutarum radicibus utebantur.

Cicatrisare, cicatrice obducere; *behegeszteni, behegedni.* Bene Med. I. 110.

Cicatrisatio, obductio cicatrice; *hegedés.* Bene Med. I. 294.

Cicerpisum, cicer; *csicserborsó.* It. cicerchia. Ziser-erbse. Schläg. 1008.

Cicida, Parus silvaticus (Linn.) Ger. Holz-, Tannenmeise. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 114.

Cicilium, capillus, cincinnus; *hajszál.* Schläg. 284.

Cicindula, (Du C.) Cicindela, scarabæorum species, dicta, quod volans candet, lucet; *Szt. János bogara.* Ger. Johanniswürmchen. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VIII. 266.

Cicinus, i, pro: cycnus; olor; *hattyú.* Gyön. 4624.

Ciclas, (Du C. cyclas) pannus sericus densior et collustratus; *atlácz.* Ger. Atlas. Tör. Tár. 1887. p. 178. Item septimum ornamentum de *ciclade* vulgo Atlatz brunei coloris. Szered. Ser. Episc. 167. an. 1476. Pluviale ex *ciclade.*

Cicunia, æ, (Du C. Cicumea) fulica; *szárcsa, vizi madár.* Gyön. 4634.

Cicurare, ab adjectivo: *cicur,* domare; *szelidíteni.* Sacr. Cor. p. 69: agent, quod Agazones solent, qui equos *cicuraturi*... frœnum initio durius non admovent. Cf. Varro L. L. 7., 5., 98.

Cicurris, (Du C.) domesticus sus; porcus natus ex apro et domestica porca; *házi disznó.* Gyön. 4641.

Cidendus, 3., pro: cædendus. Fjp. Szám. p. 288. an. 1429: pro lignis *cidendis.*

Ciecla, beta nigra; *czékla, veres répa.* Bene Pol. 103. beta *ciecla.*

Cienticen, instrumentum, quo aves ad viscum vocant (mendum pro: *cicuticen); kiáltó síp.* Gyön. 4642.

Ciferarie, in modum cifrarum i. e. characterum occultorum; *titkos betükkel, jegyekkel.* Szilády Tör. Magy. Eml. III. 394. Cum literis ordinariis Venetianis accepimus 4. Julij binas ltteras Regis Friderici ad III. Vram spectantes, qui in nostris ab eodem ad nos exaratis inclusæ atque apertæ fuere, quas apertas denuo describere supplementumque *ciferarie* adiungere voluimus.

Ciffus, σκύφος. (Du C.) scyphus; *serleg.* Cod. Dip. Pat. VI. 10. 7. Preterea dedit ecclesie... *ciffos* argenteos ponderantes VII. marcas. Kronst. I. 472.

Cifra, ciffra, characteres occulti, quibus arcana et quæ ab aliis ignorari interest, solent perscribi ac significari. (Du C. ciphra); *titkos jegy.* Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 253. Item quæ fuerunt in literis fratris sui et Corsini, quæ sine *cifra* non censuit scribenda.

Cifrare, ornare; *czifrázni,ékíteni.* Arch. Rák. VIII. 332. Speculum antiquum parvum cum lista *cifrata,* deaurata.

Cifus, thuribulum; *tömjényedény.* Knauz E. M. Str. I. 280., 326. et. II. 210., 188.

Ciganes, V. Zingari; *czigány, muzsikus.* Szamosk. II. 349. Hos sequebantur decem citharædi, ex eius gentis centuria, qui *errones Aegyptii* vulgo *Ciganes* vocantur, modulatores, ut in ea barbarie non indecori pedibus Vajvodam proxime subsequentem præcedentes.

Ciganus, Cingarus, Zyngarus; *czigány.* Pel. De S. Thoma s. IV. c. 2. Quamvis etiam *cigani* se meliores indicent.

Ciliatus, 3., (Du C.) ciliis præditus; *szemszőrös.* Diósz. Füv. 17.

Cilicinus, 3., ex ciliciis confectus; *szőrből szőtt.* Kol. Kov. Chron. Templ. p. 21: Sacco in *cilicino* Jerosolymam ingressus.

Cilindrium, scandula, scindula. V. Scilindrium; *zsindely, lécz.* It. scandola, Schindel. Schläg. 1087.

Cilindronum, i, *Cilindrium,* q. v. Duobus milibus *cilindronorum* ac sexaginta vulgo *Laetz* dictis. 1423. Sopr. O. II. 75.

Cillaba, (Du C.) κιλλίβας mensa cœnatoria, quæ finita comestione removetur; mensa portatilis; *hordható asztal.* Gyön. 4658. Cf. Festus 34.

Cilones, (Du C. Calep.) «quorum capita oblonga et compressa sunt» (Festus); *lapos fejüek.* Gyön. 4671.

Cima, æ, (Du C.) summitas; *csúcs.* Gal. cime. Bárczay.

Cimbra, æ, fors. ex gr. κυνοβορά, locus, silva venationi apta, in qua canes regum alebantur; inde *Cimbriones,* custodes canum regiorum; *cserjés, erdő, cziber.* Ger. Hundszwinger. Cod. Dip. Arp. I. 152. Cum casalibus, terris, vineis, nemoribus et *cimbris.*

Cimbriones, custodes canum regiorum; *király petzéri.* Pár. Páp. Nota J. Samb. Tyrn.

Cimeliarcha, æ, V. s. Sacrista.

Cimeliarchium, armarium sanctius; *aranymíves láda.* Pár. Páp. Cf. Cod. Just. 7., 72., 20.

Cimeliarchius, i, (Du C. Cimeliarcha) thesauri et cimeliorum custos; *kincstárőr.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 536. Quorum prior ad *Cimeliarchium* Marianum die 10. Jan. exmisit vasculum quoddam instar calicis.

Cimeliotheca, thesaurarium; *kincstár.* Wallaszky 268.

1. **Cimentare,** a vocabulo Arabico: cimentum, fundamentum fundare, confirmare, corroborare; *alapít, megerősít, megszilárdít.* Rák. Ön. p. 307. l. 6—9. (9.): Postquam adorabilis providentia tua occidentalem ampliavisset et stabilivisset Ecclesiam, quæ divorum apostolorum Petri et Pauli sanguine *cimentata*...

2. **Cimentare,** V. *Cementare; czementelni.* Kol. Cod. 23.

1. **Cimentarius,** lapicida; *kőfaragó.* It. tagliapietre. Steinmetz. Fjp. Szám. 174. Andreæ *cimentario* dedimus.

2. **Cimentarius,** qui disponit fundamentum; *alapító, alapmegvető.* Cod. Telek. X. 186.

Cimentarius Auri, *aranyhitelesítő.* Gold-Bunzierer. Nov. Calend. 213. Primarius *auri cimentarius* D. F. G.

Cimentum, V. *Cementum* et commentum; *cementh.* Kitt. Kol. Cod. 23.

Cimerarius, Camerarius; Magy. Tör. Tár. IX. 118. *czimernök ? komornyik:* a Zimmer ?

Cimerium, (Du C.) imposita summæ galeæ figura; *czímer.* It. cimiero. Ljub. Mon. Sl. III. 306: *cimerium,* lantiam et *targam.* Bárczay.

Cimeterium, (Du C.) asylum circum ecclesiam; *templomkerités.* Száz. XIV. 52. T.

Ciminile manicatum, apud Du C. *Cimiline* ex *aquimanile* abbreviatum, vas aquaticum ad abluendas manus; *edény kézmosásra.* Thom. Archid. Hist. Sal. 323. Fecit etiam urceum magnum et alium parvum et *ciminile manicatum,* calicem et capsam, uncum Pastoralem.

Cimiterium, Cimterium, κοιμητήριον, sepulchretum; *temető.* Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára VI. 194. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 505. et inde vadit ante *cimiterium*... Száz. X. 428.

Cimula, æ, a Cima, (Du C.) Cima dicitur quasi coma, est enim sumitas olerum vel arborum; *a káposzta csimája.* Verancs I. 52. Nos enim hic neque forum rerum venalium neque coquinam habemus. Nam sæpe nos solæ *cimulae caulium* in lectum componunt.

Cinamona, cinnamonum; *fahéj, czimét.* It. cinnamo. Fr. Lib. Rt. II. 178. III. 195. emere feci de *cinamona* libram unam.

Cincia, Cynthia, Novilunium, luna nova; *ujhold.* Schläg. 56.

Cincinabulum, B. tintinabulus; apró bojtorján; *csengetyűke.* Schläg. 895. cincinabulum, *ebtej.*

Cincipota, Parus (Linn.); *czinege.* It. cingallegra. Schläg. 1795.

Cinctorium, (Du C.) cingulum; *heveder, szorító.* Gürtel. Kronst. I. 6.

1. **Cinctura,** sepes (Du C. cingulum); *kerités.* Art. D. 1840. p. 36.

2. **Cinctura,** V. *Spira.*

Cindator, magus, incantator. Du C. legendum putat *cinerator,* quæ vox maleficum denotat, qui sortilegia sua in *cinere* facit; *bűvész, kuruzsló.* Decr. Steph. R. Hung. L. 2. c. 31.

Cinerarius, (Du C.) qui ex herbis desiccatis in nemore cineres conficit; cinerum clavellatorum confector; *hamuzsirfőző szalajkár.* Diar. Com. II. 122. *Cinerarii* et Salisnitri coctores. Hajn. Subs. Publ. 32.

Cinereo-rufescens, colorem cineris cum rufo colore mixtum referens; *szürkésvörös.* Hist. Nat. 33.

Cineres clavellati, (Du C. cin. clavati) qui ex fece vini siccata et combusta conficiuntur alias: sal alcalinus; *hamuzsir.* Ger. Potasche. Tag. Erdész. Oklt. II. 97., 103. commercium cum calcinatis seu *clavellatis cineribus.* ib. II. 138., 188. *Cinerum clavellatorum* exustio, *hamuzsirfőzés.*

Cinerescere, colorem cineris referre (Du C. in cinerem redigi); *szürkülni.* Bene Med. I. 337.

Cinericeus, 3., colorem cineris habens; *hamuszin.* It. cenerino. Thök. Diar. II. 350. Una tunica antiqua ex panno Anglicano *cinericei* coloris fl. 3.

Cinericium, status cineris; *hamu alkat.* V. s. Reducare. Kol. Cod. 17.

Cineris favilla, in cineris favillam redigere, in cinerem amburere; *hamuporrá égetni.* End. p. 530. (Stephani V. Privilegia an. 1271.) *in cineris favillam redegissent.*

Cinganus, V. Ciganus, Zingarus. Lampe Hist. Eccl. 300. *Cinganis* autem seu *Amorrhaeis,* quia Verbi et Sacramentorum contemtores sunt... etc. Verancs. Hist. I. 303. Ubi autem fluvium cœpissemus trajicere, alii Turcæ occurrunt, inter quos unus erat cæteris habitu, vestituque amplior et eos quinque *Aegyptii,* quos nunc *Ciganos* sive *Cinganos* appellamus, una eadem catena collo vincti et ordine tracti sequebantur, lamentabiles voces edentes et egestatem excusantes.

Cingaricus, 3., ad Zingarum pertinens; *czigány*... zigeunerisch. Rep. Cast. p. 31. a: Ne domestica quidem tua, fœcunda illa infantoria, si per Sagas et Aegyptias sive *Cinga-*

ricas veneficas vel conceptum non impediat etc. *cingarica* gens. Ilor. Mom. 109.

Cingatorium, cingulus; *öv.* Quel. Sieb. Ib. 274. an. 1500. ib. 276., 279.

Cingularius, zonarius; *övgyártó.* Pest. Levt.

Cingulator, (a cingulo germ. Gurt) artifex ærarius; *rézműves. Gürtler.* Fjp. Szám. p. 213. an. 1426: *cingulator* tulit den. 23. pro laboribus pelvium ad *glavium* ecclesiæ s. Aegidii p. 218. *Cingulatori* solvimus den. pro pelvibus ad construendum nodum ecclesiæ. Arch. Ver. Sieb. XI. 345.

Cingulum ephippiarium, cing. sellæ equestris; *nyeregöv.* Schwartn. Scult. 171.

Cingulum laqueatum, cingulum laqueis seu lorulis distinctum; *gyászköteték, fekete gyászszalag.* Száz. III. 387. Bárczay.

Cingus, cingulus. V. s. *Besacia; öv.* It. cinghia.

Ciniger, cinerem gerens; *hamvvedert vivő.* Bocat. Hungar. p. 412:

Non Cygniger, *ciniger* vates Titana querellis Plorabo nostri nunc obiisse soli.

Cinobrium, cinnabaris, minium; *higpir, cinnóber.* Kol. Cod. 14. Mon. Com. Trans. V. 198. Ab uno cent. *cinobrii* fl. 50.

Cinomia, cynomya, hundsfleug, Hundsfliege Dief; *eblégy.* Schläg. 1720.

Cinopodium, fulcrum lecti; *ágyláb.* Bettstellen. Pár. Páp.

Cinquecenti, Numi Hung. 76. En primum in re monetali Hungariæ vestigium numorum maioris moduli mnemonicorum, pro celebranda ad omnemque posteritatem perferenda regum, virorumque illustrium memoria signatorum: qui cum sæculo quinto et sexto supra decimum in Italia fabricari cœperint, *Cinque centi* nomine veniunt, notabilemque olim pro eorum, quibus similia in deliciis fuerant, commodo, genus commercii constituebant.

Cintis, (fors. ab ital. cinta) zona, cingulum; *öv.* Tör. Tár. 1887. p. 187. velum de tela gegleer dicta blavei coloris cum liliis, figuris piscium, *cintibus (?)* et aliis armis per totum auro sutis.

Cintura, Cinctura. V. s. *Besacia; öv.* It. cintura. Gall. ceinture.

Cinus, lege: *Tinus,* species viburni; *galagonya.* Cod. Com. Zichy Vol. V. 430: secus ipsum fluvium quedam arbores salicum, merasiorum et *cinorum.*

Ciocolada, æ, more Italorum scriptum et pronunciatum signif. potum dulcem; *csokoládé.* Bene Med. I. 326. illis prius potum calidum vel coffeæ vel *ciocoladae* cum lacte vel jusculum... concedimus.

Cipha, æ, patina; *tál.* Száz. XIII. 234.

Ciphus (Du C.) V. *Cipus.* Száz. XXII. 139. *Ciphis* vel aliis vocalibus (rectius: pocalibus) argenteis ultra duas marcas argenti singulariter ponderantibus.

1. **Cippus,** (Du C.) fidicula, instrumentum, quo reorum pedes constringuntur; *kaloda.* It. gogna, berlina. Ger. Strafklotz, Fidel apud Saxones Transylv. Törvt. Msz. Jogt. Eml. T. I. p. 333. Fœmina ebria inventa.... in *cippum* includatur.

2. **Cippus,** *alamizsna gyűjtő tőke.* Ger. Opferstock. Batty. Leg. III. 623. an. 1498: *cippi* vel trunci pro recipiendis pecuniis.

Cipus, (ap. Du C. Ciphus), Scyphus; *csésze, findzsa.* Száz. XIII. 234. unum peccarium argenteum cum coopertorio et unus *cipus* de Mazalino habens pedem argenteum.

Cirada, æ, ornamentum, a germ. Zierath, Zierde; *cziráda, czifra, ék.* Arch. Rák. VIII. 330. Armariolum cum superficie deauratarum *ciradarum.* VIII. 326. Abacus... *ciradis* adornatus. Bék. Paszt. III. 56.

Circa, æ, (Du C.) vigiliæ, excubiæ; *czirkálás.* Ljub. Mon. Sl. II. 215: capitanei teneantur facere *circam.*

Circa, pro: ante; *előtt.* Batty. Leg. III. 475. an. 1450: *circa* solemnitates Matrimoniorum.

Circa, pro: contra; *ellen.* End. p. 323. (Decr. S. Steph. L. II. 17.): si quis *circa* regis salutem... conspiraverit.

Circa, pro: iuxta (Du C); *szerint.* Batty. Ger. 1. *circa* virium robur. ib. 3. et passim.

Circa, cum acc.. ratione, respectu, de; *körül, tekintetében, ügyében, illetőleg.* It. circa di. Kass. Prax. I—II. pass. I. 22. ut *circa* militiam dislocandam et intertenendam regulamentum militare observandum ac *circa* quasvis alias præstationes militiæ in vecturis, naturalibus et parato ære faciendas I. 35. præscriptas periodicas relationes *circa* restantias Comitatui exhibere.

Circa, prope; *mellett.* Chr. Dubn. p. 99. sedit *circa* regem.

Circada, æ, pensio eorum, qui ecclesias visitabant ab it. *cercare,* invisere. Pár. Páp.

Circare facere, indagandum curare; *köröztetni, kerestetni.* Mon. Com. Trans. I. 86. an. 1542. Si... quisquis non surrexerit et non venerit, dominus Vaywoda *circare faciat* et puniat.

Circaria, æ, districtus; *kerület.* Passim apud regulares Canonicos.

Circator, i, explorator, investigator, indagator; *vizsgáló.* Monm. Comit. Trans. I. 87. an. 1542. Cœteri Coloni omnes, qui non consurgerent et non venirent ad levationem officialium Domini Locumtenentis, extunc *Circator* Domini Locumtenentis suspendat talem et res apud eum reperiendas... et pecunias auferre valeat.

Circavicinus, circumjacens, vicinus; *szomszéd.* Dip. Rel. reip. Rag. 65.

Circellus, circulus; *köröcske.* Numi Hung. 9. F. Balass. Casul. Steph. 6.

Circhare, circumire; *czirkálni.* It. cercare. Ljub. Mon. Sl. II. 266: custodes... *circhent.*

Circinus, forum; *kerek piacz.* Ring. I. Kronst. 264., 341.

Circinorum confectores, circulorum opifices; *czirkalomkészítő, körzőkészítő, műszerkovács.* Zirkelschmied. Tab. Conscr.

Circitendo, circum eundo; *körüljárva.* G. Fej. VI. 150., 158. et eandem (sc. curiam) ad plagam meridionalem *circitendo* girati rursus.

Circitor, (Du C.) custos militaris, qui circuit castra; *czirkáló.* Ger. Streifwache. Szirm. 35. Cf. Veget. Mil. 3., 8. Hieron. Ep. 61. Nro. 7.

Circitor nocturnus, vigil nocturnus; *éjjeli őr.* Wallaszky 580.

Circologus, Chirurgus. Kov. Jur. Tav. 148. et de ipso vulnere seu vulneribus particulæ ossium exierint, quod *circologo* (Chyrurgo) probante contra attractum aprobatum fuerit.

Circuens, circumiens. Cod. Dip. And. I. 3., 3. usque ad quoddam fossatum *circuens.*

Circuitor, qui circumit, custos agrorum; *kerülő.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 736. Merces Impellentis, quam pro publicis agrorum etc. custodibus *(Circuitoribus)* Comitatus solent determinare, in quibusvis impulsionibus persolvenda.

Circuitus, us, avia devia; *tévút.* Batty. Ger. 289. Spiritus dæmoniorum, qui mittunt terram in *circuitum.*

Circulare Diœcesanum, litteræ in diœcesi per orbem mittendæ; *egyházmegyei körlevél.* Oltv. Act. Synod. 57.

Circulare mandatum, in orbem missum mandatum; *hirdető parancsolat,* v. *körüljáró.* Törvt. Msz.

Circulare, circumdare (Du C. al. s.); *abroncsozni.* Rač. Mon. Sl. XIII. 79. an. 1348: emantur tine ad aquam... mastoch XX. item situle cum manicis de ligno *circulate* circulis ferreis. Item manarie XXX. cum manicis longis.

Circulares, (sc. litteræ) in orbem missæ; *körlevél.* Czir. Jur. Hist. 84... *Circulares* potius esse ad dicatores Comitatuum et exactores Lucri Cameræ dimissas, quibus instruuntur, quomodo ea, quæ in Comitiis constituta fuerant, exequi debeant.

Circularia Ordinatio, edictum per provinciam, regionem litteris promulgatum; *körrendelet.* Opin. de histr.

1. **Circularis,** e, ad circulum, territorium, regionem pertinens; *kerületi, kerületbeli.* Törvt. Msz.

2. **Circularis,** nummus currens; *czirkáló pénz.* Kov. Form. St. XXVII.

3. **Circularis,** famosus, celeber; *hires.* Batty. Ger. 177. Denique et lapides nominantur siderei, et sancti lapides non timide *circulares* perhibentur.

Circularis notarius, not. circuli, districtus; *kerületi jegyző.* Ker. Nap. 277.

Circularis sessio, congressus, congressus, concilium ex toto circulo, territorio congregatorum; *kerületi ülés.* Törvt. Msz.

Circularistæ, civis circuli, districtus; *kerületi-, körpolgár.* Ger. Ringbürger. Besztb. Levt.

1. **Circulariter.** circulatim, circumcirca, in orbem; *körben, köröskörül.* It. circolarmente. Pázm. Dial. 454. Wagn. Obs. Jadr. 396. Pel. Pom. In nat. Dom. s. III. c. 6.

2. **Circulariter,** per singulos circulos i. e. regiones; *kerületenként, kerületileg.* Törvt. Msz.

1. **Circularius,** i, erro, homo vagus; *csavargó.* Kronst. II. 63. an. 1528.

2. **Circularius,** i, circuitor; *czirkáló.* (Fej. csavargó ?) Fjp. Szám. k. 174. Item *circulariis* dedimus de tractibus den.

3. **Circularius,** annulorum, orbium confector; *csatos.* Ringelschmid. Tab. Conscr.

Circularius, 2., per ambages, incircuitu situs; *kerülő.* Vest. Ref. R. 2: per vias insolitas, *circularias.*

1. **Circulatio,** valor, cursus; devenire in communem usum; *forgása, kerengése* (a pénznek). Opin. P. I. Sec. II. 10: pecuniæ *circulatio.* Arch. Rák. VIII. 422.

2. **Circulatio,** decorticatio; *lehámo-*

zás. Tag. Erd. II. 306: decorticatio, atque ut vocant *circulatio* arborum plurimum sylvis exitio esse solet.

Circulatio bonorum, transitus bonorum ab altero ad alterum; *javaknak vagy jószágoknak forgása s kézre szállása.* Törvt. Msz.

Circulatio capitalium, transitus pecuniæ ab altero ad alterum; *tőkevagyonnak forgása s kézről kézre szállítása.* Törvt. Msz.

Circulatio monetæ, circulatio pecuniarum. Arch. Rák. 1. 23.

Circulatio pecuniarum, usus pecuniæ frequentior; *pénzforgalom.* Opin. Depunt. 38. Nundinæ præcipuum sunt *pecuniarum circulationis* vehiculum.

Circulator, *circuitor* q. v.; *kerülő.* Törvt. Msz.

Circulator fori, agoranomos; *vásári felügyelő.* Pr. Pr. 628. an. 1754. Besztb. Levt.

Circulatus panis, fors. rotundus panis; *kerekded kenyér.* Magy. Tör. Tár. XII. 81. unum caponem et duos *fortes* sive *circulatos panes* magnos nobis hic in capitulo solvere teneantur.

Circulosus, 3., tortuosus. implexus; *tekervényes.* Batty. Ger. 2. nec declinandum quamlibet *circulosum.*

Circulum absolvere, *a dolgot tökéletesen, teljesen elvégezni.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 147. *circulum absolvere.* Id est: rem omni ex parte perficere.

1. **Circulus,** i, territorium, regio; *kör, kerület.* It. circondàrio. Ger. Bezirk, Kreis. Kass. Prax 1., 23. Quilibet Comitatus divisus est pro ratione suæ extensionis in plures vel pauciores Districtus, Processus, Járás; hi rursus in *Circulos* Numeros, kerületek. Törvt. Msz. Tör. Tár. 1892. p. 295. Opin. P. I. Sec. II. §. 14.

2. **Circulus,** i, panis lacteus circuli formam habens, tortus; *kalács.* Schläg. 1841.

3. **Circulus,** i, circinus; *czirkalom, körző.* It. circolo. Kecsk. P. Ötv. 142. Pesthi Gáb. Nomencl. sex ling. 1550.

4. **Circulus,** cingulum ferreis clavulis instructum (genus tormentorum); (kinzó) *öv.* Prot. inq. 292: portabam unum *circulum* de ferro, qui sustineret budellas meas. Cf. 301.

5. **Circulus,** (Fin. kör, gyürü, karika); *abroncs.* Eszt. Okm. p. 118: (Capitulum Eccl. Strigon. 1290:) datores *circulorum* . . . pro nostris tunellis.

Circulus horarius, *órakör.* Heyse: Circulus horarius Stundenkreis. F. Balass. Casula Steph. App. Quid. *circuli horarii* Stunden-Scheiben et in quibus fodinis adhibeantur.

Circulus Imperialis, sedes et domicilium imperii; *birodalmi központ.* Rozsny. D. 259. Gyakrabban, mikor a fővezérség debilis, a Princeps genetii habilis, ki is in *circulo Imperiali* szokott lakni.

Circulus Osculator, c. tangens; *érintő kör.* Hor. Mem. 557.

Circumadjacere, circumiacere, circavicinum esse; *körülfekűdni, köröskörűl szomszédosnak lenni.* Marc. Chr. II. 41. II. 52. omnium ceterarum nationum *circumadiacentium.*

Circumambire, circumire, circumdare; *körülmenni, körülszállni, körülfutni, körülvenni.* Curios. Misc. 178. Deinde affectiones quoque et passiones animæ uti aër *circumambiens* sunt partiales causæ somniorum.

Circumamictare, induere; *bepalástolni.* Cod. Dip. And. Vol V. 165. 14. volens ut bonus paterfamilias temporalia et spiritualia *circumamictans* refundere et graciose retribuere.

Circum-Cassovianus, 3., ad Cassoviam habitans; *Kassa vidéki.* Corp. Gram. 625. pronunciatio *Circum Cassoviana:* adi, mondi, tapadi.

Circumcelliones, Circumcelliones dicti sunt, qui circum villas vagantur: solent enim ire hac atque illac; usquam habentes sedes. — Etiam dicti hæretici quidam insano amore martyrii semel ipsos perimente, ut martyres vocentur. (Du C.) Curios, Misc. III. Catalogus V.

Circumclavare, circum clavis adactis, claudere; *körülszegezni.* Lzb. Cod. Med. T. II. 723: cooperculum fortiter *circumclàvari* curent.

Circumclusio, actus circumcludendi; *körülzárolás.* Magy. Tört. Eml. XXX. 329. an. 1553.

Circumcola, periœcus, qui sub eodem meridiano et oppositis climatibus habitant; *körüllakók.* Bel. Geog. 22.

Circumcudere, metallo munire; *megvasalni.* It. guarnire. Gal. garnir. Ger. beschlagen. Thök. Diar. II. 381. Duæ venatoreæ capsulæ argento *circumcussae* fl. 36.

Circumcursitatio, vagi errores, discursus; *bolyongás.* Pinx. Apod. p. 56: Margaretha oppidum vineis nobile, at per *circumcursitationes* Tartarorum mira et dira . . . sustinuit. fata.

1. **Circumducere,** in orbem ire; *sorra menni, egymás után m.* Batty. Leg. III. 213. an. 1364: dignitas ipsa *circumducta* consummatur. (Nota Batty.: Istam *circumductionem* Capitula Germaniæ *Turnum* appellarunt; et re ipsa, ordine, prout se invicem consequuntur, solent Canoniei et debent ad actus fide dignitatis exmitti, ut singuli et in laboris, et mercedis veniant consortium.

2. **Circumducere,** cingere, circumdare: *bevonni, körülvonni.* Magy. Tör. Tár. XX. 176. pileus cosacicus pelle lyncea *circumductus.*

1. **Circumferentia,** æ, orbis circuitus; *kör kerülete.* circonférence. Werbőczi 315. Nec non sigilli *impressio* vel *appensio* ac *circumferentia* et superscriptio. Törvt. Msz. *kerevet, párkány, kerület.*

2. **Circumferentia,** æ, regio, tractus, circuitus, loca, quæ circumiacent; *kerület, környék.* Arch. Rák. VIII. 290. ex aliis quoque eiusdem *circumferentiae* locis. Jogt. Eml. T. II. p. 425. oculate revideant quot domus cum suis *circumferentiis* reperiuntur conflagratæ.

3. **Circumferentia,** æ limbus; *szegély.* Arch. Rák. VIII. 312. Unum tegumentum vulgo Paplan rubrum cum floribus ex auro, *circumferentia* ex fiava tafotta.

Circumferentia circuli, extremitas; *kör széle, kerülete.* Wagn.

Circumferentialis, e, ad circumferentiam pertinens, *circumferentialis,* is; subst. nude positum signif. scriptionem, literas, quæ in peripheria sigillorum insculpta sunt: *körbe, körülfutó, kerületi.* Cod. Dip. And. Vol. V. 371. 2. 371. 28. V. III. 253.

Circumferentialiter, in orbem (Du C. al. s.); *köröskörül, körben.* Schwartn. Scult. 42. — Fej. X. 4., 369. in loco et per ambitum seu circuitum per Cives ipsius ad hoc eligendos *circumferentialiter* cingi volumus.

Circumferrare, ferro circumdare; *körülvasalni.* Kronst. II. 533. an. 1538: ad bigas *circumferrandas.*

Circumferratio, actus ferro circumdandi; *körülvasalás.* Kronst. II. 535. an. 1538.

Circumflexuatus, 3.. accentu circumflexo signatus. Orth. Boh. Slav. 9. u *circumflexuatum* ponitur in Derivatis genitivis et Dativis Pluralibus.

Circumforaneus, i, *kóborló, házaló.* It. merciajuolo ambulante. Gal. colporteur. Ger. Hausirer. Pfahl. Jus. Georg. 162. qui cum mercibus sericeis . . . commercium exercent minoribus mercatoribus (Krämer) et *circumforaneis* (Hausirern) merces suas quas e fabricis et depositariis vel secus e prima accipiunt manu. Törvt. Msz.

Circumforaneus quæstor, mercator. V. *circumforaneus; házaló kereskedő.* Törvt. Msz.

Circumgingere, circumcingere; *körülvenni.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 83. Que terra his metis et terminis *circumgingitur* et concluditur.

Circumgirare, circumfluere, circumire; *körülkerülni, körülfogni.* G. Fej. VIII. 2., 97. cuius fluxus crepidinem *circumgirando* descendit in fluvium N.

Circumincessio, (alias: circumcessio) trium divinarum personarum connexus: *a három isteni személynek egymásban való létezése, egymás által való áthatása.* Pel. (De s. Trinitate t IV. c. 5.) Tertium mirabile (in s. Trinitate est) de *circumincesionis* qualitate.

Circumire, familiaritate uti; *társalogni.* Arch. Ver. Sieb. XXV. 376. cum juvenilibus hominibus . . . tu *circumis.*

Circumjacentia, æ, ambitus, loca, quæ circumiacent; *környék.* Arch. Rák. IX. 577. hogy Selymeczrűl s több *circumjacentiáiról* confluált ellenség.

Circumlamiare, lamina circumdare; *bádoggal, pléhhel körülvenni.* Kronst. II. 46. an. 1527.

Circumlamiatio, actus lamina circumdandi; *pléhhel való körülvevés.* Kronst. II. 149. an. 1529.

Circumlectitius, 3., ad lectum circumtegendum factus; *ágy körül, ágy köré való.* Arch. Rák. VIII. 316. Frusta cortinæ *circumlectitiae* antiqua duo, ex rubra simpliciori tafotta.

Circumlimbare, limbo circumdare; *szegélyezni, körülszegni.* G. Fej. I. 67. Item dedi unam cortinam de pallio *circumlimbatam* cum bisso.

Circumlocutio, circuitio verborum, circumscriptio, *περίφρασις; körülirás.* Wagn.

Circumlocutivus, 3., omnibus numeris absolutus; *teljesen körüliró, kimerítő.* Pel. Pom. Lib. I. P. III. Art. c. 6.: Dico, quod hoc nomen «gratia plena» ita *circumlocutivum* est proprii nominis beate virginis et persone ipsius, quod nulli allii convenit.

Circummeatus, us = circumiectus,

quæ circum iacent; *környék.* Fer. Mon. Sl. XVIII. 337. an. 1727: cocus ... cum *circammeatu* sufficiens pro domibus.

Circummetaneitas, termini circumiecti, situs undique confinis; *köröskörül való határosság.* Fej. III. 138 et amodo per eundem fluvium Bakoyk incipit tenere *circummetaneitatem* cum Nekche.

Circumornatus, 3., ornamentis circumtectus; *körüldiszitett.* Andr. Pann. 97.

Circumpes, (Du C.) famulus, minister, pedisequus; *apród.* Pár. Páp.

Circumpugnare, pugnare; *megütközni.* Sup. An. Sc. I. 259 an. 1235: *circumpugnando* cum eo, ipsum interfecit.

Circumquaque, idem ac circa vel circumundique; *mindenfelől.* S. de Kz. Chr. II. 5., 1. Bœmicum exercitum convallando *circumquaqu* . Cf. Aur. Vict Orig. gen. Rom. 17., 6.

Circumrotatorius, 3., in orbem currens, vertiginosus; *körülforgó.* Bene Med. V. 175. Caput ipsum subinde continuo rotatur, dicitur *chorea circumrotatoria.*

Circumrotundus, 3., circumcirca rotundus; *köröskörül kerek.* Pel. de S. Cathar. III. 6.

Circumscriptibilis, qui potest verbis circumscribi; *körülirható.* Fej. 1., 176. Duas enim voluntates in Christo non minutas, quia et duæ operationes: eundem passibilem et inpassibilem, corruptibilem et incorruptibilem; *circumsriptibilem* et incircumscriptibilem.

1. **Circumscriptivus,** 3., pluribus verbis exponens; *körüliró.* Corp. Gram. 569.

2. **Circumscriptivus,** 3., cautus, coërcens; *óvatos, korlátozó.* It. circonscritto. J. Bel. Comm. III. 133. Quæ suæ maiestatis resolutio conditionalis quamvis valdeque *circumscriptiva* videretur.

Circumsedens, vicinus; *szomszéd.* Kronst. III. 679.

Circumsedere, assidere; *ülnöknek lenni.* Fjp. Szám. p. 37. *circumsedentes* fuerunt.

Circumsitatio, lege: circumcursitatio q. v. Pinx. Apod. p. 150: At, quod dolendum, pessime vivitur... non infracto studiorum labore, sed *circumsitationibus,* solita huic ætati lascivia ... tempus conterunt turpissime.

Circumspeccio, titulus honoris; *Tekintetességed.* Tkal. Mon. Civ. Zág. I. 64. an. 1291. quod vestra bene novit *circumspeccio.* Szék. Okl. III. 59.

Circumspectus, titulus civium; *érdemes, okos, szemes, becsületes.* Jókai Régi jó Tbl. I. 86. *circumspectus* polgárok. Szirm. Glos. 35. et. 190.

Circumstantia, æ, circuitus; *kerület.* Th. Vet. Mon. I. 440 an. 1309: in cuius sigilli *circumstantia* erant lictere.

Circumstantialis, diligens, accuratus; *részletes.* Tag. Erd. II. 137. an. 1753: *circumstantialem* informationem ... submittere.

Circumstantialiter, fuse lateque: *körülményesen.* Arch. Rák. IX. 35. *circumstantialiter* informare. Törv. Msz. ... Jogt. Eml. T. II. I. p. 426. Tök. Lev. 51.

Circumstantiare, circumdare; circumstantiis definire; *körülvenni, körülményekkel meghatározni.* Batty. Ger. 254. Omnia opera Dei incomprehensibilia sunt.. ergo illi, qui mendacissimo stylo de divisione rerum superiorum scripserunt, falsi sunt, divinas operationes vanissimis æstimationibus *circumstantiantes.*

Circumstantionalis, circumstantialis, ad circumstantias pertinens, plenus, perfectus; *körülményes, részletes.* Szilády Tör. Magy. Eml. II. 206. *circumstantionalem* informationem.

Circumstantionatus, circumcinctus, stipatus, circumdatus; *körülvett.* Pel. Pom' L. X. P. III. Art. II. (Maria) potestatum amplexata plausibus, virtutum girata honoribus, cherubin *circumstationata* hymnizationibus.

Circumsylvosus, 3., silvis cinctus; *erdővel keritett.* Szamosk. II. 332. Erat a tergo vajvodanorum castrorum collis modice editus, Fractus, *circumsylvosus* et dumetis confragosus.

Circumtabulare, sepire, obsepire; asseribus circumdare; *körüldeszkázni.* Kronst. II. 389. an. 1535. III. 479: postes ad *circumtabulandam* latrinam.

Circumtabulatio, actus asseribus circumdandi, muniendi; *bedeszkázás.* Kronst. II. 1527. 33. fabro lignario pro *circumtabulatione* (embladung) caldaris.

Circumvallatio, locus aggere ambitus, limes extimus, circuitus, munimenta castrorum; *körülsánczolás.* It. Circonvallazione. Wagn. G. Fej. X. I. 755. *circumvallationes* et sepes cuiusdam orti ipsius Domini Johannis destruxisset.

Circumventio, actus circumveniendi; dolus, fraus; *elámitás, elaltatás, körülvevés.* Törvt. Msz. Thurócz. 113: unus quisque vendebat et emebat sine iniuria et *circumventione.* Cf. Hermog. 4., 4., 17. Aug. Civ. Dei 22., 22.

Circumventio dolosa, actus per dolum circumveniendi; *elaltatás, ámitás, megkerités.* Törvt. Msz.

Circumvicinus, vicini omnes circum prædium; *körülte levő, szomszédos.* Chron. Dubn. 199., 229. Isthv. XVII. 306. Batty. Leg. T. I. p. 613. an. 1547.

1. **Circumvolutio,** actus circumvolvendi; *körülforgás.* Curios Misc. 50. Quantum temporis Sol insumat in hac sui circa proprium centrum *circumvolutione ?*

2. **Circumvolutio** (a circumvolvendo), flexura; *tekervény.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. II. 148. dedit iis intestina angustiora et pluribus *circumvolutionibus* et anfractibus implicata.

Circus, mercatus, forum; *piacz.* Marktplatz, Kronst. I. 652.

Circus capitalis, circulus; *abroncs.* It. cerchio. Monm. Comit. Trans. II. 181. (Vietores) Octogenarium non carius quam 1. quadragenarium vero d. 50. vendere debent et de unoquoqae *circo capitali* vel simpliciter juncto ad vas vinarium in cellario posito solvantur d. 2.

Ciretecarius, i. digitalium opifex; *keztyűs.* Quel. Sieb. I. 449. an. 1506. pro pellibus ... a *ciretecariis* receptis.

Ciribotrus niger, *fekete bakar.* schwarze Zierfahnler. Kov. Oec. 73: *Cir. nig.* dulcis et sapida uva.

Ciribotrus viridis, *zöld bakar,* grűne Zierfahnler Kov. Oec. 73. *Cir. vir.* omnium dulcissima uva.

Cirida, æ, molendinæ supellex; *malom szerszám.* It. correda. Han. Mon. Jur. II. 178: in molendinis *cirida* non auferatur.

Cirius, cinus, kriechbom (Dief.); krieche, pflaumenschlehe (Lexer); *kökény* (fa). Schläg. 1562.

Cirogia, æ, chirurgia; *sebészet.* Ljub. Mon. Sl. XI 63. an. 1322: expertum medicum in *cirogia.*

Cirogrillus, (Du C.) χοιρογρύλλος, chœrogryllus, chirogryllus, cyrogrillus, cirogrillus, 1. erinacius; 2. cuniculus; 1. *sündisznó; 2. tengeri nyúl.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 114.

Ciroiocus, i, chirurgus. Rač. Mon. Sl. XIII. 366. an. 1336.

Cirolicus, i, chirurgus. Száz. VIII. 491. magister *cirolicus.*

Cirolocus, i, chirurgus; *cirilickus* Calep. 1584. Ljub. Mon. Sl. XI. 88. an. 1323.

Cirophonarius, pro: cirophorarius, qui cereos gestat; *fáklyátvivő.* Száz. XXI. 56. Baculi vel Candelabra *cirophonariis* argentei Navicula Sancti Petri de lapide argento circumdata.

Cirosicus, i, chirurgus. Ljub. Mon. Sl. V. 265. an. 1334.

Ciroteca, rectius: Chirotheca, (Du C.) tegumentum manuum pelliceum; *karmantyu.* It. manicotta, manichino. Gal. manchon. Muff. Kov. Form. St. 451. Excipimus tamen inde Irharios videlicet *Cirotecas* sive sine subductura et bursas facientes. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 126. Sex cultelli cum vaginis, octo paria *cirotecarum.* Knauz M. E. Str. II. 240., 215.

Ciroteca ferrea, *vaskeztyű.* Schläg. 583.

Ciroycus, i, V. *chirurgus.* Rač. Mon. Sl. XIII. 144. an. 1352.

Cirratus, (a cirro), longis capillis, crinitus; *hosszú hajú.* Schläg. 285.

Cirrhatus, *Cirratus,* q. v. Bene Med. II. 341. subinde capilli in circulum gyrati sunt (plica caput medusæ *cirrhata*).

Cirrhus, cirrus (Plin); clavicula, pampinus. Diósz. Füv. 28. *Kats* v. *Fogódzó* v. *Sündörgő (Cirrhus).* Az a czérna forma kinövés némelly kapaszkodó plántákonn, melly a szomszéd plántákra és egyebekre tekergődzik, katskaringódzik p. o. Szőlő, Borsó, Tök.

Cirrus, i, crines in nodum collecti; *hajfonat, cibak, coff ;* fodoritott haj. Germ. zopf. Regul. Turm. Præt. 87. Anterior crinium pars trifariam implexa ad duos sub cervice pollices cum *cirro* (Zopf) colligetur. Schläg. 286. Cf. Varro ap. Non. 94., 21. Martial. 10., 83. Juven. 13., 163.

Cirrus baculi, tænia bac.; *botbojt.* Reg. Turm. Præt. Form. II.

Cirrus de framea pendens v. frameæ, tænia de gladii capulo pendens; *kardbojt.* Reg. Turm. Præt. Form. II.

Cirrus tubæ, tænia tubæ; *trombitabojt.* Reg. Turm. Præt. Form. II.

Ciruga, æ, lege: *Virga* q. v. Sup. An. Sc. I. 181. an. 1440: de uno laneo cmethonali solvitur decima manipularis, et per quot *cirugas* conopatim.

Cirugicus, i, Chirurgus. Ljub. Mon. Sl. II. 447.

Ciruichus, i, chirurgus; *sebész.* Ljub. Mon. Sl. V. 245. an. 1334.

Cirurgia, æ, opera manuum; *foglalkozás, ügy.* Batty. Ger. 267. potius se exer-

centes in præfecturis, quam in propriis cirurgiis. Sensus: *in propriis et ad eos spectantibus operibus.*

Cirusia, æ, chirurgia; *sebészet.* Han. Mon. Jur. P. I. 151. artem *cirusiae* et barberiæ.

Cis-Danubianalis, cis Danubium situs, iacens; *Dunán inneni.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 377.

Cisdanubianus, 3., *Cis-Danubialis.* Kat. Hist. Reg. I. 91. Comites supremi comitatuum *Cisdanubianorum* 14 enumerantur. Isthv. XVI. 283.

Cisdravianus, 3., cis Dravam situs; *Dráván innen fekvő.* Batty. Leg. III. 152. an. 1314.

Ciserit, pro: cæserit. Fjp. Szám. p. 445. an. 1437: et quidquid aliis hominibus *ciserit* sc. asseres.

1. **Cisio Janus habet,** facetum dictum, denotans in Januario esse festum: *circumcisionis.* Száz. III. 35. *Cisio* Janus habet azaz hogy január első napja legyen a *Circumcisio* vagyis kiskarácsony ünnepe.

2. **Cisio,** ita inscribebatur olim Calendarium Leutschoviense, nunc usurpatur pro libro, qui vaticinationibus inservit; *napok megszámlálása.* Száz. VI. 690.

Cisium, carrus; *talyiga.* Nagy Hier.

Cisma, æ, *Cismae,* arum: cothurnus; *csizma, csidma.* Száz. VI. 373. Dedi Aloisio placentino pro una camisia et pro *cismis* fl. 1. den. 10.

Cismarinus, qui cis mare habitat vel situs est; *tengeren innenî.* Fej. IV. 2., 76. præceptori domorum hospitalis Hierosolymitani in partibus *cismarinis.*

Cismontanus, 3., qui cis montes habitat vel situs est; *hegyen innen lakó.* Gal. montin. Fej. IV. 1., 448. In partibus *cismontanis.* Cf. Plin. 3., 12., 17.

Cisor lapidum, lapicida; *kőfaragó.* Tör. Tár. 1889. p. 383.

Cistella atramentaria, vas liquoris scriptorii, atramentarium; *tintatartó.* Magy. Tör. Tár. XX. 171.

Cistercienses Monachi, alias Bernardini; *szesztrákok, czisztercziek.* Cher. Jur. Eccl. II. 46., 5. *Monachi Cistercienses* qui an. 1098. a nobili Roberto Molismensi Abbate Benedictino in Galliis instituti et a loco ita dicti, sub Apostolica Hungariæ corona Topliczæ in Croatia sub an. Christi 1135. Auctore Bela II. substiterunt. Hodie autem apud nos existunt in Abbatia B. M. V. de Zircz, Pilis et Pásztó unitis.

Cistercium, (Maigne a *cisternae:* locus humilis et paludinosus, ubi stagnat aqua) alii a *Cistel,* locus arundinosus. Bék. Pil. P. I. 9.

Cistibiscanus, 3., cis Tibiscum iacens; *Tiszán inneni.* Kat. Hist. Reg. I. 91. supremi comites Comitatuum *Cistibiscanorum* 10 enumerantur. — Bel. Geogr. 471.

Cisticula, æ, dem ad cista; *szekrényke.* Fjp. Szám. p. 508. an. 1440: pro *cisticula* literarum.

Cistifel, receptaculum fellis (ex: cistis + fel); *epezacskó.* Pel. Serm. Dolore ... ut dicitur ab expertis etiam *cistifel* rumpitur vel crepet ac fel per os exitum petit vel aliunde. (Aest. 76. c.)

Cistula galanteriaca, cistula rerum ad mundum pertinentium; *díszárú, ékszerszekrény.* It. cassetta. Germ. Putzkästchen. Thök. Diar. II. 387. Una *cistula galanteriaca.*

1. **Cisura,** æ, sectio; actus secandi; *vágás, fűrészelés, ácsolás, bárdolás.* Fjp. Szám. p. 445. an. 1437: laborabit ... in *cisura* asserum.

2. **Cisura,** æ, segmentum, ramenta; *levágott darab.* Kol. Cod. 39. an. 1543. Finum aurum facit marcas 160, pesetam, ita ut marce due essent purgamentum et pesetæ nescio quot, sed in uno deceptus est, cum enim *cisuras* fundens marcas 50, pesetam, *tegelly* fractus est; remanserunt in cineribus marcæ 26.

Cisuralis, scalprum librarium; *tollkés.* Tör. Tár. 1892. p. 560. Két ezüst penna, egy *cisuralis,* aranyas az nyele.

Citadela, æ, **citadella,** æ, arx urbis cervicibus imposita; *erőd.* It. cittadella. Ljub. Mon. Sl. XVII. 99. an. 1421. Dipl. Alv. I. 190.

Citadellum, castellum, quod arcis locum obtinet; *fellegvár.* Wagn.

Citadinatus, 3., civitate donatus; *polgári joggal felruházott.* Ljub. Mon. Sl. IV. 87. an. 1366.

Citadinia, æ, ius civitatis; *polgári jog.* Han. Mon. Jur. II. 210.

Citare ex officiolatu, cit. publica auctoritate, publice; *tisztviselésből idézni, valakit úgy mint tisztviselőt idézni, hivatalból id.* Törv. Msz.

Citareda, æ, citharista; *hegedős.* Száz. XI. 733.

Citari curans, qui citat aliquem; *idéztető fél.* Törvt. Msz.

Citatio, (Du C.) 1. actus citandi, in ius vocandi; litteræ, quibus reus in ius vocatur; 2. actus proferendi, laudandi; *1. törvénybe idézés, idézvény; 2. elő- v. felhozás.* Törvt. Msz.

Citatio accessoria, cit. simul alii adiuncta; *mellékes idézés.* Törvt. Msz.

Citatio edictalis, sententia lata de in ius vocatione; *összehivó végzés.* Törvt. Msz.

Citatio ex officiolatu, cit. publica auctoritate, publice facta; *hivatalból való idézés.* Törvt. Msz.

Citatio fundamentalis, prima in ius vocatio; *első idézés, törzsök-perbeli idézés.* Törvt. Msz.

Citatio gradualis, (ius can.) cit. per gradus; *lépcsőként való idézés.* Törvt. Msz.

Citatio insinuationalis, qua actio causis specifice enumeratis instituebatur; *értesítőleges idézés; perkijelentéssel tett rövid folyamatu perbeli idézés.* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 21. Törvt. Msz.

Citatio literatoria, cit. per litteras; *irásbeli idézés.* Jogt. Eml. T. III. p. 535. Törvt. Msz.

Citatio officiosa, Cit. ex officiolatu q. v.; *hivatalos idézés.* Törvt. Msz.

Citatio peremtoria, cit. moram non patiens; *haladék nélkül való idézés, végső idéztetés, halasztást nem szenvedő idézés, harmad napra való meghivás.* Törvt. Msz.

Citatio per v. medio jurisdictionatum, cit. quæ fit per potestati obnoxium; *hatalma alatt levő embere által idézés.* Törvt. Msz.

Citatio personalis v. de persona, Citatio verbalis q. v. (Du. C.) cum quis ita citatur, ut ipse debeat pro se apud iudices respondere; *személyes idézés.* Törvt. Msz.

Citatio primaeva vel principalis, V. *citatio fundamentalis; pert kezdő idézés, főidézés.* Törvt. Msz.

Citatio principalis, *fő v. első izben való idézés.* Kövy El. 650. *Citatio* est porro: alia *principalis,* qua mediante causa incaminatur et inchoatur et qua quis prima vice citatur: alia *Reflexoria* vel ad Continuationem v. gr. vel Judex mutatus vel Incattus est mortuus ... vel si causa derelicta iacuit.

Citatio realis cum captura, cit. cum comprehensione coniuncta; *befogással egybekapcsolt idézés.* Törvt. Msz.

Citatio reambulatoria, citatio ad fines obeundos; *határjárási idézés.* Törvt. Msz.

Citatio reflexoria, Text. v. s. *Citatio principalis; emlékeztető, figyelmeztető idézés.*

Citatio simplex, *egyszerű idézés.* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 21. Cum mala consuetudine introductum sit ... ut nimis tarde progrediantur ab initio causæ *per simplicem citationem ...*

Citatio ultralis, cit. quæ qualicunque modo, aut simplici aut insinuatorio modo fit; *mellékes idézés, akármikép tehető idézés,* (akár egyszerűn, akár megjelentéssel). Törvt. Msz.

Citatio verbalis, *szóval, szóbeli idézés.* Kövy. El. 650. Alia est *citatio verbalis* quæ semper est personalis v. gr. in Diæta aliisque Processibus summariis, alia *Literatoria* per exhibitionem citatoriarum vel illarum transmissionem de qua nunc statim egimus.

Citationis condescensio, actus revocandæ citationis; *az idézésnek leszállítása.* Törvt. Msz.

Citationis exhibitio, actus tradendi cit.; *idézes megadása, idéző levélnek kézhez adása* Törvt. Msz.

Citatoriæ, (sc. litteræ) quibus quis in ius vocatur; *idéző levél.* Rák. Ön. 117. Hajnik. Perjog. 207.

Citatorialis, litteræ vel charta, qua reus in ius vocatur; *idézvény.* Törvt. Msz.

Citatorium, *Citatoriae,* q. v. Jókai Kárp. Z. 151. fogja kend ezt az irást: ez *idéző levél citatorium* a méltóságos gróf ellen Magy. Hölgy. 348.

Citatorius, 3., irritans, stimulans; *izgató, siettető.* Pel. De s. Francisco s. I. c. 2. Christus misit b. Franciscum cum stigmatibus assimilatum propter iudicii *citatorium* terrorem.

Citatum, i, locus auctoris vel legis allatus; *idézet, hivatkozás.* Pázm. Dial. 134. Törvt. Msz.

Citatus, i, qui in ius vocatur; *idézett fél.* Törvt. Msz.

Citeria, æ, effigies quædam arguta et loquax ridiculi gratia, quæ in spectaculis trivialibus nugas, fabulam agere solet et filis ferreis movetur; *sodronybáb, bábjátékos,* It. marionetta. Cell. Beli. App. 813. Cf. Fest. p. 45.

Cithara, æ, lætitia, delectatio; *öröm.* Thurócz 98. Confestim quoque totius *cithara* Hungariæ versa est in luctum.

Citharida, æ, modulator, poëta, vates, citharœdus; *lantos.* Tör. Tár. 1888. p. 574. Sebastianus *Citharida,* lantos Sebestyén. (Tinódi).

Citharizare, cythara canere; *cziterázni.* It. ceterizzare. Obs. Jadr. 410. plurimaque musicorum instrumentorum genera *citharizant.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 115. Kaprin Eloq. I. 247. Cf. Nep. Epam. 2., 1.

Citharula, æ, dim. de cithara; *cziterácska.* Fej. IV. 2., 266. Tenens *citharulam* in manu.

Citra, adv. refertur ad tempus et ponitur pro: antea, *azelőtt.* G. Fejér VII. 191., 152. a longis temporibus *citra* Fratres dicti Ordinis.... exercuerunt huiusmodi inquisitionis officium.

Citra, pro: contra. Hist. Zerm. p. 12: Ille Deus, qui me ad hoc fastigium extulit, si ejus voluntas fuerit, potens est me *citra* omnem crudelitatem in eo retinere. Mon. Com. Trans. I. 557. an. 1556. *Citra* voluntatem meam.

Combinatorius, 3., coniungens, copulans; *összevető.* Gal. Combinatoire. Curios. Misc. 189. Tot sunt Elementa quot sunt possibiles combinationes utiles quatuor primarum qualitatum: tales vero combinationes sunt tantum quatuor, ut manifestum est ex arte *combinatoria,* iuxta cuius regulas quatuor res, sexies tantum diversimode possunt combinari et invicem transponi et mutari. Severin 29.

Comburari, comburi; *megégetni, felégetni.* Cod. Dip. Kár. I. 469., 283. omni eorum sine culpa occupari, desolari, depredari et *comburari* ac anihilari fecissetis.

1. **Comburere,** in iudicio ferri candentis damnare; *elitélni.* Rit. exp. ver. I. 2. Vitalis portato ferro confugit ad Ecclesiam dicens se esse *combustum,* prædictus itaque Vrman vendidit Vitalem.

2. **Comburere,** vel Coquere monetam. V. Combustio. End. p. 438. (Andreæ II. iuramentum an. 1232): 8. argentum ... quod ... persolvetur, erit in bonis frisaticis vel in argento, cuius decima pars *comburetur.* End. p. 638. (Constitutiones prelatorum an. 1298): 30. Statuimus ... ut per totum regnum una regalis et celebris sit moneta, quinqualitate *combustum,* ad duos annos, in reliquis vero annis, ex argento decime *combustionis* confecta, per omnes regni civitates et villas, fora continens valorem certum currere debeat.

Comburium vivi, (Du C.) combustio vivi; *elevenül való elégetés.* Not. rel. II. 120.

Combustibilia(-um), alimenta ignis; *tűz tápláléka, anyaga, gyujtó anyag.* Pel. De s. Bartholomæo s. I. c. 3. Ignis nunquam dicit sufficit, quia ex appositione *combustibilium* crescit virtus eius.

Combustibilis, qui comburi potest; *megégethető.* Curios. Misc. 197; rei inflammabilis et *combustibilis.* Tomts. 291. Metallum ex alcali vegetabili obtentum videtur minus esse *combustibile.*

1. **Combustio,** *vegyíték, próba, az ércz azon silányabb része, mely a tisztához adatott.* Numi Hung. 151. *Combustio* et *Coctio* monetæ pro: *Liga* olim usitata nomenclatio fuerat; constituit illam metalli vilioris partem, quæ metallo puro misceri solebat, ut sic expressio: «*combustio tertia* vel mo-

neta *quintalitate* combusta» designet: hanc tertia vel quinta sui parte vile metallum continere; gradu proinde combustionis antiquæ ad modernam in 16 probitatis gradum divisam igam reducto, clarum fit: combustionem tertiam $10^{2}/_{3}$, — quartam 12, — quintam $12^{4}/_{5}$, — octavam 14, — decimam $14^{2}/_{5}$ lothonum argento correspondere. End. p. 524. (Stephani V. Libertas 1271.) Numi Hung. 151. Frequens in monumentis historicis I. Periodi occurrit *Combustionis* mentio; in Andreæ II. A. 1233. ac Belæ IV. A. 1256 diplomatibus de argento 10. combustionis — in Stephani V. privilegialibus A. 1274 Saxonibus Scepusiensibus datis, de moneta 5 Combustionis — in Literis Ladislai Regis A. 1285 et 1287 de marcis 10. combustionis sermo est. Anni 1268 art. 37 ordinatur, ut per totum regnum una regalis sit moneta *quinqualitate* combusta ad duos annos, reliquis vero annis ex argento *decimae* combustionis (Kovachich Supl. ad vestig. Comit. 1. p. 132.) Carolus I. Decretis Annorum 1323 et 1342 monetam suam *tertiae,* Ludovicus I. *quintae* ac *tertiae* combustionis esse voluit (Kovachich, Formulæ Solenn. Stili p. 19., 20.) Serius probitas monetæ adeo decrevit, ut in J. Hunyadi moneta, una tertia argenti duntaxat ($5^{1}/_{3}$ lothonum); in Ladisl. posthumi denariis iam $^{1}/_{2}$ iam $^{3}/_{4}$ argenti; in Mathiæ I. numis autem initio plane $^{1}/_{4}$ argenti pars contineretur.

2. **Combustio,** onis, coctura, destillatio vini; *borégetés.* Brantweinbrennen. Fjp. Szám. 385. pro ollis pro *combustione* seu sublimatione vini den. 7.

Combustio laterum, lateraria; *téglagyár.* It. tegolaja. Ziegelbrennerei. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 457. et inde per binas metas versus meridiem venit ad *combustionem laterum.*

Combustio cimenti, coctio calcis; *mészégetés.* Száz. XXIV. 341.

Combustor, incendiarius, qui comburit domos; *gyujtogató.* Mon. Comit. Trans. I. 88. qui fures, prædones, *combustores* domorum Comitatibus Comitatus extradare debeant. Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára V. II. 353.

Combustor cimenti, calcarius; *mészégető.* Fjp. Szám. p. 174. an. 1418.

Combustus, in iudicio ferri candentis adustus; *megégett.* Hajnik Perjog 257.

Combuxit, pro: *combussit.* Ljub. Mon. Sl. I. 263.

Comedentia, a verbo comedere ad normam: conscientia, excellentia, etc. significat: alimenta, cibum, escam, bellaria. Verbum apud Hungaros quotidiano usu receptum et notissimum.

Comedialis, ad comœdiam pertinens; Irodt. Köz. VII. I. p. 81. actus *comediales,* tragœdiales.

Comediasta, æ, histrio; *szinész, komédiás.* It. commediante. Otia Baehm. 368. quæ criteria habes, quibus veram fidem ab imaginatione discernes conscius huius doli, infernalis *Comediastae.* Apostolus ille gentium, non frustra Fidem se habere prætendentes inclamat.

Comentum, pro Commento more Italorum (comento) pronunciatum; *koholmány.* Nic. de Mir. 404.

Comenum, cuminum; *kömény.* It. comino. Schläg. 862.

Comercarius, i, V. *Commerciarius* (Du C.) Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 320. Et *comercarius* vester stet apud nos et a nobis nullum scandalum habeat. Ljub. Mon. Sl. I. 58.

Comercium solvere, pro mercibus solvere; *kereseti díjat fizetni.* Han. Mon. Jur. II. 220.

Comercium, depositorium mercium; *tárház,* Ljub. Mon. Sl. XI. 6. an. 1306: quibus erit datum sal communis ad vendendum de *comerclo* ipsi vendere debeant...

Comercus, i, *Comercarius* q. v. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 329. Et tuus *Comerzarius* stet in nostra civitate cum omni directura, donec tibi placuerit, sicut stetit diebus avi et patris sui et si in alium locum illum posueris, nos non tenebimus tenere *comercum.*

Comerzarius, idem quod *comercarius.* Ljub. Mon. Sl. I. 59. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 328.

1. **Comes,** Fej. V. III. 4. *Comites* apud eosdem Romanos et Germanos audiebant, qui Principem suum sectabantur stipabantque vel qui Legatos Principis, Magistratus et Judices Provinciarum sequebantur iisque assidebant. Ex horum ordine quum plerumque sumerentur, qui ad provincias regendas mittebantur (inde Missi per Francos nuncupati) factum est, ut Rectores hi deinceps *Comites* forent non iam Principis, a quo aberant, sed provinciæ, quam moderabantur. Apud Francos sane Comites erant Judices ordinarii, qui ius per pagos dicebant et *Grafii* apud Teutones nominati. Hoc domi quoque nostræ usu venit. Inter ipsos *Comes Palatii, Comes Curiae, Comes Capellae,* Apocrisiarius vel Cancellarius secus dictus, præcellebant.

2. **Comes,** iudex; *biró.* Schwart. Scult. 60. *Comitis* nomen pro illo, qui potestate iudiciaria instructus erat, late admodum aliquando patuit. Georch. Ért. 64. Ispánynak nevezém pedig *Comes* Hectort, mert az akkorban számtalanszor (még a mostani grófokénál is gyakrabban) előfordult *Comes* nevezet nem mostani grófi czimet, hanem *Ispányi* azaz *Birói* hivatalt jelentett.

3. **Comes,** itis, præfectus comitatus; *főispán.* Kass. Prax. I. 23. qui Comitatum gubernabant, *Comites,* alias Judices Castri vel Parochiæ, Ispán, Várispán nominabantur. Cod. Dip. Arp. V. 39.

4. **Comes,** Burgravius; *várgróf,* Burggraf. Száz. VI. 460.

5. **Comes,** præfectus urbis; *a városok fejei* és comesek 1317. Tör. Tár. 1887. p. 341. Magistri Joannis comitis de Besztercze.

6. **Comes,** iudex fiscalis, iudex curiæ; *országbiró.* Tör. Tár. 1887. p.3 40.

7. **Comes,** ponitur pro Vicecomite in scriptis Comitatus Sirmiensis; *alispán.* Szörénym. okleveleiben. Pesty Ször. I. 309.

Comes agasonum regiorum, magister agasonum; *kir. lovászok ispánja, grófja, v. birája.* Törvt. Msz.

Comes arcis, *castri, civitatis, domini, districtus, comitatus, fluvii, loci, terrae,* præfectus arcis etc.; *uradalmak grófja.* Tör. Tár. 1887. p. 694.

Comes armigerorum regiorum, præfectus, magister arm. reg.; *király fegyvernekeinek, fegyvereseinek grófja, ispánja v. birája.* Törvt. Msz.

Comes astareæ, *praefectus ast.; tengermellék főnöke.* V. s. *Astarea.*

Comes aurifodinarum, præfectus fodinarum, rei metallicæ; *bányagróf.* Numi Hung. 160.

Comes Bacciniferorum, deriv. a baccino, magister eorum, qui scutellas ferunt, mensam exstruunt cibis, epulas administrant; *tálmester, tálnok, étekfogó mester.* It. bacino, bacin. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 380. M. *Comes* Agasonum et *Bacciniferorum* nostrorum. C. Arp. I. p. 132. (Ladisl. IV. 1284.)

Comes Bakonyensis, Pfahl. Jus. Georg. XXXI. *Comes Bakonyensis,* qui silvæ Bakony ad Reges condam spectantis venatoribus siluæ custodibus et pastoribus, cocis quoque Regiis præerat.

Comes Bochariorum regis v. reginæ, magister pincernarum; *a király v. királyné pohárnokainak grófja v. ispánja.* Törvt. Msz.

Comes Bubulcorum Regiorum, præfectus armentariorum r.; *kir. pásztorok ispánja.* Tör. Tár. 1887. p. 341.

Comes buccariorum, buchariorum, regis v. reginæ, Comes Bochariorum q. v. End. 449. (Belæ IV. Conditiones an. 1240.) solvant *comiti buchariorum* unum pondus. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 445. Tör. Tár. 1893. Batty. Leg. II. 383. an. 1252.

Comes Cameræ Cusoriæ, præfectus monetæ; *kamarai gróf, pénzmester,* Numi Hung. 159. *Comites Camerae* Regiæ.

Comes camerarius monetarum, comes cameræ cusoriæ. Tör. Tár. 1887. p. 694.

Comes Camerarum, comes cameræ cusoriæ q. v. *kamaragróf.* Ger. Kammergraf. Száz. XIV. 244. *Comes Camerarum* in Kremnicia.

Comes Camerarum Salium Regalium, præfectus; *kir. sóbánya főnök, gróf.* Ger. Salzkammergraf. Szék. Okl. III. 24. Kronst. I. 698.

Comes supremus Cammergrafius in re montana, summus præfectus rei metallicæ; *a bányászhivatalban főkamarás* vagy *kincstári gróf.* Kammergraf. Szirmai s. v. Comes V. Administrator.

Comes cancellariæ regis vel reginæ, præfectus can. r. *király vagy királyné kanczelláriájának grófja.* Törvt. Msz.

Comes capellæ regiæ, præfectus cancellariæ regiæ; *a királyi kanczellária* (kápolna) *is-pánja.* Hajnik Perjog. 59.

Comes Castri, supremus Comes; *főispán, vár grófja.* Burggraf (Schwart.) Ker. inst. mil. 14: *Comes Castri* (supremus Comes) dictus, præfectus fuit, cuius auctoritas sese non modo ad Castrum ipsum, sed ad universam Provinciam, castro circumfusam, seu Comitatum extendit. Pfahl. Jus. Georg. XXVI. Magistratus, qui generatim populo Castri provincialibus præerant, hi fuerant: *Comes Castri, Comes Parochianus* et eius vices garens comes Curialis. Schwart. Scult. 51. Prisc. Serv. p. 20: *Castrorum Comites* census Regios exigebant, Regisque ærario inferebant. Horváth, Hist. Hung. Politica. T. II. p. 65.

Comes confiniorum, ita nominavit Ladislaus Sanctus marchionem; *ország ispánja.* Tör. Tár. 1887. p. 341.

Comes Curiæ Parochianus, V. *Comes Parochialis.* Kelem. Hist. Jur. Pr. 43., 2. Judiciaria, vi cuius lites Populi castren-

sis per se vel *Comitem Curiae Parochianum,* leviores autem ad pedes suos per Bilochos dirimebat.

Comes Curiæ Regiæ, (Du C.) Judex Curiæ Regiæ; *kir. udvari biró.* Szentiv. Cnr. Misc. Dec. III. P. I. p. 217.

1. **Comes Curialis,** *királyi, királynői a. herczegi udvarbiró.* An. Sc. I. 117. an. 1300: *Comites Curiales* ii sunt, qui hodie Aulæ præfecti; adeoque Judices Aulici probe a Comitibus Curiæ, seu Aulæ Regiæ iudicibus, qui apud Andream II. Decret. An. 1222. Art. 6 per Excellentiam *Comites Curiales* dicuntur, sicut et a Comitibus Parochianis, vel Parochialibus, qui Comitatuum erant Præsides ibidem Art. 5. distinguendi.

2. **Comes curialis,** (Du C.) idem ac *comes curiae.* Hæc dignitas a regibus Croatiæ ducit originem, in quorum Palatiis præcipuum locum obtinebat. Id probat Creseimiri Regis diploma anni 1067 apud Lucium lib. 2, cap. 8. Cod. Dip. Arp. V. 100. Cf. Charta Colomanni Regis Hung. ann. 1111 apud Joh. Lucium lib. 3. de regno Dalmat. cap. 4 et in His.. Salonitana Thomæ Archid. cap. 39. ubi comes curiæ inter Proceres curiæ Hungariæ recensetur. Pris. Serv. p. 14: *Curialis Comes* . . . qui et *Judex Curiae* dicitur *Ország Biró.* Trip. P. I. Nro 30.

3. **Comes curialis,** vicarius judex comitis vice comitatus; *alispán.* Kol. Am. II. 40: Appellatus is fuit *comes curialis,* quasi dicas, judex comitis aulicus; *nam aula* vulgo tum appellata fuit curia . . . Curialis autem comitis fuit, leviores populi castri causas cognoscere et sententia sua finire; graviores vero ad comitis cognitionem referre. Pris. Serv. 72: *Comitem Curialem,* quem nunc *Vice-Comitem* dicimus.

4. **Comes curialis,** judex magnorum dominiorum; *nagyobb földesuri udvarokban működő udvarbiró.* Hajnik Perjog. 11.

Comes curialis castri, *a vármegyei ispán udvarbirája.* In iure hungarico.

Comes curialis major, Palatinus. Batty. Leg. T. II. 394. an. 1158.

Comes Cusionis Monetæ et Urburarum, præfectus monetæ; *bányagróf.* Arch. Ver. Sieb. VI. I. 183. Numi Hung. 159. Ipsa rei monetalis administratio passim cum cultura fodinarum iuncta, cusio videlicet monetæ, urburarum ac lucri Cameræ exactio, certis quoad singulos districtus individuis concredebatur, qui antiquitus *Comites de Bánya,* dein *Comites cusionis monetae* et *Urburarum, Comites* et *Magistri Camerae Regiae, Comites lucri Camerae, Camerarii, Praefecti Monetales* dicebantur; his subiecti erant *Cusores Monetae, Monetarii,* Numularii, *Dicatores,* Exactores, qui omnes sub Thesaurarii vel *Supremi Camerarii* directione fuerant constituti.

Comes curialis regis, V. Judex aulæ regiæ; *királyi udvarbiró.* Hajnik Perjog. 9.

Comes de tertio denario, (Du C.) Appellabantur comites, quod *reditus pars tertia* Comitatuum ad illos, qui iis donati erant a Principe, pertineret. Otto Frising. De Gestis Friderici lib. I. cap. 3. describens Hungariam hæc dicit: Hinc est, ut, cum prædictum regnum per 70 vel amplius sit divisum comitatus, de omni iustitia ad fiscum regium duæ lucri partes cedant, cetera tantum comiti remaneant. (Hic erroris vitandi causa addendum: in Hungaria eiusmodi comites non tantum fisci sed etiam comitatus omnium redituum $^1/_3$ partem accepisse.) V. ö. Decret. Colomanni Regis lib. I.: «De tributis autem et vectigalibus sicut Comitibus tertiam partem dari decrevimus.» Quæ quidem vectigalium tertia pars *ius Comitatus* dicitur in Decretis Andreæ Regis §. 24: Comites *iure Comitatus* sui tantum fruantur; cætera ad Regem pertinentia . . . et duas partes castrorum Rex obtineat.

Comes Falconariorum regis, præfectus fal. r.; *kir. sólymászainak ispánja v. birája.* Törvt. Msz.

Comes fodinarum, præfectus fodinarum; *bányagróf.* Sup. An. Sc. II. 433. an. 1571.

Comes interimalis, alias: *administrator,* qui comitis vices gerebat; *ideiglenes ispán.* In iure hungarico.

Comes leporariferorum, præfectus venatorum. V. s. *Leporarifer.*

Comes liber, (Du C.) *szabad ispánok.* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 14. Not. J. Samb. Tyrn. comites liberi, ut Ursini, Frangipani, Crupani.

Comes limitaneus, marchio; *határőrgróf.* Kelem. Hist. Jur. Pr. 46. Quia vero semper salubrius est hostem a limitibus arcere quam dein propulsare, ut suum regnum adversus inimicorum incursionem tutum redderet, limitum custodiam *Marchionibus* commisit, qui etiam *comites limitanei* audiebant. Tör. Tár. 1886. p. 72.

Comes Lucri Cameræ, V. *Comes cusionis.* Numi Hung. 159.

Comes magnus, In Georg. Pray Hist. regum Hung. part. I. Budæ 1801. p. 3. in vita S. Stephani legi, quæ sequuntur: Exemplo e Germania accersito primum palatio præfecit Comitem, qui Palatinus et *Magnus comes* postea dictus. Palatini in Decr S. Ladislai crebra fit mentio. In germanicis documentis sub Ladislao posthumo dicitur Gross-graf; hinc corruptum illud: nadur ispán, in Nagy Ur vertendum est. S. d. Kz. Chr. A. 1., 16: Quia cum eorum generatio cum quodam *Magno Comite* pro iustis et certis causis continuo dimicaret. Deinde: ubi præfatus *Magnus Comes* iugulatur.

Comes naturalis, ipse rex est comes naturalis cuiusvis comitatus, quæ dignitas sede comitis comitatus vacante ad ipsum regem relabitur, ut ea alium ornet; *természetes ispán.* In iure hungarico.

Comes nobilium decem lanceatorum, (de Scepus), præfectus turmæ nobilium decem lanc.; *lándzsás szék nemeseinek főispánja.* Száz. VI. 673.

Comes Octavalis, *nyolczados törvényszék birája.* An. Sc. I. 119. an. 1319: *Comites Oktavales* apud Hungaros dicebantur, qui in Octavis certorum festorum, qualia potissimum erant D. Georgii, et Divi Martini; Divi etiam Michaelis, litigantes in ius vocabant, eorum causas cognoscebant et iustitiam demum ex æquo administrabant.

Comes Palatii et Curiæ, (Du C. *Comites Palatini*[1]; *palotagróf.* Ger. Pfalzgraf. Kass. Prax. I. C.: ac Curiæ quidem suæ Judices *Comites Palatii et Curiae* dictos, his vero Comites seu Judices Parochiales aliosque Magistratus præfecisse . . .

Comes Palatinus, vel *Palatii; kir. palota v. kir. udvar ispánja v. gróffja, nádor v. nádorispán.* Törvt. Msz. Pfahl. Jus. Georg. XXXI. Qui his præfecti erant (Udvornicis) vocabantur Comites vel *Magistri* v. g. *Comes Palatinus,* cui in specie iudex erat omnium Jobagionun aulicorum. Bel. Geogr. 499. Excelsum Consilium Regium Locumtenentiale, quod Posonii est cum præside *Comite Palatino* et 22. Consiliariis.

Comes Parochialis, (Du C.) dicitur proprius regionis cuiusque præfectus, qui a rege cum consilio Prælatorum et Baronum ex illis de eodem comitatu eligitur. Illius Vicarius est Vicecomes, qui eligitur a Comite ex potioribus nobilibus et Judex Nobilium dicitur; qui ambo iudicare et promulgare sedes, seu *assisias,* in suo comitatu possunt. Decret. Andreæ Regis an. 1222. §. 6. Not. J. Samb. Tyrn.

Comes Parochianus, idem ac Parochialis, Supremus; *főspán, vármegye igazgatója.* Georch. H. T.I 54. Prisc. Serv. p. 24: *Parochiani Comites* erant Comitatuum Supremi Comites, Parochia enim dictrictus Judicis (S. Ladisl. lib. III. cap. 16.) hinc, qui in uno districtu seu comitatu iurisdictionem exercebat: *Comes* seu Judex Parochialis dicebatur. Bel. appar. Dec. I. Mon. V. p. 270. Pfahl. Jus. Georg. XXV. Pris. p. 71. Hajnik Perjog. 8.

Comes parochionalis, parochialis dicitur regionis cuiusque præfectus; *főispán.* Ger. Obergespan. Száz. XVI. 212. Decr. Andreæ Regis an. 1222. §. 6.

Comes perpetuus, (Du C.) cum dignitate natus, qui solius regis iudicio nititur; *örökös főispán.* Szirm. Not. J. Samb. Tyrn.

Comes pincernarum, Magister pincernarum; *főpinczemester.* Tör. Tár. 1893.

Comes Præconum Domini Regis, V. Archi-Præco. præfectus pr. *a kir. hirdetőinek ispánja.* Kelem. Hist. Jur. Pr. 43. quo in genere a Præfecto Castri (Várnagy) item Archi-Præcone seu *Comite Praeconum Domini Regis,* reliquisque Præconibus adiuvabatur. Törvt. Msz. Rit. expl. ver. P. 2.

Comes principalis, alias: *Comes supremas.* In iure hungarco.

Comes provinciæ, Grafius; *comes parochianus* q. v. Schwart. Scult. 52.

Comes provincialis, *Comes parochianus,* q. v. *főispán.* Fej. II. 253. volumus esse libera . . . ab omni iurisdictione et potestate Comitis nostri, qui pro tempore exstiterit palatini, prout etiam a nostris Comitibus *provincialibus* seu *perochyanis.* Batty. Leg. T. II. 277. an. 1190.

Comes Quartanarum, in cuius possessione sunt decimæ quartanæ. Szer. Not. p. 49: Cui quidem ordinationi et dispositioni Nobiles et *Comites quartanarum* personaliter consensum et assensum præbuerunt.

Comes salinarius, salinis præfectus. (Art. XXIV. 1222.); *kamara ispán, sótiszt.* Pár. Páp.

Comes salium, rei salinariæ præfectus; *sóispán.* Fjp. Szám. p. 195: dedimus *comiti salium.*

Comes Saxonum, præfectus Saxonum in Transilvania; *szászok gróffja.* Hajnik Perjog 129.

Comes servorum, præfectus servorum; *szolgafőnök.* Tkal. Mon. Ep. II. 26: *Comes servorum* consuevit vocari, qui eligitur ex nobis eodem die quando et decanus.

Comes Stabulariorum, (Du C.) V. Agazonum Regalium Magister. Car. Bel. De

Arch. 46. Ad Agazonum Regalium Magistrum pergimus. Idem hic est magistratus, qui alias *Stabuli Praefectus, Comes* item *Stabulariorum* dicitur.

Comes Supremus, alias C. Parochianus; *főispán.* It. conte supremo. Germ. der Obergespan. Kass. Prax. I. 24. Is qui tali Comitatui iure gubernationis præest, vocatur *Supremus Comes,* Főispány. Georch. H. T. I. 50. *Supremus Comes* Vármegyének örökös Fő-Igazgatója.

Comes Tavernicorum, V. Magister Tavernicorum; *tárnokok Ispánja, grófja vagy birája.* Szlem. *Tábornokok Ispánja.* Törvt. Msz.

Comes terrestris, *törzs és nemzetségi nemesek választott birája.* An. Sc. I. 50. an. 1417: *Comes terrestris* Terræ Scepus, vel Comes Saxonum de terra Scepus item Comes Terranorum Saxonum etc. patria lingua Landgravius erat ille, cui summam rerum apud se Saxones Scepus. in XXIV Civitatibus, seu oppidis Regalibus, et ditione ad ea pertinente commiserunt administrandam: Nonnunquam Judex Regius vocabatur. Tör. Tár. 1887. p. 688.

Comes Tricesimarum, præfectus tric.; *a harminczadok főnöke.* Fej. X. I. 152. Rambusculo, *Comiti* nostrarum *tricesimarum* vel suis hominibus rebelles et contumaces existerent ac reperirentur et vos exinde idem *Comes Tricesimarum* vel homines sui requisitos habuerint...

Comes trium generum Siculorum, *főemberek, lófők és gyalogok ispánja;* három osztályrendü székelység ispánja. Szék. Okl. I. 48.

Comes Udvornicorum, *(regis)* iudex aulicorum regis; *kir. udvarnokok ispánja v. birája.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 30. quod Andreas Centurio de Gamas pro se et pro Peturne *Comite Udvornicorum*... quod cum prefati *udvornici* de Jord *ac Comes et Centurio eorundem* super quodam fenili movissent accionem.

Comes Urburarum, præfectus rei metallicæ; *bányagróf.* Berggraf. Fjp. Szám. p. 625. an. 1444. Fejér. X. 2. 107.

Comes venationum, summus venatorum magister; *fővadászmester.* Car. Bel. De Arch. 44. Eam ob rem ministeria habebant Dapiferorum Magistri curatores altilium, inprimis autem *Venationum Comites,* qui saltibus et vivariis præerant atque tantum quotidie pro anni t empestate ferarum Regiæ culinæ præstare debebant... quantum a Dapiferorum Magistro iubebantur.

Comes Venatorum, *Comes Venationum* q. v. Prisc. Serv. p. 30. *Comes Venatorum,* huius Dignitas præcipua fuerat in Palatio Regum Hungariæ, sicut apud Francos quatuor principales Venatores Regii. Bel. appar. Dec. I. Mon. V. p. 247.

Comes Venatorum Bubalinorum, præfectus ven. bubal.; *bölény-fővadászmester.* Car. Bel. De Arch. 44. Prisc. Serv. p. 30: *Comes Venatorum Bubalinorum* inter Aulica referebatur Officia. Judex erat Venatorum Bubali seu Bubiorum h. e. lixarum et calonum Regiorum, qui Bubalos Regios in Nemoribus curabant. Fiebat enim frequenter, ut aberrarent ab armento bubali fierentque diuturno ejusmodi errore prorsus silvestres. Ergo Venatorum opera opus fuit, ut erraticum aut silvescens pecus aut indagine clauderent, aut Venabulo dejicerent. Hinc ea Ministeria. Bel. Appar. Dec. I. Mon. V. p. 236.

Comes vicecurialis, idem ac *C. curialis, Vice-Comes; alispán.* Cod. Com. Zichy T. I. 81. Nos Comes Stephanus *vicecurialis* comes de Zobouch.

Comestabilis, (Du C.) comes stabuli, qui regiis stabulis et equorum curam gerit; *főlovászmester.* Gall. connestable. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 260. Art. Diæt. Pos. 155.

Comestablus, i, *Comestabilis* q. v. Kat. Hist. IX. 597. specialiter D. Johannis de Sursonio et alia tria *comestablorum* (comitum stabulorum) corporalium seu nobilium apportavit.

Comestabularius, V. *Comestabilis* q. v. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 258. Unde misi ad te bonos homines et fideles Imperatoris, Sergium *Comestabularium* et Constantinum Presbyterum.

Comestibilis res, cibaria, edulia. V. s. *necessitari; élelmiszer.* G. Esswaare. Opin. P. II. Sec. II. Cap. V. §. 7.

Cometaneus vel **commetanei,** (Du C.) sunt contermini, quorum territoria et agri eadem meta iisdemque terminis distinguuntur; *határos szomszéd.* Not. J. Samb. Tyrn. Szék. Okl. II. 62.

Comicia, orum, Concilium ordinum, V. Comitia Regni; *országgyülés.* Isthv. III. 43.

Comicia, æ, *Advocatia.* V. s. v. *Feudum Jurisdictionis; tartományi ügyvédkedés joga.*

Comicum sannionum, *bohóság, furfang.* It. comica d'arlecchino. Vern. Psych. 295. *Comicum Sannionum* (Harlekinade) quod olim in theatris dominibatur postmodum autem sibilo exceptum delectationis caussa plebi relictum est, inprimis ad hoc comici genus spectat.

Comissa, æ, uxor comitis; *grófné.* I. Rák. Gy. 386.

Comissarialiter, per commissarios; *bizottságilag.* Kuk. Jur. II. 194. idque usque ultimam Mensis huius Januarii tenenntur, hic Varasdini *Comissarialiter* assentandos, hincque ultro expediendos...

Comissariaticus, 3., V. *Commissariaticus.* Kuk. Jur. II. 193. Quod ego in conformitate datæ mihi ex publico Instructionis *Comissariaticae,* Universa et Singula Confiniaria emolumenta... fideliter administrabo.

Comissarius, i, *hadi biztos.* Rák. Ön. 65. *Comissarii* vocabantur ii, qui lustræ militiæ in campum egredientis vel in hiberna redeuntis et *computibus* exolutionis eius præpositi fuerant cum authoritate querulantibus satisfaciendi, sed hoc quoque harpyarum genus concurrebat in ruinam gentis.

Commissarius transportus, vir commeatui, comitatui præpositus, curator commeatus; *szállítványi biztos.* Lzb. Cod. Med. T. II. 150.

Comissus Securus, *Salva guardia, Salvus conductus* q. v. D. Ráczk. p. 2.

Comitantia, consecutio. (Du C.) comitatus, comitiva; *kiséret.* It. concomitanza. Wagn.

Comitatensis, (Du C.) ad Comitatum pertinens; *megyei.* Germ. Comitats... Kass. P. P. I. 33. et pass. ut chirurgi pharmacopolæ et obstetrices *Comitatenses* obligationibus suis satisfaciant.

Comitativa, (litteræ) (Du C. comitatus); *kisérő levél.* Ger. Begleitungsschreiben. Kov. Form. St. XLVIII. Nr. 97. A. 1552. *Comitativa* p. 69. Ferdinand. Fidelibus nostris universis dominis Prælatis, Baronibus et Salutem et Gratiam misimus Agriam pro conservatione illius arcis certum numerum globorum tormentorum bellicorum qui, ut secure vehi possint... eosdem in locis suspectis — usque ad loca tutiora — securo comitatu deducere...

1. **Comitatus,** (Du C.) provinciolæ suis limitibus definitæ et in plures districtus divisæ, quæ Comitis, Vice-Comitis et Assessorum providentia per provincialia Comitia seu *Congregationes* administrari solent; *megye.* It. comitato. Kass. P. P. I. 24. Hodie nomine *Comitatus* venit Collegium seu Universitas Prælatorum, Baronum, Magnatum et Nobilium intra ambitum sui territorii ad præscriptum Patriæ legum, publicam exercens iurisdictionem, quæ in objectis ad politicam Administrationem spectantibus directioni Consilii Regii Locumtenentialis, in Judicialibus vero Cancellariæ Regiæ Hungarico-Aulicæ immediate subest. Quilibet *Comitatus* divisus est in plures districtus, Processus Járás, hi rursus in Circulos, Numeros, Kerületek. Bel. Geogr. 500.

2. **Comitatus,** us, dignitas comitatensis; *megyei méltóság.* Tör. Tár. 1893. p. 14. Bulla aurea de a. 1222.

3. **Comitatus,** us, (Du C.) dignitas comitis; *főispán méltósága, tisztje.* Fej. I. 317. quumque affatim universa huius vitæ utilitati, dignitatique gratia Dei concessa, scilicet Regna, Consulatus, Ducatus, *Comitatus.* Pontificatus celestesque dignitates.

Comitatus castri, districtus militaris; *vármegye.* Tör. Tár. 1887. p. 522.

Comitatus de Castro, Castrum; *várispányság.* Száz. VII. 91.

Comitatus liberi, privatorum comitum bona; *magányos grófok birtokai.* Tör. Tár. 1887. p. 689.

Comitatus provincialis, dictrictus civilis; *vármegye.* Tör. Tár. 1887. p. 522.

Comitellus, (Du C.) parvus comes; *fiatal gróf.* Arch. Rák. VIII. 334. Szilády Irodt. Közl. V. IV. 469. Thök. Diar. II. 322.

Comitia, æ, comitium, comitia. Pluralis habetur pro feminino, sicut: opera, ac vel in it. la foglia, maraviglia etc.; *országgyülés.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. VII. 294. qui sua Excellentia post *Comitias* ibit ibi. Ego mittam meos famulos et equos in sede Bistriciensem, quatuor dragones accepi quoque penes me. Mon. Com. Trans. I. 565. an. 1556. Ad *Comitias* iter capiemus.

Comitia provincialia, V. Congregationes; *megyegyülés.* M. Bel. Geogr. 500. Comitatus Hungariæ provinciolæ, quæ Comitis, Vice-Comitis et Assessorum providentia auctoritate nihilominus regia... per *provincialia Comitia* seu Congregationes administrare solent.

Comitia Regni, alias Diæta; *országgyülés.* It. dieta. Gall. diéte. Kass. Prax. I. 26. eligere Deputatos sive Ablegatos ad *Regni Comitia* eosdemque instructionibus providere... Bel. Geogr. 499. Administratur Hungaria cum potestate Regis tum consilio et auctoritate Optimatum per *Comitia Regni,* Cancellariam Hung. Aulicam etc.... *Comitia* Regni, quæ *Diaeta* vocantur, quolibet anno tertio Posonium per litteras Regales cogi solent.

Comitiola, dem. ad comitium; *kis gyűlés.* Tör. Tár. 1887. p. 532. Bretia (lege: brevia) *comitiola* ordinata sunt ad diem 16. præsentis.

Comitiologia, dissertatio de comitiis actis. Probst. T. *Comitiologia* Hungarica Semproniensis.

Comitiolum, demin. a *comitium.* Cod. Evang. V. III. p. 260: Vaneczius pastor . . . oves nunquam deseruit, sub tumultibus iterum illocatus templo, sacris operabatur, quod per constitutiones *comitioli* szécsényiensis . . . illud romano catholicis cedere debuit.

Comitissa, æ, illustrissima uxor vel filia comitis; *grófné, grófkisasszony.* It. contessa. Arch. Rák. VIII. 307. Szilády Tör. Magy. Eml. VI. 313. Anna Bornemisza partium Regni Hung. domina et Siculorum *Comitissa.* Wagn. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 167.

Comitiva, (Du C.) comitatus; *kiséret.* Arch. Rák. I. 218. *comitiva* militum. Ac. Com. Sopr. 189. Pro *comitiva* . . . sacræ coronæ . . . equitum turmæ . . . comparent.

Comitum servientes, familiares com.; *béres, cseléd.* Batty. Leg. III. 7: *comitum servientes* seu familiares, quos nunc conventionatos dicimus, ex quibus aliqui proprios fundos habent, et sicut nunc loquimur in serie domorum habitant.

Comitus, i, (Du C.) præfectus navis; *sajka mester, kormányos.* It. comito. Ljub. Mon. Sl. II. 335: captum est in maiori concilio, de supracomitis, *comitis* et naucleris.

Commaculatio, a commaculando, stuprum; *bemocskolás, beszennyezés, meggyalázás.* Nagy. Jus. Trans. Sax. 211. adulterium est violatio sive *commaculatio* thori alieni.

1. **Commanda,** æ, sæpius occurrit Commando, imperium ducis; *vezénylet.* Arch. Rák. IX. 553. sub *Commanda* Generalis-Vigiliarum-Præfecti. Arch. Rák. VIII. 205., 223.

2. **Commanda,** æ, (Du C.) depositum; *bizomány.* Ljub. Mon. Sl. XI. 7. an. 1306: pecunia . . . debeat . . . custodiri ad utilitatem eorum, quorum fuerit posita in *commandam.*

Commandans, imperator, dux; *parancsnok.* Gal. commandant. Tör. Tár. 1891. p. 36.

Commandaria, æ, (Du C.) præstatio pro tutela; *bizományi hivatal.* Ljub. Mon. Sl. XI. 70. an. 1322: Andriolus . . . factus fuit . . . preco communis, qui iuravit . . . bene . . . exigere officium *commandarie.*

Commanderizare, imperare, mandare, ordinare; *vezényelni, rendelni.* Ger. commandiren. Arch. Rák. VIII. 392.

Commanderizatus, 3.: ordinatus, aliquo missus; *kirendelt.* Arch. Rák. VIII. 392. *Commanderizati* Lajdinantii, Vexilliferi, Vigiliarum Magistri, Furirii, Corporales etc.

Commando, imperium ducis, mandata; *vezénylet, parancsnokság, vezényszó.* Ger. Commando. Arch. Rák. IV. 135. sub *Commando* Illustrissimorum Dominorum.

Commando Militare, præfectura militum; *katonai parancsnokság.* Ger. Militärcommando. Diar. Com. II. 23.

Commandum, delecta manus; *kiküldött csapat.* Diar. Com. II. 23. Cameræ Præses . . . monetas, tectus Militari *Commando* proiicit.

Commansio, actus una manendi; *megmaradás, együttmaradás.* Pel. De ascensione Dom. s. II. c. 4. Nociva nobis fuisset sua *commansio* post resurrectionem in hoc mundo.

Commansionalis, qui mansioni alterius vicinus est, aut qui in eadem mansione habitat; *együttlakó.* Cod. Com. Zichy Vol. V. 350: in predicta possessione sua *commansionali.*

Commansionarius, i, commansionalis q. v. Fej. III. 338. Volumus quoque, ut unicuique civium domus sua sit pro munitione et *commansionariis* suis et cuilibet fugienti vel intranti domum.

Commansor, *commansionalis* q. v. Jogt. Em. T. I. p. 177. Quod si quisquam ex nostris *commansoribus* aliqua nota infamie... repereriretur convictus. Fabr. Urk. 47. an. 1438: ville *commansor.*

Commarginare, marginibus instruere (pontes); *szélekkel ellátni (hidat).* Fej. Per. Nom. Magy. 55. prodigiosæ formæ et pandi, ut bipedes existimes bestias vel quales in *commarginandis* pontibus effigiati sipites (lege: stipites) dolantur incompte.

Commassare, (Du C.) in unum corpus redigere, partes diversas, diversos agros in unum cogere; *összesítni, tömegítni, tagosítni.* commassiren. Pfahl. Jus. Georg. II. 61. Excisio vel ita instituitur, ut tenuta urbarialia omnia in unum coadunentur *(commassentur).* sublatis metis eadem ab invicem prius distinguentibus. Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 427. Omnes tenentur suas portiones ad statum primæ divisionis reducere et in sua integritate Massæ denuo inferre *(commassare)* demptis servando non servabilibus.

Commassatio, actio in unum corpus redigendi; *összesítés, tömegítés, tagosítás.* Pfahl. Jus Georg. II. 61. vel vero sine *commassatione* prævia perficitur *(Excisio)* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 427. si portionum *redintegratio (commasatio)* ob eorum statum valde alteratum et varias involutiones impossibilis evasit.

Commasticare, (Du C.) commanducare, mandere; *megrágni, majszolni.* Wagn. Cf. Aemii. Macer 2., 15; 4., 8.

Commater, (Du C.) testis baptismi; *komaasszony.* Batty. Leg. III. 269. an. 1372. Fej. I. 250.

Commatisare, versificare, incidere; *választó jelekkel ellátni.* Irodt. Közl. VI. IV. 479. græcos versus *commatisare.*

Commembrum, (Du C. commembris) eiusdem corporis membrum; *tagtárs.* Diar. Com. 5. non tantum fidele membrum Regni nostri, verum tanquam *commembrum.* Batty. Leg. T. I. p. 441. an. 1092.

Commemorialis, (litteræ), lit. in memoriam revocantes; *emlékeztető levél.* Werbőczi. 295. Item quod eXtunc disponatur unum Sigillum, in quo sit signetum crucis, sicut signetum Regni Hung. et illud Sigillum servetur in civitate Budensi, ut querulantes habeant sub ipso Sigillo literas necessarias et *commemoriales* et procedatur iustitia mediante secundum quod decet usque ad coronationem Regis.

1. **Commenda,** æ, 1. beneficium ecclesiasticum, cuius usus-fructus sede vacante etiam laico conferebatur, 2. beneficium Equitis Templarii (Du C.); *javadalom, egyházi adomány.* It. commenda. Ger. Kommenthurei. Frak. Máty. lev. II. 52. Verancs. IX. 48. *in commendam conferre* (Du C.) prædia ac beneficia ecclesiastica sæcularibus aut aliis fiduciario iure concedere; *egyházi javakat világiaknak bizományos joggal adományozni.* Ljub. Mon. Sl. IX. 74. an. 1410: non est de more nostri dominii . . . quod . . . conferantur in *commendam* alique *prelative* et beneficia.

2. **Commenda,** æ, administratio, cura, auctoritas (Du C. al. sensu); *parancs, vezénylet.* Gal. commandement. Tör. Tár. 1891. p. 259. Miles vero germanicus pedestris ordinis itidem *Commendam* totam sibi vindicat, nec a me aut officialibus meis verum Leopoldopoli suam habet dependentiam. Arch. Rák. VIII. 198. *Commendam* Excellentiæ Vestræ traditam. Thök. Diar. 534. Cod. Alv. II. 277.

3. **Commenda,** æ, (Du C.) tributum e prædiis ac beneficiis ecclesiasticis sæcularibus vel aliis fiduciario iure concessis V. *Pensio ecclesiastica; egyházi javadalom.*

4. **Commenda,** auctoritas, arbitrium; *teljhatalom.* It. piene facultá. Gall. commande. Ger. Vollmacht. Máty. kir. lev. I. k. p. 31: cum . . . Johanne preposito ita dispensare (lege: disponere) dignetur, ut dictam abbatiam gubernare possit in *commendam.*

Commendabilis, laude dignus, qui commendari potest; *dícséretes, ajánlható.* Passim.

Commendabilitas, laus, excellentia; *jelesség, kitűnőség.* Pel. Pom. L. V. P. II. Art. II. c. I.: Secundo (probatur nobilitas Mariæ) ratione *commendabilitatis.*

Commendabiliter, commendabili modo; *ajánlásra méltó módon.* Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 118. Cod. Dipl. Pat. T. I. p. 23: in Rakus . . . *commendabiliter* dimicando novem suscepit vulnera. Szék. Okl. I. 10.

Commendamentum, mandatum; *parancs.* It. commendamento. Epist. Proc. P. III. p. 43: non discedas . . . et *commendamenta* nostra . . . omnibus illis dominis demandabis.

Commendans, gubernator, imperans, dux, qui dat mandata; *parancsnok.* Arch. Rák. I. 11. Additamentum instructionis *commendantis.* Cod. Alv. II. 41. Superioris Hungariæ *Generalem Commendantem* II. 15. a *commendante* Zathmariensi. Rák. Ön. 170. 24.

Commendans arcis, præfectus arcis; *várnagy, várparancsnok.* Törvt. Msz.

Commendans Citadellæ, præfectus cit.; *erőd parancsnoka.* Tör. Tár. 1888. p. 471.

Commendans-Colonellus, tribunus imperans; *vezénylő ezredes.* Arch. Rák. VIII. 52. IX. 295.

Commendans-Generalis, summus dux; *generalis parancsnok.* Arch. Rák. IX. 154.

Commendantalis, ad præfectum pertinens; *parancsnoki.* Kuk. Jur. II. 189. etsi antiqua fœnilia *commendantalia* sufficientem fœni provisionem modernis quoque Dominis Commendantibus subministrant. II. 186. in Confinio vero Dubiczensi per quadrimestre Jus educilli *commendantale* merito reputari posset.

Commendare, imperare, ducem esse (Du C. mandare); *vezényelni.* commandiren. Tör. Tár. 1888. p. 749.

Commendare nuditati, nudum relinquere; *pusztán hagyni.* Batty. Ger. 29. Nil... æstimes *nuditati commendatum* in Sanctissimis vociferationibus. Nota Batty. *nil nudum mysteriis relictum in sacra scriptura.*

Commendatarius, (Du C.) beneficiatus; *egyházi javadalmas.* Cher. Jus. Eccl. I. 274. Notandi sunt insuper abbates *Commendatarii,* cum etiam illi ad Synodos ecclesiasticas vocati partem in legislatione habeant. Dicti autem sunt a voce *commendo,* quæ alicui aliquid concredere significat. *Commendatarii* autem sunt viri ex ordine clericali aut religioso, qui Prælaturæ cuiuspiam Regularis redituum parte fruuntur non sine quadam honoris prærogativa. Rév. Lat. II. 111.

Commendatitius, 3., commendationi accommodus, ad commendationem spectans; *ajánló, ajánlási.* V. Litteræ Commendatitiæ.

1. **Commendator,** Ordinis Teutonici Commendans; *fővezér rendvitézeknél, szerzet főnök.* Ger. Commenthur. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. I. 78.

2. **Commendator,** Commendans; *vezénylő, parancsnok.* Arch. Rák. VIII. 392.

Commendatoriæ, (sc. litteræ); *ajánló levél.* Kov. Form. St. CVIII. *Commendatoriae* discedentis Sodalis Lanionum. Cod. Dip. Brüs. V. 366.

Commendatrix, fem. ad. commendator; *ajánló.* It. commendatrice. Carlow. Log. XLVI. Superstitionem cum lacte materno haustam cœcæ fidei *commendatricem.*

1. **Commendatura,** æ, imperium; *katonai parancsnokság.* Ger. Commandantur. Száz. XIV. 166. *Commendatura* Ujvariensis.

2. **Commendatura,** æ, 1. domus Ordinis Teutonici; 2. beneficium eccles.; *1. szerzetház némely rendvitézeknél; 2. egyházi adomány.* It. commenda. Ger. Kommenthurei. Olah Cod. Ep. 144. Petri a Montfort negotium, quantum in me est, nunc ago in *commendatura.*

Commendatus, us. præfectura, status Commendantis ordinis sacri equitum, Teutonici; *fővezérség, komturság.* It. commenda. Gal. commanderie. Kommenthurei. Máty. kir. lev. I. k. p. 404. accepimus litteras *commendatus* Prutenorum.

Commendatus, 3., et *Commendatus,* i, aliquo missus; *vezényelt, vhová rendelt katona.* Száz. IV. 33.

Commendo, idem ac Commanda i. e. jussum, imperium ducis, mandatum; *vezénylet, parancsnokság.* Arch. Rák. VIII. 401.

1. **Commensalis,** discipuli hospitales, qui eadem mensa hospitis utuntur; *kosztosok.* It. commensali. Brezny. III. 310. a kosztosok (*commensales* vagy *domestici)* 8 frtnyi tandijat fizessenek.

2. **Commensalis,** (Du C.) convictor, convivator; *asztaltárs.* It. commensale. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 145. Prisc. Serv. p. 65: Csapy Andreas de Palanka, quem Rex Sigismundus in Armalibus Aulicum et Familiaris Regiæ Societatis Draconicæ Collegam domesticum et continuum *commensalem* vocat. Lehoczky Stemmatogr. P. II. p. 2.

Commensalitium, i, usus eiusdem mensæ et familiæ; *asztaltársi állapot.* Kon. Egyh. 135. 4. ratione familiaritatis vel *commensalitii,* ha a jelölt 3 éven át a püspöknél szolgálati viszonyban volt s annak költségén élt.

Commensari, eadem mensa uti, una cum aliquo rem familiarem curare; *együtt gazdálkodni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 114.

1. **Commensurare,** metiri, mensuram sumere, agere; *megmérni.* It. misurare. Pázm. Dial. 413. Obs. Jadr. 403.

2. **Commensurare,** accomodare, conformare ad vel cum dativo; *hozzámér, hozzászab.* It. commensurare. Kass. P. P. I. 272. delicto *commensurata* legalis pœna irremissibiliter decernatur. Vern. Psych. 171. Sit materia cognitionum individui excolendi horizonti et efficientiæ eiusdem ambitui *commensurata.*

Commensuratio, mensura; *mérés.* Gall. Mensurage. Cod. Dip. Brüss. III. 27. præter illas legitimas (exactiones), quas quotannis Matas eius regia habet ex cerevisia et *commensuratione* triticj.

Commensuratus, 3., proportionatus, æquabilis, accommodatus, conveniens; *arányos, hozzámért.* Pel. Pom. L. V. P. III. Art. II. c. 3. Item mentum eius (Mariæ) erat decens, *commensaratum* secundum aliquid ad quadraturam tendens. Vern. Psych. 171.

Commentariolus, i, dem. ad. *commentarius* (Du C. al. s.) *kis följegyzés.* Hor. Mem. 295.

Commentarista, interpres; *magyarázó, magyarázatiró.* Molnár Patv. 35.

Commentatiuncula, æ, dimin. ad Commentationem; *kis értekezés.* Tör. Tár. 1881. p. 483.

Commentum, i, cemmentum. Kol. Cod. 37. an. 1572. Salis una tantum pars, lateris autem due partes summuntur sicque simul comiscentur et mediocriter *madidantur* et illud dicitur *commentum* vel vulgariter cemmentum.

Commercialis, ad mercaturam pertinens; *kereskedelmi.* Diar. Com. II. 112. objecta *commercialia.*

Commerciare, mercatum facere; *kereskedni.* Károlyi. Mat. Tent. 20. Relate ad commercium est quidem Mon. Austria. multis naturæ beneficiis dotata, non habet tamen naturalem illum situm, quem *commerciantes* maritimæ Potentiæ.

Commerciarius, i, mercator; *kereskedő.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 43. Actum est hoc in civitate Jadera ... Martino *Commerciario* teste etc.

Commercium activum, *aktiv, külkereskedelem, kiviteli kereskedelem.* Opin. Præamb.: *commercium activum* dicitur, ubi abundantia in promptu existens cum lucro ad exteras distrahitur evehiturque regiones.

Commercium passivum, *passiv, bel-, bel- fogyasztási kereskedelem.* Opin. Præamb. *passivum commercium* ... est coëmtio invectioque rerum peregrinarum.

Commercium exportativum, *Commercium activum.* q. v.; *árúkivivő kereskedés, külkereskedés.* Törvt. Msz.

Commercium importativum, *commercium passivum* q. v.; *árúbehozó kereskedés.* Torvt. Msz.

Commercium transiens seu œconomicum, mercatura rerum alio devehendarum; *transito kereskedés; árút hazán áthordó v. gazdaságos s szállító kereskedés.* Törvt. Msz.

Commestibilis, quod edi potest; *ehető.* Tör. Tár. 1889. p. 373.

Commestio, actus comedendi, cœna; *evés.* Fej. IV. 2. 127. hospitibus ipsis in *commestione* immediate collateraliter considentes.

Commetacio, coniunctio finium, limitum, confinium; *határösszeérés.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 605.

Commetalis, confinis, accola, vicinus finitimus, commetaneus; *határos, közös mesgyés.* G. Fej. X. I. 510. commetaneis et omnibus *commetalibus* prædictæ piscinæ terminos circumisset.

Commetanealitas, confinium; *szomszédság.* Prit. Abact. 50. Possessio locorum in aliorum *commetanealitate* adjacentium.

Commetanealiter, finitime, in finibus; *szomszédosan, határosan.* Cod. Dip. Kár. I. 302., 193. ad facies predictarum possessionum parcium utrarumque se *commetanealiter* contingencium.

Commetaneari, adiacere, conterminum, finitimum esse; *határosnak lenni.* Cod. Dip. Arp. V. 220. Ubi eadem possessio Bogartelke *commetanearetur* cum possessionibus Inaktelke etc.

Commetaneitas, confinium, vicinitas, communitas terminorum, limitum; *határosság, szomszédság.* Werbőczi 405. Quia sanguinis et parentelæ propagatio, vim adhuc et virtutem vicinitatis ac *commetaneitatis* talium Bonorum et iurium possessionariorum habet atque repræsentat. Fej. VIII. II. 239. Cod. Dip. Hung. Arp. V. III. 85., 123.

Commetaneitatus, us, idem ac *Commetaneitas.* Cod. Com. Zichy T. I. 561. Quasdam possessiones ... in *commetaneitatu* sancti Ladislai.

Commetaneus, 3., finitimus; *határos, szomszéd, mesgyés.* Törvt. Msz.

Commetari, conterminare, conterminum esse; *határosnak lenni.* Cod. Dip. Pat. VI. 188., 263. Fej. VII. 160., 206. ubi regnum nostrum prædictis terris eorum *commetatur.* Tkal. Mon. Ep. I. 196. an. 1278.

Commetatio, contactus metarum, locus ubi metæ inter se contingunt, confinium; *határösszeérés.* Cod. Dip. Pat. Hung. V. 45., 56.

Commicari, indecore, immodeste loqui; *illetlenül beszélni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 114.

Commiles, itis, commilito, onis. V. s. v. Evolutio militaris; *katonatárs, bajtárs.* Cf. Inscript. apud Murat. 819., 4.

Commilitas, atis, commilitium; *katonai czimboráskodás.* Ger. Kriegskameradschaft. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 247. Et si aliquis nostrum est in aliqua *commilitate* et conspiratione vel aliquo ordinamento ad adiuvandum aliquem vel nocendum etc.

Commilitio, lege: *commilito; harcztárs.* Pel. De undecim millibus virginum e. 2. Regina suis *commilitionibus* secreta revelat.

Comminatoria, æ, oratio, comminationem continens; *fenyegető beszéd.* Kaprin. Eloq. II. 784. In *comminatoriis* sententiæ usurpantur comminantes, quæ minas et pœnas in se complectuntur. Pel. De S. Thom. mart. s. c. 4. Rex autem *comminatoriis* directis inde eundem deturbavit.

Comminatus, us, comminatio; *megfenyegetés.* Törvt. Msz.

Comminister, collega ministri (V. Mi-

nister.) *társ.* Fej. I. 88. Sufficiunt quidem scripta Damasi *comministri* nostri dilecti et magnæ Romæ Episcopi.

Commiserativus, 3., misericordia captus, commotus; *szánakozó, részvevő.* Ac. Com. Sopr. p. 15: Posteaquam ... *commiserativi* Regii animi ... sensu, nihil benignius ...

Commissalis, cui aliquod negotium committitur; *megbízott.* Han. Mon. Jur. II. 78: teneantur ... *commissales* facere inventarium de bonis defuncti.

Commissariatica, res ad commissarios pertinentes; *hadbiztossági (ügy).* Kass. Prax. I. 25. *Objecta* ... 2., *commissariatica* v. g. statutio tyronum dislocatio militiæ eiusque alimentatio I. 22. *Negotiorum* departementa ... ecclesiastica, religionaria, litteralia, *commissariatica,* contributionalia.

Commissariatica assignatio, mandatum præceptum commissarii: *biztosi kijelelés, kirendelés.* Törvt. Msz.

Commissariatice, ex præcepto mandato; *meghagyás utján.* Molnár Patv. 30. *Commissariatice* vel per Comissarium, vel per Commissariatum. ibid. 82.

Commissariatico-Bellico-Provincialis, curatores rerum ad bellum pertinentium in provincia degentes; *tartományi hadi biztosság.* Molnár Patv. 80. id in singulo Computu Semestrali sive Hyemali vel Hybernali, et æstivali *Commissariatico-Bellico-Provinciali,* vi quietantiarum Ettapalium, transennalium, computualium ac similium aliorum conclusorum, Perceptor acceptari et in quantum ordinarium miseræ plebis imputari curat.

Commissariaticum, negotium ad Commissariatum pertinens; *hadbiztosságbeli ügy.* Kass. Jur. Civ. Lex. 7.

Commissariaticus, 3., ad officium commissariatus pertinens; *hadbiztossági.* Molnár Patv. 29. In Militaribus et *commissariaticis* hi termini occurrunt: Semestralis, Bimestralis etc. V. s. v. Proiectum.

Commissariatus, us: officium commissarii i. e. curatoris, procuratoris, cui negotium aliquod delegatum est; *biztos tiszte.* Molnár Patv. 30. — Dip. Alv. II. 278., 292., Rák. Ön. 51., 23—24 (23.).

Commissariatus Annonæ, officium sitarchi, præfecti annonæ; *élelmezési biztosság.* Passim.

Commissariatus bellicus, officium curatorum rerum bellicarum; *hadi biztosság.* Ön. Rák. 51., 23—24. Kass. P. P. I. 21.

Commissariatus Gubernialis Maritimo-cameralis. Kass. P. P. I. 40. Gubernium Regium Fluminense ac totius Littoralis Hungarico-Maritimi habet *Commissariatum gubernialem maritimo-cameralem.*

Commissariatus Provincialis, *tartományhadbiztosság.* Ger. Provincial Commissariat. Kass. Prax. I. 21. ut in cointeligentia *Bellici Commissariatus* per *Provinciales Commissariatus* fovenda contributiones ærario bellico inferantur ... Tisztb. Irm. Kerületbeli Tartománybiztosság. Bel. Geogr. 500. Cui (Cameræ Regiæ Hung.) Regia Cameræ Administratio, Cassoviæ et quoad tributi exactionem octo *Commissariatus Provinciales* adiecti sunt.

Commissariatus provincialis director, præfectus curatorum rerum ad bellum gerendum necessariarum; *tartományi hadbiztosság főigazgatója.* Törvt. Msz.

1. **Commissarius,** rector. Josefus II. regnum Hung. Croat. et Dalm. in decem circulos divisit. singulis circulis directores vel *commissarios* præposuit, comitibus supremis amotis. Ker. Nap. 94.

2. **Commissarius,** Pristaldus. Kereszt. Res. Mil. 42. Pristaldus vulgo *Commissarius* partibus litigantibus adiungebatur.

3. **Commissarius,** i, quæsitor, curator rei, cui negotium quoddam curandum commissum est; *biztos, megbízott.* It. commessario. Comissär. Rák. Ön. 65., 1—4. Wagn.

4. **Commissarius,** (angelus) legatus angelorum (arch angelus); *megbízott, küldött.* Pel. Serm. Quomodo tunc ... angelus *commissarius* loquitur anime christiane reprobe obiurgando eam et exprobrando. (Hiem. 9, z.)

Commissarius Annonarius, præfectus annonæ. **Commissarius** *Alimentationalis.* **Commissarius** *Contractionalis; élelmezési biztos, élésmester.* Kass Prax I. 35, in illis locis, ad quæ stativans militia illocatur et magazina annonaria et alimentationalia pro hac destinata existunt, constituti sunt *Commissarii* sic dicti *Annonarii, Alimentationales* secus etiam *Contractionales* compellati.

Commissarius Armaturæ, curator et præfectus armaturæ; *hadiszer-biztos.* Arch. Rák. VIII. 48., 76.

Commissarius Aulicus, legatus aulæ: *udvari biztos.* Tör. Tár. 1881. p. 171.

Commissarius Belli, Bellicus, Conquisitor, curator rerum ad bellum necessariarum; *hadi biztos.* Molnár Patv. 82.

Commissarius Cameraticus, V. *Recuperator; kamarai biztos, megbízott.* Fabó. Monm. 78. per Stephanum Kalmanczey *Commissarium Cameraticum,* quem Latini recuperatorem appellant. II. p. 42. per legitimos *recuperatores* quos *commissarios* adpellamus iis fuerunt adsignata.

Commissarius Campestris, cui agrorum cura commissa est; *mezei biztos.* Tisztb. Irm.

Computus Ecclesiasticus, calculus ecclesiasticus; *egyházi számitás.* Curios. Misc. 435. Praxes quædam chronologicæ. Praxes hae communi nomine *Computus Ecclesiasticus* vocantur et nihil aliud sunt, quam Regulæ quædam practicæ facile iuveniendi omnia ea, quæ ad Calendarium Ecclesiasticum spectant, suntque sequentes 1-ma. An annus propositus sit Bissextilis aut quotus post Bissextilem iuvenire. Praxis 2-da Aureum Numerum dati anni iuvenire 3. Dati anni cyclum solarem iuvenire etc.

Computus gravis. Computus levis. Schwart-Scult. 121. Erat ergo pro varietate marcarum varia quoque fertonum seu florenorum æstimatio (Scepusiensis 12 grossis constabat; Mantissa Nro III.), qui equidem floreni, ob currentem monetam, retento quamvis nomine antiquo, continuo in deterius, magno cum creditorum damno, versam, in florenos gravis levisque ponderis divisi. moxque *gravi,* mox *levi* iterum *computu* soluti sunt; cuius quidem generis computus ille quoque fuerit, qui nostra adhuc ætate *floreno ideali rustico* (Bauergulden) inter Scepusios non amplius 33 polturis... pretium tribuit.

Computuum Ductor, tabularius, rationarius; *számvivő.* Ger. Rechnungsführer. Regul. Turm. Præt. 49.

Conari, sitire, appetere; *szomjúhozni; törni vlmire.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 67. an. 1421. *conabantur* nostrum sanguinem.

Conatus, 3., (a *cona:* angulus, clima); *czikkes, gerezdes.* Bárczay.

Concambia, æ, permutatio. V. Concambium. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 341. in permutationem seu *concambiam* predictarum terrarum. Bek. Pászt. III. 272. an. 1390. In *concambiam* possessionis.

Concambiales, scil. litteræ ad permutationem pertinentes; *váltólevél.* Magy. Tör. Tár. XII. 64.

Concambialis, e, ad permutationem pertinens; *csere... váltás...* Werbőczi 153. Verumtamen si Fassio absque clausula prænotata celebrabitur sive in mutua et *concambiali* bonorum aliquorum permutatione sive alia perennali collatione. Fej. V. 1., 94. super *concambiali* donatione X. 1., 220.

Concambialiter, per pactam permutationem; *szerződéses csere utján, csereképen.* Cod. Dip. And. I. 64., 71. Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára V. II. 39. Fej. XI. V. Un. 185. possessionem sub mutua evictionis cautela iure perpetuo *concambialiter* permutavit.

Concambiatio, commutatio; *kicserélés.* Beth. G. lev. 176. *concambiatio* et permutatio diplomatum.

Concambilium, idem ac Cambium, permutatio; *csere. In concambilium* dāre, cserébe adni, fölcserélni. Cod. Com. Zichy T. I. 151. Quos... ab alienacione et in *concambilium* dacione prohibuit.

Concambium, permutatio; *csere, drints.* (Not. J. Samb. Tyrn.) Kass. Jur. Civ. II. 143. *Cambium* alias *Concambium* est Contractus, quo quis Fundum suum immobilem pro alio itidem Fundo immobili commoditatis causa in alium transfert.

Concampsare, permutare, cambiare; *kicserélni.* Præd. p. 17: existimo: quod prædia jam sæpe fata comites illi Saxones, antiquissimi possessores inde a Sec. XIV. cum aliis Possessionibus Vajvodatus *concampserint.*

Concanonicus, i, (Du C.) collega, socius canonici; *kanonoktárs, társkanonok.* Fej. III. 417. eodem Præposito cum quibusdam suis *Concanonicis* in præfixo eis termino propter hoc ad sedem Apostolicam accedente. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 487.

Concapitularis, is, alias Concapitularius, cui cum sodalibus idem ius est suffragii. (Du C.); *káptalanbeli.* Cod. Ep. Pet. Paz. I. 336. uti prædictum D. Abbatem, vel vero medio duorum eorum *Concapitularium* coram me sponderent.

Concaptivus, i, socius captivi; *fogolytárs.* Szilády Tör. Magy. Tör. Eml. IX. 66. Beng. Ann. Er. Cœnob. 144. Rák. Ön. 110. Cf. Hier. Ep. 112.

Concare, reparare; *kijavitani.* It. conciare. Ljub. Mon. Sl. V. 255: pro... condempnacione, quia non fuit ad *concandum* molum.

Concarnalis, carnalis frater uterinus. genuinus; *édes testvér.* Cod. Dip. Pat. V. 146., 200. Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára V. II. 47.

Concassare, collidere (apud Du C. *concasus:* collisio); *összeverekedni.* G. Fej. X. I. 418. per bellica eorum ingentia certamina *concassando* necis interitu nonnullos ex eisdem feriendo.

Concatenare, catena vincire, coniungere; *összekapcsolni, összekötni, fűzni.* It. concatenare. Gall. enchainer. Germ. verketten. Thök. Diar. II. 330. Aliud frontispicium ruptum, Turcici laboris argenteum deauratum, *concatenatas* rosas repræsentans, quarum rosarum unaquæque continet quinque lapillos türkes fl. 6. Cf. Lactant. 3., 17. Minut. Felix. 17.

Concatenatio, connexus, coniunctio, catena; *lánczolat, kapcsolat.* It. concatenazione. Gall. concatenation. Suhayda. De nat. Poes. p. 11. Fictus ille rerum, qui in utroque casu, ope poëseos panditur ordo; nova illa et melior, quam somniamus, rerum *concatenatio.* Cf. Tertul. Apol. 19. Augustin. Civ. D. 3., 30. Cæl. Aur. Tard. 3., 2.

Concatenatus, catenatus, simul vinctus, connexus; *összekapcsolt, összeláncolt.* Wagn.

Concathedralis, e, honoris seu cathedræ socius; *tiszttárs*. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 279. Multas inclinationes et magnas preces domino et gloriosissimo et *concathedrali* Apostolicæ Sedis.

Concausa, (Du C.) simul causa; *ok-, ügytárs*. Nagy Hier.

Concavitas, caverna, cavum, forma rei concavæ; *(fül)üreg; üregesség, homorúság, öblösség*. It. concavità. Germ. (Ohr) Höhle, runde Höhlung. Kat. Hist. Reg. 403. et *concavitates* aurium eius plumbo obturavit. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. 195. Cod. Dip. Brüss. Burg. 246. Curios. Misc. 3?. *concavitas Lunaris* Cœli. Cf. Cœl. Aur. Tard. 2., 1., no. 14.

Concavum, caverna cœli, *κοῖλον; (ég) boltozat*. Curios. Misc. I. 31. Sublunaris denique (Mundus), quem nos incolimus, dicitur is, qui omnia quæ intra totius Cœli *concavum* reposita sunt, complectitur.

Concedere, mutuo dare; *átengedni, kölcsönözni*. Fjp. Szám. p. 36: fecimus rationem pro illis hominibus, qui *concesserunt* pecuniam ipsorum ad civitatem.

Concellaneus, i, socius cel.æ; *lakótárs*. Pár. Páp.

Concellare, pro: *concludere; kötni*. Tör. Tár. 1888. p. 428. Cum igitur pacta et fœdera publico consilio ad supremi legitimique magistratus authoritatem ineantur et *concellantur* (sic) haud scio.

Concensere, una cum aliis censere; *együttes véleményt mondani*. Cod. Dip. And. I. 74., 82.

Concentrare, conferre in centrum, coniungere in centro, contrahere, connectere; *összpontosítni, egyesítni*. It. concentràre. Kass. Prax. I. Præf. commune eorundem desiderium in eo unice *concentratum* fuisse... Rak. Ön. p. 17. l. 23—25.

Concentratio, actus in unum locum contrahendi, cogendi; *összevonás, összehuzás, középpontosítás, közepités*. Törvt. Msz.

Concentricus, 3., ad idem centrum pertinens, commune centrum habens; *közös központú*. Gal. concentrique. Numi Hung. 9. inter duos circulos *concentricos*. Geom. 57. area annuli inter duas peripherias *concentricas* comprehensi.

Conceptibilis, qui concipi potest, qui facile comprehendi potest; *felfogható*. It. concepibile. Pázm. Dial. 334. Otia Bachm. 269. Deus sensibus nostris *conceptibile* facit id.

Conceptor, autor; *szerző*. Obs. Jadr. 416. Tale enim crudele commissum ipsi iniqui *conceptores* decreverant effectui producere.

Conceptualis practicans, *fogalmazó gyakornok*. Ger. Conceptspraktikant. Törvt. Msz.

Conceptus, us, primores tabulæ, prototypum scriptum; *fogalmazvány*. Concept. Kass. Prax. I. 34. paratosque cum originali *conceptu* conferre.

Concernere, concernens, spectare, pertinere ad aliquid vel aliquem; *illetni, illető*. It. concernere. Kass. Prax. I. 35. et pass. de tempore in tempus pro faciendis oportunis dispositionibus Relationes *concernenti* Judlium aut Vice-Comiti præstare. Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára V. II. 8.

Concertus, us, certamen musicum; *hangverseny*. Rák. Ön. 40. spectaculorum et *concertuum* magnificentissimis spectaculis detentus.

Concessare, concedere; *engedni, megengedni*. Georg. Sirm. I. 220. Demum divus Rex sacer Ladislaus, qui est eficax, non *concessavit* ei domum pacifice perfrui.

Concessibilis, qui concedi, permitti potest; *megengedhető*. Verancs. IX. 152. Cuius si arendationem *concessibilem* immo et promulgationem suo tempore intellexissemus.

Concessio, a concedere, adventus; *eljövetel*. V. s. Nummularius.

1. **Concha,** (Du C.) vas concavum ac superius patulum instar conchæ; *kagyló, csésze*. Arch. Rák. VIII. 355. Sartago argentea... Argenteæ *Conchae* Nro 2.

2. **Concha,** Navigii species in Conchæ formam effectæ ut sunt gondolæ veneticæ. (Du C.) Luc. Regn. Dalm. 240. distinatis quam pluribus Usseriis seu galeis grossis, *Conchis* aliisque navigiis.

3. **Concha,** æ, *cella*. Pri. sæc. I. p. 103: pulchrior Belæ IV. filia vix triennis in *concham* cœnobii se recondidit.

Conchas legere, Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 120. Conchas legere. Id est: otio tempus terere.

Conchula, dimin. a concha, *κόγχη*; *kagylócska*. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 308. Patr. Const. 7. *kagylócska*. Arch. Rák. VIII. 353. Nodus argenteus inauratus lapidibus Türkis exornatus cum tribus *Conchulis*, similibus lapidibus exornatis.

Conciliabilis, qui conciliari potest; *megengesztelhető*. Ker. Nap. 168.

Conciliare, c. acc. consilium dare; *tanácsolni*. Georg. Sirm. I. 15. Quum qui erant Hungari *conciliabant* eum, ut donaret arcem pro eo Nandor-Albam I. 22. et Turcus *conciliavit*, ne spaciaret in palacio sed festinaret sub tentorio suo.

Conciliatio, actus ecclesiam scelere aliquo pollutam iterato consecrandi et aqua benedicta aspergendi; *templom szentelés*. Fjp. Szám. p. 575. præ *conciliatione* ecclesiæ.

Conciliatorius, 3., concilians; *megnyerő, békítő, egyeztető*. Instr. Pac. Præf. interveniente Regis Christianissimi tum *conciliatoria* opera, tum fideiussoria vulgo *Guarantia* dicta ex utraque Parte requisita.

Concilium, (Jus can.) (Du C. cœtus clericorum); *egyházi gyülekezet, szent gyülekezet, zsinat*. Törvt. Msz.

Concilium diœcesanum, *megyebeli gyülekezet, egyházmegyei gyülekezet v. zsinat*. Törvt. Msz.

Concilium œcumenicum, (Du C.) conc. universale vel generale, cui adesse possunt et ad quod evocantur totius orbis episcopi; *közzsinat*. Konek Egyh. 375.

Concilium provinciale, cœtus ecclesiasticorum in provincia congregatorum; *tartományi egyházi gyülekezet, kerületi egyházi zsinat*. Törvt. Msz.

Concilium Regale, *királyi tanács*. Pfahl. Jus. Georg. XXXI. Hi (Comites, maiores Ministri Regis) simul *Concilium Regale*, *Senatum* S. Stephani et Regum quorundam subsequentium constituebant.

Concinnator Ephemeridum, qui concinnat, curam habet eph.; *naplóvezető*. Rév. Pl. 34.

Concio festalis, C. diebus festis habita; *ünnepi beszéd*. Száz. VII. 139.

Concio Paraphrastica, sermo, oratio interpretans; *magyarázó beszéd, prédikáczió*. Kaprin. Eloq. II. 115. *Concio Paraphrastica* est, quæ Evangelium vel Epistolam Dominico aut festo die legi solitam vel alium quemcunque Scripturæ Divinæ locum oratorie explicat et interpretatur. *Παραφράζω* enim componitur ex *Παρὰ* et *φράζω* quod idem est ac iuxta loquor sive loquor iuxta ea, quæ alius dicit ac eius orationis veluti vestigiis insisto. Vel certe cum eodem sermone uti latius aliquid et explicatius eloquimur ac interpretamur. Unde *παράφρασις* est interpretatio.

Concionatorius, 3., concionarius; ad sacras orationes pertinens; *szent beszédekre vonatkozó*. Kaprin. Eloq. I. 64. Tobiæ Lohner et Vincentii Houdri *Bibliotheca Concionatoria*, ubi amplissima partitionum ac probationum supellex præbetur.

Concipista, æ, scriba, concipiens, qui prototypum scriptum, primores tabulas exarat; *fogalmazó*. Ger. Concipist. Kass. Prax. I. 9. constabat attunc Cancellaria ex... uno Expeditore simul *Concipista*. Molnár Patv. 65. Szilády Irodt. Közl. V. IV. 481. Fej. II. App. Arch. Ver. Sieb. XXIV. 105. *Concipista bellicus*.

Concitadinus, i, eiusdem civitatis; *polgártárs*. It. concittadino. Han. Mon. Jur. P. I. 201.

Concite, cito; (Du C. concito); *gyorsan, azonnal*. Batty. Ger. 49. duce *concite* ad sequentia pervenire optamus.

1. **Concium,** refectio, sartura; V. s. *Borea; javitás, tatarozás*.

2. **Concium,** status, conditio; *állapot*. It. concio. Ljub. Mon. Sl. IX. 89. an. 1410: debeat turres... reparari... in tali... ordine et *concio*.

Concivilitas, ius civitatis, civitas, societas civium, nexus civis; *polgárjog, polgártársaság*. Faber. Jur. Met. 216. Jogt. Eml. P. I. p. 464. Kov. Form. St. CLVII. Beszterceb. ág. gymn. Ért. 1875—76. 51. Postquam *concivilitati* huius l. r. m. civitatis me adiecissem. Art. Diæt. Pos. 17. ne vagabundi ad *Concivilitatem* recipiantur.

Concivilitatis jus, civitas; *központi gárdsági jog, polgárjog*. Germ. Bürgerrecht, Civilrecht. Kass. Prax. II. 74. Infrascriptus Hopæus petit sibi *ius Concivilitatis* et Magisterii isthic in loco concedi. Törvt. Msz.

Concivis, civis, municeps; *polgártárs*. It. concittadino. Törvt. Msz., Wagn. Cf. Tertul. adv. Marc. 5., 17.

Concivissa, æ, civis; *társ polgárnő*. Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 270. an. 1378.

Conclavare, clavis adigere; *szegezni*. Szil. Régi Magy. Költ. T. I. 344. Hora sexta Jesus est cruci *conclavatus*.

Conclave, (Du C.) locus, ubi coëunt Cardinales ad eligendum summum Pontificem; *pápaválasztóterem*. It. conclave. Olah. Cod. Ep. 533. In *conclaui* cardinales omnes pridie iduum octobris intrabant.

Conclave Satellitum, Concl. stipatorum corporis; *a testőrök szobája*. Reg. Turm. Præt. 135. Adhæc Vigiliarum Præfectus occasione quorumvis Cultus Divini aulici obsequiorum se cum Vigiliis suis stanti in *conclavi satellitum* (Trabantenzimmer) seriei adiungat.

Conclear, cochlear. Arch. Rák. VIII. 351. *Conclearia* argentea.

Concludere, cingere; *körülzárolni.* Fej. Jur. Lib. Suppl. 16. Bethlen 1619): Viennam *conclusimus.*

Concludere a baculo ad angulum, *perverse concludere* (desumptum a proverbio: *baculus stat in angulo: ergo pluet).* Austr. Aust. Palma. Ref. 9., 3. §. 3.

Conclusi mecum, certum est mihi deliberatumque; *elhatároztam magamban.* Wagn.

Conclusio, lata sententia; *határozat.* Jos. Repr. 129. an. 1790: Legum et *conclusionum* Diætalium manutentio.

Conclusio matrimonii, actus coniungendi, conciliandi matrimonii; *házasságkötés.* Rák. Ön. 42.

Conclusionalis, finem faciens, adducens, extremus, concludens; *záró, befejező, vég.* Pel. In divisione Apost. s. c. 6. De honore apostolis exhibendo sit pro documento *conclusionali.*

1. **Conclusive,** modo decretorio: *véglegesen.* Ger. endgiltig. Hist. Zerm. p. 72: His data facultas de pace *conclusive* cum Ferdinando agendi.

2. **Conclusive,** conjiciendo, conjecturam faciendo; *következtetve.* It. per conclusione. Epist. Proc. P. II. p. 315: *Conclusive* videtur scire, quid cogitem.

Conclusum, decretum, conclusio; *határozat, határozmány, végezmény, befejezés, záradék.* Törvt. Msz. Kass. P. P. I. 23. Conceptus Expeditionum iuxta Consilii *conclusum* formantur.

Conclusum diætale vel **dietale,** decretum conventus ordinum regni: *országos végzés, határozat, országgyülési határozat.* Opin. de Venat. Törvt. Msz.

Concognoscere, cognoscere; *megismerni.* It. conoscere. Pel. Pom. De S. Andr. s. II. c. 4. Quæcunque *concognoveris* observantem timorem Domini.

Concomitanter, itaque, hinc; quæ quum ita sint; *következésképen.* Tag. Erd. II. 192. an. 1762.

Concomitantia, æ, (Du C.) connexio; *egyesülés.* Gall. concomitance. Pel. In corp. Christi s. I. c. 3: Continetur in hoc sacramento aliquid per *concomitantiam* immediatam.

Concomitari, comitari; *kisérni.* Opin. P. I. §. 11. Cf. Plaut. Mil. Glor. 4., 3., 10.

Concomitiva, æ, comitatus; *kiséret.* Fjp. Szám. 600. dedimus domino iudici cum sua *concomitiva.*

Concommissarius, collega, socius commissarii; *biztos-társ.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 127.

Concordabiliter, congruenter; *megegyezőleg.* Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 172. faciam scribi *concordabiliter* cum aliis quaternis.

1. **Concordantia,** æ, consensus, concentus, convenientia; *egyezés, összeegyezés.* tl. concordanza. Kass. Jur. Civ. L. 8. Törvt. Msz. Wagn.

2. **Concordantia,** (Du C:) Anno 1244. His temporibus floruit vita et scientia venerabilis dominus Ugo Cardinalis, frater Prædicatorum ordinis, qui doctor eximius doctrina sana et prælucida totam Bibliam postillavit, Conordantiarum Bibliarum primus auctor fuit. Concordantia vero est lexicon, in quo loci congrui unius vel plurium librorum continentur, qui vel in verbis *(verborum concordantia)* vel iu sententiis *(rerum concordantia)* inter se congruunt. Bibliæ talem verborum et sententiarum concordantiam edidit *Erasmus Schmidt* (1638); iterum recognovit *Bruder* (1876); *Smoller* (1868) et Buchner (1882); *szentirási egyezetességi szótár.* It. concordanza. Kaprin. Eloq. I. 311: Conceptum igitur facturus Orator videat ope indicis Bibliorum aut *Concordantiarum,* quæ sententia similem vel saltem affinem assumpto argumento sensum habeat.

Concordantiæ Biblicæ, Index vocum parallelarum omnium in sacris paginis; *szentirási helyek mutató könyve, egyezetességi szótár, concordanza.* Wagn.

Concordare, fœdus cum aliquo inire, ferire; pacisci, convenire; *egyezni, megbékülni, egyetérteni, kibékülni, összebékülni, egyezkedni.* S. de Kéza Chr. II. 1., 18. Törvt. Msz. Cf. Papin. Dig. 48., 5., 11. §. 11.

Concordare se cum aliquo, transigere, decidere cum aliquo; *egyezkedni.* Frak. Mát. lev. II. 86. Cod. Dip. Árp. Cont. XI. 553.

Concordative, concorditer; *egyességben, békésen, egyértelműleg.* Cod. Com. Zichy Vol. V. 507: *concordative* vel pacifice emittere seu non mittere.

Concordator, qui concordiam restituit, pacificator, ad normam: mediator; *egyeztető, békéltető, közbenjáró.* Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 430. Qui huius rei et cause *concordatones* (pro concordatores) et mediatones (pro mediatores) fuerunt.

1. **Concordatum,** pactum, compositio, transactio, conventum; *egyezkedés, egyezség, egyezet, alkukötés.* Concordat. Bel. Geogr. 552. Törvt. Msz. Cod. Dip. Arp. V. 226... taliter *concordatum* extitisset inter partes.

2. **Concordatum,** pactum inter romanum pontificem et principes regnorum in negotio ecclesiæ; *a római pápa mint a kath. egyház souveraine feje és az államhatalom közt az annak alárendelt ország és tartományok egyházi viszonyainak rendezésére kötött egyezvények.* Kon. Egyh. 34.

Concordialis, ad concordiam pertinens, concors; *egyetértő, egyező.* Kuk. Jur. II. 9. utrum premissam *concordialem compositionem* intra ipsos... stabilitam et ordinatam... velint observare. Fej. X. 4., 459. *concordialibus voluntatibus.*

Concordiare, consentire; *megegyezni.* Szék. Okl. III. 115.

Concordilis, lege: *concordialis,* concors; *egyező.* Cod. Com. Zichy Vol. V. 299; *concordili* tractatu. Cf. Firm. Math. 6., 32.

Concordium, i, (Du C.) concordia; *egyetértés.* Ljub. Mon. Sl. I. 100: *concordium* et conventum tractare.

Concordius, 3., concors; *egyetértő.* Ljub. Mon. Sl. I. 89: *concordium* robur... firmitatis.

Concreditor, qui fidem suam interponit, spondet pro aliquo; *közhitelező.* Törvt. Msz.

Concremacio, actus concremandi. V. *Siccatio; elégetés.* Cf. Fulgent. Myth. I. 15.

Concrematio ignis, inustio stigmatis; *bélyegsütés.* Batty. Leg. T. II. 205. (Decr. Col.) Fur... sine manuum secatione et *ignis concrematione* teneatur.

Concremator, is, qui concremat, qui incendia parat, incen.liarius; *gyujtogató, fölégető.* G. Fej. VIII. 3., 427. confractores et ecclesiarum *concrematores.*

Concrete, re vera, ratione et respectu materiæ, species ad res singulas applicando; *összerüen.* Pázm. Dial. 182.

Concretive, coniunctim; *összekapcsolt, vonatkozásban levő.* Pel. Pom. L. I. P. VII. Art. III. c. 6: Ex quibus patet, quod tali unione facta est communicatio idiomatum, ut que dicuntur de deo, dicantur de homine, et econverso; saltem *concretive.*

1. **Concretivus,** 3., concretus; *összszerü, konkrét.* Pel. In Vigil. Nat. s. c. 5.

2. **Concretivus,** 3., coalitus, mixtus; *elegyes, vegyes.* It. concreto. Orth. Boh. Slav. 3. Compositæ (vocales) quarum aliæ sunt firmæ: ay, ey, oy, uy. *Concretivae:* ȉa, ě, ȉi, ȉo, ȉu, ů, ocultæ: á, é, j, ý, ó. ú. *Concretiva* ě valet ie et ů valet uo.

Concretum, i, res concreta; *egybelet, öszveség, öszveleg.* Pázm. Dial. 120. Törvt. Msz. **(In) concreto,** re vera; *egybe, öszveséggel.* Törvt. Msz.

Conctus, i, subductio,.ratio; *leszámolás.* It. conto. Rač. Mon. St. XIII. 27. an. 1348: electi fuerunt officiales... super *conctum* cere.

Concubinalis, concubinus; *ágyas.* Beng. Ann. Erem. Cœnob. 400. non unum Herodem a *concubinali* thoro absterruit. Cf. Sidon Ep. 9.,

Concubinarius, in concubinatu vivens; *ágyastartó, törvénytelen házasságban, ágyasságban élő.* End. p. 516. (Belae IV. Libertas an. 1269: 16.) *Concubinarios* publicos ab officio suo deponimus. Törvt. Msz.

Concultor, qui una colit; *együtt mivelő, mivelő társ; művelő bányász.* Fjp. Szám. p. 89. au. 1388. Száz. VIII. 608.

Concupiscibilis, quod concupisci potest, licet; *a mit kivánni szabad.* Andr. Paun. 34. temperantia... consistit in *concupiscibili.*

Concurbita, cucurbita; *tök.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 115.

1. **Concurrentia,** apud (Du C.: *concurrentes)* est supercrescentia unius diei vel plurium supra 52 septimanas vel plurium, et ab illo incremento originem habent *concurrentes.* Alii deinde formantur uno addito sic tamen, quod septennarium numerum non excedant, unde scias, quod primus annus cycli solaris habet unum pro Concurrente, secundus habet 2, tertius habet 3, quartus habet 4, quintus habet 6 propter bissextilem, sextus habet 7, septimus habet 8, et sic procedendo usque ad 28 annos invenitur, qui postea revertitur ad caput procedendo sicut prius; unde et appellatur Circulus solaris sive *Concurrentium.* Si autem vis scire quantus sit annus Concurrentium, adde annis Domini 9 annos et a totali summa subtrahe 28, quoties poteris et quotus sit annus cycli solaris quod residuum fuerit demonstrabit et, si nihil remanserit, ultimus annus erit. Pray. Dext. D. Steph. p. 148.

2. **Concurrentia,** æ, concursus creditorum; *csőd.* V. s. *Deperdita.* Diar. Com. II. 94.

3. **Concurrentia,** æ, æmulatio mercato-

ria, certamen mercatorum; *összetódulás, kereskedési verseny*. Törvt. Msz.

Concurrentia venarum metallicarum, venarum met. concursus; *bányaerek összejövése, érése v. ütközése.* Scharung. Törvt. Msz.

Concurrentialis, ad petitionem coniunctam pertinens; *pályázási.* Germ. Mitbewerbungs... Kelem. Hist. Jur. Pr. 476. Promittitur satisfactio Jurisdictionibus, tam iis, quæ pro militiæ sustentatione, erga stipulatum forense pretium, commeatum suppeditarunt; quam, quæ imperante Josepho II. ad *concurrentialem* et *deperditalem* fundum, summas pecuniarias contulerunt.

1. **Concurrere,** certare (ap. Du C. et Fin. alio sensu); *versenyezni.* Opin P. I. a: *concurrere* cum exoticis mercibus.

2. **Concurrere,** afferre aliquid ad tributum, contribuere; *hozzájárulni.* It. concorrere alla spesa. Kass. P. P. I. 159. verum insuper ad intertentionem eiusdem in una octavalitate *concurrerit*...

Concursuale judicium, iudicium, in quo creditorum causæ aguntur; *csődbíróság.* Törvt. Msz.

Concursualis, ad examen publicum candidatorum pertinens; *pályázati.* Cher. Jus. Eccl. II. 108. In Austria pro Beneficiis curatis quibuscunque adipiscendis subeundum est examen *concursuale.*

Concursualis causa, causa in relictis creditoris bonis; *csődper.* Kass P. P. I. 191.

Concursualis massa, relicta debitoris bona, quibus creditoribus satisfiat. V. Massa; *tódulási vagyon, csődlettömeg.* Törvt. Msz.

Concursualis Processus, lis, causa, in qua creditores ruina debitoris facta convocantur; *csődpör.* Germ. Concursprocess. Tisztb. Ir. Concursualis Processus. *Hitelezőket összehívó per.*

Concursus, ruina debitoris et concursus creditorum; *csőd.* It. concorso. Germ. Bankerott. Kass. P. P. I. 191.

Concursus Litterarius, examen rigorosum; *szigorlat.* Nagy Orod. p. 219.

Concursus Regnicolaris, comitia; *országos gyülekezet.* Diar. 1802. p. 112.

Concussio ovorum, usu receptus lusus die festo Paschatis ovorum contundendorum; *husvéti tojások összetörése* (szokás Dunántúl). Száz. XI. 539.

Concustos, socius custodis; *őrködő társ.* Teutsch. Schulord. I. 81.

Condam, defunctus; *boldogult;* It. quondam. Száz. VI. 43. viri *condam* Mathaei Comitis.

Condamnatorius, vim condemnandi habens; *elítélő.* Cher. Jus. Eccl. II. 348. Sententia definitive subdividitur in absolutoriam, *condamnatoriam* et criminis declaratoriam.

Condaxon, species vestis forensis; *uri köntös.* polon. kondus. Ljub. Mon. Sl. V. 258. an. 1334 per una *condaxon* de veze de Domenego pelizer.

Condebitor, socius debitoris; *közadós, adóstárs.* Kelem inst. Jur. Pr. II. 615. nec alterius *Condebitoris* onus ferre tenentur.

Condecentia, æ, decus, decor; *illendőség, tisztesség.* Werbőczi 540. Si autem res paternæ extiterint, tunc pater iuxta *condecentiam* status et honoris sui, poterit eam emaritare.

Condecoratio, ornamentum; *ékesítés, ékesség, dísz.* G. Fej. T. XI. V. Un. 429. præbere consensum in eo, quod ad S. Matris Ecclesiæ *condecorationem* spectat.

Condecore, digne, decore; *illőn, tisztességesen, ékesen.* And. Pann. 74.

Condelectabilis, mutuo dilectus; *közösen élvezhető.* Pel. Pom. L. X. P. II. Art. 3: Secundo prefelicitata est Maria super omnes in beatitudinis *condelectabili* iocunditate.

Condelegatus, i, socius delegati; *kiküldött társa.* Cod. Dip. Hung. Arp. Cont. II. 117. Horv. Család. Memoriale 276.

Condemnative, condemnando; *elmarasztalólag.* Mall. I. 3. XXIX.: Quia Adulatores Pontificum negant eos propter scelera *condemnative* a quoquam iudicari posse.

Condemnativus, 3., condemnans; *elítélő, elmarasztaló, kárhoztató.* And. Pann. 71. Ille etiam est mitis, qui nec de omnibus cupit vindictam, nec in tantum deficit a punitione, quod nullo modo velit alios punire, sed est *condemnativus* et *punitivus* secundum ordinem rationis.

Condemnatus ad navium attractionem, ad triremes datus, damnatus; *hajóvontatásra itélt.* Lzb. Cod. Med. III. 80.

Condempnare, condemuarc. Magy. Tör. Tár. XII. 85.

Condenare, condemnare; *megbüntetni.* It. condennare. Ljub. Mon. Sl. XVII. 129. an. 1433: debeant facere *condenationes* contra omnes, qui *condenandi* de nocte reperirentur.

Condenatio, condemnatio; *megbüntetés.* V. s. *Condenare.*

Condensatio, actus condensandi; *összesűrítés, összeszorulás.* Gal. condensation. Vern. Psych. 66. Obs. Jadr. 417. Cf. Coel. Aur. 3., 13.

Condependentia, æ, appendix; *függelék, járulék, tartozék.* G. Fej. T. XI. V. Un. 505. cum cunctis utilitatum integritatibus et *condependentiis.*

Condepositor juramenti, qui aliquid cum aliis v. alio deponit; plerumque de iis dicitur, qui iuramentum coram iudicio eodem tempore v. una deponunt; *eskütárs, együtt esküvő.* Cod. Dip. Hung. And. V. 314. 31. K. Cod. com. Zi. vol. III. p. 317. In quibus ipsum Juramentum per ipsum magistrum Ladislaum cum suis *condepositoribus Juramenti* loco et termino supradictis rite et legittime depositum extitisse comperimus. Doc. Fam. Soos. Sæc. 14. Hajnik. Perjog. 337.

Condeputatus, i, socius legati; *követtárs.* Diar. Com. II. 64. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 429. Kuk. Jur. II. 313.

Conderivare, transferre, derivare; *háritani.* Fej. Jur. Lib. 296: Onera... in Clerum *conderivantur.*

Condesceatus, us, condescensus; *szállás.* Szék. okl. III. 212. Quaslibet habitaciones civium intra autefatos muros residencium a *condesceatu* et *hospitatu* quarumlibet Gencium et cuiusvis Exercitus duximus eximendas et *supportandas.*

Condescendens, -tes, milites in aliquo loco stativa habentes (Du C. al. s.); *valahol megszálló katonaság.* Arch. Rák. VIII. 63. Iratott Lőcsei és Késmárki Commendánsoknak, hogy említett városok Ablegátusai által értetődik, hogy az *Condescendensek* nemcsak képtelen gazdálkodással, de nem illendő vectura-adással is említett városokat terhelik.

Condescendentia, æ, origo, ortus, genus, stirps generis; *vérség, leszármazás.* It. discendenza. Georch. H. T. III. 103. Kövy El. 52. Vuch. Jur. Feud. 127. Prisc. Serv. p. 76.

1. **Condescendere,** cedere, concedere; *átengedni.* Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 12. ipsam domum nostram montana et fodinas, villas et omnes possessiones ipsi I. Thwrso *condescendatis.*

2. **Condescendere,** (Du C.) sicut passim ap. Script. eccles. eadem notione qua obtemperare, obsecundare; *engedni, ráállani, beleegyezni.* It. accondiscendere. Marc. Chr. 59. *Condescensurum* petitioni eorum se promisit.

3. **Condescendere cum aliquo,** (Du C.) in alicuius sententiam transire, eius voluntatibus obsequi, vel mitius, indulgentius al quem habere; *engedni, kedvére járni, tenni, késznek, hajlandónak lenni, lereszkedni.* Wagn. Schwart. Scult. 192.

4. **Condescendere,** iure titulo hæreditatis transire, derivari; *örökségkép szállni vkire.* Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára. V. II. 110. Monm. Comit. IV. 469. deinde illis deficientibus in filios et hæredes cæsaris Caroli devolvatur et *condescendat,* devolutumque et *condescensum* habeatur eo facto etc. Georch. Ért. 154.

5. **Condescendere,** cadere, pro nihilo pro non facto habere; *leszállani, leszállítatni, értékéből veszitni, érvényességet veszitni.* Georch. H. T. III. 297. Jogt. Em. T. II. 1. 100. Cher. Jus. Eccl. II. 354. Unde causa talis in Foro spirituali *condescendere* dicitur, si qua non obstante exceptione feratur in tali causa sententia, hæc prorsus nulla evadit. *Condescendit* insuper causa ex actoris inhabilitate aut si in citatione error substantialis circa personam citatam aut locum tempusque committatur.

Condescendifacere, causam, litem deponendam curare; *pert letétetni.* Szék. Okl. III. 294.

Condescendit, reprobatur, rescinditur, reprobatum vel. rescissum est. Georch. H. T. 239.; *a biróság helytelennek, illetéktelennek itéltetik.* (condescendit.) Georch. H. T. IV. 3. de, ha helytelen a perfolyamat: foganatlan annak a vége. Sokan csak akkor veszik észre elkövetett hibájokat, minekutána több esztendeig törvénykedvén és több száz forintokat elköltvén, vagy a *Biróság,* vagy *ügyelet* vagy *vádlevél* stb. *leszállittatott (condescendit).* Tisztb. Irm. Condescendit Judicatus. *A biróság helytelennek itéltetett.*

1. **Condescensio,** concessio, indulgentia illa divina demissio, qua Deus infirmitati nostræ sese attemperat; *engedékenység, elnézés, leereszkedés.* It. condescendenza. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. 1. p. 293. et tamen etiam cum hac tanta conniventia et *condescensione* ac rigoris remissione a paucis observatur. Pel. (De S. Andr. s. III. c. 4. *condescensio* misericordiæ. Cf. Cod. Justin. 5. c. de S. Tririct.

2. **Condescensio,** militum per hospitia dispositio; *katonaszállásolás, szállás.* Száz. XXX. 2. f. 105. l. Rustici Pressuram quarteriorum importabilem sustinent, *Con-*

descensiones et vecturæ *indesinentes* loca obvia exhauriunt. Jògt. Eml. T. II. 1. p. 377.

3. **Condescensio,** declivium; *lejtőség.* Batty. Leg. II. 77. an. 1059: in *condescensione* collis.

4. **Condescensio,** (Du C.) hæreditatis concessio, alienatio; *örökség átszállítása.* Szék. Okl. I. 106.

Condescensio actionis, (Du C.) actio irrita, depositio et collapsio causæ; *a vádlevél leszállíttatása.* Georch. H. T. III. 80. hogy az alperes a törvényes megkinálásnak elmulasztása miatt a vádlevélnek leszállíttatását *(condescensio actionis)* foganatosan sürgethetné. Samb. Tyrn.

Condescensio ad castra, actus castra sequendi; *táborba szállás.* Monm. Comit. Trans. I. 419. quod ad *condescensionem* dominorum nobilium *ad castra* pertinet.

Condescensio bonorum, bonorum concessio, alienatio; *jószág általszállás.* Törvt. Msz.

Condescensio Causæ, (Du C.) depositio et collapsio causæ (Not. Samb. Tyrn.). Citatio irrita vel litis in alios translatio (Moln. Alb.); *perletétel.* Cher. Jus. Eccl. 354. Causæ *condescensio* et iudicis recusatio. Evenire potest, ut sententia in Foro Ecclesiastico lata non semper subsistat. Si quippe causa talis in eodem assumatur iudicanda, quæ eorsum non spectat. Werbőczi 457. Quod Causarum *Condescensio* duobus modis fieri solet: Primo quidem per Judicem, quando scilicet Judex causæ perlecta actione et acquisitione actoris simul et evocatione inde subsecuta bene calculata, tale vitium vel errorem in literis ipsis Evocatoriis deprehendet, quo præpediente sententia ac iudiciaria deliberatio debito modo ex huiusmodi actione pronunciari non poterit. — Werbőczi 463. Secundo modo Causarum *Condescensio* vel *Depositio* fit per Actorem cum onere sex Marcarum minoris ponderis seu utputa florenos auri facientium in duabus Judici (coram quo his ipsa mota fuerit) in tertia vero Partibus; in causam attracto persolvendarum: Dum videlicet Actor suam actionem et acquisitionem ex sua negligentia vel scriptoris vitio aut alio quocunque errore occurrente, male et indebite positam ac declaratam cernit et obesse potius quam prodesse sibi considerat; antequam discussio illius causæ fiat, per se vel suum Procuratorem, eam, cum onere et gravamine prænotato sponte deponi sopirique et condescendi facit. Cf. Hajnik. Perjog 413.

Condescensio citationis, irrita citatio; *idézés leszállítása.* Törvt. Msz.

Condescensio judicatus, V. s. condescendit; *biróság leszállítása, alászállása.* Törvt. Msz.

Condescensio levatæ, irrita causa mota; *per fölvételének alászállítása, v. szállása.* Törvt. Msz.

Condescensio prosecutionis causæ, litis in alios translatio; *a pörnek valakire szállítása.* Törvt. Msz.

Condescensoria, sententia condescensionem instituens; *leszállító itélet.* Kass. Jur. Civ. I. 7. *exceptoriae* seu *condescensoriae.* Georch. H. T. IV. 164. Ez illyen Itéletektől (kivévén a jobbágyról igazságot szolgáltató impensionalis pereket, mellyekben a leszállító *condescensoria* itéletet fellyebb viheti, a Felperes fellyebb vitettető *(Transmissionale)* parancsolat nélkül általlyában meg nem engedtetik a fellyebb vitel.

Condescensoria sententia, sententia, qua aliquid irritum, declaratur; *leszállító, alászállító itélet.* Törvt. Msz.

Condescensorius, 3., ad condescensionem pertinens; *leszállító.* Cher. Jus. Eccl. II. 358. Exceptiones abeunt in diversas classes: sunt nempe *1. dilatoriae* seu *condescensoriae* 9. quibus Reus conventus contra externam Processus formam ante Litis contestationem agit eamque evertere conatur.

Condescensus, us, ostium fluvii; *beömlés, szakadás, torkolat.* Cod. Dip. Arp. Cont VI. 362. Decimum predium est, quod vocatur Fizeg, super ripam Danubii in *condescensu* ipsius fluminis in Danubium, in quo ipse locus suum sumpsit vocabulum.

Condicionarius, qui sub certis conditionibus operam navat; *béres.* Knauz. M. E. Str. I. 329. cum suis servitoribus *condicionariis.*

Condicionatus, 3., condicionalis; *föltételes.* Knauz M.E. Str. I. 407., 530. deus non omnia facit potentia ordinata sed *condicionata.*

Condictare, pro: condicere, conferre, disceptare de aliqua re; *értekezni.* G. Fej. T. XI. V. Un. 320. quæcunque per dictos oratores nostros *condictata,* tractata, conclusave fuerint.

Condictio, Vox Ulpiano et Jurisconsultis Nota, quam sic exponit Festus: *Condictio,* in diem certum ejus rei, quæ agitur, denunciatio. Du C. V. Actio; *bevádolás, kereset, panasz, személy ellen való kereset.* Stat. Jur. L. III. p. 92: *Condictio* vero furti ei demum competit, qui dominium habet, vel hæredi eius.

Condictio furti; *a lopott jószág ügyében inditott kereset.* Nagy Jus. Trans. Sax. 168. *Actio furti* et *condictio furti* itaque differunt inter se 1. *Condictio furtiva* ipsam rem cum fructibus tam perceptis, quam percipiendis, omnique interesse vel si res interierit, æstimationem eius, quanti ea repetit, *actio* autem furti pœnam saltem persequitur.

Condictio indebiti; *a nem tartozott pénz után kereset.* Comp. L. III. V. 3.: Si quis *indebitum* ignorans solvit, *condicere* poterit.

Condilectio, amor mutuus; *kölcsönös szeretet.* Pel. Pom. L. X. P. IV. Art. III.: Quarta ratio *condilectionis;* tantus est enim amor beate virginis ad quemlibet, etiam minimum gloriosum, quod omnis amor... quasi punctus centri ad firmamentum.

Condilectus, 3., dilectus; *szeretett.* Pel. De s. Margar. s. I. c. 2. Ministram voluit Christus Martham et *condilectum* discipulum sc. Joannem.

Condimentarius, 3., ad condimenta pertinens; *fűszer.* Kronst. III. 3., 283: marsupia *condimentaria.* Cf. Plin. 19., 6. 32.

Condirector, socius directoris, ludimagistri, *(isk) igazgatótárs.* Körmöcb. főreálisk. Ért. Bpest. 1895. p. 117.

1. **Conditio,** ignobilitas (Du C.) obnoxiatio; *alattvalóság, alattvalói kötelék.* Tör. Tár. 1893. p. 21.

2. **Conditio,** (Du C. al. sensu) institutio privata; *magántanitás.* Teut. Schul: I. 269: *Conditiones...* seu informationes privatas. Nill. Symb. p. 660.

3. **Conditio,** munus, dicitur etiam positio. Jókai Kárp. Z. 151. micsoda *conditio, hivatala* van?

Conditionales, vel Conditionarii (Du C.) v. s. *Udvornici.*

Conditionales villæ, conditionibus et oneribus servilibus obnoxiæ. (Du C.) Thurócz. in Bela Cœco cap. 64. Ch. Dubn. 99. Et sic omnes *ville condicionales* donaciones regum nominantur. Marc. Chr. II. 69.

Conditionalis, *Conditionarius* q. v.

Conditionalis absolutio, sub lege, conditione aliqua data: *föltételes föloldás.* Verancs. IX. 212. Quamquam solent excommunicatis *conditionalem* quandam *absolutionem* dare canon'stæ.

Conditionaliter, sub conditione; *feltételesen.* Werbőczi 424. Et, si successor ipse, vigore huiusmodi contractus, qui naturam, vimque Donationis *conditionaliter* sapit et habet etc. Szegedi Rubr. Pars. II. p. 160. Nobiles Profugi in liberis Civitatibus domos emere *conditionaliter* possunt. Cf. Gaj. Dig. 25., 1., 17.

Conditionare, conditionem dare, proponere; *feltételt szabni.* Cod. Dip. Brüss. IV. pass.

Conditionarii, tavernici, custodes rei cellariæ; *pinczemesterek.* Urk. Sieb. I. 102. an. 1268. *Conditionarii* nostri, scilicet tavernici nostri, qui vulgariter *kurmis tarnuc* dicuntur. (*kurmis* cerevisiæ genus e zea coctæ)?

Conditionarius, i, servus, qui aliqua servitii seu servitutis conditione obligatus erat; *cseléd, udvari szolga, udvarnok.* Pfahl. Jus. Georg. XXII. Qui nexu feudali adstricti erant Servientes vocabantur; illi vero nexu ministeriali ligati communiter Jobagiones, passim vero etiam *Conditionarii, Ministri* (S Ladisl. L. III. C. 21.) *Ministerialesque* compellabantur. Száz. XV. 553. királyi, királynéi udvarnokok (udvornici) és cselédek (conditionarii) különféle osztályaival, milyenek: tárnokok, asztalnokok, pohárnokok; szakácsok, lovászok, szekeresek, vadászok, peczérek, solymárok, madarászok, halászok, kovácsok, kardhordók, igriczek (zenészek).

Conditionarius vel Conditionalis *Regis vel Reginae* V. Servi fiscales.

Conditionate, ea lege, sub conditione, alias: conditionaliter; *államányosan, feltételesen.* Georch. H. T. II. 126. Pril. Abact. 64. Wagn. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 9. Cher. Jus. Eccl. II. 375.

Conditionatus, 3., conditione nixus; *föltételes.* Cher. Jus. Eccl. II. 139. Denique adhuc est votum *conditionatum,* vel *absolutum.*

Conditor, oris, dulciarius; *czukrász.* Lzb. Cod. Med. T. II. 242: *Conditoribus,* tabernariis... prohibeator... ne *pulvisculis*... electuariis... præparatis, mosellis, tabulatis ad farmacopolas... pertinentibus quæstum exerceant. Cf. Hor. Sat. 2., 2., 49.

Conditor sachari, pistor dulciarius; *czukrász.* Bene Pol. 108.

1. **Conditorium,** scrinium vestimentorum reponendorum et servandorum; *ruhaszekrény.* It. guardaroba. Gall. garde-robe, armoire. Car. Bel. De arch. 49. Proximum huic muneri (Cubiculariorum) et illud fuit, ut vestes regias mundas adservarent, posita a Rege in *conditoria* referrent. Cf. Ammian. 18., 9.

2. **Conditorium,** feretrum in quo reliquiæ sacræ reponebantur; *ereklyetartó.* Batty. Leg. Eccl. T. I. p. 398. Cf. Inscrip. Orelli no. 2473.

Conditura, æ, (Du C.) conditio ciborum; *fűszerezés, becsinálás, befőzés.* Wagn.

Condividentes, socii divisionis; *osztálytársak.* Proj. Leg. Civ. 165. Kövy El. 290. Frater prætendens ob dubios natales a Divisione exclusus, via Ingestionis in processum successionalem ex defectu alterutrius *condividentium* enatum non proficiet. Pel. Pom. In. nat. Dom. s. VII. c. 1. factus est frater noster *condividens* nobis hereditatem suam.

Condividere, inter se dividere, communiter dividere; *közösen megosztani, osztozkodni.* Kass. Jur. Civ. I. 190.

Condivisio, hæreditatis divisio; *örökségfelosztás, osztozkodás.* Cod. Com. Zichy Vol. V. 77: possessionem... fratrum *condivisionalium* eisdem per viam... fraternalis *condivisionis* eorum cessam et deventam.

Condivisionalis, divisionis particeps; *osztályos, részestárs.* Pfahl. Jus. Georg. 22. Nam uxor in rebus per maritum suum stante coniugio conquisitis semper particeps et *condivisionalis* efficietur. Fej. 1., 117. et passim.

Condivisionalitas, ius, conditio condivisionalium, divisio hæreditarium bonorum, iuris et sanguinis communio; *(testvéri) osztályosság, osztozkodás.* G. Fej. T. XI. V. Un. 500. Werbőczi 115. Quoniam contractus ipse vim *fraternalis condivisionalitatis* in bonorum successione non tenet. Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 528. Collaterales iuxta propinquitatem gradus, consanguinitatis et *condivisionalitatis* atque classis bonorum. Kövy El. 407. Kass. Jur. Civ. I. 22.

Condocefieri, una doceri, discere; *együtt tanulni.* Leges. Schol. Schem. 16. literas minusculas et maiusculas, sententiolasque morales in tabula præscriptas apta et, quoad possunt, conveniente pictura repræsentare *condocefiant.*

Condolenter, condolescens, condolescendo, miserens, miserendo; *részvéttel, szánva.* Arch. Rák. VIII. 161.

Condolentia, dolor animi in malo alterius, ægritudinis societas; *fájlalás, szánakozás, részvét.* Condolenz. Wagn.

Condolere, casu alterius commoveri, dolere vicem, doloris esse participem; *sajnálni, fájlalni, szánni, részt venni.* Wagn.

Condolium, *condolentia* q. v. Dip. Alv. II. 187. neque parvo sufferimus *condolio.*

Condolmatica, æ, crampe: (Krampf, spasmus Dief.); verruca; *görcs, szömölcső.* Schläg. 1983.

Condomesticus, cui cum mihi domus communis est; *házbeli.* Wagn.

Condominium, dominium commune, possessio cummunis; *társbirtok.* It. condominio. Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 18. Ratione possidentium, si *Dominium* unicæ physicæ personæ competat, *Solitarium,* sin pluribus in eandem rem simul, *Condominium* est. Vuch. Jur. Feud. 85.

Condominium dividuum, Condominium individuum, possessio communis, quæ dividi et quæ dividi non potest; *osztható és fel nem osztható köz uradalom.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 18. Et *Condominium* rursus *dividuum* aut *individuum.*

Condominus, (Du C.) ejusdem dominii socius; *birtoktárs. Condominus imperii; uralkodótárs.* Rák. Ön. p. 283. l. 31—33. (32.). Quamvis enim Supremus Vezirius... pro *condomino imperii* habeatur, in re nonnisi Sclavus et primus servus Sultani est.

Condonanter, ignoscendo, condonando, patienter; *megbocsátólag, önmegadón.* Pel. De s. Andr. s. I. c. 2.. Crux pœnitentiæ... debet assimilari Christo in patiendo *condonanter.*

Condonatarius, qui particeps, socius est donationis, socius Donatarii; *adománytárs.* Csaplov. Nucleus p. 101. Kövy El. 343.

Condormientes, (Du C.) Hæretici sæc. 13 in Germania. A Toletano quodam seducti Luciferi imaginem adorabant in loco prope Coloniam responsa accipientes. Sine discrimine ætatis sexusque somnum capiebant; *együttalvók.* Nagy Hier.

1. **Conducere,** postulare; *igénybe venni.* Germ. in Anspruch nehmen. Chr. Dubn. p. 46: Quia vero illud grande opus inceptum multos annos *conduxerat* etc.

2. **Conducere,** vehere; *fuvarozni.* It. trasportare. Gall. voiturer, Monm. Comit. IV. 654. ac insuper de singulis quatuor fumis, de virgultis Currum unum dare et *conduci* et prestari debeant p. 656. Isti prescripti omnes debent ire tam ad *conducenda* ligna, quam laboratores daudos ad Byhach.

Conductio, postulatio, invitatio; *fölszólítás, fölkérés.* Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára. V. II. 27.

Conductio lignorum, vectura lignorum; *fafuvarozás.* Monm. Comit. IV. 654. laboratores huiusmodi et *Conductionem lignorum* ac virgultorum ad fortificacionem dare debeant.

Conductio militiæ v. **militum,** conquisitio, delectus mililum mercede; *katonafogadás.* Törvt. Msz.

Conductitius servus, pretio conductus servus: *bérszolga, béres.* Cod. Dip. Brüss. II. 309.

Conductive, conducendo, per conductionem; *kibérelve, bérbevéve.* G. Fej. X. I. 375. et alienaverim *conductive* predictas cameras et utilitates.

Conductor, comes, deductor, observator, inspector; *kisérő, felvigyázó, vezető.* Tisztb. Ir. Törvt. Msz.

Conductor transportualis, qui comitatur commeatum; *szállításbeli kisérő, szállítás kisérője.* Törvt. Msz.

Conductura, (Du C.) vectura; *szekérrel* v. *hajóval való behordás.* Rač. Mon. Sl. XIII. 113. an. 1350: barcharolus uti prius habebat pro *portatura* et *conductura* de quolibet stario bladi follaros.

1. **Conductus,** i, miles mercede conductus, stipendiarius; *zsoldos katona.* Marc. Chr. II. 51. Ducem quoque Bohemorum... mercede conduxit et confidebat in multitudine *conductorum.*

2. **Conductus,** us, *sub conductu* capitaneo, *duce* capitaneo; *vezérlet* Frak. Mát. lev. II. 105.

Conductus paschatis, dominica Palmarum (Du C. conducto ait nundinas ipsas significare, aut idem esse quod Clausum Paschale); mihi videtur a processione nomen duxisse V. Germ. Conduct. Száz. VII. 328. datum in *conductu* Paschatis.

Conduit-Lista, morum censura; *magaviseleti jegyzék.* Kass. Ench. II. 31. *Conduit-Lista* semper adjiciatur sententiis contra delinquentes ad navium attractionem condemnatos latis. Norm. Ordin. an. 1786. 12. sept.

Condura, æ, (gr. κοντοῦρα. Rački: κουντελάς unde venet; *gondola,* κοντός brevis ἐλάς navis) (Cf. Du C.); *hajó.* Rač. Mon. Sl. VII. 298. Ljub. Mon. Sl. IV. 38. an. 1361.

Conestabilis, ex Comes stabuli (Du C.) summæ rei bellicæ præfectus in Gallia; *tábornagy.* Gall. connétable. Pray Hist. p. 36.

Confalonus, i, (Du C. confalo) vexillum; *zászló.* Rač. Mon. Sl. XIII. 270. an. 1359.; *confalonum* ad modum *penoni* de syndone torto... cum arma... regis Hungarie.

Confavencia, favor. V. textum sub *confovencia; kedvezés.* Cod. Dipl. And. V. IV. p. 348.

Confeccio, Confectio, dulcia crustula; hoc vocabulum eandem habet vim et significationem, ac confezzio in sermone Italico; *csemege, czukros sütemény.* Fr. Lib. Rt. II. 119., 124. emere feci de diversis *confeccionibus.* Ljub. Mon. Sl. IV. 293. an. 1392: habebit valde gratum, si presentabitur de *zucharis* et *confectionibus.* Száz. VI. 364. *confectiones* emi... *fontas* decem. Pel. Serm. Hiem. 40. u.

Confectio zuccari, opus dulciarium aut fructus saccharo conditi; *czukor sütemény, czukros befőtt.* Rač. Mon. Sl. XIII. 296. an. 1360: de dando ambaxiatoribus libr. CI. de *confectionibus zuccari* et aliarum *maneciarum* ... *arangias, lumon* et citron.. scattulas de *cizimbe* cum melle... duodenas IV. *guantorum* pictorum. CC. de *dopleriis* ... XX. de *piperata.*

Confectum, (Du C. confectæ, arum) bellaria, opera mellita; *csemege.* It. confetto, Confect. Arch. Rák. VIII. 343. Diversorum generum *confecta* in vitris Nro 74. Arch. Rák. I. 298. Vect. Ref. E. 2. Thök. Diar. 585.

Confectus, 3., conditus, saccharo temperatus; *czukorral befőzött.* It. confetto. Száz. VI. 364.

Confederativus, 3., ad fœdus pertinens; *szövetségi.* Szék. Okl. III. 165. *confederativa* concordia.

Conferentia, consultatio, deliberatio; *tanácskozás, értekezés.* It. conferenza. Gall. conférence. Epist. Proc. P. III. p. 450: In his Comitiis Poloni cum Suevis habuerunt *conferentiam.* Dip. Alv. I. 83. Törvt. Msz. Rak. Ön. p. 170. l. 35—37. Teut. Schul. I. 225.

Conferentialis, consultativus, deliberativus; *tanácskozó.* Kuk. Jur. II. 151. Litteræ, quas ex *Conferentiali* suo Congressu sub 20. præterlapsi Mensis Julii celebrato... ad me dederunt.

Conferentialis Consiliarius, *conferentiarum minister* q. v. Art. Diæt. Pos. 119. Aurei Velleris Equitis Sacræ Cæsareæ Regiæque Maiestatis *Actualis Intimi Conferentialis Consiliarii* invitatione.

Conferentiarum minister, qui a principe adhibetur in consilium; qui omnium consiliorum principis, regis particeps est; *belső titkos tanácsos.* Hor. Mem. 361. S. C.

R. Q. Maiestatis Actualis Intimus Status *Conferentiarum Minister.*

Conferentialiter, per congressum, deliberationem ; *értekezletileg.* Kuk. Jur. II. 257. ut sua Maiestas Sacratissima Benignas Regias Resolutiones Suas, per Dominos Status et ordines *conferentialiter* etiam congregandas, excipiendas elargiri dignetur.

Conferentiarius, i, præfectus, præses, præpositus Conferentiæ; *az értekezlet elnöke.* Gall. conférencier. Cod Alv. I. 50. A császár levelét és az ministerekét is ki kell vinni az *conferentiariusok* resolutiójával...

Conferibilis, quod conferri potest vel donari; *adományozható.* Proj. Leg. Civ. 166. Donatio per eventualem defectum impetrata, velut Bona nondum caduca, adeoque non *conferibilia* pro obiecto habens, non valet. Kuk. Jur. II. 117.... per Dominos Status et Ordines non modo sit *conferibile* (officium Capitaneatus). Burian Blandr. p. 96.

Conferibilitas, proprietas rei, quæ conferri potest; *adományozhatóság.* Proj. Leg. Civ. 168. ut hac mensura limitatum Jurisdictionis Sacræ Regni coronæ exercitium primo Regni Magistratui attributum arctioribus aliquando terminis constringatur et ad calculum mathematicum exigatur, communis sensus in eo coaluit, ut *conferibilitatis* mensura, re late ad quantitatem compellatione et numero integrarum Sessionum designetur.

Conferimentum, donatio; *adakozás, adomány.* Ljub. Mon. Sl. VI. 72.

Conferruminare, ferruminare; *összeolvasztani, összeforrasztani.* Germ. zusammenlöthen. Tomts. 119. si binas quasvis lamellas una sui facie penitus *conferruminemus.* Cf. Plin. 27., 3., 45.

Confessare, confiteri; *bevallani.* Nagy. Jus. Trans. Sax. 183.

Confessarius, i, (Du C.) conscientiæ arbiter, moderator; qui est a sacris confessionibus, arcanus iudex; *gyóntató.* Oltv. Act. Synod. 58. Otia. Bachm. 198. ita sequitur, ad illos, qui internum hominis cuiusvis habitum noverunt, ad *Confessarios* videlicet, facultatem lectionis sacræ Scripturæ concedendi pertinere. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 21 2.

Confessatum, confessio; Austr. Aust. Palma. Ref. P. 3. §. 6: Contraria autem ex parte cum ex *confessatis* tuis manifestum evadat.

Corium silvestre, cortex; *fakéreg, fahéj, hám.* Germ. Rinde. Cod. Dip. Arp. Cont. X. 101. possint et valeant venire et stare in portum cum singulis infrascriptis rebus scilicet: coramine, *coriis* domesticis et *silvestribus.*

Corivalis, rivalis; *versenytárs.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 131.

Corizare, (Du C.) saltare, (a choro) choreas agere; *tánczolni.* Chr. Dubn. p. 162: spoliatis eorum cappis iussit eos *corizare* indecenter per plateas civitatis. Georg. Sirm. I. 93. *corizabant,* simphonizabant, scortizabant cum puellis Regine. Kronst. I. 416.

Cormanista, æ, navis gubernator, in nostro sermone: *kormányos.* Fr. Lib. Rt. II. 26. ad quas naves conduxi quatuor *cormanistas.*

Cormitare, cornucare, cornu canere (Du C. cornuare); *kürtölni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 115.

Cornare, (Du C.) cornu canere; *kürtölni.* V. s. *Gonella.*

Cornarium, *Carnarium; kápolna alsó része, csontház, felső osztályában a halotti szertartást végezték.* Száz. XI. 246.

Cornetta, æ, ab It. cornetta, vexillum; *zászló.* I. Rák. Gy. 40., 46. *cornetta* equitum.

Corniculare, (Du C.) cornu inflare, bucinare; *kürtöt fú* (v. ö. kornyikál?) Pel. Serm. Demones duo cornua ignibus plena auribus eius apposuerunt et *corniculari* ceperunt. Aest. 42. i.

Corniculatus, 3., forma corniculo similis; *szarvalakú.* Curios Misc. 62. Cur vicissim cum est infra solem videatur falcata et *corniculata?* (Venus.) Cf. Appul. de Deo Socrat. init.

Cornipetus, (Du C. cornipeta) ferus, qui cornibus petit; *szarvaival támadó.* Tör. Tár. 1888. p. 557. pro hircis *cornipetis* sive rebellibus.

Cornolium, (Du C.) cornus; *som.* Bárczay.

Cornu bullatum, utriculus; *duda.* Ger. Sackpfeife. Bárczay.

Cornu Lehelianum, *Lehel kürtje.* Kat. Hist. Duc. 453. Nihil derogare velim vetustæ traditioni, quæ *Lehelianum* fuisse hoc *cornu* perhibet... quod Jászberényii diligenter asservatur non aliud esse, quam quo Lehelius Conrado vitam eripuerit.

Cornua erigere, fastidire; audax, insolens fieri. V. s. *Officiositas; valakinek szarva nő.*

Cornua demittere, demittere se, modestum, humilem esse; *dölyfét letenni, megalázni magát.* Verancs. IX. 287. Belgium bene ab Hispanis castigatum *cornua demisit,* silere cœpit etc.

Cornupeta, (Du C.) cornu appetens bos; *szarvval támadó ökör.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 115.

Cornutum opus, *szarvalakú védmű.* Falud. Arch. 58. *Cornutum opus* est munitio externa longius in campum duobus rectis lateribus procurrens ac bina dimidiata propugnacula hosti obiiciens.

Corolla Mariana, V. *corolla precaria.* Pray. Dext. D. Steph. p. 99: sub Litania recitabitur alterna voce *Corolla Mariana.*

Corolla precaria, V. Rosarium; *olvasó.* It. rosàrio. Gall. rosaire chapelet. Germ. Rosenkranz, Paternoster. Fabó. Monm. Evang. II. 159. sed etiam rari pretii *corolla precaria* donavit.

Corollatus, 3., corolla instructus; *koronás, koszorús.* Numi Hung. 3.

Coromellus, (Dief. carduelis); *tengelicze.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 115.

1. **Corona,** æ, (Du C.) pars capitis in orbem tonsa sacerdotum, vertex tonsus; *pilis, környeset, papkoszorú.* It. tonsura. Gall. tonsure, couronne. Germ. Tonsur. Schläg. 299.

2. **Corona,** æ, munimentum formæ semicircularis; *félkerék alakú védmű.* Curios. Misc. 372. Quomodo urbes flumini adiacentes sint muniendæ. Et præterea si fluminis latitudo ictum sclopeti non excedat, ad alteram fluminis ripam fiat Ravelinus maior aut dimidiata *stella* seu *corona.*

3. **Corona,** æ, idem ac diadema regium (Brut. I. 82., 5.) sive sacrum diadema (I. 83., 3.) *Corona regia* quoque legitur (V. 32., 15.) De corona aurea v. Du C. s. v. corona aurea, ubi illam dicit coronam auream, qua Romæ a summo pontifice donatur tamquam Imperator. Coronam a Bruto allatam Silvestrem II. papam regi nostro Stephano I. donasse constat; *kir. szent korona.*

4. **Corona,** æ, convivia mechanicorum; *iparosok dáridója.* Teutsch. Schulordn. I. 44: qui convivia mechanicorum, quæ *coronas* vocant, frequentaverit. (366: *Corona* ist die Uebersetzung des sächsischen Ausdrucks Krynzeln = Kränzlen, ursprünglich Zusammenkünfte der Mädchen zu Spiel u. Tanz.)

5. **Corona** (signatum), coronæ formam exhibens cauterium (Brassovience); *sütő vas, bélyeg* (korona alakú). Kronst. II. 693. an. 1540. quod *coronam* signatum videlicet fecit, quo modii ac octoalia signantur.

6. **Corona,** (Du C.) V. *Aureola.*

7. **Corona,** in astronomia. Bel. Geogr. 30. Jókai Kősziv. V. 172—174. *Perhelia,* napudvar, *koróna,* hálósz. A nap tányéra elmosódott s tompa szögletes küllőkkel vette magát körül. Cf. Senec. Qu. Nat. 1., 2.

Coronæ Conservator, custos coronæ regiæ; *koronaőr.* Germ. Kronhüter. Fabó. Monm. Evang. 55. Petrus de Réva, Sacræ regni Hungariæ *Coronae Conservator.*

Coronæ Conservatoratus, officium Coronæ Conservatoris; *koronaőr tiszte.* Kov. Form. St. CXLVIII. Collatio officii *Coronae Conservatoratus.*

Coronæ membrum, omnis nobilis Regni Hungariæ; Verbőczi Tripart. I. 4. §. 1., 9. §. 4.

Coronalia bona, ad coronam pertinentia; *koronajószág.* Ger. Krongüter. Comm. Hist. de. Reginæ. Hung. Coron. More 19. Atque hoc ipsum, quod ex bonis ad reginatum pertinentibus nullum ius reginæ haberent aliis quidquam conferendi, certo argumento est, eas sacro diademate, inde enim *bonorum coronalium* origo est, insignitas fuisse.

Coronalitas, ius coronæ; *koronajog.* Kass. Jur. Civ. I. 37. Actio Fisci Regii fundamento *Coronalitatis* Bonorum et ex defectu Statutionis... Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 131. Si tamen, vel hodie, bonum quodpiam a nexu *Coronalitatis* eximeretur, et privato cuipiam conferretur, quod fieri posse innuitur... sane eo casu, præter titulum Juris Regii clari, vix ullus alter adplicari posset.

Coronare, regis insigni ornare; *koronázni.* S. de Kéza Chr. II. 2., 1. II. 4., 5., 51. Tör. Tár. 1891. p. 29. Celebre proverbium: Ugocsa non *coronat.* Cf. Pallas XVI. p. 482.

Coronare in regem, reginam, V. *Coronare; királylyá királynővé koronázni.* Sztiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 380.

Coronarium, *koszorú díj.* Sim. Num. 124. Coronæ aureæ Ducibus, qui rem præclare gessissent, dabantur. Dum igitur munitio aliqua devicta est, pro corona Ducis victoris hostile aurum colligebatur et hoc proprie *coronarium* erat. Deinde Principes, Provinciæ atque Urbes fœdere iunctæ *aureas coronas* Imperatoribus sua sponte offerebant. Denique vectigalium naturam induerunt ita, ut pro corona certam argenti summam pendere tenerentur, quæ ideo *Aurum coronarium* appellabatur.

Coronati Veneti, *velenczei koronás.* Verancs. IV. 12. Freti itaque spe duorum illium millium aureorum, quos maiestas regia curavit nobis Venetiis numerandos, scripsitque toties eosdem nos dudum iam accepisse arbitrari se a Zacharia Scaramella 2399. *coronatos Venetos* ad eius summæ rationem sumpsimus.

Coronatio, actus corona ornandi, redimiendi. Text. v. s. *Aggratulatio.*

Coronationale templum, coronā redimiendi destinatum temp.; *koronázási templom, budavári Mátyás templom.* Száz. VII. 730.

Coronationalis, e, ad actum coronandi pertinens; *koronázási.* G. Fej. X. I. 454. Idem Sigismundus titulo *coronationalis doni* possessiones Nyerges Ujfalu... confert. Numi. Hung. 106.

1. **Coronator,** qui caput coronā redimit; *koronázó.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 511. Interim Excellentissimus Præsul *Coronator,* incensata Icone Parthenia, genuflexus inchoavit in cantu hymnum.

2. **Coronator,** angl.: coroner (Du C.) iudex placitorum coronæ; *hajdan a koronát illető perek eligazítója, most rendőri tiszt.* Uj Magy. Muz. III. 197. Nullus vicecomes, constabularius, *coronatores* vel alii ballivi nostri teneant *placita corone* nostre.

Coronatum, i, Opus Coronatum; *koronaalakú erődítés.* Falud. Arch. 62.

Coronatus, i, species monetæ; *koronás tallér.* Ger. Kronenthaler. Verancs. V. p. 24. Cod. Dip. Brüss. II. 154. controversiæ nonnullæ motæ fuissent, ratione Ducentorum Millium *Coronatorum* ipsi Sermæ Sorori... ex causa Dotis. Brut. Hist. VIII. 413., 7.

Coronerare, assentire Coronensibus v. partes sequi Cor.; *brassózni, a brassóiakkal tartani.* Teut. Schul. I. 92: alter delegatus Coronensis *coronerat.*

Coronica, æ, pro: chronica; *évkönyv.* Tkal. Mon. Ep. II. 2. an. 1334: Chr. Dubn. 24—25.

Coronis, idis, a gr. κορωνίς, conclusio, finis; *záradék, vég.* It. coronide. Cziráky De Ord. eq. aur. 29. Libet eum (ritum) pro *coronide* paucis describere. Cf. Mart. 10., 1.

Coronula, æ, dimin. a Corona; *koronácska.* Sim. Num. 39. B. autem præfert Florentinum lilium, cum inscriptione præmissa *coronula.*

Corosna, Corozna, corbis, sporta; *font kosár.* Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 160. an. 1343. de singulis *coroznis* piscium... duo denarii p. 182. de singulis sportis, que in slavonico vulgari *korosnya* nuncupantur. Tkal. Mon. Ep. II. 21. an. 1340.

Corotrophium, gr. κοροτροφέω, pædagogium; *gyermeknevelő intézet.* Lzb. Cod. Med. III. 600. Kass. Jur. Civ. X. 236.

Corpora, dicuntur collegia sacra; *szent testületek.* Gall. corps. Not. J. Samb. Tyrn.

Corporale, (Du C.) palla, qua sacrificium contegitur in altari; *ostyaabrosz.* Batty. Leg. III. 270. an. 1372. Oltv. Act. Synod. 96: sub ciborio semper sit substratum *corporale.* Szered. Ser. Episc. 187.

Corporale iuramentum, (Du C.) quod præstat protensa manu tactis sive inspectis sacrosanctis evangeliis. Verancs. V. 309. tunc tempore talis consecrationis deposui *corporale juramentum,* quod in ipsa bulla consecrationis expressum est in hæc verba: Ego Antonius Verancius etc.

Corporalis, decurio; *káplár, Corporal.* It. *caporale.* Arch. Rák. VIII. 392. Diar. 1802. p. 97.

Corporalis, e; *valóban létező.* Molnár Patv. 33. Si vero dici audiveris: Jus Familiæ T. Jus possessionarium, Jus Nobilitare; non ea jura, de quibus in præmissis locutus sum, intellige; quia apud *Legistas* etiam Bona possessionaria nomine Jurium solent appellari; adeoque Jura taliter intellecta vocantur *corporalia,* quia significant illa corpora Bonorum, quæ realiter existunt, ut sunt: Oppida, Curiæ, Arces, Prædia.

Corporalis possessio, actu, opere ipso, re vera, præsens possessio; actus vero et sollemni ritu in possessionem mittendi; *valóságos, tényleges birtokba vétel, birtoklás.* Kub. C. Arp. I. p. 102. (Ladisl. IV. an. 1278.) in *possessionem corporalem* predictarum villarum fecimus introduci. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 79. in *corporalem possessio-*

nem Archidiaconatus et prebende .... inducens.

Corporalis Ticia, *media Ticia ; Tisza dereka.* Szam. Tih. Apáts. p. 15. 1484: Penes Holththyzateve et usque *Ticiam corvoralem* (a derék Tiszáig) metaliter eundo.

Corporaliter, (Du C.) in corpore... re vera; *valóban érzékileg, testileg.* It. corporalmente. Gall. corporellement. Germ. körperlich. Vita S. Steph. 23. salvator noster paucis *corporaliter* apparuisse perhibetur. Cod. Dip. Árp. Cont. III. *iuramus corporaliter* tactis Sacrosanctis Evangeliis et vivifice Dominice crucis ligno. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 107. Cf. Petron. Sat. 61., 7. Paul. Dig. 41., 2., 1. Tertul. Bapt. 4. Arnob. 5. p. 168.

Corporaliter iuvare, ipse, præsens iuv.; *személyesen segiteni.* Száz. XI. 24.

Corporatio, collegium, cœtus; *egyesület, testesülés, testület.* Gall. corps. Törvt. Msz.

Corporatio urbariatuum, societas fodinarum possessorum; *bányatársulat.* Ger. Genossenschaft. Besztb. Levt.

Corporatura, æ, habitus, constitutio, forma corporis; *testalkat.* It. corporatura. Galeot. M. 16. 20. pro *corporatura* piscis grandi. Cf. Colum. 6., 2., 15.

1. **Corporeitas,** pars, corpus; *tagosság.* Kass. Jur. Civ. I. 87. Kővy El. 239. Pfabl. Jus. Georg. II. 85. juxta Competentiam cuiusvis Coloni in præexistentibus Urbariis (Tabellis urbarialibus) defixam in corporibus *(corporeitatibus)* separatis a tenutis dominalibus allodialibus exscindantur.

2. **Corporeitas,** (Du C.) statura, corpus; *testalkat, test, testesség, testiség.* Pázm. Dial. 207.

Corpus, venter vasis; *edény öble, kiálló hasas része.* Kecsk. Ötv. 159.

Corpus Delicti, *vétekjel, bűn-jel* (Tisztb. Irm.) Kővy El. 675. Liberat Actorem a proba præsertim in civilibus in criminalibus non semper, nisi *Corpus Delicti* idest: Evidentia patrati Delicti simul adsit.

Corpus fossorum, cohors foss.; *árkász, utász csapat.* Pionier-Corps. Lzd. Cod. Med. T. II. 763.

Corpus granaderiorum, cohors militum cristatorum; *granadiros csapat.* Arch. Rák. II. 61.

Corpus legislativum, viri legibus scribendis, ferendis; *törvényhozó testület.* Törvt. Msz.

Corpus morale, collegium, societas, communitas iuridica iura exercens; *erkölcsi testület.* It. corpo morale. Kass. P. P. I. 42. *corpora moralia* uti Capitula, Conventus...

Corpus Sclopetariorum, cohors venatorum; *vadász csapat.* Ger. Jäger-Corps. Lzb. Cod. Med. T. II. 763: *corpus sclopetariorum* vulgo Jäger-Corps compellatorum.

Corralinus, 3., pro: corallinus; *gyöngy.* Tör. Tár. 1890. p. 368.

Corrasivus, 3., vim corradendi habens, dicitur de tempore edaci rerum, cuius dentes omnia corradunt; *megrágó (az idő vas foga).* Fej. IV. 3., 320. nec successivorum *corrasiva* vetustate temporum valeat aboleri.

Corratore, Corator q. v. Ljub. Mon. Sl. XI. 6. an. 1306: efficiatur unus *corratore* ad litus maris de petra et calcina.

Correator, coriarius; *timár.* Arch. Ver. Sieb. X. 1., 178.

Correbellis, rebellionis socius, particeps. Funda David. M. 2. in fine.

Correcta, æ, correctio, emendatio errorum in scriptis; *javitás irásban.* Tör. Tár. 1891. 527.

Correctio probatica, cor. exploratoris v. exploratoria; *az érczkém által tett javitás.* Pest. Vár. Lev.

Correctionalisatio, studium corrigendi; *javitási intézkedés.* Ak. Ért. 1897. jan. p. 18.

Correctivus, 3., corrigens, emendans, puniens; It. correttivo; *javitó, büntető.* Vern. Met. II. 282. exstare inter homines debere *iustitiam* non solum *correctivam,* quæ videlicet in futurum prospicit curatque, ne malæ actiones committantur, sed etiam *vindicativam,* quæ ob actus duntaxat præteritos iis præmia vel pœnas decernendo æquissime exercetur.

Corrector, qui errores typographorum notat; *nyomtatvány-javitó.* Korrektor. Rév. Pl. 20.

Correctorio-laboratorius, 3., ad emendandum, laborandum aptus; *javitó-dolgozó.* Art. D. 1840. p. 13. de institutis *correctorio-laboratoriis* ... correctorio-laborarii systematis.

Correctorium, executionem præscribens Mandatum; *végrehajtást igazitó parancsolat.* Georch. H. T. IV. 268.

1. **Correctorius,** 3., corrigens; *javitó.* Csaplov. Nucleus p. 117: Processu *executionis-correctorio* talia corrigi nequeunt, quæ incattus facto proprio usurpavit, verum talia, quæ erroneo judicis facto intervenerunt.

2. **Correctorius,** 3., mores emendans, corrigens; *javitó.* Lzb. Cod. Med. T. II. 408: domus *correctoriae.*

Correctura, correctio, emendatio; *nyomtatvány-javitás.* Rév. Pl. 16.

1. **Corredum,** (Du C. *Conredium*), procuratio, seu convivia, quæ dominis præstabantur a vasallis, ex iure definito, quoties per illorum terras pergebant. V. s. v. Albergaria; *megvendégelés.*

2. **Corredum,** instrumenta, apparatus, utensilia (navis) ab. it. corredo; *hajófölszerelés, fölszerelési szerek.* Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 109. Item quod dictus dominus Rex commodabit dicte Universitati Spalati duas galeas cum offesis et *corredis* suis sine hominibus usque ad finem dicte guerre. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 210.

Correferens, collega referentis; *előadó társ.* Germ. Correferent. Instr. Jos. II. p. 20. §. 47: Relatione finita, casibus in illis, ubi *Correfcrens* etiam denominatus fuerit...

Corregens, collega regentis; *uralkodótárs,* Art. Diæt. Pos. 21. pro Regni Hungariæ Partiumque eidem annexarum *Corregente* et Coadministratore.

Corregentia, æ, *Corregimen* q. v. Száz. XVII. 446. az tegnapi sessioban az *corregentia* ujabban eléfordittatván, az egész országnak proponáltatott, ha tetszeni fogna-e vagy sem... csak confirmálták az fels. herczegnek az *corregentiát.*

Corregimen, regimen commune cum aliquo; *társ uralkodás.* Art. Diæt. Pos. 20. Altefato Serenissimo Lotharingiæ et Barri Duci *Corregimen* et Coadministrationem Hæreditarii huius Hungariæ Regni... obtulerunt.

Corregnare, simul una cum aliquo regnare; *együtt uralkodni.* Serm. Cat. 178. Si commortui sumus et convivemus; si sustinebimus et *corregnabimus.* Cf. Tertul. adv. Jud. 8. Paul. Nol. Carm. 25., 227. Sulpic. Sev. Hist. 2., 33.

Correlatio, coniunctio; *viszony.* It. correlazione. G. Fej. VI. 62., 68. amicam inter Regem Hungariæ ac Ducatum Venetiarum *Correlationem* notam ipsi esse.

Correlatio cambiaria, iuris cambialis vices; *váltójogi viszony.* Art. D. 1840. p. 58.

Correlative, pro viribus, pro opibus; *viszonyilag.* Törvt. Msz.

Correlativus, 3., mutuus Ap. Du C. correlatio: mutua relatio; *kölcsönös.* Cod. Dip. Hung. Arp. V. III. 151., 250. Porro quia multiplex tamquam sanguinitatis vel affinitatis affeccio ad *correlativum* amorem nos possunt et debent mutuo incitare.

Correpetens, qui duce professore vel instructore studia multa iteratione velut conficit; *ismétlő.* Wallaszky 532.

Correpetitio, communis repetitio; *együtt ismétlés.* Szilády Irodtört. Közl. VI. évf. I. f. 100.

Correpetitio privata, *magántanitás, együtt ismétlés.* Körmöczb. főreálisk. Ért. Bpest 1895. p. 157. privata correpetitio. Oltv. Act. Synod. 61. ut Regulares Scholarum piarum a *privatis Correpetitionibus,* quas erga pactatas solutiones instituere cum adolescentibus solebant, hactenus in totum abstineant.

Correpetitor, professor vel instructor, qui studia in scholis tradita cum alumno repetit, iterat; *ismétlő.* Wallaszky 485.

Correpetitor theatralis, qui est a relegendis, agendis partibus scenicis; *szinészet tanára.* Pest Vár. Levt.

Correptio, convicium, reprehensio; *feddés, szidás.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. p. I. Sæpe aliorum præsumpta *correptio,* iudicatur esse debita admonitio p. 7. *Correptio* amica plus prodest quam stricta. Cf. Tertul. Pudic. 14.

1. **Correquisitus,** 3., necessarius; *szükségeltető.* Fej. XI. V. un. 118: vadum navibus... et aliis... *correquisitis* instrumentis fulcire.

2. **Correquisitus,** 3., acquisitus; *összeszerzett.* It. acquisito. Pel.. Pom. De S. Andr. s. IV. c. 4. Andreas sibi tantam gratiam contulit, ut esset dignus per virtutum *correquisitarum* habitum.

Correquista, æ, res maxime necessariæ; *szükségeltető dolog; kellék.* Magy. Tör. Tár. IX. 154. Si vero monetarii ipsorum diligentiam non adhiberent et ipsa moneta per ipsorum negligentiam indebite cuderetur, ac formam et disposicionem *pretitulacionis, dealbacionis* et aliarum *correquistarum* non retinerent... etc.

1. **Correria,** æ, incursio maritima; *tengeri kalandozás. Streiferei.* Ljub. Mon. Sl. II. 404: a faciendo ... ullam *correriam* debeat se abstinere.

2. **Correria,** *Cavalcata* q. v.; *száguldozás.* Ljub. Mon. Sl. III. 125: *correria* seu *Cavalcata.*

Correspondens, tis: procurator com-

mercii litterarii; *levelező.* It. Corrispondente. Gall. correspondant. Thök. Diar. 350. deákul peniglen irattam: az francziai oratornak Lora uramnak ... irattam Moldvában resideáló szolgámnak Székely Zsigmondnak és abban inclusive lengyelországi *correspondensimnek* és Szabó András lovászmesteremnek.

Correspondens Academiæ, per literas cum sodalicio academiæ coniunctus; *akademia levelező tagja.* Hor. Mem. 565.

1. **Correspondenter** (esse): commercio litterarum coniunctum esse (Du C. al. s.); *levelezésben lenni.* Arch. Rák. II. 38. lévén *correspondenter* Nemzetes Vitézlő Bay László ittvaló vice-kapitányunkkal.

2. **Correspondenter,** convenienter, consentienter; *megegyezőleg, egyetértve, egyértelműleg.* Rák. Ön. p. 291. l. 23—25. (23—24.): ... vel *correspondenter* operarer cum Vezirio, vel irruptionem tentarem in Principatum meum.

1. **Correspondentia,** abstr. a participio præs. inusitato verbi correspondere — commercium litterale; *levelezés.* Gall. correspondance. Dip. Alv. I. 316. II. 55., 214. Rák. Ön. p. 140. l. 37—38. (37.): ... ab omni *correspondentia* et literali commercio supersedendum duxi ...

2. **Correspondentia,** coniunctio, necessitudo, consensus, concordia; *viszony, összhangzás.* It. relazione, connessione. Gall. rapport. Act. et Doc. Rákóczy p. 109: nos ... firmam ac sinceram amicitiam et *correspondentiam* communi bono inservientem continuabimus. Ac. Com. Sopr. p. 107. inter ... Consilium bellicum et Dominum Palatinum *bona correspondentia* observetur.

3. **Correspondentia,** coniectura; secundum correspondentiam: coniecturā; *hozzávetőleg.* Pel. Serm. Agilitatem, qua discipulis subito apparebat (Christus) et recedebat, et hanc — loquendo *secundum correspondentiam* — meruit per promptitudinem obœdientie et bonorum operum. Pasch. 5. z.

Correspondentiæ literales, scripta; *levelezés.* Fabó. Monm. Evang. II. 382. Rapuerunt enim, quicquid supellectilis librariæ in museo erat, omnia Mst., *literales,* uti vulgo nominantur, *correspondentias* omnes.

Correspondere, con + respondere — respondere, satisfacere; *megfelelni.* Ger. entsprechen. Asp. Pr. Chr. p. 448. l. 30—31. (31): ... quomodo voluntati, Deum unice amare volenti, *correspondisti?* Phil. Call. 447. votis omnium *correspondere.* Cod. Dip. And. I. 265., 290. Volentes fidelitatum obsequiis ipsius magistri Thomæ remuneracione regia *correspondere.*

Correus, i, (Du C.) socius malefactorum, complex; *bűntárs.* It. correo. Gall. complice. Nill. Symb. p. 333: cum in *correos* præsumti tumultus inquireretur. Törvt. Msz. Cf. Ulp. Dig. 34., 3., 3.

Corrida, *Correda* q. v. Ljub. Mon. Sl. XI. 76. an. 1323.

Corridorum, Corridorium, porticus; *folyosó.* It. corridore, corridojo. Gall. coridor. Germ. Gang. Mem. Pauli. 431. cuius longitudo erat, ut egomet mensuravi, vargorum meorum 52, præterea *corridorum,* quod excedebat proram per quatuor vargos, vel longitudo eius erat cum ipso *Corridorio* quantum est ab angulo domus S. Johannis ... usque portas Bechariæ.

Corrigi facere, pro iubere, curare corrigendum; *javíttatni.* It. far corréggere. Kass. Prax. I. 32. et pass. corrigere aut *corrigi facere.*

1. **Corrigia,** æ, fascis, manipulus (ap. Du C. alio sensu); *csomó.* Kronst. II. 514. an. 1534. *corrigias* piscium Batoch.

2. **Corrigia,** æ, (Du C.) funiculus, fasciola chartis appensa; *kötő, zsineg.* Knauz. M. E. Str. I. 41., 14. hanc paginam sigillo nostro authentico *corrigie* appensione iussimus sigillari.

Corrigiamenta, orum (Du C. *corrigiamen*) corrigia, lorum, cingulum; *szíj, öv.* Quell. Sieb. I. 271. an. 1500 et passim.

Corrigiarius, i, coriarius; *szíjgyártó.* It. coreggiajo. Monm. Comit. Trans. II. 179. Si et ipsi *corrigiarii,* ut supra dictum est, cutem bovinam pro d. 50. et tres vaccinas cutes pro f. 1. coëmere possunt.

Corrigiator, coriarius, lorarius, qui parat corrigias, lora; *szíjgyártó.* G. Fej. T. XI. V. Un. 481. Knauz. M. E. Str. II. 695., 785., Fr. Lib. Rat. II. 57. Kronst. I. 83.

Corrigiparus, *Corrigiator* q. v. Magy. Tör. Tár. XII. 79. Magistris *Corrigiparis.*

Corrivalis, rivalis, æmulus; *vetélytárs.* Szamosk. II. 370. Gal. Mar. 71. Cf. Quintil. Decl. 14., 12.

Corroborative, corroborans, confirmans, corroborando; *megerősítőleg.* Luc. Regn. Dalm. 99. affirmative corroboro, *corroborative* ab omni parte perenniter habendo concedo sic ...

Corroborator, qui simul corroborat, firmat; *együttesen aláíró, megerősítő.* Batty. Leg. T. II. an. 837: communi voto et voluntate *corroboratorum.*

Corrosio, actus corrodendi; *megrágás.* Bene Med. III. 10. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 503. tinearum *corrosionibus.*

Corrosivus, 3., corrodens, vim corrodendi habens; *megrágó.* Bene Med. II. 336. mercurii sublimati *corrosivi* grana. Cf. Seneca Qu. nat. 7., 27.

Corruptelam carnis ingredi, mori; *meghalni.* Urk. Sieb. I. 389. an. 1324.

Corruptibilis, qui. quæ, quod corrumpi potest, fluxus; *megromolható, gyarló.* It. corruttibile. Gall. corruptible. Vita S. Steph. 134. ipse carnalem generationem, que *corruptibilis* est, spirituali proposito virginitatis postponens. Cf. Lactant. 6., 25, Arnob. 2., 68.

Corruptibilitas, proprietas rei fragilis, fluxæ, caducæ, quæ corrumpi potest; *romlandóság.* Andr. Pann. 249. Cf. Tertul. adv. Marc. 2., 16.

Corrupticolæ, Hæretici, qui Corpus Christi perinde ac nostrum detrimenta pati ... asserebant (Du C.). His oppositi erant Aphthartodocetæ; *romlatagimádók.* Nagy Hier.

Coruptivus, 3., qui corrumpi potest; *gyarló, romlandó.* Batty. Ger. 36. Dum offendere ... *corruptivum* quis metuit hominem propter hominem. Cf. Tertul. Resurr. Carn. 59.

Corruptorius, 3., corrumpens; *rontó.* Bene Med. I. 66. febris *corruptoria,* quæ statum organismi imperfectiorem reddit. Cf. Tertul. adv. Marc. 2., 16.

Corrutziones, curucones; *kuruczok.* Száz. VII. 15.

Corsarius, i, (Du C.) πειρατής, pirata; *kalóz, tengeri rabló.* It. corsàle. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 529. Et non facient compagniam cum ullo *corsario.*

Corsia et **Cursia,** æ, fors. pluteus; *támaszfal.* (Cf. Du C. *Cursus* 9.) Ljub. Mon. Sl. V. 268. an. 1334: pro uno *planchono* pro faciendo *cursiam* galioni empto.

Corsned, Buccella panis conjurata (Du C.) Anglo Saxonibus, ait Lambardus, erat in more positum, panem certis quibusdam distinctisque sententiis consecratum reo gustandum offerre, habebant enim penitus insitam opinionem non posse quemquam mali conscium panem hoc modo dedicatum deglutire. V. s. *Campio*; *megbabonázott falat kenyér.*

Cortena, æ, (Du C. cortina) velum, auleum; *kárpit, takaró.* Rač. Mon. Sl. VII. 46. an. 1042: *cortena* de serico.

Cortesia, æ, titulus, ab it. cortesia; *udvarias megszólítás, czím, levélczím.* Ger. Adresse. Kass. Prax. Capitulis et Conventibus dari solet *cortesia* sequens: Venerabile Capitulum I. passim. Circa applicationem *cortesiarum* et titulaturarum in instantiis ad Excelsam Cancellariam Regiam Hungarico-Aulicam exhibendis. Kass. Jur. Civ. Lex. 12. Kass. Ench. III. 131.

1. **Cortina,** septum, sepes; *kerítés.* Thuroc. Salam. 52. Milites Ladislai agmina Salomonis tamquam in *cortina* concluserunt.

2. **Cortina,** æ, (Du C.) aulæum; *zápona, kárpit.* It. cortina. Schläg. 1142. Kass. P. P. II. 150.

3. **Cortina,** æ, mœnia intergerina; *középfal.* It. cortina. Gall. courtine. Germ. Courtine, Mittelwall. Curios. Misc. 358. Quid sit generatim circa has præmunitiones externas observandum ... 1. Ut sint intra iactum teli e propugnaculis vel *Cortina* venientis. Falud. Arch. 21. *Cortina* seu *Chorda, Wall,* Walls-Lini. La Courtine. Est linea inter duas alas interjacens.

Cortina ante-janualis, auiæum portarum; *ajtókárpit.* Arch. Rák. VIII. 331. *cortina antejanualis* ex simplici rubro panno, vulgo Remek.

Cortina circumlectitia, velum lecto prætentum; *ágykárpit.* Arch. Rák. VIII. 316. Frusta *cortinae circumlectitiae* antiqua duo, ex rubra simpliciori tafotta.

Cortina Hispanica, paries mobilis, versatilis; *spanyol fal.* Ger. Spanische Wand. Száz. VIII. 138. *Cortina Hispanica* ex sex lateribus constans.

Cortis, (Du C.) pro: curtis: atrium rusticum stabulis et aliis ædificiis circumdatum; *udvar.* Prot. inq. 183: in tantum crevit flumen Danubii ... quod intravit *cortem* Cf. 301.

Corus, alias: chorus, (Du C.) mensuræ species, centum viginti iustas continens; *mérő.* Magy. Tör. Eml. XXX. 260. an. 1550. hordei *coros* tres. Ib. 282: tritici ... in acervis existentis ... ducentos *choros.* Fabó. Monm. Ev. II. 405.

Coruscatio, a coruscando, fulgetrum; *villámlás, villogás.* Curios. Misc. 259. Cur sæpe post *coruscationem* visam postea proxime audiatur tonitru. Cf. Solin. 53. ad fin. Vopisc. Car. 8.

Corviger, 3., corvum gerens; *hollós, hollóviselő.* Cortes. De Virt. Matth. Corvini. 480. Cui quondam galea corvus consedit in ista (*Corvigerumque* alte quatiens caput).

Corviliter, corvorum more; *holló*

módra. Batty. Ger. 199. qui *corviliter* victitant.

Corvinus, i, nummus aureus; *holló arany.* It. ducato, zecchino. Gall. ducat. Czvit. Spec. 103. Cuius rei fidem fecit ipse (Matthias), Corvini cognomine adoptato et nummo aureo cuso (quem *corvinum*, vulgo *Rabler-Ducaten* vocant) cuius clypeo inservit corvum rostro annulum tenentem, cui parturiuntes magnam vim in leniendis doloribus adscribunt. Pár. Páp.

Corycæus, *Κωρυκαῖος:* speculator, proditor; ita vocabantur discipuli constituti, qui petulantes immodestiores observarent et præceptori indicarent. Alias: Custos; *felvigyázó, őr, felügyelő* (az iskolában), *alőr.* Körmöczi főreál. Ért. 1894/95. p. 62. őrök (custodes) és felügyelők (*corycaei*). Leg. Schol. Schem. 12. et finita præsertim schola dimissi, strepitus ac clamores vitent, qua decet gravitate adhortator ac *decuriones* vel *corycaeos*, qui immodestiores observent, constituito. Teutsch. Schulord. I. 39. Bék. Közokt. 35.

Coryza, *κόρυζα*, pituita; *nátha.* Bene Med. I. 167. tardius evadit mucus spissus, glutinosus, albo-opacus, flavescens, virescens, non raro sanguine mixtus, vocatur hic status morbosus *coryza* seu *catarrhus narium* seu *blennorrhagia* seu *blennorrhoea* narium. Cf. Coel. Aur. Acut. 2., 17.

Cos coriacea, corium acuendis novaculis; *beretvaszíj.* Pár. Páp.

Cosciomantia, Cosciomantes, gr. *κοσκινομαντεία, κοσκινόμαντις*, divinatio, vates ex cribris; *rostajóslás, rostajós.* Nagy Hier.

Cosepire, sepio; *bekeríteni.* Szamosk. IV. 414. non muro cæmentitio sed craticeis ligneisque parietibus ac tabularum coassationibus *coseptum* potius quam munitum est.

Cosmarius, dominus mundi a græc. *κόσμος*; *világ ura.* Obs. Jadr. 414. Guid de te machina mundi extimabit, o Rex, o Rex! approbat enim te tanquam ignorans *cosmarium,* nunc opinionem mutarunt, iudicabat imperasse grandiorem partem Universi.

Cosmeticum, seu in plur.: *Cosmetica (κοσμητικός)* mundus, medicamina, fucus; *pipereszer, szépítő szerek.* It. Cosmetico. Vern. Phil. Mor. 305. Dantur quidem et specialia pulchritudinis conservandæ media *cosmetica* dicta. Jókai Pol. Div. IV. 107.

Cosmicus, 3., ad *κόσμον*, mundum pertinens (Du C. al. sen. = mundanus = világi, opp. ecclesiastico); *világegyetemi.* Gal. cosmique. Curios. Misc. 79. Syderis verus matutinus seu *Cosmicus* est ascensus eiusque supra Horizontem orientalem, eo momento, quo sol ibidem oritur, sive videatur a nobis sive non ob viciniam solis: occasus vero matutinus seu *cosmicus* est descensus Syderis infra Horizontem etc. Cf. Martial. 7., 41.

Cosmopeia, æ, (Du C.) mundi fabricatio; *világalkotás.* Nagy Hier.

Cosmopoliticus, 3., totius generis humani studiosus, amans; *világpolgári.* Száz. XVIII. 273.

Cosmos, lac equinum; *kanczatej, kumisz.* Fej. IV. 2. 264. *Cosmos* hoc est lac equinum 2., 267. bibere *cosmos.*

Cospecies, species sociæ, iuxta se positæ, quæ simul sunt species generis; *társfajok.* Carlow Log. 27. *Cospecies* autem (dicuntur) species, idem genus proxime superius agnoscentes.

Cossarum, cella, ubi siliqua vel aliæ fruges conservantur; *gabonatár.* Han. Mon. Jur. P. I. 84: *cossara* non fiant prope mare.

1. **Costa,** litus; *mart, tengerpart.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 32. Emi etiam terrenum in loco dicto Slano in vallem incipiens a mari usque ad viam publicam et a *costa,* quæ usque ad mare protenditur.

2. **Costa,** (Du C.) expensa, sumtus; *költség.* Hisp. costa. Gall. (const) coût. Száz. XXIX. 445. œconomium sine legitima *costa* administrálni nem lehet.

Costa sartoria, *Tetrus* quod vide.

Costata, æ, litus maris; *tengerpart.* It. costa. Ljub. Mon. Sl. XXI. 68. an. 1434.

Costeria, æ, (Du C. costa maris) litus; *tengerpart.* Ljub. Mon. Sl. XI. 182. an. 1345.

Costinus, 3., ex *costu arabico* (Lin.) confectus (gr. *κόστος*, arab. *kost, kust,* sansk. kuschta). Ger. Kostwurzel; *borshoz hasonló fűszeres növény.* Cod. evang. T. I. p. 171: oleum *costinum* tibi ex officina jaurinensi adferri cures.

1. **Costula,** demin. a *costa,* parvum latus, lamina dolii; *kis donga.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 24. ligna tam focalia, quam ædilia, ac fabrilia, quo etiam pertinent pro vasorum fundulis, *costulis,* circulis etc. servientia, pro se, aut venalia, cædit.

2. **Costula,** cotula fœtida; *ebkapor.* Ny. Sz. Schläg. 864.

Costum, i, victus; *élelem, koszt.* Die Kost. Georg. Sirm. 1. 31. ne dulce *costum* potuimus tempore patre suo consumere.

Cotaria, fodina coti secando; *fenkőbánya.* Pár. Páp.

Cotardita, (Du C. cotardia) cotæ, sagi vel tunicæ species viris perinde ac feminis familiaris; *felöltő.* Rač. Mon. Sl. XIII. 209 an. 1358: ambaxiatores... facere debeant *cotarditam* unam et clamidem 1 de scherlato *invatatam* et *cotarditam* 1 et clamidem de mesclo *invarotatam.*

Cothurnarius, i, Cothurnorum hungaricorum confector; *csizmadia.* Zischmenmacher. Tab. Conscr.

Cothurno versatilior, levis, inconstans; *állhatatlan.* Szamosk. I. 9. dum diem de die prolatat, vir iampridem minus secundæ famæ et *cothurno versatilior* ad Ferdinandum cœpit cogitare.

Coticula, dimin. a cote, actus acuendi memoriam. Leges Schol. Schem. 13. Repetitio, memoriæ quippe *coticula,* in schola nostra frequentior esto. Cf. Plin. 33., 8., 43.

Coticulā experiri aurum, ad lapidem Lydium examinare; *felvonnyi a próbakőre.* Kecsk. 182.

Cotinus, fors. a catillus, *dapifer; asztalnok.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 54. coram eidem Jacobo marstico, Gregorio podsuppo, Ucha *cotino.*

Cotium, i, currus, Ungaricum vehiculum; *kocsi.* Cf. Gotschus. De Bell. Pann. M. Soiterus 595. Ungarica quædam vehicula, *Cotia* a patria dicta.

Cotoneo-pomum, (Du C. Cotonum pomum) pomum cydonium; *birsalma.* It. cotogno. Curios Misc. II. 217. Si vero insitio fiat ex persico in cotoneam et vicissim; *pomo-cotonea* et *cotoneo-poma* tales arbores germinabunt.

1. **Cotta,** æ, idem ac *Superpellicium* (Du C.); *papköntös, miseing.* It. *cotta.* Germ. Chorrock. End. p. 574 (Synodus Budensis an. 1279): 20. rectores vero et simplices sacerdotes cum *cottis* seu superpelliciis et stolis tantum... synodum intrent.

2. **Cotta,** æ, quota, rata pars; *illeték.* End. p. 394. (Belæ III. Libertas 6 an. 1191): in diecesi sua *cottam* ipse episcopus iustam tributi decimam consequatur.

Cottannis, omni anno; *minden évben.* Kronst. III. 33: solvunt *cottannis.*

Cottidie, quotidie. Száz. XIII. 231.

Cotton, (ap. Du C. cottonus) gossipium; *gyapot, pamut.* Gal. coton. Opin. P. I. § 13.

Cottum, (Du C.) culcitra e gall. *coite; vánkos.* Bárczay.

Cottus, scriptura compendiaria pro: Comitatus. Kass. Prax. I. 95. et pass. Relatio *Cottus* super Captivis.

Cottus, 3., coctus; *égetett.* Ljub. Mon. Sl. 370: homines... possint... extrahere... de Venetiis... lapides *cottos* et *cuppos* pro eorum domibus.

Cotula fetida, (Schläg. 864 costula) secus: cotyla. cotyle, cotylus; *ebkapor.* Ger. stinkende Camillen. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 115.

Cotus, contus, *csáklya rúd.* L. Herman O. II. 836. turbukvas, turbukháló NySz. turbokol; *turbuk.* Turbokló. Störstange. (Ball.) Schläg. 825.

Cotyla, æ, uterus; *méh, anyaméh.* Schesæi. Ruin. Pann. II. 157. Ed. pr. Wittebergæ 1571. Hasce minas *cotylis* circumdatus horreat infans.

Coudvornicus, socius udvornici. Rit. exp. ver. E. 2.: Udvornici Regales... impecierunt quosdam... dicentes, quod eorum essent *coudvornici.*

Counire, coniungere, consociare, colligere; *egyesiteni.* Cod. Dip. Hung. Arp. V. III. 57., 85. vel. columbas colubris *couniri*... 147., 241. quos redemptor pretioso sanguine in unitate fidei Catholice *counivit.* 148., 243. quos nobis sanguinis coniunctio *counivit.*

Courburarius, i, socius urburæ, *Courburarius principalis; bányatárs.* Juriev. Jur. Met. 31. Quodsi complures urburarii metallifodinam, ut passim mos viget, in communione possideant, urburariatum (Gewerkschaft) constituunt; cuius ille compossessor, qui plurimas partes fodinales tenet, *Courburarius principalis* (Haupt-Gewerk) reliqui vero *Courburarii* (Mit-Gewerken) vocantur.

Courtagia seu sensaria, (Du C. courtagium) munus proxenetæ; *adásvevést eszközlő, alkuszi tisztség.* Törvt. Msz.

Courtiambles, V. s. *Cambellarius.*

Cousus, us, usus communis; *közhasználat.* Faber. Jur. Met. 76. In quibus cives et coloni cinctas sylvas tenent, eas retineant; reservato tamen erga recognitionem Judicis Mont. Jure *Cousus.*

Coza, æ, musculus. V. s. *Ruca; gócány, ennivaló csiga.*

Cozi, currus; *kocsi.* Száz. IV. 682.

Crabio, wibel (Dief.) mistkäfer (Lexer) fors. pro crabro, vespa crabro (Linn.); *(lódarázs) muslicza.* Schläg. 1725.

Cræna, æ, summa, numerus; *rovás.* It. conto. Boc. Hungar. p. 153: Dent iuveni annorum plureis pia numina *craenas.*

Crampus, i, a Germ. Krampf, spasmus

(Du C. *Crampa)*; *görcs.* Bene Med. V. 83. Sæpe spasmus tonicus sine ullo dolore compareт, non raro tamen contractio violento etiam dolore iuncta est et tunc vocatur *Crampus*, qualis non raro observatur in musculis suræ.

Craniomanta, æ, *κρανίον + μάντις*, vates, qui ex cranio vaticinatur; *koponyából jósló.* Carl. Log. 121. Vulcanistæ et *Craniomantae.*

Cranium, *κρανίον*, calva, calvaria; *koponya.* It. cranio. Gall. crâne. Germ. Hirnschale, Schädel. Vern. Psych. 32. Cerebri nomine venit mollis illa substantia, quæ osseæ illius solidæque capsulæ octo firmis ossibus per suturas inter se connexis constantis *cranium* vocatæ cavitatem explet.

Crapulare, (Du C. crapulari) inebriari; *részegeskedni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 115.

Crapulatus, 3., crapula gravatus, crapulentus. Vulg. Psalm. 78. v. 76. crapulari, inebriari (Du C.); *mámoros.* S. de Kz. Chr. II. 3., 5. ex parte regis potus et cibus in maxima copia fuit ministratus indeque *crapulati* quam plurimi.

Crapulosus, 3., crapulentus; *mámoros*, Gal. crapuleux. Bene Med. III. 121. Diarrhœa stercoracea vel *crapulosa*, vel ab ingluvie, generatur ex ingestis alimentis et potulentis. Cf. Firm. Mathes. 8., 20.

Crassari, (Du C.) tumescere, tumidum fieri; *megdagadni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 115. Cf. Appul. Met. 3 p. 139. Ammian. 19., 4.

Crassiusculus, demin. a *crassius; valamivel erősebb.* Hist. Nat. 50. Rostrum his .. iam *crassiusculum* iam satis tenue.

Crassus grossus. V. s. *Cusi; csusztertallér.* Ger. Schusterthaler. Numi. Hung.

Crastinacio, procrastinatio, tergi versatio, mora; *egyik naptól a másikra való elhalasztás, elnapolás.* Kub. D. Hont. I. p. 119: prompta pecunya sine *crastinacione*... solvere tenebantur. Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára V. II. 195. sine *crastinatione.* Fej. X. I. 482.

Crastinare, procrastinare; *halasztani.* Cod. Zichy I. 59: quod si diem *crastinarent.*

Cratenterium, ferrea basis, cui versandum veru innititur; *pecsenyesütő vas, melyen a nyárs fordul.* Pár. Páp. Iter. Oec. 45.

Craticula, æ, limbus reticulatus; *recze.* Germ. Spitzen. Thök. Diar. II. 342. Item linteamina simplicia sine *craticulis*, novem à fl. 1 xr. 15. p. 342. *Craticularum* vulgo *recze* pro linteaminibus et antipendÿs frusta octo fl. 7. Cf. Martial. 14., 221.

Craticulatus, 3., adi. a craticula — craticula præditus, cancellatus, clatratus; *rostélyos, rácsos.* Rák. Ön. p. 289. l. 14—16. (15.)... supremus Vezirius... sub *craticulata* fenestra Imperatoris consedit.

Craticulatus labor, textum reticulatum; *reczés, horgolt munka.* Ger. Häkelarbeit. Thök. Diar. II. 342: linteamina pro lecto cum *craticulato labore.*

Cratifer, a poculis, pocillator, qui alicui pocula administrat, pincerna; *pohárnok.* Georg. Sirm. 1., 55. attamen mandaverat firmiter thapiferis et *cratiferis* in potu et cocorum ut essent sobri et vigiles.

1. **Cratis,** super quo exsiccatur braseum; *szalad aszaló kosár.* Schläg. 2226.

2. **Cratis,** machina ferrea ad firmandos pedes (Du C. al. s.); *lábegyenesítő, erősítő gép.* Prot. inq. 318., 319; et ibat cum *crate* pedis... et, quando reversus fuit domum dictus puer, ponebat recte pedem ad terram.

Cratis colurna. V. s. *Colurnus; fűzfa vesszőkből készült szitáló eszköz.*

Cratitius, ex cratibus factus; *fonott vesszőből való.* Brut. Hist. XI. 251., 13. corbes *cratitio* opere. XIV. 428., 10. muro exstructo *cratitio* opere.

Cratum, crates (ap. Du C. *Crata)*; *sövény.* Fej. V. II. 597. ibique ipsa via transit *crata* parum vadit et ibi angulatur.

Creabilis, qui creari potest; *teremthető.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 12. Cf. Appul. Trismeg. 85., 12. August. Conf. 12., 19.

Creacentrum, a gr. *κρέας* et *κέντρον*, acus, qua carnes illardantur. V. s. *Automatum; spékelő.* Ger. Spicknadel. Iter. Oec. 45.

Creagra, (Du C.) tridens, fuscinula ad carnes de caldario proferendos; *húsvilla, abárló vasvilla.* Nagy Hier. Galeoti 56. Cf. Marc. Capell. 9. fin. Vulg. Paralip. 2., 4., 11. Jerem. 52., 18.

Creatiani, asseclæ Creatianismi, rationis iam ab Aristotele præceptæ et a patribus ecclesiasticis receptæ et defensæ, qua docente Deus creat animas. Vern. Met. II. 315. Cæteri omnes consentiunt animas humanas a Deo *creari* et singulis corporibus infundi statim atque suis organis instructa sunt, quod iuxta communem sententiam contingit 40 post conceptum fœtum diebus et hi *Creatiani* vocantur.

Creativus 3., vim creandi habens; *teremtő.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. X. 16.

Creatum, i, res creata; *teremtmény.* Pázm. Dial. 486.

Crebrare, frequenter aliquid facere; *gyakorolni, gyakran tenni.* Obs. Jadr. 402. Atque ipsæ machinæ tensæ in ipsas galleas *crebrabant* iactare.

Crebrosus, 3., creber; *sűrű.* Roger. 307. Et cum ad pugnam accederent, tepide ac remisse accedebant: tanta enim erat *crebrosa* emissio sagittarum, quod fere umbram pugnantibus faciebant.

Crecopolus, i, ardea stellaris; *bölön-, nádi bika.* Bárczay.

Credatur, cum nominativo, fides detur alicui; *hitelt adni.* Han. Mon. Jur. P. I. 92: quicunque patronus... perdet aliquam bestiam... et sciret, quod... forensis acceperit, *credatur* talis patronus.

1. **Credencia,** æ, (Du C.) fiducia, fides; *hitel.* credenza. Knauz. M. E. Str. II. 238., 215. Eszt. Okm. 31. (Decr. Ladis. 1288.) quibus omnis fides et *credencia* debet merito adhiberi.

2. **Credencia,** æ, mandatum; *megbizás, megbizó levél.* Cod. Dip. Arp. V. 69. Celsitudinis vestre litteras inter ceteras *credenciam* continentes, quo decuit honore recepimus.

1. **Credentia,** æ, verborum fides, litteræ, per quas alicui aliqua res, negotium creditur; credentionales; *hitel, megbizó, meghitelező, hitelt adó levél.* Thök. Diar. 20. Arch. Rák. VIII. 187. Urk. Sieb. II. 61. an. 1349.

2. **Credentia,** æ, (Du C.) abacus; mensa vel tabula affabre facta ad conservanda et exponenda omnis generis vasa; *pohárszék.* Ger. Kredenztisch, -kasten. Hist. Zerm. Cobencz. p. 132: et tamen ibi non erat sua principalis *credentia*, sed solum ea, quæ pertinebant ad illud castellum, ubi pransi sumus. Ann. Scep. I. 150. an. 1499. Tör. Tár. 1890. p. 564. ad *credentiam* antipendium auro textum.

3. **Credentia,** secretum, mandatum; *titok, megbizás.* Han. Mon. Jur. II. 32. an. 1312: quod *credentias*, que eis imponuntur, non revellabunt.

Credentiæ, arum, argentea vasa, instrumenta; *ezüst készlet, ezüst szerek.* Kredenzen. Cod. Dip. Brüss. II. 27. nos conflavimus et confusimus omnes nostras *credentias aureas* et argenteas et exinde numisma cudi fecimus.

Credentiales litteræ legati, *Credentionalis*; *követmegbizó levél, követ meghatalmazó levél.* Törvt. Msz.

Credentionales, vocantur litteræ, per quas alicui negotium quoddam legatur, committitur, creditur; *megbízó levél, hitelező levél.* Törvt. Msz.

Credentionans, qui alicui aliquod negotium credit; *megbízó, meghitelező.* Törvt. Msz.

Credentionare, credere alicui aliquod negotium; *megbízni, meghitelezni.* Törvt. Msz.

Credentionatus, i, cui negotium quoddam creditum, commissum est, V. Plenipotentiarius; *meghitt, meghitelezett.* Törvt. Msz.

Credibilis, fide dignus. V. Loci credibiles.

Credibilis conventus, locus, credibilis locus; *hiteles hely.* Batty. Leg. III. 196. an. 1351: *Credibiles conventus*, credibilia loca apud nos vocantur, quorum litteræ in iure fidem faciunt, credibiles ideo dicti, quod eis fides tuto adhiberi possit; *conventus* autem Monasteria appellantur. Törvt. Msz.

Credibilis persona, fide digna persona; *megbízható, hiteles személy.* I. Rák. Gy. 622.

Credibilitas, fides, auctoritas; *hitel, hihetőség.* It. credibilità. Gall. crédibilité. Vern. Log. 243. Assensus, qui rei gestæ præbetur propter testimonia, dicitur fides vel *credibilitas* historica. Kaprin. Eloq. I. 349.

Credit et debet; *követel és tartozik.* Ger. Soll und Haben. Törvt. Msz.

Creditare, sine præsenti pecunia vendere; *hitelbe adni.* Kass. Ench. II. 80. Judæi a *creditando*... arceantur. Norm. Ordin. an. 1785. 27. Dec.

Creditarius, i, creditor (Du C. al. s.); *hitelező.* It. creditore. Luc. Regn. Dalm. 101. Quibus inprimis ad auxilium et solatium inferiorem pavimentum cum Caneva Turris S. Petri omnibus eiusdem Ecclesiæ *Creditariis* consentientibus concessimus.

Crediticius, 3., credibilis, cui credi potest; *hiteles, hihető.* G. Fej. X. T. 395. cui *fidem crediticiam* adhiberi velitis.

Creditivum, *Credentionales* q. v.; *meghitelező levél.* Törvt. Msz.

Creditivus, 3., (Du C.) fide dignus; *hitelt érdemlő, bizalomteljes.* Knauz. M. E. Str. II. 420., 435.: fidem *creditivam.* Szék. Okl. III. 89.

Creditor cambiarius, (Du C.) qui dat mutuo; *intézvényes, váltóhitelező.* Törvt. Msz.

Creditor literarum Cambialium. V. s. v. Collybista.

Creditorius titulus, fides; *hitel.* It. credito. Beng. Ann. Er. Coenob. 400. certam obligatorialem syngrapham, qua *titulo creditorio* summam mille florenorum Rhen. apud quandam familiam habebat exigendam.

Creditum, 1. fides. 2. fide mutuo data pecunia; *1. hitel, 2. hitelre adott pénz;* Arch. Rák. IX. 133. Georch. H. T. III. 134. Proj. Leg. Civ. 230. *Creditum* Civium illa potissimum securitate nititur, quam Creditores eorum in fundis civilibus habent. Ljub. Mon. Sl. XVII. 61. an. 1420: omnes... introitus et *credita*... remaneant... civitati.

Creditum (Erga), fide; *hitelbe.* Ger. auf Credit. Georch, H. T. III. 177.

Creditum Nationale, fides nationis; *nemzeti hitel.* Diar. Com. II. 53.

1. **Credo,** sic nominatur ab incipiente vocabulo compendium, quo instituta vel dogmata religionis Deum Patrem, Filium et Sanctum Spiritum credentium et profitentium continentur; *hiszekegy.* It. credo. Gall. credo. Germ. das Credo. Vita S. Steph. post. unctionem *Credo* cantat, dein paternoster. Arch. Rák. VIII. 332. Oltv. Act. Synod. 13.

2. **Credo,** pars missæ, in qua professio fidei editur; *hitvallomás a misében.* Diar. Com. 48. dum *Credo* decantabatur.

3. **Credo,** fides, fiducia; *hit.* Beth. G. lev. 153. nagy *credo* kellene ahhoz.

Credulitas mihi est, credo. Roger. 307. Et cum aqua magna existeret et lutosa; *non erat eius credulitas,* quod sine ponte transitus alicui esse posset.

Cremare, flammis absumi, conflagrare; *leégni.* Quel. Sieb. I. 121. an. 1486. his diebus *cremavit* domus.

Cremati coctio, coctura, destillatio vini adusti; *pálinkafőzés.* Bene Pol. 97.

Cremati ustor, coctor, destillator vini adusti; *pálinkaégető.* Pest. Levt.

Cremator, qui coquit vinum; *borégető.* Arch. Rák. VIII. 357. Domus Braxatoria... Domus Crematoria cum duobus Cubiculis unum pro *Crematore,* aliud vero pro cremando.

Cremator Cupri, purificator æris; *érczisztító.* Juriev. Jur. Met. 48. Lignefactores Montanistici... 6-o. *Crematores Cupri* (Garmacher) qui cuprum in speciali furno, in hunc finem destinato, et *(gar)* dicto torrent et purificant.

Cremator cymenti, calcarius; *mészégető.* Quel. Sieb. I. 188. an. 1495.

Crematores limi, Juriev. Jur. Met. 47. Liquefactores Montanistici... 4-o *Crematores limi* (Schlichbrenner) qui limum minerarum i. e. mineras in mola prævie contusas atque in Lotura debite lotas liquefaciunt.

Crematores minerarum, Juriev. Jur. Met. 47. In Ustrinis et Liquefactoriis (Röstöfen und Schmelzhütten)... sequentes notantur operarii... 1. *Crematores minerarum* (Rostbrenner) qui ustulationem minerarum curant, minerasque torrefaciunt.

Crematoria olla, olla destillatoria; *főző üst, fazék.* Pfahl. Jus. Georg. 84. pro reparatione viarum, pontium, contuberniorum (casarmarum) et hospitiorum militarium nec non pro *ollis crematoriis.*

Crematum, i, vinum crematum, idem ac Aquavita; *pálinka, égett bor.* It. acquavite. Kass. Prax. II. 277. braxatione cerevisiæ, exustione *cremati* et tegularum desumtione item laudemii a singulo floreno summæ emptionalis. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VII. 192.

Crematum nobilius, (Gallorum) ab urbe Cognac ita nuncupatum; *cognac.* Diar. Com. 1796. p. 35.

Crematum sacharitum, vinum adustum sacharo conditum; *rozsólis.* Ger. Würzbrantwein. Sl. hrjate paleno. Stat. 242: *crematum sacharitum* (Rosoglio) nuncupatum.

1. **Crematura,** æ, V. *Crematum.* Bel. Comp. Hung. Geog. 7. Vini, quod ex frumento elici solet et *crematura* vocatur, maximam copiam Scepusienses parant et multis comitatibus suppeditant.

2. **Crematura,** æ, officina, ubi vinum adustum coquitur; *pálinkafőző hely.* Tag. Erd. II. 269. trunci... evelluntur... pro usu braxatorii, *crematurae.*

Crembala; *doromb.* Ger. Maultrommeln. Sl. drumbla. Vect. Gen. Rr. 2.

Crembalum, cymbalum; *czimbalom.* Comen. 141. Tibia utricularis et *crembalum* discrepantes edunt sonos.

Crementum, (Du C.) pro: incrementum = commodum, bonum; *jav(a).* Georg. Sirm. I. 345. Que postremum sibi non venerat ad *crementum* suum sed male. Cf. Varro ap. Non. 169., 14. Plin. 11., 37., 55.

Cremesius, 3., coccinei, purpurei coloris (Du C. *cremesinus)*; *karmazsin.* It. cremesino. Monm. Comit. Trans. V. 193. A 100 calceis muliebribus *cremesiis* f. 2.

Cremezinus, 3., ab it. cremesino, coccinei coloris; *skárlátszinű.* Vect. Ref. C. 2.

Cremium lardi; *tepertő* (töpörtü). Ger. Speckgriebe. Pár. Páp.

Cremor, flos lactis V. *Butyrarius; tejfel.* Gall. crême.

Cremor Tartari, tartarus; *borkő.* It. cremor di tartaro. Kecsk. P. Ötv. Gloss. 140.

Crencociare, mendum pro: consecrare; *szentelni.* Georg. Sirm. 1., 28. intraverunt ad sacellum Assumcionis Marie, quod *crencociaverat* antiquus Rex Lodovicus ad honorem Assumcionis Marie.

Crepa, æ, a gr. κρηπίς, cothurnus, calceus; *saru, topán.* Magy. Tör. Tár. XI. 134. ornamenta selle videlicet frenum et vulgo farmatring cum argento, *crepas* et calcaria lego filiæ.

1. **Crepare,** rumpi, frangi, rimas accipere (Du C. al. sensu); *feltörni, meghasadni.* It. crepare. Prot. inq. 185: et aliquando parando pisces cum tanto gelu, quod pellis manuum *crepabat* et inde sanguis exibat Cf. 241. XXI.

Crepare, cadentis Latinitatis tempore significat; mori; hinc Itali: crepare eos dicunt, qui non lente sed confestim moriuntur (Forc.) Dicitur etiam in nostro sermone iocose: megkrepált, meghalt, meggebedt. Gall. crever. Ger. crepiren. Bod. Hist. Un. Trans. 291. *crepuit* Arius. Magy. Jogt. Em. 374.

Crepitudo, ripa, crepido; *partoldal.* Fjp. Anon. 14 b. per *crepitudinem* Danubii iverunt.

Crepitus, 3., a verbo *crepare; döglött.* It. crepato. Jogt. Eml. T. III. p. 441: plateæ a *crepitis* cadaveribus repurgentur.

Crepundia, orum, incunabula, orum; (Du C. al. s.); *pólya.* Batty. Ger. 123. ut prudenter a *crepundiis* doctus es. Cf. Inscr. Orelli nro 1183.

Crescentia, æ, augmentum, (Du C. al. sensu) incrementum; *növekedés, szaporodás.* Pest. Levt. Cf. Vitr. 9. 9.

Cresta, æ, Beccaria, macellum; *mészárszék.* Cod. Dip. Arp. Cont. 105. quod si aliquis ipsorum emerint de introitibus Communis excepto de *beccaria* seu *cresta.*

Cretizare cum Cretensibus, In Pœnos Pœnos esse, dolos dolis retrudere, vicem pro vice; *szeget szeggel.* Verancs. VI. 293. Fidem autem, quam in Hungaris expavescit, non est, cur paveat, si enim *cretizant cum Cretensibus et in Poenos Poeni sunt,* scito, militare esse dolos dolis retrudere.

Cribittum, *tributum,* vectigal (inde: cribriones = executores); *adó.* Ljub. Mon. Sl. I. 67. an. 1244: duas partes *cribitti* porte... permittemus dominum regem... percipere. Magy. Tör. Tár. IX. 7.

Cribrarius, i, (Du C.) cribrorum confector; *szitás, rostás.* Ger. Sieb- und Bödenmacher. Tab. Conscr. Priv. Ceh. 1776. Pest. Levt. Cf. κοσκινοποιός. Gloss. Gr. Lat.

Cribrifex, qui cribra facit; *szitakötő.* Egri levéltár.

Cribriformis, cribro similis; *szitaforma.* Vern. Psych. 68. Id ostendi facile poterit ex innumeris nervorum fibris, quibus per ossis *cribriformis* foramina traiectis eadem membrana veluti intertexta conspicitur.

Cribrosus, 3., *Cribriformis* q. v. Vern. Psych. 67. per varios ossis *cribrosi* poros.

1. **Crida,** æ, eversio rei familiaris. V. s. *Bancarotus; tönk, bukás.*

2. **Crida,** æ, (Du C.) proclamatio per præconem; *hirdetés.* Ljub. Mon. Sl. II. 332.

Cridalis, ad foro cedentes pertinens; *csőd*... Germ. Concurs. Proj. Leg. Civ. 397. *Cridale* Institutum. Opin. P. III. Sec. III. §. 12.

Cridalis massa, res familiaris corruentis; *bukásbeli vagyon, tönkrejutott vagyon.* Kass. Jur. Civ. Lex. 12.

Cridalis processus, *Pr. concursualis; bukásbeli per.* Törvt. Msz.

Cridare, (Du C.) proclamare; *kihirdetni.* Ljub. Mon. Sl. IV. 11. et passim.

Cridatarius, i, qui bonis evertitur, qui solvendo impar est, bonis dirutus, eversus, decoctor; *vagyonbukott.* Germ. Bankerottirer. Juriev. Jur. Met. 167. Urbura Cameræ Regiæ obveniens, nec non materialia fodinalia e. c. pulveres pyrii, sæbum, et quid Officium montanum debitori in culturam metallicam mutuavit aut commodavit, ex substantia *Cridatarii* præprimis defalcari debent. Kass. Jur. Civ. Lex. 12.

Crilaticus, 3., tostus. V. s. *Bilizna; rostélyon sütött.* Ger. grillirt.

Crimare, pro: cremare; *égetni.* Georg. Sirm. I. 223. Quod *crimassent* tam in forti loco erat, causa fuit coram altissimo Deo, quod quando appropinquabat pasca etc...

Crimen residui, Crimen peculatus: defraudatio ærarii; *közkincs elsikkasztása.* Törvt. Msz.

Criminalia publica, delicta capitalia; *bűnügyek.* Száz. XIII. 237.

Criminalis processus, causa capitalis; lis capitis; *büntetőper, bűnper.* Törvt. Msz.

Criminalis sedes judiciaria, iudicium publicum; iudicium capitis; *büntető v. fenyítő törvényszék.* Törvt. Msz.

1. **Criminalista,** æ, iuris capitalis, causarum capitalium peritus v. iudex rei capitalis. Jókai Uj f. II. 42. et passim.

2. **Criminalista,** æ, criminis reus; *főbenjáró bünös.* Kass. Ench. II. 37. *Criminalistae* delinquentes seu Nobiles seu Ignobiles crude non tractentur, nec in honore lædantur, nisi occasione Arestationis semet opponerent. Norm. Ordin. an. 1788. 26. nov.

Criminalitas, (Du C.) lis capitis, causa criminalis; *bűnösség, büntetőség.* Cod. de Delict. 311. Pars III-ia de Delictis *Criminalitatem* non involventibus. Jókai Mire megv. I. 146.

Criminaliter, secundum Jus Criminale; *büntetőjog szerint.* Molnár Patv. 31. Cf. Ulp. Dig. 47., 2. fin.

Criminatrix, fœm. ad *criminator,* quæ accusat; *vádoló.* Rep. Cast. C. I.: Sed illinc alio quoque, et ad plures homines, *criminatricem* de persona innocente suimet ipsius vero *infamatricem* turpitudinem (gloriam ille duxit) evulgavit.

Criminis coauctores, correi; *büntársak.* Törvt. Msz.

Crimmare, V. *Crimare.* Kol. Cod. 25.

Crimnum, *Κρίμνον,* granula; *darált árpa, dara.* Comen. 63. pinsebant pilo ruido in pistrino, fiebatque crimnum, (ex quo pultes parantur).

1. **Crinale,** 1. Discerniculum, seu acus comatoria (Du C.), 2. monile; *1. hajtű, 2. nyakbavető.* Száz. VI. 672. unum *crinale* lapidibus Margeritis ornatum, unum *crinale nyakbavethew* vocatum. Szamota Tih. apáts. 24. 1415. Schläg. 1164: unum crinale vulgo *chrenchul* dictum 1348. Anj. O. V. 205.; *koszorú alakú párta* v. *konty.* Crinile vulgo *konty.* 1481. O. L. D. 37., 166.

2. **Crinale,** corona, sertum (ap. Du C. alio sensu); *koszorú.* Kronst. II. 225 an. 1530: pro uno *crinali ficuum* et 226., 233.

3. **Crinale,** galeæ pars postica crines tegens; *sisak paizsa.* Fej. X. IV. 374. vero ipsius *Galeae scutum* seu *Crinale* coloris aurei.

Crines adscititii, capillamentum, caliendrum, crines empti; *vendéghaj, paróka.* Cod. Evang. V. III. 377: *adscititiis crinibus* velati.

Crines alicujus in manu tenere, regere aliquem; *üstökénél tartani, kormányozni.* Szék. Okl. I. 279.

Crinile, (Du C.) sertum; *koszorú, hajdisz.* Tör. Tár. 1890. p. 368. unum *crinile* ex filis aureis.

Crinitium, iuba, coma; *sörény.* Regul. Turm. Præt. 90. insuper dimissione catenulæ menti, relaxatione cinguli, attractione *crinitii* et abstersione oculorum alleviamen procuret.

Crinones, *bőratkák.* Ger. Mitfresser. Bene Med. II. 404. Similes sunt *jonthi comedones* etiam *crinones* dicti, dum folliculi cutanei sebo crassiore obstructi, varos minutissimos referunt albicantes, sæpe in apice puncto nigro instructos.

Cripator, idem quod *gripator.* V. s. *Portiuncula.*

1. **Cripta,** æ, (Du C.) oratorium, sacellum subterraneum; *altemplom.* Tör. Tár. 1886. p. 560.

2. **Cripta,** æ, Crypta; *földalatti bolt.* Gewölbe unter der Erde. Kronst. I. 641.

Criptocalvinista, æ, qui doctrinam Calvini clam sequitur; *titkos Calvin követő.* Száz. XXIX. 233.

Criptographia, æ, literarum signa occulta; *titkos irás.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 340.

Crisealis, ad criseum pertinens. V. *Criseus; gubás gyapju.* Tör. Tár. 1890. p. 486. mola *crisealis.*

Criseus, i, lana grossa; *durva gyapju.* Tör. Tár. 1890. 479. sulcaturas in quibus ... sulcari *criseos* vulgo gubas possint.

Criseus, 3., grossus (Du C. al. s.); *durva, gubás.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 283: in uno molendino III rote, quarum una rota *criseum* pannum pilat.

1. **Crisis,** discrimen in morbo; *válság.* Bene Med. II. 53. stadium *criseos.* Cf. Senec. Ep. 83.

2. **Crisis,** examen (ap. Fin. alio sensu); *itéletre vonás, megválasztó itélet, megitélés, megválasztás, meghányás-vetés.* Kass. Jur. Civ. Lex. 13. Ep. Matth. Præf.

Crisius, 3., (Du C. *Criseus*), griseus, fuscus; *szürke, barna.* Gal. gris. Thök. Diar. II. 333. ex panno Anglicano *crisÿ* coloris.

Crisma, (Du C.) pro: *chrisma,* oleum sacrum; *szentelt olaj.* Tör. Tár. 1892. p. 560.

Crismalis, 2., ad *χρίσμα* id est sacro oleo perungendum pertinens; *crismale baptisma,* actus sacro oleo inaugurandi; *fölkenési, fölszentelési.* Vita S. Steph. 14. hunc deo dilectus Adalbertus episcopus *crismali baptismate* secundum credulitatis sue veritatem intinxit.

Crismare, ungere sacro oleo; *fölkenni, fölszentelni.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 316. quod per manus impositionem Episcopi conferunt *crismando* renatos.

Crispanus, i, ærugo; *rézzöld, rézrozsda.* Ger. Grünspan. Monm. Comit. Trans. I. 198. Ah. uno cent. *crispani* f. 50.

Crisparius, ciniflo, capillorum concinnator; *fodrász.* Nagy Hier.

Crispatio, actus crispandi (Du C. al. s.) tremor; *rezgetés.* Brunner 27. Consensuales nervorum *crispationes.*

Crispator, ciniflo; capillorum concinnator; *fodrász.* Pest. Vár. Lev.

Crispator aureorum filorum, aurum lanæ modo nens; *aranyfonó.* Ger. Goldspinner. Tab. Conscr.

Crispatus, 3., *túlfinomitott.* Greg. Aesth. 59. Res *nimis ornata* est *crispata,* raffinirt.

Crista, signum galeæ, insignia; *czímer.* Schläg. 2228. et. 564. Száz. XXVII. 311., 312. *cristam,* quæ vulgo *cymer* dicitur.

Cristas Galli deponere, animum submittere; *megszelidülni, meghunyászkodni.* Olah. Cod. Ep. 553. *Cristas Galli* per sacr. cæsaream maiestatem speramus gratia domini depositurus. Cf. Juven. 4., 70.

Cristallisatio, crystallisatio, formatio crystalli; *jegeczesedés, kristályosodás.* M. Bel. Prod. 187. salium *cristallisatio.*

Cristus, Christus. Pesty Ször. III. 162.

Criterium, nota, iudicium; *ismertető jegy.* It. critèrio. S. Benkő. Top. Misk. 56. *Criterium* eius est: argentum et aurum nigro tingit colore.

Critica, recensio; *birálat, vizsgálatra vonás, megrostálás.* Törvt. Msz.

Critica dies, dies examini, sententiæ ferendæ dictus (Du C. in quibus morbus magis patescit); *megválasztó nap, döntő nap.* Kass. Jur. Civ. Lex. 13. Cf. Augustin. Conf. I. fin.

Criticus status, status dubius, incertus; *kétes állapot.* Törvt. Msz.

Critisare, Critizare, recensere, iudicare; *birálni.* It. criticare. Gall. critiquer. Germ. kritisiren. Törvt. Msz. Fabó. Monm. Evang. II. 29. Quis illum purioris latinitatis corruptorem patietur, qui verbis: authorizare, *critizare,* actuare utitur.

Croaca, æ, (Du C.) idem quod Corvata, ager diversæ quantitatis. V. s. *Pascinacium; különböző nagyságu szántóföld.*

Croca, æ, (Du C.) sustentaculum, baculus incurvus; *mankó.* Ger. Krücke. Bárczay.

Crocescere, croceum colorem induere; *pirosodni.* Thurocz. 270. Tandem subsequentis æstatis ea parte adveniente, cum segetum spicæ, virentibus productæ ex cespitibus, iam *crocescebant.*

Crocia, (Du C.) pedum, baculus pastoralis, episcopalis; *pásztorbot.* Batty. Leg. T. I. 404. investitura per corrigiam cum *crocia* Abbatis.

Croculare, sonus ciconiarum; *kerepelni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 115.

Crocus, i, apud Forc. herbæ genus ap. Du C. harpago, capillus. Hoc loco genus pecuniæ ab it. *crocione* a *croce*: crux antiquioris mediolanensis argenteæ monetæ species valoris $5^1/_2$ marcarum german. Isthv. XII. 190.

Croisada, æ, expeditio pro causa christiana; *keresztes hadjárat.* Tör. Tár. 1887. p. 422. Erant quidam magnates zelotæ qua politici qua ecclesiastici in Gallia, qui *croisadam* idest cruciatam contra Turcam promulgabant.

Cronographicum, inscriptio annos alicuius rei continens. Text. v. s. *Superliminare; évszámos mondat.* Gall. Chronogramme.

Cronopedia, alias: cronopodia, rostrum ciconiæ; *gólyacsőr.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 115.

Cruceata (Expeditio), expeditio militum cruce signatorum ad occupandam terram Sanctam missa; *keresztes hadjárat.* It. crociata. Szirm. 59.

Cruceati, milites cruce signati; *keresztes vitéz, kurucz.* It. crociato. Szirm. 59.

Crucesignandus, 3., futuri cruceati; *kereszttel jelölendő.* Cod. Dip. Arp. Cont. III. 50. omnes etiam crucesignatos et *crucesignandos* pro dicte terre subsidio, quos sub nostra et Apostolice sedis protectione suscipimus, non permittas per te.

1. **Crucesignatus,** 3., quod signum crucis habet; *keresztes, kereszttel jelölt.* Cod. Dip. Hung. Pat. VII. 39. Ibique est arbor tul *crucesignata.* Fej. I. 232.

2. **Crucesignatus,** i, qui sacræ crucis militiæ nomen habet; *keresztes vitéz.* Phil. Call. 511.

Cruchus, i, crux; *kereszt.* Ljub. Mon. Jur. P. V. III. 376. an. 1242: in manu tenens pomum cum *chrucho.*

Crucialis, ad hebdomadam Sacræ cruci dicatam pertinens; *keresztjáró heti.* An. Sc. I. 229. an. 1539: teneantur ... respon-

dere ... Coloni (plebano) decimas ... baptismales, confessionales, offertoria, *Cruciales.*

Cruciata, æ, Cruceata, seditio cruce signatorum; *kurucz-pártütés, lázadó felkelés.* Werbőczi 526. huiusmodi tamen ipsorum libertatem superiore hac æstate propter seditionem et tumultuariam eorum adversus universam nobilitatem, sub nomine *Cruciatae* A) ductu cuiusdam sceleratissimi latronis Georgii Székely appellati insurrectionem ex eoque notam perpetuæ infidelitatis eorum iucursionem amiserunt.

Cruciata Expeditio, expeditio cruce signatorum. Zsigm. Hist. 206. et deinde Wratisleviæ Pontificis bullam, qua *expeditio cruciata* contra Hussitas indicebatur, promulgavit.

Cruciativus, 3., cruciatu afficiens; *gyötrést okozó, gyötrő.* Pel. De s. Laurentio s. III. c. 4.: Pæna infernalis est *cruciativa.*

1. **Cruciatus,** 3., cruce signatus, crucem formans, cruci similis; *kereszttel jelölt.* Numi Hung. 13. Diósz. Füv. 16. Vern. Psych. 33. spinæ *cruciatae* ossis occipitis.

2. **Cruciatus,** i, cruce ornatus alias: *Kurutzo; keresztes vitéz, kurucz.* Ann. Coronenses 887. *Cruciatorum* factio in Hungaria subito exorta duce G. Doscha Ciculo. Kelem. Hist. Jur. Pr. 89. *Cruciatos* pluribus agminibus per Hungariam transeuntes.

3. **Cruciatus,** i, V. Crucifer; *krajczár.* Monm. Comit. IV. 92. aliaque grossiora numismata conflarentur, minora vero, quæ ad valorem unius *cruciati* non ascenderent.

Crucibulum, (Du C.) vas fusorium ex terra igni contumacissima factum, forma triangulari vel rotunda; *olvasztó edény.* Kol. Cod. 16: Accipe plumbum et liquefac in *crucibulo.* (Boldogs. Könyve.)

Crucicolæ, (Du C.) appellati Christiani ab ethnicis; *kereszttisztelők.* Nagy Hier.

Crucicula, demin. a *crux; kis kereszt.* Kat. Hist. Reg. I. 424. Tunc osculatus *cruciculam,* quam habui ex cervicibus pendentem, reliquias martyris de *cambota* continentem, cogitationes huiusmodi intra me volvere cœpi.

Crucier, cœtus dominarum aulicarum cruce ornatarum; *csillagkeresztes palotahölgyek társasága.* Arch. Rák. VIII. 338. Certi ordinis vulgo *Crucier* per Imperatricem Eleonoram instituti regulæ.

1. **Crucifer,** (Du C.) crucem deferens; *kereszthordozó.* Magy. Tört. Tár. XVIII. 81.

2. **Crucifer,** i, cruciatus, crucesignatus miles; *keresztes vitéz, kurucz.* Georg. Sirm. I. 61. et vicecomitates quilibet nobilium surrexerunt contra *cruciferos.* Cod. Dip. Arp. Cont. III. 237. Száz. VI. 434.

3. **Crucifer,** species monetæ cruce signatæ; *krajczár.* Cod. Dip. Brüss. II. 205. Bel. Geogr. 432. *Crucifer.* ein Kreutzer pars grossi tertia et floreni Rhenensis sexagesima.

Cruciferatus, us? præfectura equitum sacri ordinis. Kov. Form. St. LI. A. 1559. Donatio *Cruciferatus* Jaurinen. p. 94.

Cruciferi, *szent kereszt lovagjai.* Pris. Serv. p. 23: *Cruciferi* nuncupabantur equites S. Johannis Hierosolymitani, qui et *Hospitalarii,* postea *Rhodii* et nunc *Melitenses* vocantur. Bel. appar. Dec. I. Mon. V. p. 212.

1. **Crucifigere,** in crucem agere; *keresztre feszitni.* It. crocifiggere. Gall. crucifier. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 528. Fej. III. 2. 233. quæ se carnis concupiscentiis ac voluptatibus *crucifigentes* abdicarunt.

2. **Crucifigere,** cruce facta delere; *keresztül húzni, kitörölni.* Kövy El. 670. Inania vero subterfugia et cavillationes Procuratorum, Judex calamo judiciali amputare et *crucifigere* potest.

Crucifixio, actus cruci suffigendi, in crucem tollendi; *keresztrefeszités.* It. crocifissione. Otia. Bachm. 68.

Crucifixum, i, crux; *feszület.* Tört. Tár. 1890. 563.

Crucifixus, i, signum crucis, cui Christus affixus est (Du C. al. s.); *feszület.* It. crocifisso. Crucifix. Arch. Rák. VIII. 332. Unus *Crucifixus* æreus. Beng. Ann. Er. Cœnob. 79. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 48.

Cruciformis, qualem Christus præbuit in cruce; *keresztnek megfelelő.* Batty. Leg. III. 412. an. 1428: constantia *cruciformis.*

Crucifratres, (Du C.) ita sese appellitabant quidam hæretici orti in oppido Sangerhusen in Marchionatu Misnensi an. 1414. qui etiam *Fratres Flagellatores* dicebantur; *kereszttársak.* Nagy Hier.

Crucigenæ, cruce signati ruricolæ; *kuruczok.* Quel. Sieb. I. 584. an. 1514. exposuerunt ad bombardas maiores *crucigenarum.*

1. **Cruciger,** 3., crucem gerens, cruce instructus, ornatus; *kereszttel ellátott.* Numi Hung. 2. Rex ... globum *crucigerum* tenet.

2. **Cruciger,** crucifer, miles cruce signatus; *keresztes vitéz.* It. crociato. G. Fej. T. XI. V. Un. 85. Gubernatori magistratus *Crucigerorum.*

Crucigeri de rubea stella, equites sacri rubea stella ornati; *vörös csillag vitézek.* Cher. Jus. Eccl. I. 300, existunt etiam ex ordine militari *Crucigeri de rubea stella,* qui in Regia Hungariæ S. Stephani dexteram Budæ custodiunt.

Cruci-Mastix, furcifer, homo trium literarum; *gazember, akasztófára való, hóhér kötele.* (Dugon.) Ger. Galgenstrick. Otia Bachm. 5.

Crucula, æ, parvula crux; *keresztecske.* Urb. Reg. 45. formandaque per eosdem in fine cuiusvis subscriptionis solita *Crucula* adhibeatur.

Crude, adv. a crudus, acerbe, dure; *keményen, nyersen, durván.* Rák. Ön. p. 347. I. 34.: ... hæc tam *crude* exposita fuerint...

Cruentaliter, multo sanguine, magna cæde; *véresen.* Obs. Jadr. 403. et cum dictæ partes mutuo se miscuissent *cruentaliter* se hostes ad invicem deprimunt.

Cruentatio, cruenta cædes; *véres verekedés, vérontás.* Kass. Prax. p. 36. ac in casibus quarumvis *cruentationum,* verberum, homicidii et violentæ mortis oculares peragere inspectiones ... Cf. Tertul. adv. Marc. 4., 39.

Crumenarius, crumenarum opifex; *erszénycsináló.* Opin. P. III. Sec. 1. (b) manufactura *crumenariorum.*

Crumeniseca, æ, sector zonarius; *zsebmetsző.* Ger. Beutelschneider. Nagy Hier.

Crusca, æ, crustum panis sl. kruska; *kenyérhaj.* Schläg. 1867.

Crustaceus, 3., ex crusta constans; *haj ... kéreg ... kenyérhaj.* Hist. Nat. 67. Coleoptera, quibus alæ superiores *crustaceae* seu elytra. Szamosk. III. 68. *crustaceis* resegminibus panis.

Crux, (Du C. Judicium crucis) qui crucis judicium subibant, expansis in Crucis formam brachiis, ad Crucem revera steterunt certo ac definito tempore, et donec recitaretur vel Evangelium vel oratio Dominica etc. Qui si immobiles permanerent, innocui; si vero divino quodam iudicio caderent, aut crimen ultro fateri cogerentur, rei habebantur. V. s. v. Campiones.

Crux processionalis, crux, quæ occasione processionum præferri solet; *körmeneti kereszt.* Tör. Tár. 1886. p. 562.

Crux talentata, crux ita dicti rosarii; *olvasó kereszt.* Bárczay.

Crux tritici, acervus, cumulus, strues fascium, fasciculorum frumenti; *gabnakereszt, kalangya.* Inst. Arithm. 30.

Crux turibiana, V. *Turibianus.* Arch. Rák. VIII. 320. Duo rosaria: unum ex succino, flavum, aliud ex lapide violaceo cum *cruce turibiana.*

Crypta, parva foramina cutis, ubi pili crescunt; *üregecske a bőrön, kivált a hol szőr terem.* Máty. 503.

Crypticus, 3., (Du C.) *κρυπτικός, κρυπτός,* latens, occultus, tectus; *rejtett, rejlő, lappangó.* Vern. Met. 48. *negatio,* quæ videtur tantum aliquid tollere ab ente, sed reipsa ponit, *apparens* vel *cryptica realitas* dicitur e. g. independentia. Cf. Sidon. Ep. 1., 5.

Crypto-calvinianus, i, *Cripto calvinista* q. v. Fabó. Monm. Evang. II. 57. Hungari, qui meliorum erant partium, omnes augustanam confessionem receperant et *crypto-calviniani* ... in conventu Tarczalens eam rejecerant.

Cryptographia, æ, *κρυπτός + γραφία.,* ars secrete scribendi; *titkos irás.* Vern. Log. 57. V. s. v. Tachygraphia. Jókai Ujföld. 168. Kulcsos *cryptographia.*

Crypto-incompatibilitas, latens casus sic dictæ incompatibilitatis; *lappangó összeférhetlenség.* passim.

Crypto-Socinianus, vox hybrida, *κρυπτο* + Socinianus, qui doctrinam Socini clam sequebatur; *titkos Socinianus, titkos egyisten-hivő.* Bod. Hist. Un. Trans. 438.

Crypto-Socinismus, secta Socinii successorum occulta, qui Deum unum esse i. e.: Christum Deum non esse dixerunt; *titkos egyisten-hivő felekezet,* titkos unitariusok. Bod. Hist. Un. Trans. 437. In Belgio sine die excusum esse dicit Gustavus Georgius in Historia Arcana *Crypto-Socinismi.*

Crystallizare, in crystallos redigere, formari; *jegeczesedni, kristályosodni.* Gal. cristalliser. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 388.

Csarda, æ, extra urbem, pagum sita caupona; *csárda.* Kass. Ench. III. 706. ad cathegoriam viarum Obsessorum, prædonum ... illi referendi, qui in Sylvis, *Csardis* ... latitando ... vias publicas obsident.

Csatrapatra Ogli Achmet Begii Effendius, csatrapatra est nomen per ludibrium dictum, Ogli signif. filium, Achmet nom. prop. Begius: *bég.* Effendius: dominus, *úr.* Thök. Diar. 212. ferocitates enim sunt quæ narrantur de militia principis prouti domini *Csatrapatra Ogli Achmet Begii Effendius* retulit ... Ibid. Non miror vel et ipsum Dominum *Csatrapatra Oglium.*

Csaus, Chiauzius q. v. cursor apud Turcas; Szilády Tör. Magy. Eml. II. Függ. Futárok, hirnökök kötelességét végezték. A szultán udvaránál 700 *csaus* volt, kik ünnepélyes alkalommal vagy hadjáratra vonuláskor a szultán előtt mentek. A tartományi pasáknál is, kik a szultáni udvartartást kicsiben utánozták, szintén voltak *csausok.* E különnemű szolgák vagy tisztek kaptak hűbért is, de nem köteleztettek az által a harczokban részt venni. Előfordul, hogy az olej bégnek is van csausa. A csaus-basi-i a szultán udvaránál fényes hivatal volt. Ez vezette be a szultánhoz a külföldi követeket s főajtónálló volt. Nem kell összetéveszteni a bás-csaussal. A büntetések végrehajtásával is meg volt bizva s némely ügyeket maga intézhetett el. Marsigli szerint mintegy adjutansa a főtiszteknek.

Csauzius, Csauzo, onis, **Csauzus,** V. *Csaus, Chiausius.* Rák. Ön. II. 281. Tör. Tár. 1887. p. 320. p. 35.

Csauszlár Kihaja, substitutus in locum ducis, imperatoris, principis csausorum apud Turcas. Alias Csauslar Tihaja; *a csausok alparancsnoka.* V. s. v. Kihaja.

Csiflik, lacinia agri a germ. *Zipfel; föld darab.* Thök. Diar. 449. imo in isto statu istarum provintiarum plus contentus essem uno *csiflik* tres quatuor bursas importanti, vel pagis aliquibus, sicut iam obtinuit aliquot Kornarius.

Csokolada, æ, vel: **Csokolata,** æ, calda cacantica; *csokoládé.* It. cioccolata. Arch. Rák. VIII. 345. Unum instrumentum pro *Csokolada.* Thök. Diar. 669. dicat, an sudarium nuper cum *csokolata* missum fuit gratum.

Csorbacsius, i, **Csorbadsi,** præfectus capitaneus turmæ ita dictorum janicsarorum. Szilády Tör. Magy. Eml. II. Függ. *Csorbadsi,* csorba = leves, *Csorbadsi* = levesosztó. Igy nevezték egy-egy janicsár-század kapitányát, mely állott 600—800 emberből. Thök. Diár. 512.

Csorbagha, æ, *Csorbacsius* q. v. II. Rák. Gy. 659.

Csujtár Turcicum, ephippium turc.; *csótár, nyeregtartó.* Arch. Rák. VIII. 314. Unum *Csujtar Turcicum*... filis aureis intertextum, rubra bagazia subductum.

Cuballum, (Du C. cubellum) dolium; *hordó.* Rač. Mon. Sl. VII. 134. an. 1080: comparavi servum ... pro I. *cuballum.*

Cubeba, æ, (ab arab. zabib) uva passa. (Du C. fructus insulæ Javæ); *aszalt szőlő.* Gal. cubeba. Lab. Tab. p. 53.

Cubella, æ, (Du C. Cubela) dem. a cuba: labrum; *vödör.* Bárczay.

Cubicelium, parvum cubile; *szobácska.* Arch. Ver. Sieb. X. 1. 455. *cubicelli* spatium occupabant tres proles. Rák. Ön. 250.

Cubiculariatus, us, munus et officium cubicularii; *komornoki tiszt, hivatal.* Batty. Leg. I. 595.

Cubiculariorum regalium magister, toti rei familiari principis præpositus; *királyi főpalotamester.* Törvt. Msz.

Cubicularis, (Du C.) servus a cubiculis; *udvarnok.* Georg. Sirm. 1., 6. Rex ad Budam cicius remigavit, magnates quilibet cum *cubicularibus* suis.

1. **Cubicularius,** (auct. Batty.) capellanus, sacellarius, qui capellæ curam habet; oratoria enim cubicula dicta sunt; *kápolna felügyelő.* Batty. Leg. III. 340. an. 1399.

2. **Cubicularius,** V. *Cabicularis.* Fej. I. 122. Præterea in eadem uilla sunt isti *cubicularii.* 1., 452. ex gratia Liltor's comitis terram ad unum aratrum tres servos et quatuor ancillas, octo currigeros et quatuor *cubicularios* — ubi habet ecclesia plurimos Jobbagiones, decem hospites, iobagi viginti duos, currigeros quinquaginta, artifices sex, coquos septem, pastores tres, *cubicularios* præpositales duos, molendina tria.

Cubiculum frumentarium, granarium; *gabonatár, magtár.* Thök. Diar. II. 368. — *cubiculum* magnum vel *frumentarium* habens januam simplicem I.

Cubiculum laboratorium, conclave operi faciendo destinatum; *hivatalszoba.* Gal. Bureaux. Opin. in Polit. 1810.

Cubulo, onis: cubus, mensura vinaria; *köböl.* Fej. II. 100. debent dare per annum sexaginta *cubulones* Marcii.

1. **Cubulus,** i, (Du C.) hydria, mensura aridorum et liquidorum; *köböl; veder.* Batty. Leg. III. 154. an. 1316: puniantur in media mensura vini, quæ est octava pars *cubuli* (ad hæc adnotat Batty.: *Cubulus* non fuit aliud atqui sit hydria nostra Transylvaniensis, quam *vödör* seu *veder* vocitamus, quæ continet octo medias, si itaque media mensura est octava pars cubuli, procul dubio cubulus ex octo mediis consistebat: certum est autem quinque nostras hydrias efficere *Urnam* Posoniensem, quæ ex 64 mediis vini conflatur).

2. **Cubulus,** (Du C. mensura vinaria) hoc loco est mensura tritici, mensura aridorum; *köböl.* Cod. Dip. Kár. I. 314., 198. videlicet sexaginta *cubulos* tritici et unam vaccam cum vitulo, unum lardum cum dimidio, XXXVI. *cubulos* ordei et XIII. capecias frugum.

Cucharum, saccharum; *czukor.* Száz. IV. 685.

Cuculare, V. s. Gratitare. (Du C.); *kakukolni.* Cf. Auct. Carm. Phil. 35.

Cucullaris, e *(vestis)* toga monastica cucullo instructa; *barátcsuklya.* It cocòlla. Verancs. Hist. I. 184. Huic Georgio dandum erat, ni fallor, cognomentum, quod est, Utissenii; aut saltem Fratrem Georgium appellasses, cui nomini plurimum studet, quo et in aula felicissime crevit et quod professionis suæ veneratione sicut nec *vestem cucullarem,* quam in aulicum morem non excolit, ad extremos usque dies, quod facile scimus, depositurus non est.

Cuculliger, i, cucullum gerens, qui cappam gerit, monachus; *csuklyás.* Schesæus. Ruinæ. Pann. F. 575. Ed. pr. Wittebergæ 1571. Petrus consilium... prudens in pectore versat. Idque *cuculligero* scriptis patefecit amico (Georg. Frat. Martinuzzi).

Cucullus, i. *Cuculla* q. v. Fr. Balass. Casul. Steph. 22. Liceat iam isthac de casulæ forma, deque *Cuculla* seu *Cucullo* dicta ad nostram casulam applicare.

Cucullus domesticus; *házi sapka.* Ger. Holz-Mütze. Cons. Sumpt.

Cucuma, *Cambuca* q. v. Törvt. Msz.

Cucumerarium, (Du C.: locus, ubi cucumeres crescunt.) Batty. Leg. III. 290. an. 1391: obligatur... triginta florenos auri dare... pro quibus etiam ecclesiæ... certum *cucumerarium* et pecuniæ quantitatem... dare obligatur.

Cucupha, æ, mitella, caliendrum minutum; *fejkötő.* Lzb. Cod. Med. T. II. 425: pro *cucupha* ex sindone alba = Vor ein Häublein von weissen Zendl.

Cucura, æ, (Du C. cucurum) pharetra, corytus, theca sagittarum a germ. *Köcher; tegez, puzdra.* Rač. Mon. Sl. VII. 153. an. 1090: cepit... una racana, due *cucure*... duodecim marre... quinque delatoria (rectius: dolatoria)... octo pulatoria et duodecim sicli et sex porcos.

Cucurbitare, (Du C. uxorem domini adulterio polluere); *szerelmeskedéssel magát behizelegni.* Vuch. Jur. Feud. 218. *Cucurbitare* idem ac existimationem domini expugnare amoribus; fabulam cuculi atque currucæ ludere. Cuculi autem satis nota historia sua ova nunquam excludentis, sed deponentis in nidum currucæ, quæ iis, cum sua putat, incubare et scelerati *insititium* partum avicula minime mala, educere solet.

Cucurbitatio, actus cucurbitandi. Vuch. Jur. Feud. 217. Fit itaque vasallus feloniæ reus domino insidias vitæ struendo... verbis factisve dominum lædendo, illius uxori, filiæ, nepti ex filio, nurui, sorori innuptæ stuprum inferendo, earumve pudicitiam attentando. Quod vulgo *Cucurbitatio* dicitur.

Cucurbitivus, 3., *Cucurbitinus; tök alakú.* Galeoti 67. *cucurbitivorum pirorum* magnitudo.

Cucuricinæ braccæ, e panno crasso bilice sutæ braccæ; *durva csinvatból készült nadrág.* Jók. Epp. I. 167. Sed bene ipsi contingit? Quare portat tales *braccas cucuricinas?* Vellem, quod accepisset, quinquaginta solidos (Úgy kell neki, bár ötvenet kapott volna keményül, minek jár kukoricza nadrágban?)

Cucuritus, us, cantus galli; *kukorékolás.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. V. 105. si noctu citius cantat (gallus), quam soleat, aëris mutationem et ventum; si paulo post occasum et vespertino crepusculo in raucisonum *cucuritum* cum alarum motu prorumpat, tempestatem.

Cudifacere, pecuniam cudendam curare, *pénzt veretni.* Magy. Tör. Tár. IX. 154.

Cuere, (Dief.) (fors. a *cavere* detortum) tueri, defendere; *megvédeni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 115.

Cuffa, æ, modius; *véka, kád.* Kuffen. Fjp. Szám. p. 535. an. 1442: pro III. *cuffis* cimenti.

Cugulla, idem quod *cuculla; csuklya.* Bárczay.

Cuioneria, æ, V. Tutela cuioneria, vexatio (a Slav. Kujon. Spitzbube); *kínozás.*

Cuionerius, 3., V. Tutela cuioneria; *vexans; kinzó.*

Culcitra, culcita; *vánkos, matracz, párna, derékalj.* Arch. Rák. VIII. 312. *Culcitra* pilis equinis repleta cum operculo ex dicta. — Pulvinar aliud ex dicta. Thök. Diar. II. 336., 338. Duæ *culcitrae* pro lecto. Száz. XVII. 862.

Culcitral, pulvinar; *vánkos.* Magy. Tör. Tár. XX. 173. unum *culcitral* ex materia sericea.

Culcitrarius, i, lodicum confector (qui facit culcitras Du C.); *paplanos.* Ger. Deckenmacher. Tab. Conscr. Pest. Levt.

Culeola, carina viridis nucis; *kopácslékja a diónak.* Ger. Grüne Nussschale. Pár. Páp.

dem Johannem solum in suis proprys et circumiacentibus ecclesys similiter canonica municione premissa, extinctis candelis et compulsatis *Cumpanis* publice excommunicatum renunciare debeatis.

Cumulative, cumulate; *együttesen, összesen, tömegesen.* Werbőczi 255. Potestas condendi Leges a Populo in Regem translata est, non privative seu exclusive, verum *cumulative* seu copulative. Kövy El. 531. non singillative verum, ut loqui amant, *cumulative* in una pœna convincuntur.

Cumulativus, 3. cumulans; *tömeges.* Kelem. Inst. Jur. Pr. III. 201. γ) Conspirantes *(Cumulativae)* (testes) ubi diversa quidem adiuncta sed ad unum idemque factum complendum pertinentia referuntur per duos Testes.

1. **Cumulo** -onis, meta foeni, sensu translato: pratum; *szénás, kaszáló, rét.* It. cumulo. Knauz M. E. Str. I. 53., 25., 56., 118. cum silvis, venacionibus, aquis piscationibus, *cumulonibus* ac omnibus commoditatibus.

2. **Cumulo,** onis; cumulus eiectamentorum fodinalium; *bányahányadék.* Orsz Lev. D. 643: Concessimus etiam, ut omnes *cumulones,* qui in veteribus aurifodinis crescere consueverunt, ipsi hospites nostri ac eorum successores colligere possint pacifice in perpetuum.

Cumulorum hortus, horti, in quos cumuli fœni comportare et asservare solebant; *szénás kert.* Batty. Leg. T. II. 88. an. 1082.

Cunale, canna; *nád, káka.* Száz. XIII. 234.

Cunctiperda, æ, qui cuncta perdit; *mindenfölemésztő.* J. Czernovcius: De bello Pannon. Libri VI. Praga MDCXIX. *Cunctiperda* igitur merito cluit iste *suita.*

Cunctipotens, (Du C.) omnipotens; *mindenható.* Ljub. Mon. Sl. XII. 52. an. 1412. *cunctipotente* domino. Andr. Pann. 214: Deus *cunctipotens.* Cf. Prudent. περὶ στεφ. 7., 56.

Cundalum, idem quod *cuniada* ap. Du C. securis V. s. *Bancha; balta.*

Cundere, cudere. Kol. Cod. 39.

Cuneus, i, (Du C.) (signatura) forma; *veret.* Ger. Prägung. Angl. coin. Ljub. Mon. Sl. V. 219. an. 1411: auri veri et puri ad *cuneum* et pondus Venetorum.

Cuniare, cudere; *verni.* It. coniare Ljub. Mon. Sl. V. 96. an. 1407: moneta grossorum, qui debeant *cuniari* ex argento.

Cunicula, æ, pellis cuniculi; *tengeri nyúl bőre.* Ljub. Mon. Sl, I. 21. an. 1204. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 261. Habebit Archiepiscopus omnes introitus et omnes honorificientias, quas habere consueverant Achiepiscopi, qui fuerunt ante, et a Communi Jadre insuper omni anno in kallendis Marcij mensis unum milliarium et dimidium *cunicularum* bonarum.

Cunicularis, ad cuniculum pertinens; *aknai, bányai.* Juriev. Jur. Met. 85. Mensura hæc ... anno 1753 per B. R. de 9. Julii Mensura *cunicularis* pro Districtu Schemniciensi definita erat in 25088-o □ Ita ... etc.

Cunicularius, 3., ad cuniculum pertinens; *földalatti, barlangra, üregre aknára, minára vonatkozó.* Szamosk. II. 169. Hoc quoque (propugnaculum) a Turcis *cunicularis* insidiis et pulvere tentatum atque etiam clade nonnulla affectum est.

Cunicularius, i, proprietarius cuniculi; *bányatulajdonos.* Juriev. Jur. Met. 93. Proprietarius cuniculi hæreditarii seu *Cunicularius* hæreditarius non tantum labores metallicos ... intra legale tempus incoare tenetur, verum etiam Cuniculum infra designatas Metallifodinas secundum Planum elevatum æqualiter absque interruptione continuare ... tenetur.

Cunicularius militaris; *aknász.* Faber. Jur. Met. 39. Conductio *Cunicularriorum militarium (Mineur)* et fossorum *(Sappeur)* absque præiudicio prærogativæ montanisticæ suscipienda. Cf. Veget. Mil. 211. Ammian 24., 4.

Cuniculinus, 3., ad cuniculum pertinens: Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 126. ambos cum pellibus *cuniculinis.*

Cuniculus fœni, strues, meta fœni; *szénaboglya.* Besztb. Levt.

Cuniculus hæreditarius; *örökös bánya, altárna.* Juriev. Jur. Met. 90. Est autem *cuniculus haereditarius.* (Erb-Stollen) talis Cuniculus Metallicus, qui non tam minerarum eruendarum quam aquæ ex alienis fodinis derivandæ aut circulationis liberi aëris (tempestatis) vel denique utriusque beneficii alienis fodinis procurandæ causa per fodinales alienos fundos protenditur.

Cuniculus indagatorius, investigatorius, *nyomozó, kutató bányaakna, vizsgáló bánya menet.* Versuchstollen. Besztb. Levt. Faber. Jur. Met. 72. sed nec quidem Mutungatio sed nuda et simplex investigatio montanistica pro struendo *Cuniculo investigatorio* (Such-Stollen) petenda est, factaque id genus Mutungatio. Törvt. Msz.

Cuniculus Metallicus; *bánya, akna.* Juriev. Jur. Met. 85. *Cuniculus Metallicus* (Stollen) est talis fodina, quæ horizontaliter aut oblique in viscera terræ descendit.

Cuniglus, pro: cuniculus, mus porcellus (Linn.); *tengeri nyúl.* Ljub. Mon. Sl. I. 119: de carnibus cervi et carnibus de *cuniglis.*

Cunius, *Cuneus* q. v. Ljub. Mon. Sl. IV. 44. an. 1362: debeant fieri grossi novi de eadem stampa et *cunio.*

Cupha, et **Kuffa,** cupa ap. Du C. scyphus; V. *Cuffa.* Fjp. Szám. k. 466., 479., 541. dedimus ... pro VI. *Kuffis* cimenti.

Cupella, obrussa (Du C. al. s.); *égetett csontporból készitett csésze.* Gall. coupelle. Ger. Kapelle. Treibscherbe. Kecsk. P. Ötv. 153. Cf. Pallad. Febr. 25., 12. Apic. 1., 2.

Cupla, æ, (Du C.) copula canum venaticorum: *póráz.* Ger. Koppel. Bárczay.

Cupola, æ, tholus (Du C.) cuppula; *kúpfödél.* It. cupola. Ljub. Mon. Sl. V. 261. an. 1334: pro rigallelis operatis ad *cupolam* de fero.

1. **Cuppa,** æ, imbrex; *fedélcserép.* Ger. Dachziegel. Verancs. Hist. I. 315. Et si quæ sunt nobiliore structura ex formato quidem latere factæ sunt sed incocto et *cuppis* tantum coctilibus operatæ.

2. **Cuppa,** æ, (Du C.) vasis potorii species, cantharus; *kancsó.* Ger. Humpen. Tör. Tár. 1888. p. 566. Száz. IV. 357.

Cuppula, æ, dem. ad cuppa (Du C. a. a.); *kis serleg, kancsó.* Kronst. II. 291., 455., 423.

Cuppus, 3., cavus V. s. Cottus; *vájt.* It. *cupo.* Ger. hohl.

Cuprarius, Cuprearius, i. 1. faber ærarius, 2. chalcographus; *1. rézmüves, 2. rézmetsző.* 1. Egri. Pest. Levt. 2. Tab. Conscr.

Cupreatus, 3., cupro inductus; *érczczel bevont, fémezett.* Magy. Tör. Tár. XX. 170.

Cupreum, pala cuprea immittendo pulveri nitrato cum globo in tormentum; *ércz-lapát az ágyúk töltésére.* Kronst. I. 643: an. 1540: bombardario pro uno vulgo *cupreo* vulgo ladschuffel.

Cupreus, 3., ad aurichalcum, cuprum pertinens; *réz.* Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 28. ut ipsi alia aurea vel argentea montana colant propter illas *fodinas cupreas.* Cf. Plin. 23., 3., 37. Pallad. Jul. 5. Trebel. Claud. 14.

Cuprifaber, faber ærarius; *rézműves.* Ger. Kupferschmied. Fjp. Szám. 515. facta est quittatio cum Johanne *cuprifabro.*

Cuprifusor, fusor ærarius; *érczöntő.* Ger. Rothgiesser. Quel. Sieb. I. 450. an. 1505. Rottgiesser sive *cuprifusori,* qui loco bombardarii servatur.

Cupripar, faber ærarius; *rézmíves.* Tör. Tár. 1889. p. 384.

Cuprum, imago ære excusa; *rézmetszet.* Veronica. Drama in 3. Actibus ex originali Germ. auctricis E. R. S. redditum... Georg. Bajzáth de Pészák. Adnexis duobus *Cupris* Pestini 1858.

Cuprum cyprium, (Du C.) æs cyprium; *czementréz.* Gall. cuivre. Besztb. Levt.

Cupula, *Cuppula* q. v. Schaffr. Electr. IV. Aedes etiam Universitatis Romanæ intra paucorum annorum decursum ter tacta est fulmine: nimirum 6. Apri 1753. etc. at quidem in *cupula* seu *Limace* vulgo *Lumaca.*

Cupus, i, (Du C.) tegula; *tégla.* Kuk. Jura. I. 147. an. 1381. liceat ... extrahere *cupos* seu tegulas et *matones* ... pro constructione ... edificiorum.

Curaria, æ, *Correria* q. v. Ljub. Mon. Sl. IV. 465. an. 1402.

Curata, æ, (Du C.) ædes sacrorum antistitis; *plébánia.* Fer. Mon. Sl. XVIII. 261. an. 1659: nullam ecclesiam seu *curatam* habent.

Curatela, æ, (Du C.) Curatio, pupillarium bonorum administratio; *jószágbeli árvagondviselés.* Gal. curatelle. Germ. Curatel. Kass. Jur. Civ. I. 31. quasi Genitor meus desideratissimus olim N. N. tenerarum prolium suarum ex secunda consorte sua Noverca autem mea N. N. genitarum tutelam et *Curatelam* in ultimo mortis suæ articulo eidem commisisset. Tisztb. Irm.

Curatelare, curam bonorum agere; *birtoknak gondját viselni.* Kass. Jur. Civ. I. 110. nec pateremur eundem et *Tutelatos* atque *Curatelatos* ipsius iustis suis iuribus improvise destitui.

Curatelaris, e, ad curam possessionis, bonorum pertinens, cui opponitur tutelaris: ad curam hominum, personarum pertinens; *árvagondviselési.* Kass. Jur. Civ. I. 49. sed nec super proventibus *Curatelaribus* debitas rationes reddere vellet ...

Curatelatus, us, munus pupillarium bonorum administrandi; *gondviselési hivatal.* Törvt. Msz.

Curatia, æ, V. *Parochia.* Oltv. Act.

Synod. 75. Conclusa hac ratione Synodo, terminatis precibus Synodum consequentibus, decantato Hymno Ambrosiano Patres Synodales recepta Pontificali benedictione ad *Curatias* suas dimissi sunt.

Curative, medendo, arte et cura medica; *gyógyítva;* cui opponitur *praeservative* i. e. malo prævertendo; *óvószerekkel élve, elejét véve.* M. Bel. Prodr. 148.

Curativus, 3., curans, sanans; *gyógyító.* Lzb. Cod. Med. T. II. 25: adminicula tam præservativa quam *curativa.*

1. **Curator,** qui pupillarium bonorum curam gerit; *gondviselő, árva gondviselő, gondapa, gyámatya.* Törv. Msz.

2. **Curator,** accensus scholasticus; *iskolai szolga.* Batty. Leg. III. 255. an. 1370: *Curator* scholarum in nostris scholis paterfamilias dici solet, qui nimirum aperiendarum claudendarumque atque mundandarum scholarum curam habet.

Curator animarum, sacerdos; *lelkész.* It. curato. Oltv. Act. Synod. 19.

Curator Ecclesiæ, minister, apparitor ecclesiasticus; *egyházfi.* Ker. Nap. 349.

Curator litis, qui curam gerit litium; *ügykormányzó, pörök gondviselője, perügyelő.* Törvt. Msz.

Curator massæ, *érték gondviselője, tömeggondnok, vagyon gondviselője.* Törvt. Msz.

Curator Montium, *bányagondviselő.* Faber. Jur. Met. 44. *Curatores Montium* Factores et ductores rationum sunt Urburariatuum, procurant sub directione et exactione rationum Officii œconomiam creditorum administrationi suæ in processu operum montanisticorum; minerarum ad Ustrinas admodiationem, coëmtionem materialium montanisticorum secundum præhabitam defixam semestraliter ab Officio pro toto processu Montano Taxam.

Curator rerum pupillarium, administrator r. pup.; *árvagondnok.* Ger. Waisenvater. Kass. Prax. I. 37. Habet quælibet Civitas suos Notarios, Fiscales, Camerarium, Urbarii Præfectum, *rerum pupillarium Curatorem* ...

Curator sequestri, qui curam gerit sequestri; *zárgondviselő, zártartó.* Törvt. Msz.

Curator Sufflatorii, præfectus coquinæ regis; *konyhamester.* Magy. Tör. Tár. XX. 202.

Curator Superintendentialis, minister, apparitor superintendentis; *a superintendens szolgája; gondnok.* Ker. Nap. 126.

Curator Sylvarum, *erdőmester.* Faber. Jur. Met. 45. Quam momentosum operosumque penes culturam montanam res sylvanalis sit, res ipsa docet; æque grave est ei respondens officium. *Curator Sylvarum* conservationis earum, lignorum ad culturam montanam necessariorum tempestivæ procurationis et advectionis curam habet, in maioribus Processibus montanis munus hoc inter Exactores, Indagatores, Obequitatores Sylvarum subdividitur.

Curatoralis, ad curatorem pertinens; *gondviselői.* Székelyudvarhelyi ref. koll. Ért. 1894/5. 144. Kivonat a *curatoralis* jegyzőkönyv 1822. évi szept. 23. tartott ülésének... határozatából.

1. **Curatoratus** (Fodinarum), præfectura, officium curatoris; *bánya felügyelőség.* Nov. Calend. 217. Fodinarum *Curatoratus* Adiunctus D. J. K.

2. **Curatoratus,** us, munus curatoris; *helyi, iskolai gondnokság.* Bék. Debr. főisk. törv. 7. et 155. Servetur protocollum, in quo adnotabuntur determinationes curatorum... quoad administrationem *curatoratus.*

Curatorius, 3., ad curatorem pertinens; *gondviselőségi.* Kov. Form. St. CXXVII. *Curatoria* constitutio Hungariæ.

Curatrix, quæ pupillorum curam habet; *nőgondnok, gondanya, gyámanya.* Ger. Waisenmutter. Kass. P. P. I. 198. Antonia, Josephi naturalis tutrix ac *curatrix.*

1. **Curatus,** i, sacerdos, curio sacer; *pap, lelkész.* It. curato. Gal. curé. Epist. Past. ad Dioec. Agr. Kass. P. P. II. 240. item pro inducendi *Curati* et cantoris seu Ludirectoris provisione et conservandorum ædificiorum *Curati* et Ludirectoris habitationi deservientium.

2. **Curatus,** i, œconomus (Du C. curio, sacerdos ecclesiæ); *gazda.* Fer. Mon. Sl. XVIII. 11. an. 1581. se *curatum* seu occonomum recipiant.

Curbungiones, auctore Battyano (Leg. T. II. 474. an. 1283.) a corbulo, qui est corbis species, quem in dorso bajulant, ita dicti; ego vero censeo id detortum esse a *corbagio,* quod operas, quas subditi dominis ex lege præstare obligantur, denotat; *robotos.* Gall. corvéteur. Fej. VIII. 190: ut *Curbungiones* nostri singulos sapones frugum cum singulis gallinis et sanctiferi ac plaustrales nostri singulos sapones... custodi exsolvere teneantur. Eszt. Okm. 79. an. 1283.

Curerius, i, nuncius celerrimus; *futár, hirnök, hírvivő.* Ger. Courier. Arch. Rák. I. 5. Extractus solutionis *cureriorum* aliorumque intervenientium.

1. **Curia,** æ, aula regia; *királyi udvar.* Luc. Regn. Dalm. 96. *Curiam* Ducum et Regum mobilem non fixam fuisse ex Archidiacono et Datis privilegiorum constat.

2. **Curia,** *curtis,* fundus nobilium Szirm.; *nemeshely, szabadhely.* Irh. *udvarhely, nemesi telek.* G. Fej. VIII. 226., 173. Advocatus debet habere unam *liberam Curiam,* unum molendinum etc. Vuch. Jur. Feud. 64. *Curtis* vero notat Curiam s. Prætorium cum area ædificiis villa et fundis eo pertinentibus.

3. **Curia,** æ, ordo, classis scholæ; *osztály.* Leges Schol. Schem. 16. Lectionem autem potissimum in iis libellis, quibus paulo post in *curiis* superioribus necessario usuri sunt, exerceant. Meta huius *curiae* est, ut pueri hinc in quartam transferendi tolerabiliter scribere... sciant.

4. **Curia,** æ, tabula vel judicium regium; *királyi tábla.* Not. J. Samb. Tyrn.

5. **Curia,** concilium; *gyűlés.* Ital. curia. S. de Kz. Chr. I. 3., 1. I. 3., 3. et I. 3., 4: *curia* celebrata. II. 1., 15: *curia* Francvurtensis (frankfurti gyülés) idem significat: A) 1., 17. A) 2., 2.

Curia Archiepiscopalis, sedes, residentia arch.; *érseki székhely.* Cod. Ep. Pet. Páz. I. 104. Datum Tyrnaviæ ex *curia* nostra *archiepiscopali.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 85. quia olim *Archiepiscopalis curia* quinque Canonicis, Presbytero, Diacono, Sacristæ, Acolytho per totam hebdomadam alimenta præbere tenebatur.

Curia Comitalis, Curia Comitis, domus c. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 502. relaxavimus eisdem, ut non de qualibet mansione, sed de quolibet aratro cum avena superius nominata usque festum Sancti Martini dare debeant apud *Curiam Comitalem.*

Curia comitatensis, domus C.; *vármegye háza.* Törvt. Msz.

Curia furni, ædes furni; *sütőház.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 98. Item vdvornici tenentur renovare *curiam furni,* cum veterescit et portam eiusdem curie custodire.

Curia Grebionum, V. *Grebatus; gerébház.* Ger. Hofbauerhaus. Præd. p. 7: Curiæ... Græbiorum (Gerébházok) vel paucissimis exceptis omnes diversis temporibus penitus delebantur vel pridem iniuria temporum nonnullæ in Curias Nobilium transformatæ sunt.

Curia militaris, tribunal in curia regia in facto honoris; *a királyi kuria lovagi becsületbirósága.* Hajnik Perjog. 60.

Curia Nobilitaris, fundus nobilium; *nemesi udvartelek, nemes telek.* Proj. Leg. Civ. 211. Ad hanc denique referuntur etiam *Curiae Nobilitares,* quæ ex usu recepto in regula duabus Sessionibus æquiparantur. Georch. H. T. II. 245. Cod. Dip. Brüss. III. 5.

Curia prætorea, Domus Comitatus; *megyeház.* Ger. Comitatshaus. Kass. Prax. I. 24. Habet quisque Comitatus suam *Curiam praetoream* seu domum et locum publicorum conventuum. Kass. Prax. I. 34. cura reparationis *Domus praetoreae* I. 34. et hae una cum *Curia comitatensi* in via regia transennali situantur.

Curia Regia, tribunal regium; *királyi főtörvényszék.* Molnár Patv. 72. Prædicta Excelsa Tabula 7-Viralis cum Inclyta Tabula Regia Judiciaria in concreto sumpta dicitur *Excelsa Curia Regia,* quod nempe causas Regnicolarum in Persona Regis dijudicet. Georch. H. T. III. 76.

Curiæ regiæ magister, præfectus rei familiariæ regis; *kir. főudvarnok mester.* Törvt. Msz.

Curiæ Regiæ milites, *testőr.* It. guardia del corpo. Gall. garde royal. Germ. Leibwache. Pelcz. Geisa p. 63: *Milites Curiae Regis* illi dicebantur, qui honoratioris militiæ auctoramento lecti, apparitores et Satellites Regii, cum Regis salutem custodiis vigiliisque munientes, tum ipsius Aulæ seu Curiæ splendorem amplificantes, stipendia merebant.

Curia (Romana), dignitates, magistratus, qui pontifici Romano in regenda ecclesia auxilio sunt; sensu stricto adiutores in officiis pontificis, sicut advocati, notarii, expeditores etc. Huc pertinent: Cardinales, consistorium, congregationes, signatura, dataria, cancellaria etc; *római kuria.* Fej. IV. 2., 181. Kon. Egyh. 247.

Curia Salis, curia rei salariæ; *sóház.* Ger. Salzamt. I. Rák. Gy. 434. Datum in *Salis Curia* nostra Desiensi.

Curiacio, -onis (curia seu Comitatus vel etiam curia solemnis ita Du C.) Videtur tamen hoc loco significare occasionem, qua regem ad exercitum proficiscentem comitatur; *udvari kiséret.* End. p. 566. (Synodus Budensis an. 1279): 2) cum ad exercitus seu *cu-*

Culfus, i, (Du C.) sinus maris; *tenger-öböl.* It. golfo. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 389. Et tam per guerram quam per pacem licitum est Ragusinis ire ad mercandum a *culfo* Coranti infra.

Culicellus, i, parvus culex; *szúnyogocska.* Szamosk. III. 227. Volant hi *culicelli* agminatim, confertoque examine grassantur. Cf. Seren ap. Diomed. p. 513. P.

Culiceus, 3., ad culicem pertinens; rete culiceum: *szúnyoghálό.* Székesf. főgymn. Ért. 1894/5. p. 61. non secus portas duas, unam ex assere molli, aliam ex reti *culiceo* listæ affixo instructam.

Culicinus, 3., culicis; *szúnyog.* Szamosk. III. 227. Est infra Karansebesum opidum non procul a Danubij ripis antrum viroso halitu, qui (sic) vernis mensibus *culicini generis* ingentem vim effundit, armentis et pecudibus quibuslibet, sed potissimum bubulo et equino generi infestam et exitialem.

Culicivorus, 3., qui culices vorat; *szúnyogevő.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VIII. 264.

Culiginare, obfuscare (a culigine) *besötéteni.* Tör. Tár. 1888. p. 336. et quomodo diffusi per totum orbem virtutum regiarum fulgores nostro periculo ac tam manifesto istius viduæ damno *culiginarentur.*

Culinaria, ium, res ad culinam pertinentes; *konyhaedény.* Magy. Tör. Tár. XX. 163. Cista continet aromata et *culinaria.*

Culinaris stylus, inquinatus, corruptus sermo; *konyhadiák.* Ger. das Küchenlatein. Kass. P. P. I. 326. Stylus extractuum non debet esse oratorius, sed nec laconicus nec *culinaris.*

Culinarius, ad culinam pertinens; *konyha.* Arch. Rák IV. 15. ita, ut iidem nullis in Fortalitium, victualium *culinariorum,* aliorumque necessariorum adigantur oneribus. Tör. Tár. 1886. p. 648. Cf. Front. B. Parth. p. 201.

1. **Culmen,** titulus honorarius summorum magistratuum, principum, (Du C.) maiestas regia; *fönség.* Cod. Dip. Pat. T. I. p. 219: supplicans nostro *culmini* prece subiectiva. Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 428. Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára V. II. 6.

2. **Culmen,** (Du C.) tectum: *tető.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 122 an. 1437: pro reparatione... *culminis* magazeni.

Culminatio, summum fastigium; *tetőponton állás, tetőpont, tetőzés.* Wallaszky 211. Törvt. Msz.

Culmus, i, cassis (Du C. al. s.); *sisak.* Bárczay.

Culpabilitas, culpa, crimen, nocentia; *vétek, vétkesség.* Cod. Dip. Hung. And. V. 13., 31. II. 431. Fej. X. I. 489. sed se in sue *culpabilitatis* manifeste indicium a facie iuris et iustitie absentasse ex omnibus agnoscebatur.

Culpabiliter, (Du C.) improbe, pœna digne; *vétkesen, büntetésre méltóan.* Vern. Phil. Mor. 388. Qui huic officio *culpabiliter* deest, alteri tum damnum emergens tum lucrum cessans reparare debet. Cf. Symm. Ep. 9., 40.

Culphus, i, *culfus* q. v. Luc. Regn. Dalm. 240. et dimissis duabus galeis ad custodiam punctæ, et duabus ad S. Nicolaum, intravit cum reliquis *Culphum* dictæ terræ.

Culpitrum, culptrum, slappe Dief; *salap.* Schläg. 570.

Culposum, (damnum) culpa, incuria allatum; *gondatlanság által okozott, hibából való, vétkesség-szülte, vétkes (kár).* Törvt. Msz. 105.

Culposus, 3., culpa-plenus, noxius; *vétkes.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 418. qui suspicionem dispescunt: *α)* In Dolosam, *Culposam* et Simplicem prout vitio voluntatis, intellectus aut adiunctis aliis, quæ imputari quidem non possunt, pupillo tamen periculum minantur, originem suam debet... *γ) Culposam* pariter subdividunt in culpa lata, levi et levissima commissam.

Currenter ire, festinare; *sietni, futva menni.* Arch. Rák. IX. 385. Prouti et de pago in pagum præsentes meas *currenter ire* demando, quibus per omnes comitatus Processus deportatis, *superinscribatur.*

Currenticius, 3., currens; *folyó.* Száz. XXIV. 198.

1. **Currere,** obvenire, deberi (Du C. al. s.); *járni.* Száz. VIII. 6. incipit illo die *currere* sallariatum suum.

2. **Currere,** valere (Du C. al. s.) Præscriptio *currit,* præscriptio valet v. sub *Praescriptio; forgalomban, érvényben lenni.*

3. **Currere,** pro: *percurrere* (Du C. al. s.); *átfolyni.* End. p. 87: Don ... *currit* terram Alanorum.

4. **Currere,** in usu esse, versari; *forgalomban lenni.* It. correre: cursiren; *Currere facere:* in usum mittere (Du C. al. s.); *forgalomba hozni,* donner cours à une monnaie S. de Keza Chr. II. 4., 1. byzantios *currere fecit.*

Curricula, a curruca (Dief.) fulica v. coturnix; *szárcsa v. fürj.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 116.

Curriculus unirotus, pabo. Text. v. sub *unirotus; taliga.* It. carretto. Gall. brouette. Germ. Schubkarren.

Currifer, auriga, vector, vehicularius, plaustrarius. V. *Wozcianus; szekeres, fuvaros.* Kelem. Hist. Jur. Pr. 47. Machinarum, aliarumque rerum necessariarum vecturas præstabant Udvornicorum illi, qui *Curriferi* (Szekeres) compellabantur ac in singulis Comitatibus admodum numerosi censebantur. Schläg. 1332. currifer; *kocsis.* Száz. IV. 682.

Currifer (equus), equus vectarius; *kocsiló.* Werbőczi 195. quod *equos curriferos* et vestem potiorem mariti defuncti Domina relicta illius, pro se tollet. Kronst. II. 610.

Currifex, opifex plaustrorum, carpentarius; *kocsigyártó.* Kronst. I. 741. II. 379. an. 1534. Arch. Ver. Sieb. X. 1., 177.

Curriger, rhedarius, rector equorum, currifer; *fuvaros.* Fej. I. 450. Idem in prædio Mester habet Ecclesia terram ad sex aratra et *currigeros* multos in eadem ac alios servitores.

Curriliter, curru; *kocsin.* Arch. Ver. Sieb. X. 1., 466. fluvium ... *curriliter* transire necesse erat.

Curripar, *Currifex* q. v. Cod. Dip. Pat. Hung. V. 166., 237.

Curritare, currere, ire; *menni.* Cod. Dip. Arp. Cont. III. 163. excitat cordis nostri

memoriam carnalis fidei coniunctio, cuius cursu *curritabimus*, quamdiu vivimus.

Currualis, quod curru devehitur; *kocsin szállitott.* Tör. Tár. 1891. p. 680. sales *curruales.*

Currule, is, curruum receptaculum; *kocsi szin.* Diar. Com. II. 88. dentur Cubicula decem, stabulum pro equis duodecim, culina, cellarium, *dispensa* omnia distincta et *currule* pro duobus currubus.

Currulis, e (via) via pro curribus; *kocsi* (út). It. carreggiàta. Germ. Fahrweg. Verancs. VII. 150. Nam in ea Transsylvaniæ plaga duæ potissimum semitæ sunt ex Moldavia in Transsylvaniam: altera Oytoz, quæ Brassoviæ imminet, altera Radnabania, quæ Bistriciæ; illaque sola *currulis* est et nonnihil lata, hæc angustissima.

Currulisatio, actus currum agendi; *kocsihajtás.* Pril. Abact. 89: illa (sc. damna) vel sponte per *currulisationem* vel casu fortuito inferuntur.

Currus ambulatorius, currus volubilis; *toló kocsi.* Ger. Rollwagen. Bene Pol. m. 53.

Currus Diligentiæ, (a Gall. diligence) currus celer; *gyors kocsi.* Ger. Eilwagen. Szilády A. Irodtört. Közl. V. IV. 471. ut per *currum Diligentiae* usque Sopronium descendat.

Currus diligentialis, *póstakocsi.* Gall. diligence P. P. Besztb. Levt. an. 1794.

Currus ferratus, ferro munitus; *vasalt szekér.* Arch. Rák. VIII. 358.

Currus non ferratus seu nudus, *fakó szekér.* Germ. unbeschlagener Wagen. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 288: qui *currum non ferratum seu nudum* vulgo *fakó* dictum suppeditaverit; a tali curru . . . denarios obtinebit.

Currus itineralis, vehiculum viatorium; *utazó kocsi.* Diar. Com. II. 12.

Currus Ladislai Regis, carrus; *László szekere.* Kereszt. Res. Mil. 116. tanta cuiusvis generis iumentorum penuria ad extremum enata fuit, ut cum pecudes deessent, homines ipsi earum loco carros (duabus duntaxat rotis constantes) impellerent; quod vehiculorum genus in perpetuam Ladislai Regis, communis eius calamitatis auctoris, memoriam *Currus Ladislai Regis* vulgus appellavit.

Currus magnus, plaustrum scalare; *rudas szekér.* Urk. Sieb. II. 338. an. 1370. *de curru magno,* vulgariter rudaszeker vocato.

Currus parvus, cui unus equus iunctus erat; *ajancza-szekér.* (a sl. ojnicza). Száz. 1893., 323. et Magy. Gazd. tört. szemle 1898. 238. l. (Tagányi Ért.) Urk. Sieb. II. 338. an. 1370. de *curru parvo* vulgariter ayanthaszeker nominato.

Currus pestilentialis, in quo peste affecti deferebantur; *dögkórosok kocsija.* Bene Pol. 193.

Currus postarius, vehiculum publicum, rheda cursualis; *póstakocsi.* Ger. Diligence. Lzb. Cod. Med. T. II. 327: *currus postarius* vulgo *diligence.*

Currus publicæ vecturæ, currus publicus; *pósta kocsi.* Rák. Ön. 17.

Currus subductorius, currus, cui equi præjuncti sunt; *fogatos kocsi.* Batty. Leg. T. II. 104. (Decr. Col.)

Currus summarius, (summarius a *sagma, salma, sauma* = sarcina) currus sarcinis devehendis; *mázsa szekér.* An. Sc. I. 56. an. 1435: præter *currus* magnos *summarios : Mazás Szekér* vocatos, qui more antiquo in certis civitatibus et locis Regni nostri Hungariæ ad id specialiter deputatis, et deponi et disligari solent. Schläg. 1326.

Currus Tavernicalis, essedum; *társzekér.* Rüstwagen. Orsz. Levt. Nádasdy nádor 1550 kör. számadásai.

Currus truncatus, Carruca; *taliga.* Ger. Karren. Pár. Páp.

Currus Viatorius, *Currus itinerarius* q. v. Diar. Com. 30.

Cursalis, pirata (Du C.); *kalóz.* It. corsale, corsalo. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 78., 86. Nec debemus compagniam vel societatem aliquam cum ullo habere *cursalium* vel aliorum, qui sunt manifesti predones aut raubatores.

Cursarius, *Cursalis* q. v.; *kalóz.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 507. Luc. Regn. Dalm. 236. nec receptabantur in suis portubus *Cursarii* et malefici. Kuk. Jur. I. 129. Száz. XXIV. 199.

Cursitatio, (a cursitando) concursatio; *lótás-futás, ide-oda futás, futkosás.* Olah. Cod. Ep. 29. Cf. Solin. 42.

Cursive, celeriter, rapide; *sebesen, futva.* G. Fej. T. XI. V. Un. 142. loca Danubialia, in quibus fluvius Waag *cursive* fluit.

1. **Cursor,** tabellarius, is qui ad aliquid perferrendum mittitur. (Du C.); *futár.* Germ. Eilbote, Kourir. Instr. Jos. II. p. 33. §. 91. *b) :* Quod extra fines Provinciæ, atque adeo medio publici Cursus mittendum fuerit, de eo rite tradito *Cursor* ab officio Postarum Reversales sibi dari faciet. Cf. Nep. Milt. 4., 3. Plin. Ep. 7., 12. Suet. Ner. 49. Martial. 3., 100.

2. **Cursor,** (Du C.) tacticis dicuntur, qui aciem in prœliis antecedunt; *elől támadó.* Száz. X. 710. a mély tag négy első embere (cursor) utánuk a defensor.

Cursor Officinæ, Juriev. Jur. Met. 47. Liquefactores Montanistici . . . 2-o *Cursores Officinae* (Vorlaufer und Vorlaufers Knechte qui mineras in vehiculo trusatili ad furnum advehunt, eas cratibus imponunt, carbones subiiciunt et scorias abvehunt.

Cursor Tabulæ, accensus, apparitor; *szolga, törvényszéki szolga.* It. cursore. Gall. sergent. Germ. Läufer, Gerichtsbote. Tisztb. Ir. *(Tabulae) Cursor* Szolga.

1. **Cursoratus,** us, cursus; *tanfolyam.* Teut. Schul. I. 250: Pecuniam *cursoratus* a neo-advenis peregrinis Hfl. 2. solvendam.

2. **Cursoratus,** us, cursoris officium; *szolgai tisztség.* Teut. Schul. I. 336: item *cursoratus* . . . redimatur.

Cursorie, (Du C.) cursim, celeriter; *rövid úton.* Tör. Tar. 1886. p. 436: medio internuncii sui *cursorie* ad suam M-tem expediti.

Cursorius, 3., ad cursum pertinens; *futás, . . futó.* Arch. Rák. VIII. 343. Hist. Nat. 42. pedes *cursorii* . . . Cf. Frontin. de Colon. p. 141. Gœs.

Cursualis, meta currens: *folgó határ.* (Du C.) Fej. III. 359. unde ad viam, qua ex villa Bana itur ad civitatem Jauriensem eundo, pervenisset ad metam *cursualem.* Kub. Dip. Hont. I. p. 158.

1. **Cursus,** cursus literarius; *tanfolyam, tanmenet.* It. corso. Bel. Jesz. Geogr. Præf. *Cursus* Geographici.

2. **Cursus,** præsens pecuniæ pretium; *folyamat, árfolyam.* Törvt. Msz.

3. **Cursus,** us, piratica; *tengeri rabló kirándulás.* Han. Mon. Jur. V. I. 8. an. 1265: nullus civis debeat ire in *cursum* et si quis iverit, sit forbannitus in perpetuum.

Cursus Cambialis, vicissitudines rei argentariæ; pecuniæ permutandæ pretium; *váltófolyam,* Wechselcours. Art. D. 1840. p. 80. Törvt. Msz.

Cursus concitatior, *vágtatás.* Reg. Turm. Præt. 105. aut *cursu concitatiori* (Trapp oder Galopp) equo vis imponi haud poterit.

Cursus concitatissimus, incitatissimus cursus; *vágtatás.* Gall. carrière. Reg. Turm. Præt. 107. Si equus ad *cursum concitatissimum* (Karriere) perducendus est.

Curtanus, i, prædiorum possessor; *birtokos, bennlakó.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. IX. 430. dilacerare regnum hoc a propriis maxime incolis vel *Curtanis.*

Curteanus, 3., ad aulam pertinens; *udvari.* Száz. XV. 575.

Curtecha, æ, chiroteca (Du C. chortheca); *keztyű.* Ljub. Mon. Sl. II. 42. XX paribus *curtecharum.*

Curtile, (Du C.) prædiolum; *kis birtok.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 20. et in Celeberch *curtile* indominicatum cum omnibus adiacenciis suis. In *curtili* ecclesiam, vicum publicum cum XI mansis.

Curtilis locus, domus rusticana prædiolo coniuncta; *udvarhely,* It. cortile, Gal. courtil. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 4. Id est in superiori civitate in origentali parte civitatis ipsius *curtilem locum,* ubi nova ecclesia incepta est atque in inferiori civitate in occidentali parte civitatis ipsius illa *curtilia loca,* quæ in potestate tunc habuit.

Curtina, æ, *Cortina;* 1. aulæum, 2. velum; *1. függöny, 2. vitorla.* 1. Száz. VIII. 15. *curtinas* de panno pro finestris. 2. Rač. Mon. Sl. VII. 181. ad fin. sæc. XI. III. *curtine* nauticalis.

Curtis, (Du C.); *birtokosi udvari telek, majorság, föld.* Vuch. Jur. Feud. 64. *Curtis* vero notat *Curiam* s. *Praetorium* cum area ædificiis, villa et fundis eo pertinentibus. Tör. Tár. 1888. p. 69. Vita S. Steph. 100. Fej. VIII. 118.

Curtisella, æ, (DuC.) cortis minor, atrium minus; *kis udvar.* Ljub. Mon. Sl. V. 249. an. 1334: pro faciendo . . . murum *curtiselle.*

Curtulis, ad curtem pertinens; *majorsági.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI, 3. ad Holunburch tertiam partem civitatis cum vineis XXX. et hobis XV. sine *curtuli* terra.

Curucones, proprie milites cruce signati; apud Hungaros, qui partibus Imperatoris oppositi ducibus Tököli, Rákóczi etc. pro libertate et religione pugnabant. Quibus opponuntur Labancones; *kuruczok.* Arch. Rák. I. 205.

Curucz, *Curucones.* Száz. XV. 45. S. S. = Superat Soldat; V. C. = Vincit *Curucz.*

Curuczonicus, 3., ad Curucones pertinens; *kurucz.* Thök. Diar. 656. Visniczet rendelte a fő vezér pro subsistentia militiæ *Curuczoniczae.*

Curulis machina, tormentum; *ágyú.* Nill. Symb. p. 354: Is pompa solemni sub terna 75 *curulium machinarum* displosione Cibinium . . , transierat.

1. **Curva,** æ, meretrix (Du C. curia 2.); *ringyó, kurva.* Tör. Tár. 1882. p. 482. Bestia curva, via hac morere.

2. **Curva,** æ, pedum; Kon. Egyh. 285. *Curva* trahit; sed virga regit; pars ultima pungit (pásztorbotról).

Curvare supercilium, truces oculos circumferre; *szemöldökét összehúzni, mordúl tekinteni.* Roger. 317. *curvatoque supercilio* cum pudore ínsulam reintravimus.

Curvatio, actus curvandi; *meggörbítés, meghajtás.* It. curvazione. Fej. X. 2., 118. nec capitis aut genuum *curvatione* illi aliquam exhibuerant honestatem. Cf. Colum. 4., 12.

Cusi, Sim. Num. 164. Si alicubi certe in Tallerorum historia invenietur origo moderni Floreni Rhen. est enim illius dimidium; hanc igitur recensebo donec id, quod quæro, inveniam. Hic etiam dux Voigtius esto: Hæc species Monetæ germanis Species Taller dicta cum exordio sui aliud nomen sortita est. Vocabatur siquidem *grossus nummus* aut *Crassus grossus* vel *argenteus, aureus* hoc est Silber-Gulden aut Guldiner nominabatur. Postquam autem initio seculi XVI. eorum copia fuisset cusa in Valle Joachimi (Joachimsthal) accepit nomen *Talleri* vel Joachimsthaler, Thalergroschen, Gulden Thaler. Denique ubi in Germaniam recepta fuisset tamquam pro certa mensura Monetæ Argenteæ nomen accepit, Imperialis Reichsgulden aut Reichsthaler successu temporis tamen nomina hæc variabant. Latini eos vocant *Nummos Unciales; Cusos, Joachimicos Vallenses,* Bohemi Grosch Tolszki, Tolar, Slavi Twrdy Tollar, Hungari Tallér.

1. **Cusinus,** i, (Du C.) consobrinus; *fiunokatestvér.* It. cugino. Prot. inq. 311. LIX.

2. **Cusinus,** (Du C.) cussinus: Kussen (Küssen, Kissen) culcita, pulvinar Dief.; *vánkos.* Germ. Kopfkissen. Schläg. 1147.

Cusio, actus cudendi, actus monetam cudendi; *verés, pénzverés.* Ger. das Münzen, Prägen; *veret.* Epist. Proc. 103. Verancs. V. 168. coronati venetæ *cusionis.* Kol. Cod. 41., 55. Cf. Cod. Theodos. 11., 16., 13.

Cusire, (Du C.) suere, consuere; *varrni, összevarrni.* It. cucire. Prot. inq. 233: sepe rogabat eam, quod ego *cusirem* et *petiarem* sibi vestes suas.

Cusor, qui cudit monetam; *pénzverő.* Ger. Münzer. Numi Hung. 166. Art. Diæt. Pos. 12. *Cusores* falsarum Monetarum. Kol. Cod. 41. an. 1543. Cf. Cod. Just. 10., 64.

Cusoria, æ, moneta; *pénzverő ház.* Magy. Tör. Tár. XX. 288. nagybányai *Cusoria.*

Cussinum, Cussinus, (Du C.) cervical, pulvinus; *vánkos.* Gall. coussin. Kissen, Polster. Kronst. I. 224. Pel. Pom. In nat. Dom. s. II. c. 6. Filius pastoris nascitur et ei *cussinus* substernitur. Knauz. M. E. Str. I. 119., 138.

Cussus, us, ictus, cussus gladii, (Du C. al. s.); *kardcsapás.* Cod. Dip. Arp. V. 205.

1. **Custodia,** æ, (Du C. 6.) theca; *boríték.* Gall. custode. Szered. Ser. Episc. 187. an. 1525. Corporale cum pulcherrima pala sive *custodia.* Pár. Páp.

2. **Custodia,** æ, officium, dignitas Custodis Ecclesiastici (Du C.). Kov. Form. St. 583. universas dignitates Ecclesiasticas personatus et beneficia videlicet: Lectoratum, Cantoratum, *Custodiam* ac universos Canonicatus et præbendas Rectoratus. Batty. Leg. III. 62.

3. **Custodia,** æ, (Du C.) sic monasterium suum... vocant Franciscani; *kolostor.* Batty. Leg. III. 621. an. 1498: Si vero contingat aliquem fratrem onerosum... de una *Custodia* ad aliam transferri.

Custodialis, ad custodem pertinens, custodis Ecclesiæ; *őr.* Knauz. M. E. St. II. 155., 130. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 346.

Custodiatus, us, (Du C.) officium custodis (in ecclesia); *őrség, őr állása, zárdafőnökség.* Fej. Jur. Lib. 489. Cod. Ep. Pet. Páz. I. 181., 203. Szilády Irodtört. Közl. VI. évf. I. f. 86. Verancs. V. 375. ut ipse omnia beneficia ecclesiastica, utputa: præposituras, lectoratum, cantoratum, *custodiatum,* canonicatus et præbendas... personis idoneis et benemeritis commendatis.

Custodire legem, (Du C.) observare legem; *törvényt megtartani.* Törvt. Msz.

Custodite, caute, circumspecte, provide; *vigyázva.* Lzb. Cod. Med. T. II. 111. *custodite* ignem struat. Cf. Plin. Ep. 5., 16. 3.

Custoditus, us, custodia; *őrizet.* Ljub. Mon. Sl. XI. 89. an. 1323.

1. **Custos,** thesaurarius; *kincstartó, kincstáros, kincstárőr.* Cher. Jus. Eccl. I. 269. Thesaurarius hodie *Custos,* qui res Ecclesiæ pretiosas conservat.

2. **Custos,** in scholis. V. *Curator.* Körmöczb. főreálisk. Ért. Bpest, 1895. p. 152.

3. **Custos,** V. Requisitor. Recon. an. 1609. p. 103: De paribus antiquorum literarum ex Conservatorio requisitarum, *Custodi* sive Requisitori, denarios centum.

4. **Custos,** signum divisionis; Corp. Gram. 122. Vocis pars ad alteram lineam reservata notatur *custode* seu *signo divisionis,* sic.

5. **Custos,** ecclesiarcha; *őrkanonok.* Konek Egyh. 304.

Custos bibliothecæ, a bibliothecā; *könyvtárőr.* Irodt. Közl. VI. IV. 447.

Custos canonicus, thesaurarius capituli; *őrkanonok.* Törvt. Msz. Tkal. Mon. Ep. II. 96.

Custos capitularis, *Custos canonicus* q. v.; *káptalanbeli kincstartó őrkanonok.* Törvt. Msz.

Custos kokyne, qui præest culinæ, præfectus rei culinariæ; *kouyhafelügyelő.* Knauz M. E. Str. I. 603.

Custos fodinalis, qui fodinarum curam gerit; *bányaőr.* Törvt. Msz.

Custos lagenarum, qui lagenarum ad evitandas omnes fraudes, curam habebat; *palaczk őr.* Batty. Leg. T. II. 221. (Decr. Col.) unum formatorem et *custodem lagenarum.*

Custrix, (Du C.) 1. Officium seu dignitas in Monasteriis feminarum ut *Custodis* in virilibus, cui scilicet incumbebat ecclesiæ cura, 2. abbatissa; *1. főőr, 2. főőrapácza fejedelemnő.* Nagy Hier.

Cutaceus, 3., cutis formam, naturam habens; *szíj-, bőr-.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. II. 163 Tinea piscis... pro dentibus serrata ossa ex utroque oris latere dependentias et appendices *cutaceas,* rotundas et breves.

Cutambulus, 3., *bőratka.* Gros. H. Ph. I. 156: Vermes sub cute animantium enascuntur, unde *Cutambuli* vocitantur.

Cutaneus, 3., ad cutem pertinens; *bőr.* Bene. Med. I. 36.

Cute privare, flagellare; *verni.* Ak. Ért. 1896. nov. 595.

Cute redimere, vapulare; *bűnhődni.* Batty. Leg. T. II. 58. (Lib. St. Steph).

Cutella, kreczige hut (krätzige Haut) Dief. pruritus cutis; *bőrviszketeg.* It. prurito. Jucken. Schläg. 463.

Cutellaris denarius, ad cultellum pertinens; *dézsma pénz.* Fej. II. 255. item de anseribus et gallinis cum sub *cutellaribus denarys* plenius persolvendis.

Cutellum, lege: *cultellum,* q. v. *decimae cultelli; dézsma.* Szer. Not. p. 49: super Decimis sub *cutello,* quid hoc vocabulum significet, ignorare me fateor — inquit Szerdai — nisi fortasse indicet animalia *cuti* instructa ac decimari solita.

Cutellus, i, pro: *cultellus* q. v. *dézsma terület.* Eszt. Okm. p. 84. (Chanadinus Strigon. Archiep. 1337): Sed quia ipsi Canonici propter exilitatem proventuum in ipsa Ecclesia perfrui non poterant, quia non alios proventus nisi singulas duas marcas de quatuor cutellis decimacionis Archiepiscopalis percipere videbantur.

Cutellus, (Du C.) pro: cultellus; *kés.* Gal. couteau. Batty. Leg. I. 404: investituræ per *cutellum.*

Cuttellifaber, cultrarius; cultrorum opifex; *késműves.* Száz. XX. 797.

Cuttelus bohemicalis, cultellus boh.; *cseh késpenge.* Száz. VI. 358.

Cyaoressa, æ, musca canicularis (Linn.) *eblégy.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. IV. 57. Canes laborant subinde infestissimis sibi animalculis, quæ vocantur *Cyaoressae* seu *caninae muscae.*

Cyathus porcellaneus, scutella murrhina; *porczellán kávéscsésze, pohár.* Arch. Rák. VIII. 335. Sine patinulis *Cyathi porcellanei* pro sorbendo Cave Nro. 10.

Cyatum, cyathus; *pohár.* Trinkschälchen, Becher. Kronst. I. 272.

Cycladare, circumdare, vestire; *körülvenni.* Ke. Or. Zrin. D. 3., 3: Apostolico *cycladata* paludamento Hungaria. Cf. Suet. Calig. 52.

Cyclobori vox, Stentore vocalior; *jó szavattyús.* Pár. Páp.

1. **Cyclopicus,** immanis, vastus; *óriási, roppant, éktelen.* Zilahi ref. koll. Ért. 1894/5. CCXX. Absint in omni loco et clamores *Cyclopici.* Lampe Hist. Eccl. p. 277.

2. **Cyclopicus,** 3., superbus, contumax. Can. Ecc. I. *Cyclopica ἀτάξια.*

Cyclus, i, (Du C.) κύκλος: circulus; *körfordulat.* Curios Misc. 431. *Cycli* et Periodi vocantur certi annorum Numeri in orbem redeuntes.

Cyclus Epactarum, Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. IX. 287. Porro *Cyclus Epactarum* est earundem revolutio ab unitate usque ad XXX. numerum et ab hoc rursum ad unitatem.

Cyclus Lunaris Decennovenalis. Szentiv. Cur. Misc. III. P. IX. 286. *Cyclus Lunaris Decennovenalis* est revolutio Numeri annorum 19 ab 1. usque ad 19. qua revolutione absoluta iterum ad unitatem reditur.

Cyclus Solaris, Literæ Dominicales. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. IX. 288. *Cyclus Solaris* seu *Literarum Dominicalium* est

intervallum 28 annorum, quo evoluto Literæ Dominicales Calendario appositæ redeunt eodem ordine, quo antea et ad easdem Ferias.

Cyclotretus rhombus; *átfúrt ruta.* Bárczay.

Cyder, vinum melinum; *almabor.* It. sidro. Gal. cidre. Bene Pol. 120. paratur vinum etiam e pomis ... *cyder* dicitur.

1. **Cyffra, ciffra,** signa, figuræ litterarum (arcanæ); *(titkos) irás, betű.* It. cifera, cifra. Cod. Alv. I. 311. Informatio Generoso Regiæ Maiestatis Poloni ablegato in *cyffris* data in arce Striensi die 17. Junii. Anno 1686.

2. **Cyfra,** zero, mera cifra; *zérus.* Ger. eine Null. Chr. Monac. 64: Eodem tempore cum Karolus puer Bude resideret quasi *cyfra* etc.

Cyganicus, 3., Zingarus; *czigány.* Pel. Pom. De S. Thoma s. IV. c. 2. Propter fidem *cyganicam* non est melior quam hungarica vel romana.

Cyganus, *Cingarus; czigány.* Pel. Pom. De S. Thoma s. IV. c. 2.

Cygniger, Cygnum gerens, colens. Textum v. sub *ciniger.*

Cylindrulus; *szivar.* Kov. Oec. 39: Nicotianæ ... usus eius in eo est positus, quod folia scissa, vel in *cylindrulos* convoluta (Cigarren) fumigationi ... destinentur.

Cylis, tilia; *hársfa.* Urk. Sieb. II. 260. an. 1366. sub una arbore *cylis* vulgariter *hasfa* vocata.

Cymada, æ, vestis sacerdotalis; *szárnyas-, lebruha.* Nagy Hier.

Cymbalare, i, (a cymbius: fornix, concameratio) munimentum ab acus iniuriis digitum tuens: *gyűszű.* Bárczay.

Cymbalmum, i, a voc. «cymbalum» sed alia significatione, organum fidibus æreis plectro percutendis; *czimbalom.* It. cimbalo. Gall. cymbale. Germ. Cymbel. Szirm. Hung. in Par. 63. Cæterum amantissima est Hungaris Musica zingaris *cymbalmo* secundante fidibus canentibus.

Cymbolus, 3., (Du C.) Videtur error typi esse pro *symbolicus.* Cod. Evang. V. III. p. 308: præsertim autem displicet mihi illa consuetudo *cymbola,* quam non fuisse talem veteri ecclesiæ certum est. Pendet autem hæc quæstio ex aliis duabus de oblatione et mutatione panis.

Cymbula, dem. ad cymba; *kis csónak.* Rák. Ön. 219. Cf. Plin. Ep. 8., 20., 7.

Cymelium, i, (Du C.) κειμήλιον, thesaurus; *kincs, drágaságok, egyházi kincs.* Beng. Ann. Er. Cænob. Præf. sola gratia clarus et virtutum *cymeliis* dives fieri præelegeras.

Cymerarius, pictor insignium; *czimerfestő.* Sopr. O. I. 237.

Cymeterium, (Du C.) cimiterium, cœmeterium, sepulcretum; *temető.* Cod. Dip. Arp. V. 52.

Cymmereus, 3., caliginosus:
Ἡ δ᾽ ἐς πείραθ᾽ ἵκανε βαθυρρόου Ὠκεανοῖο ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι. [λισ τε Hom. Od. XI. 14.; *sötét.* Cod. Dip. Pet. Páz. I. 6. eos qui hactenus in eis scribendo illustrandis operam impenderunt, *cymmereas* tenebras eis potius offudisse, quam lucis aut splendoris quidpiam adtulisse.

Cynocephalium, gr. κυνὸς κεφαλή, caput canis; *kutyafej.* Fej. IV. 1. 239. principes cum suis *cynocephaliis* ... cadaveribus vescentes.

Cynodia mala, metathesis pro Cydonia; *birsalma.* Ger. Quitte. Máty. 161.

Cynologia, doctrina de canibus; *kutyákról szóló tan, kutya természetrajza.* Top. Anthr.

Cynosura, æ, regula, norma, lex, linea; *zsinórmérték, szabály, vezérfonal.* Kass. P. P. I. 229. Quod ipsum pro *cynosura* et norma in occursuris casibus stricte observanda eidem Tabulæ Districtuali hisce intimatur.

Cyppus, V. *Cippus.* Kass. Jur. Civ. Lex. 13. Cod. Ep. Pet. Páz. I. 147. Cum iuxta rescriptum Csataiensium, querulans coram tribus Judicibus in facie loci pro legato matris sorori suæ extradando accusatus fuerit et propter satisfactionem non præstitam inclusionem quoque *cyppi subiverit.*

Cyribotron, V. *Ciribotrus.* M. Bel. Prodr. 175. Istis quas retulimus *Cyribotron* vulgo *Zyrifandel* (Cyribotri) optimo iure possis accensere.

Cyrillicæ litteræ, (a slav. kyriliza) vetus scribendi genus Slavorum; *cyrill betű.* Tör. Tár. 1891. p. 536.

Cyrographum, Chyrographum; *kézirat.* Hor. Mem. 125. *Cyrographa* ad lineam rectam facta *chartae partitae* audiunt. Száz. VII. 622. Fej. V. III. 425.

Cyrotheca, Chirotheca, manica; *keztyű.* Cod. Dip Arp. Cont. I. 40. inter quæ cophiam pectoralemque crucem et annulum et duo paria *cyrothecarum,* tria vero solearum, unum vero par palli, caligarum. Kronst. I. 429.

Cyrothecarius, i, digitalium opifex; *keztyűs.* Urk. Sieb. II. 451. an. 1386. *cyrothecariorum* fraternitas.

Cyrratus, cirris præditus; *rojtos.* Taurin. Staurom. I. 226. Engel. Mon. Ung. 1809. *cyrrata* caterva Omni ex parte subit.

Cyrulicus character, *Cyrillicae litterae; czirillbetű.* Bel. Geogr. 553.

Cystis, pustula, bullula, vesicula a gr. κύστις (zacskó), tumoris genus; *hólyag.* Bene. Med. I. 48. I. 305. sic generantur pus et alia liquida morbosa, excrescentiæ variæ, *cystides,* calculi, vermes.

Czaffragh, fimbriæ, tegumentum; *czafrag, takaró.* Franse, Decke. Thök. Diar. II. 326. Unum *czaffragh* attritum cum aureis floribus ex panno Anglicano fl. 15. p. 331. *Czaffragh* seu *tegumentum* filis aureis et argenteis floribus elevatis consutum Turcici operis, materia cœrulea subductum. Passim.

Czaikvarterius, i, a. Germ. Zeugwärter, custos armorum, armamentarii; *fegyverőr, hadszertár őre.* Arch. Rák. VIII. 156.

Czajberterius, V. *Czaikvarterius.* Arch. Rák. VIII. 405. Dominus *Czajberterius* Joannes Georgius Eck.

Czapa, corium nigrum; *czapa.* Gall. chagrin. Vect. Ref. C. De una cute Czapa. Thök. Diar. II. 385. Quinque enses cum *czapa* obducti argentati fl. 90. Quinque frameæ deteriores cum *czapa* obductæ deargentatæ fl. 45. Unum magnum pallos cum *czapa* obductum deargentatum fl. 18. Tör. Tár. XX. 179: nigro corio «*czapa*» dicto.

Czápa, æ, poculum parvum. Magy. Tör. Tár. XX. 171.

Czaprag, stragulum elegantius; *csótár, lóterítő.* Ger. Schabracke. Tör. Tár. 1888. p. 566. Item unum *czaprag* ex veluto aurato ad dorsum equi.

Czarea, æ, uxor Czari, imperatrix Moscuarum; *czárné.* Rák. Ön. 208. l. 25—26. (26.): Prævidebam ego moram meam cum *Czarea* inutilem et fors rebus meis præjudiciosam eventuram ... p. 208. l. 30—31. (30.): ... *Czarea* magnum mihi humanitate extrinseca et civili agendi modo demonstrabat affectum.

Czareus, 3., Czari, ad Czarum pertinens, imperatorius, cæsareus; *czári.* Arch. Rák. II. 575. mediationis *Czareae* Rák. Ön. II. p. 203. l. 19—20 *Czareus* exercitus.

Czarus, i, a Cæsare, imperator Russiæ, Moscoviæ; *czár.* It., gall., germ. czar. Arch. Rák. II. 128. Beng. Ann. Er. Cœn. 444. Moschorum Czaro. Dip. Alv. I. 83., 312. Rák. Ön. p. 170. l. 5—6.

Czassa, æ, patina; *tálcza.* It. tazza. Ger. Tasse. Tör. Tár. 1888. p. 566. Item est una *czassa* argentea, in qua est horrologium parvum argenteum.

Czausius, V. *Chausius,* Ciausus; *csausz.* Verancs. Hist. I. 168. Supervenit marsalcus cum quodam *czauszio* ... Adjuncti sunt *chausii* duo I. 166. Cæsar honoris gratia præmisit aliquot Sandiacos et *Czausios* officiales suos.

Czausz bassi; *a követeknek, a Szultán meghitt embereinek főnöke.* Tör. Tár. 1892. p. 431. *Czausz bassi,* omnium cziausiorum supremus, quorum numerus implet 5000, tamquam nobiles ac aulici imperatoris loco commissariorum in arduis negotiis huc illuc tractare mittuntur. Præterea et in officio legationis ad reges et principes christianorum mitti solent.

Czaygbarterius, V. Czaikvarterius. Szilády Tör. Magy. Eml. III. 472. Artelleriæ magister generalis ... 1. *Czaygbarterius* ... 2. Bombardarii 100.

Czecha, V. Ceha. Zunft. Kronst. I. 174.

Czechum, societas alias *Ceha.* Fjp. Szám. k. 85. 291: Pro interfecto ... fidejusserant K. H. ... pro *czecho.*

Czeepth ferrata, pertica, flagellum frugum granis excutiendis; *csép.* Száz. VI. 289.

Czellalii, latrones in Asia. Tör. Tár. 1892. p. 430. Daut passa generalis contra *czellalii.*

Czendell, sindon, tela pretiosa; *czindeltafotta.* Germ. Zindeltaffet. Vect. Ref. D. 2: Petia Czendell.

Czeza, æ, pocillum ansatum; *csésze.* Tör. Tár. 1889. p. 190. parvam cupam deauratam cuius tectura est admodum *czeze.*

Czezair beglerbeg; *caesariai kormányzó.* Tör. Tár. 1892. p. 433. *Czezair beglerbeg* habitat in Algeria, zanchagos habet 6.

Cziausius, Chiausius, Chiauzius. V. *Chausius.* Tör. Tár. 1881. p. 317.

Czigali Oglu, V. s. *Capitan basa; tengernagy.* Tör. Tár. 1892. p. 430.

Cziganus, V. Faraho, Zingarus; *czigány.* It. zingano, zingaro, zinghero. Gall. zingari. Germ. Zigeuner. Bel. Geogr. 496. Advenis in solo Hungarico adnumerantur Græci, Judæi, atque Zingani seu *Czigani* incertæ originis.

Czigara, lege: Czigaia, attributum ovium, quæ in confiniis versus Serviam sitis lanæ

excellentis causa nutriebantur; nomen forte a Czingaris eis inditum, quum in capite nigri cæterum vellere albi coloris vestirentur. Wallaszky 393. ovis *czigara,* lana *czigara.*

Czikini, Zechini, Ducati Veneti. Num. Hung. 152.

Czinegus, i, pro: chirurgus: *sebész.* Arch. Ver. Sieb. V. VIII. 1. p. 89. Medicos, *Czinegos,* Procuratores.

Czipo, -onis, panis siligineus; *czipó.* Haz. Okl. 406. an. 1443: teneantur persolvere duos tortos panes et unum *cziponem.*

Czokolada, æ, V. Chocolata. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 264. Cui (Caffe) tamen æquiparatur imo a multis et præfertur potus *Czokoladae* veteribus et ille incognitus iam vero passim præsertim apud Italos et Hispanos frequens et valde usitatus.

Czotta, æ, (a Germ. Zotte) fimbria; *bojt, rojt, fürt.* Szék. Okl. I. 171. in superiori, partibus eiusdem Clipei. Super ipso quoque Clipeo depicta est Galea, cum *Czottis* flavei seu celestini et fulvi seu aurei colorum.

Czuikisz, e fibris Corchori capsularis (Linn.) textus pannus; *jutalen rostból készült kelme.* (Meiszner) Jute. Vect. Ref. C. 2: De una petia *czuikisz* Misnensis.

Czuilich, telæ species, pannus bilix; bilix; *kétnyüstű.* Pár. Páp. Germ. Zwillich. Thök. Diar. II. 353. Item pro theca pulvinaria unum frustum telæ vulgo *czuilich* dictæ Xr. 15.

Czukarum, Czwkarum, Saccharum; *czukor.* Kronst. II. 172. an. 1529. Quel. Sieb. I. 186. an. 1495. nuntiis imperatoris Thurcorum Czwkarum.

Czurbacziler, duces, centuriones apud Turcas; *századok.* Tör. Tár. 1892. p. 431.

Czyganus, zingarus; *czigány.* Zigeuner, Kronst. I. 85.

Czymer, fasciculus; *köteg.* Tör. Tár. 1889. p. 190. pelles sobelinas cum unò *czymer,* continens numera quadraginta...

Czÿpo, Czyppo, Czypum, parvus panis siligineus; *czipó.* Kronst. II. 412., 418: pro *czÿpo* a pistore 421., 446., 448., 458., 677.

Czyrotecæ, digitalia; *keztyű.* Quel. Sieb. I. 172. an. 1494.

Czÿsma, *czisma, schisma,* ocrea hungarica; *csizma.* Kronst. II. 217. an. 1530: *schisma* paria 4. et. 219., 222., 349., 417., 420.

D

Da camera, ærarium, fiscus, ex ærario; *állampénztárból.* Száz. IV. 686. pro quibus (florenis) dederunt litteras ad banchum de fucharis in Urbe, ut Reverendissimo domino meo hyppolito estensi solverent fl. duo milia *da camera* et sic misi.

Dabilis, (Du C.) qui datur, existit, esse potest; *lehető.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 73.

Dacia, æ, **dacium,** portorium, vectigal; *vám.* Fjp. Szám. 621. an. 1423. Cod. Dip. Arp. Cont. X. 101: solvant... *daciam* communi. Fej. VI. 31., 33. vinum... *dacium* solveret.

Daciarius, i, (Du C. *datiarius*) vectigalis; *adófizető.* Ljub. Mon. Sl. V. 41. an. 1404.

1. **Dacio,** onis, (Du C.) mulcta; *birság.* Schwart. Scult. 152. signanter in birsagiorum ac *mulctarum* seu *dacionum* receptionibus. Engel. Mon. Ungr. p. 24.

2. **Dacio,** actus dandi. V. s. *Concambilium; adás.*

Dactylium, digitale;... *gyűszű.* It. ditale. Ger. Fingerhut... Bel. Cell. 816.

Dad Ded, avus, senior; *déd.* It. avolo, avo. Germ. Grossvater. Rač. Mon. St. VI. 6. an. 1062. Luc. Regn. Dalm. 96. nam in supradictis Privil. inveniuntur subscripti Camerarius 2., 3. Pincernarius... Duornich sive Curialis, *Dad* sive *Ded* avus vel senior et similia, qui Croatorum Regibus in usu fuere.

Dada, æ, donatio, cessio (Du C.); *adomány.* Ljub. Mon. Sl. IX. 151. an. 1411: quod nostra dominatio possit dicte communitati ponere *dadam* nec *imprestitam.*

Dædaleum remigium, *sebesség.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 120. *Daedaleum remigium.* Usurpatur pro celeritate.

Dæmon, (Du C.) a gr. *δαίμων,* apud Christianos spiritus malignus, hominum seductor et vexator; *ördög.* It. demonio. S. de Keza Chr. Procem. Orosius ex *daemonibus* incubis Hungaros asseruit generatos. Cf. Lactant. 2., 14. Tertul. Apol. 22.

Dæmoniacus, 3., (Du C.) obsessus, exagitatus a diabolo, dæmonio; malignus, noxius; *ördöngős.* It. demoniaco. Beng. Ann. Er. Cœnob. 120. Kaprinai. Eloq. I. 165. *Daemoniacus* est figura peccatoris, quem dæmon facit, 1. Surdum, ut non audiat, 2. Facit Cæcum, ne videat. Cf. Firm. Math. 3., 6. Sulpic. Sev. Vir. S. Mart. 18.

Dæmonicola, æ, (Du C.) cultor dæmonum; *ördögimádó.* Nagy Hier.

Dæmonion, onis, genius; *szellem.* Vern. Phil. Mor. 47. Dum Socrates se prorsus nihil scire asseverat, imo omne scire contemnit, omnemque quoque scientiam ceu logicam destinationem effatorum *Daemonionis.* Cf. Tertul. Apol. 32.

Dæmonomagia, æ, **dæmonomagus,** *pokoli büvészet, pokolbűvész.* Nagy Hier.

Dæmonomania, æ, furor a dæmone exagitati; *ördöngősség.* Bene Med. V. 360. Sæpe monomania versatur circa repræsentationes erroneas de religione et cultu Dei, vocatur monomania religiosa, superstitiosa, cuius species est *daemonomania, obsessio diabolica.*

Dagessatus, 3., duplicatus; *kettőztetett.* Corp. Gram. 653. sive בּ et hoc quidem æque non *Dagessatum* atque *Dagessatum* ut et K Græcum per K. efferendum.

Dago, lege: dagon (a hebr. dâgôn, dâgpiscis), deus falsus Philisteorum formā semipiscis et semi hominis. Rák. Ön. 75. sic volunt tecum unire Belial et arcam tuam deponunt in fanum *Dago.*

Dalamana, æ, amiculum hungaricum pellibus ornatum; *dolmány.* ein langer Rock. Kronst. I. 21.

Dalmatica, (Du C.) limbis ornatum pallium sacerdotum, ita dicta a Dalmatia, ubi primum usu invaluit; *dolma, kamóka, miseruha, dalmatica.* Pár. Páp. Cod. Dip. Arp. Cont. I. 39. Arch. Rák. VIII. 314. Dependentiæ pro *Dalmatica.*

Dalmatizare, incolas Dalmatiæ imitari, sequi, eorum more vivere, facere; *dalmácziaiakat követni, utánozni, velök tartani vmiben.* Luc. Regn. Dalm. 272. In Croaticis autem maritimis Civitatibus, quæ ex Privilegiis ad instar Dalmaticarum consequutis, *Dalmatizabant,* iurisdictionem antiquam exercere volebant.

Dama, æ, domina nobilis; *dáma, úrhölgy.* Tör. Tár. 1887. p. 112. In qua (cœna) vix non totius urbis *Damae* comparuerunt.

Dama-Kalendarium, fasti pro feminis nobilibus; *úri asszonyok naptára.* Száz. XIII. 87.

Damasca, æ, linteum Damascenum; *habos v. sávolyos szövet.* Thök. Diar. II. 326. Octo frusta *Damascae* antiquæ et parvum valet, pro obductione lecti fl. 4.

Damascena, æ, (Du C.) *Damasca.* Magy. Tör. Tár. XX. 177. *Damascena* alba ulnarum 16. Cod. Dip. Brüss. IV. 261.

Damascenus, 3., erosus chrysulca, aqua forti vel flamma, ferrum discretum auro vel argento, floribus sculptis ornatum; *dömöczki, habos aczélu.* Arch. Rák. VIII. 353. *Culter* Turcicus *Damascenus* cum manubrio nigro. *Szamosk.* II. 194: adiunxerat... sicam... *damasceni* ferri elegantissimam.

Damascinus, 3., ad bombycinum pannum operis damasceni pertinens: *damaczk.* Tör. Tár. 1887. p. 190. de purpura rubea *Damascina.*

Damascus, i, (Du C.) pannus Damascenus, floribus ornatus. It. damasco, damasto. Inst. Arithm. 194. Fr. Lib. Rat. II. 151., 163. I. 80. de *damasco* ulnas duas pro disponenda una ioppa Regie Maiestatis.

Damaskinum, i, **Damaskus,** V. *damascus.* Tör. Tár. 1887. p. 185. Dalmatica de camucato seu *Damaskino* albo. 1889. p. 377.

Damaslium, Damaslya, V. Damascus. Kronst. I. 215. et 38.

Damicella, æ, (Du C.) ab ital. *Damigella:* puella nobilis; *kisasszony.* Gall. demoiselle. Ac. Com. Sopr. p. 202: Uxor Palatini cum *Damicellarum* Prefecta.

Damma, (Dief.) Mus Cricetus (Linn.) (Du C. al. s.); *hörcsög.* Ger. Hamster. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 116.

Dammaleon, secus: daphnelæon (Dief.) oleum laureum; *babérolaj.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 116.

Damnabilis, (Du C.) damnandus, exitialis; *kárhoztatandó.* Kuk. Jur. III. 26. inordinata quadam et *damnabili* consuetudine. Cf. Trebell. XXX. Tyrann. 17. Salvian. 6. Sidon. Ep. 6., 1.

Damnabilitas, (Du C.) quod reprehensione, obiurgatione dignum est; *kárhoztatandó dolog.* Wallaszky 308.

Damnabiliter, (Du C.) damnatione digne; *kárhoztatandóan.* Cod. Dip. Arp. Cont.

mensis et anni adpositi. Du C. Fam. Soos Sec. 14. a *data* præsentium.

Dataria, æ, (Du C.) conclave rationarium, tabularium pontificis; *pápa iróháza, datária.* Törvt. Msz. Cher. Jus. Eccl. I. 214. *Dataria* etymon habet a barbara voce *datare* idest diem mensis et anni apponere. Dicitur autem illud Tribunal, in quo Pontifex gratias extra consistorium concedit etiam pro foro externo valituras, uti sunt dispensationes ætatis, matrimoniorum etc.

Dataria apostolica, (Du C.) Officina vel officium datarii Romani, azon hatóság, mely a pápának fentartott kegyelmi ügyekben való felmentésekkel in foro externo foglalkodik; *római kegyosztószék.* Kon. Egyh. 256.

Dataria Romana, Nill. Symb. p. 422: *Dataria Romana* gratiosis tribunalibus accensetur, quod plurimæ gratiæ a Papa concedi solitæ per hoc organum expediantur.

Datarius, i, præfectus Datariæ (Du C) primus cancellariæ Romanæ minister. Prælatus semper, interdum Cardinalis, sic dictus a litteris expeditis, quibus vulgo addit: *Datum Romae; római kegyszéki elnök.* Kon. Egyh. 256.

Datia, æ, tributum pro dispensatione potus et escarum solvendum, vectigal vinarium; (Du C.); *adó (bortól).* Umgeld. Regul. Turm. Præt. 157. Vini et cerevisiæ epocillatio pro universo Turmæ Personali statu Tracterio huic æque concessa habetur, qui si *Datias* (Tatz- und Umgeld) persolverit, etiam extra ædes prætorianas cibos mittere potest.

Datia urbarialis, præstatio subditorum, operariorum colonorum, præstatio operarum vectigalium; *jobbágyi adózás, urbéri adózás.* It. contribuzione, dazio, prestazione. Kass. P. P. I. 125. Törvt. Msz.

Datiarius, i, publicanus, portitor; *adó-, vámszedő.* It. dazière. Verancs. Hist. I. 346.

Datio, Datium, (Du C.) tributum, vectigal; *adó.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 39: ut... a... *datione*... liberi essent. Cod. Dip. Sztára V. II. 192. libere conditionis homines ... ab omni gravamine collecte, *datii* aut dice ... penitus exempti.

Datium exercituale, tributum impensis in bellum factis, faciendis institutum; *hadi adó.* Schwart. Scult. 125. Etiam litteræ anni 1367. (Belius t. c. Tom. IV. p. 444.), «de *datiis exercitualibus,* ac aliis indigentiis, tempore opportuno ac necessario præstandis», testes sunt, quin munera postulent.

Datium pontis, pontenagium vectigal, portorium; *hídvám.* It. pontaggio. Verancs. Hist. I. 347. et sine ulla solucione passagij Thelonei, *Datij pontis,* aut alterius cuiuscunque oneris.

Dativa Tutela, data, constituta tut.; *rendelt gyámság.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 381. Legalis (tutela) abit in Testamentariam, quæ ultima parentum voluntate; Legitimam, quæ immediate per legem; denique *Dativam,* quæ Magistratus competentis auctoritate cuipiam demandatur. Kövy El. 100.

1. **Dativus,** 3., (Du C.) datus, constitutus; *rendelt.* Werbőczi 230. Item hoc quoque non prætermittendum est, quod cum tria sint genera Tutorum, videlicet Legitimi, Testamentarii et *Dativi;* super eorum tutela, testimonium evidens in iudiciis produci debet. Art. Diæt. Pos. 93. Cf. Gaj. Inst. I. §. 149.

2. **Dativus,** 3., (Du C.) *dandus; megadandó.* Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 142. tres marcas dedero monete currentis in provincia et qui in Kedhel fuerint acceptabiles et *datiuj,* extunc mansus meus ad me et heredes meos libere revertetur.

Dativus Tutor, (Du C.) constitutus tut.; *rendelt gyám.* Werbőczy 230.

Dato, Data vel Datum; *kelt, kelet.* Törvt. Müsz.

Dato non concesso, seu *Dato sed non concesso:* fac ita esse; *feltévén de meg nem engedvén.* Wagn. Törvt. Msz.

Datores Scutellarum, V. *Scutellarii.* Tör. Tár. 1893. p. 27.

Datrantalis, pro: dodrantalis, novem digitorum; *kilencz ujjnyi.* Szamosk. I. 27. Baltheus *datrantalis* latitudinis, cui acinaces erat appensus, non minore opulentia radiabat.

Datullus, i, fors. palmæ fructus, pomum; *datolya.* Ljub. Mon. Sl. I. 113. an. 1278: *vacheta* armata, de tanto inter linum et *datullos,* quod constituerat yperpera. XXV.

Datum, indicium (Du C. statutum. decretum); *adat.* Luc. Reg. Dalm. 96. Curiam Ducum et Regum mobilem non fixam fuisse ex Archidiacono et *datis* privilegiorum constat. Knauz M. E. Str. I. XIV. omnes pervolvimus libros, in quibus *data* quæpiam invenire sperabamus.

Datum literarum, dies in epistola adscripta; *kelte.* Werbőczi 315. Item in examine discussioneque falsarum literarum debet attendi per Judices; maxime *Datum literarum* seu dies emanationis privilegiorum atque annorum positio. Wagn.

Daviticus, ad Davidem vatem pertinens; *Dávid... Andr.* Pan. 11.

Dazdarus, i, *dizdar,* præfectus arcis apud Turcas; *egy erőd parancsnoka, várparancsnok.* Verancs. VII. 293. Certe ipsi Turcæ retulerunt solummodo *dazdaros* 70 cecidisse eo prælio.

Dczebeczi bassi, præfectus armamentarii; *fegyvermester.* Tör. Tár. 1892. p. 431.

De, pro, *ab* (Du C.); *-tól, -től.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 6., 7. et alio horto, que emi *de* Joanne filio Peudore volo ut habeant filii mei 7. Et in sancto Grisogono dimitto vinea, que emi *de* Mazulo. Fjp. Szám. p. 41. an. 1373: in reversione *de* rege.

De, pro: cum vel ablativo instrumenti; *-val, -vel.* Han. Mon. Jur. V. I. 6. an. 1265: quicunque percusserit aliquem *de* gladio.

De, pro: propter; *miatt.* Fjp. Anon. 5. a. nolite turbari *de* multitudine Ruthenorum.

De, secundum. Text. v. sub *Circularius 2)* 3., *de* tractibus; *fekvés, kiterjedés szerint.*

De, cum Ablat. pro simplici Accus. Pel. Hier. 22. y Mirabantur illi *de* tanta Christi *dignatione* (mirabantur dignationem).

De, loco genitivi more Italorum; *ból, ből. nak, nek.* It. di. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 8. Ad sacerdotes detur pro anima mea centum capita *de* peculio p. 7. servum et ancillam et centum capita *de* pecore et uno panno *de* sirico ... Odolberti Abbatis vestimentum *de* quirino investito *de* panno vario et una lana caprina et una butte de vino. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 205.

De absoluto, prorsus, omnino; *épenséggel.* Tag. Erd. II. 71. an. 1749: succisio *de absoluto* prohibita.

De cætero, cetero, ceteroquin, ceterum; *egyébiránt.* Arch. Rák. IX. 212. *De caetero* kivánom. Kass. P. P. II. 138. qui de *cetero* maneo ... benevole addictus.

De capite ad caput, quum certamine singulari congrediens ipse parti adversæ tradidit signum duelli; *személyesen.* Hajnik. Perjog 264.

De die in diem, in dies, dicitur tamen diem ex die ducere, proferre, procrastinare; *napról napra,* Wagn.

De, De eadem, titulus nobilium significat locum, possessionem, vicum, unde oriundi sunt- i-. von. Száz. VI. 490.

De eo utrum, alias Deutrum, deutri puncta, inquisitio testium; *vallatás.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. IX. 105. *De eo utrum* 1. Tudja-e a tanú, hogy midőn stb. 2. Tudja-e a tanu, hogy... stb. 6. ... pont. Ibid. II. 42. De eo utrum. Primo. Tanu. Tudod-e, valld meg.

De facili, facile; *könnyen.* Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 267. Rex Anglie non dat ita pecunias *de facili* ... Pril. Abact. 21. et passim: pascua *de facili* ruinare.

De facto, vere, re vera; *valóban, természetesen.* S. de Kz. Chr. II. 5., 1. Istis ergo diebus Rex Otacarus ... de jure imperii plura sibi usurpaverat *de facto* et iniuste.

De foris, extrinsecus; *kivülről.* Ljub. Mon. Sl. V. 243. an. 1334: mundare galionum *de foris.*

De genu, ad genua procumbens; *térden állva.* Germ. kniefällig. Fej. Jur. Lib. Suppl. 46; Maiestatem Vestram ... *de genu* ... imploramus.

De hora in horam, in horas; *óráról órára.* Wagn.

De jure, iure, ex iure; *törvényesen, igazság szerint.* Törvt. Msz.

De iuxta, prope; *közel.* Szék. Okl. I. 18. successoribus *de iuxta* Aranyos.

De levi, facile; *könnyen.* Ljub. Mon. Sl. XI. 71. an. 1364: quod *de levi* posset nobis... preiudicium generare.

De littera slavica, slavicis literis imbutus; sl. lingua; *szláv ajkú.* Tkal. Mon. Ep. II. 5.; Duh ... est fundator ... ecclesie Zagrabiensis et forsan fuit de *littera slavica,* quod bene inportat suum nomen Duh, id est spiritus.

De longe, caute, per ambages; *messziről, kerülő úton.* Frak. Mát. lev. II. 37: iniunxeramus, ut tentaret *de longe,* utrum Turcus ... in priore sententia ... permaneret.

De meliori esse, quum melius sit; *minthogy előnyösebb.* Kass. P. P. I. 42. Datum emanationis non quidem *e necesse* semper tamen *de meliori* esse.

**De mente excidere,* insanire, deseri a mente, de potestate mentis exire; *elveszteni eszét.* Wagn.

De necesse, necessario; *szükségképen.* Kass. Jur. Civ. 1., 9. ac denique passim, quamvis non *de necesse* citari solent etiam illæ Leges.

De novo, de integro, denuo; *újból.* It. di nuovo. Wagn.

De parte ad partem, membratim; *tagonként, részenként.* Wagn.

De persona noscere, aliquem ipsum nosse; *személyesen ismerni.* Reg. Turm. Præt. 98.

De plano, simpliciter; *egyszerűen, egyenesen, világosan.* Not. J. Samb. Tyrn.

De positione ad positionem, deinceps, ex ordine; *tételről tételre.* Reg. Turm. Præt. 165.

De pugile pugili, quum certamine singulari congressurus per suum pugilem tradidit signum duelli pugili adversæ parti; *a bajnok a bajnoknak.* Hajnik Perjog. 264.

De reliquo, *de caetero* q. v. *egyébiránt.* Kass. P. P. II. 136. Cui *de reliquo* distincto cum venerationis cultu maneo.

De vocabulo in vocabulum transumere et transcribere, ad verbum transferre; *szóról-szóra lemásolni.* Száz. VI. 43.

Dea, femina vel sacerdos, quæ artem magicam exercet; *bűvésznő, javasasszony.* Chr. Dubn. 81., 60. De multis autem *deabus* suis una nomine Rasdi capta fuit. (Easdem paullo superius *phitonissas* appellavit. Chr. Dubn).

Deabsentare, abducere: *eltávolítani, elvinni.* Szék. Okl. I. 323. ducentas oves Pauli B. furassent et *deabsentassent.*

Deacinare, acina v. acinos eximere; *apró magvaitól megtisztítani.* Oszterh. 23. In adsiccandis, *deacinandis,* ac domandis uvis diversa apud diversos ratio.

Deaedificare, (Du C.) a vera pietate revocare; *a jótól elvonni.* Nagy. Hier.

Deafforestare, silvam in pascua et culturam redigere (Du C. deaforestare); *kiirtani erdőt.* Új Magy. Muz. III. 200. Omnes foreste, que afforestate sunt tempore nostro, statim *deafforestentur* et ita fiat de ripariis.

Deakus, i, homo eruditus, literatus; (ab hung. *deák,* studiosus, id vero a vet. Slov. *dijak* Sl. žjak e *diacono* abbreviatum) *tanult, deák.* It. letterato. Verancs. VI. 327. quam feliciter versabere inter milites nostri sæculi, qui nihil minus amant quam litteras, nihil irrideant magis quam quos «*deakos*» appellamus, si in commilitio habuerint.

1. **Dealbacio,** (metallorum), (Du C.) dicitur de moneta, quæ, priusquam signetur ab artificibus monetariis, naturali colori restituitur; *mosás, fehérités.* Magy. Tör. Tár. IX. 154.

2. **Dealbacio,** (telarum) lintea crisolare; apricatione candefacere; *fehérités.* Magy. Tör. Tár. IX. 173.

Dealbatio, actus dealbandi, calce inficiendi; *bemeszelni.* Ger. tünchen. Beng. Ann. Er. Cœnob. 333, Residentiam uno cubiculo in superiori contignatione erecto auxit, nova incrustatione, *dealbatione,* tectoque imposito. Kronst. I. 316.

Dealbatorium, locus, ubi tela, pannus lavatur, purgatur, ut albus fiat; *vászonfehérítő hely.* Gal. blanchiment. Bleiche. Fjp. Szám. 325. Item pro doleo ad *dealbatorium.* Tör. Tár. IX. 173.

Deambulatorium, (Du C.) locus deambulationis; intercolumnia ambulationis, porticus; *sétatér, sétahely, csarnok, folyosó.* Gal. corridor, gallerie, promenade. Cod. de Deliet. 370. Si iniuria in theatro, sala saltatoria, *deambulatorio,* prout et thermis aut alio congressui aut hilaritati publicæ deserviente loco illata, aut qualiscunque excessus patratus fuerit. Cod. Dip. Arp. Cont. X. 141. ipsum capitulum strigoniense de subponendis sustentaculis *deambulatorii* palacij domine Z. Cf. Gord. 3., 32.

Deana, æ, vectigal, portorium (Du C. al. s.); *vám.* It. dogana. Adelm. de orig. Turc. 10. Item ex portitoriis in Natalia et ex Schalogiis in Romania i. *deanis* sive vectigalibus.

Dearestare, (Du C.) in libertatem vindicare; *a zárlatot megszüntetni.* Fej. X. 4., 641. quatenus ipsis Dominis Præposito et Capitulo prædicta vina eorum decimalia mox visis præsentibus *dearestare* et libera remittere atque integraliter reddere debeatis.

Deargentare, Deargenterare, (Du C.) argento obducere; *ezüsttel bevonni, megezüstözni.* Arch. Rák. VIII. 320. Tör. Tár. 1890. 566. Lignea candelabra nova *deargenterata.* Cod. Dip. Cont. I., 40. cruces, ex quibus quatuor in processione ferendæ cum *deargentatis* manubriis. Thök. Diar. II. 380. Cista vacua *deargentata.* Arch. Rák. VIII. 345. deargentatus papirus. Cf. Hieron. Jesai. 9., 30., 24. Oros. 3., 22. Augustin. Ep. 23., 5.

Deastrum, imago dei ficti, idolum; *bálvány.* Bod. Hist. Eccl. I. 27., 114.

Deaurare, (Du C.) inaurare: *megaranyozni.* Ger. vergolden. Kronst. I. 289. Cf. Cod. Theod. 10., 22. 1. Tertul. Idol. 8. Senec. Ep. 76. Orelli inscr. nro 3173.

Deauratio, actus inaurandi; *megaranyozás.* Arch. Rák. VIII. 332.

Deaurato-argenteus, 3,. ex argento auro inductus; *megaranyozott ezüstből való.* Magy. Tör. Tár. XX. 166. et passim. pateræ *deaurato-argenteae.*

Deaurator, qui inaurat; *aranyozó.* It. doratore. Kövy. El. 357. Notarum Bancalium etiam confectores eo pertinere decisum est, 23-tia Mart. 1797 ut etiam *deauratores argenteae monetae* 18. Dec. 1798. Cf. Cod. Just. 10., 64., 1.

Deauratura, æ, (Du C.) aurum inductum; *aranyozás.* Gall. dorure. Száz. I. 383. Item unum pelium cum uno boccale de argento plano cum aliqua *deauratura* laborata *modo napolitano* vel francigeno.

Debendus, 3., (Du C.) quod quis debet, debitus; *köteles.* Ljub. Mon. Sl. IV. 185 an. 1482: nomine . . . solucionis *debende.*

Debentes fieri, pro solito esse; *szokásos.* Not. J. Samb. Tyrn.

Debita Ausczugalia, V. Auszugale Debitum. Werbőczi 512. Dispositionem huius Tituli vult Com. syst. intelligi etiam de debitis, quæ penes Extractus Mercantiles prætenduntur: quæ iam passim *Debita Ausczugalia* vocamus.

Debita consensuata; *beleegyezéssel kötött adósság.* Vuch. Jur. Feud. 202. *Debita Consensuata* obligant illos, qui consenserunt seu sint successores in feudo seu ipse dominus, dummodo eorum consensus seu expressus seu tacitus probari possit.

Debita facere, æs alienum conflare, in ære alieno esse, æs alienum facere, contrahere, habere; *adósságot csinálni.* It. far debito. Wagn.

Debilisare, debilitare; *elgyengítni.* Rák. Ön. 21. afflictionibus *debilisatus* obdormivissem.

Debitatus, 3., debitor; *adós.* Fjp. Szám. p. 112. an. 1397: manet civitati *debitatus.*

Debite, (Du C.) ut debetur, iustum est, decet; *kellően.* Kass. P. P. I., 228. Penes Assistentiam Fisci Magistratualis . . . *debite* legitimatæ paupertatis.

Detractorius, 3., obtrectans, detrahens, detractoris; *gáncsoló, rágalmazó.* Fej. V. il. 315. nec velimus nec partis adverse versipellis astucia *detractorie* lingue obloquiis venenosis, de nobis aliud diceret.

Detrectatorius, adi. verb. a detrectare, ad detrectationem idoneus, usurpatus; *gyalázó, ócsárló.* Rák. Ön. II. p. 239. l. 37., p. 240. l. 2, (239. 37—8.)... serotinas et plerumque vanas et *detrectatorias conversationes,* in quibus jam de hujus jam de illius vita, moribus et scandalosis actionibus agitur, longam in noctem protrahere solebam.

Detricatura, tricæ capillares; *hajfonat.* It. treccia, treccia di capelli. Gall. tresse. Ger. Haarflechte, Haarzopf. Schläg. 301.

Detriumphare, (Du C.) a gr. ἐκθριαμβεύειν, triumphum, victoriam reportare; *győzelmet aratni.* Princ. Ang. p. 267: Hanc (sc. voluptatem) Emericus nec calce dignatus quam cum natura Beneficio naturæ Angelicæ, Volatu *detriumphavit.* Cf. Tert. Apol. 27. adv. Marc. 1., 2. Cyprian de Spect. ad. fin.

Detrusio in monasterium, inclusio in monasterium (J. can.); *monostorba taszitás, klastromba zárás.* Törvt. Msz.

Detumulatio, (Du C.) exhumatio; *feltakaritás a sirból.* Nagy Hier.

Deturpare, maculare, contaminare; vitiare mulierem; *rútitni, eltorzítni, meggyalázni.* Frak. Mát. lev. II. 136: qui scandalosis actibus dignitatem... cleri... *deturpare* non desinit. Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 247 an. 1375. mulieres... *deturpassent* in dedecus muliebris sexus. Cf. Svet. Calig. 35; Plin. 15., 13.

Deursibilis, quod deuri, evanescere potest; *tűz által megsemmisíthető.* Batty. Leg. T. II. 413 an 1269: nulloque tempore *deursibilis* testimonii.

Deutera, æ, fors. idem quod it. deuteronomio: quintus liber mosis; V. s. *Archiscamnum.*

Deuteriarius, vicearchimandrita (DuC. *deuteriarius,* secundarius); *alapát.* Nagy Hier.

Deutero-canonicus, Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 314. Epistolæ Canonicæ duæ, Petri una, Joannis altera, sed etiam *Deutero-canonici,* id est de quorum authoritate divina non ita certum ac exploratum fuit, uti sunt: Baruch, Estheris pars ultima, uti et Danielis, Tobiæ, Judith etc.

Deuterogamia, secundæ nuptiæ; *másodegybekelés.* Nagy Hier.

Deuterosis, (Du C. Deuteresis) δευτέρωσις, leges secundariæ seu traditiones hominum; *emberi hagyomány.* Nagy Hier.

Deutralis, quæstioni subjectus, ad inquisitionem pertinens; *kérdéses, kikérdező, vallató, vallatási.* Kass. Jur. Civ. II. 65. in quem nullum in *obiecto Deutrali* commodum vel incommodum redundare potest.

Deutralis annus, in quo populus conscribitur quæstionibus: *de* et *utrum* adhibiti; *népösszeirási év.* Pest. Vár. Lev.

Deutralis Conscriptio, cons. populi. V. s. Deutralis annus; *kikérdező népösszeirás.* Pest. Vár. Lev.

Deutri puncta, puncta interrogatoria, comp. ex: de + utrum, capitula inquisitionis; *vallatás pontjai.* Kass. P. P. I. 301., 315. Testis secundus N.. fassionem suam ad omnia *deutri puncta* confirmat. Cher. Jus. Eccl. II. 341. Mandato insuper adiunguntur puncta interrogatoria, quæ apud nos *Deutri puncta* appellantur, quia de eo quæritur, utrum res ita vel aliter se habeat. Cod. Camb. Merc. 89. per *deutri puncta* examinare.

Deutrum, quæstio, interrogatio, inquisitio; *vallatás.* Arch. Rák. IX. 333. ez alább irt *deutrum* szerint. Kelem. Inst. Jur. Pr. III. 194. Articuli probatorii seu quæstiones Testibus ad respondendum proponendæ, ex particulis *de-eo-utrum* contracto vocabulo, *Deutrum* vel adhuc usitatius, obtinentibus licet regulis grammatices, per modum substantivi inflectendo, *Deutri puncta* apud nostrates compellantur.

Devalidatio, valoris deminutio; *értéktelenités.* Urk. Sieb. I. 174 an. 1291. Nullam *devalidationem*... monetæ nostræ in regno nostro fieri permittemus.

Devalvare, pretium deminuere; *leszállitni* (becsét). Gall. réduire, déprécier. Germ. devalviren. Kass. P. P. I. 201. Mercedem postalem in Regno Hungariæ e 50 ad 48 xros pro uno equo et simplici statione *devalvatam*...

Devalvatio, deminutio pretii; *pénzválság.* Marosvásárh. gymn. Ért. 1894/5. p. 45. Körmöcb. főreálisk. Ért. Bpest. 1895. p. 156. Száz. XXIX. 734.

Devanum, divanum, consilium apud Turcas; *török tanács; diván.* Magy. Tör. Tár. XI. 195.

Devastabiturum, pro, devastaturum. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 269. (Radul Vajda. lev. an. 1528) regnum vestrum *devastabiturum* et combuiturum per... Turcas.

Devectio, (Du C.) vectura; *behordás, fuvarozás.* Art. D. 1840. p. 21. *devectio* lignorum.

Devector, qui devehit, qui currum regit; *fuvaros.* Tör. Tár. 1889. p. 611. comitivam *devectoribus* adhibere posse.

Deveczi bassi, camelorum præfectus; *a tevék főnöke.* Tör. Tár. 1892. p. 433.

Devenire in Compositionem cum aliquo, pactum inire; *egyezkedésre lépni.* Kronst. III. 84.

Devenire in unionem, res mihi cum aliquo convenit; *egyezkedésre lépni, megegyezni.* Kronst. III. 99.

Deventio, actus in manus tradendi; *kézbesités.* Ger. das Einhändigen. Kövy. El. 559. Probari debet vel possibilitas *deventionis* litterarum ad I. Jure præsumtæ Juramento elidendæ vel effectiva *deventio* ad manus illius si non specifice saltem in genere.

Devetum, (Du C.) (ab it. *divictare,* interdicere. Gall. *véer,* vetare, devetare) interdictum, prohibitio seu potius exactio sub prætextu prohibitionis; *tilalom.* Ljub. Mon. Sl. IX. 61. an. 1410. Cod. Dip. Arp. Cont. VIII. 470. et quod ipse ambaxator nomine Communis de predictis *devetum* fecit sive imposuit generale iuxta formam dicti tractatus, prout de hijs cridis denunciacionibus et *devetis* apparet 470. sive qui pro Iannensibus distringuntur et appellantur, qui hinc retro contrafecerint cridis, denunciacionibus et *deveto* predictis. Ljub. Mon. Sl. IX. 59 an. 1410: super *devetu,* quod nullus vadat ad terram.

Deviare, (Du C.) declinare. decedere de via, deflectere a via vel de via, errare; *elkitérni az útból.* It. deviare. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 348. Et si aliquem clericorum repererit excedere vel *deviare* a tramite officij clericalis. Rák. Ön. 39. Cf. Macrob. Somu. Scip. 1., 22. Augustin. Doctr. Christ. 3., 36. etc.

Devictiaci, V. *Heliognostici.*

Devirginare, (Du C.) virginitate privare; *szüzességtől megfosztani.* Nagy Hier. Cf. Petron. Sat. 25., 1. Paul.Dig. 1., 18., 23.

Deviridare, e numero viridum in verum actuariorum membrorum numerum assumere V. s. *Viridis.*

Devolutivus, vim devolvendi habens; *másra háritó.* Cher. Jus. Eccl. II. 361. Effectus appellationis tres sequentes recensentur: 1. suspensivus... 2. *devolutivus,* cum causa appellata cum omnibus accessoriis a Judice inferiore ad superiorem devolvitur ita, ut hic non solum de justitia appellationis verum etiam de merito causæ iudicium ferre possit.

Devolvere, aliquid in aliquem transferre, derivare (Du C. al. s.); *háritani.* Törvt. Msz.

Devoraturire, devoraturum esse: *falni, nyelni akarni.* Szamosk. I. 118. Regalia insignia argento auro inducto cælata; alterum maternum, anguis infantem *devoraturientis* imagine, ad lævam.

1. **Devotio,** reverentia (Fin. Du. C. al. s.); *hódolat.* Frak. Mát. lev. II. 1: cum tanta sit *devotio* populorum ad ipsos fratres.

2. **Devotio,** titulus honoris: *kegyességed.* Mon. Com. Trans. I. 161. an. 1542. pergat itaque *devotio* tua sicuti cepit.

Devotio adventualis, supplicatio sacra tempore ante solemnia Christi nati; *adventi ájtatosság.* Rák. Ön. 231.

Devotiones, titulus honorificus (Du C. al. s.); *tiszteletességtek, tisztelendőségtek.* Batt. Leg. III. 428. an. 1437. Vestras *devotiones* ... petimus diligenter.

Devotisare, (Du C. devotizare) Vota et orationes ad Deum facere; *ájtatoskodni.* Pel. De dedic. Eccl. s. I. c. 3: Omnes orant pro illis, qui in Ecclesia *devotisant.*

Dextarius vel **Dextrarius,** *πάριππος,* equus a dextra agasonis stans, auctore Du C. equi maiores et cataphracti, quibus utebantur potissimum in bellis; *paripa.* It. destriero. Schläg. Anonym. Gest. Hung. Marc. Chr. II. 21. II. 28. II. 46., 71.

Dextrocherium, (Du C.) brachii dextri ornamentum viris æque ac feminis commune; *jobbkézhez való ékesség.* Verancs. Hist. I. 313. Habent simili ex materia manicas et *dextrocheria.* Cf. Capitol. Maxim. duo 6. Maxim. imp. 1. fin..

Dextrum, emolumentum (Du C. al. s.) V. s. *Atterare; előny.*

Dezdar; *várnagy.* Adelm. De orig. Turc. 12. Qui (Janizari) autem minus apti videntur militia, deleguntur ad custodiendas munitiones et arces et sunt circiter numero XXX. milia, qui obediunt suis *Dezdar,* i. e. Castellanis viventes ex stipendio.

Deziphrare, *decifrare* q. v. Tör. Tár. 1892. p. 460. de verbo ad verbum *deziphrati.*

Dezpotus, *Despota*; *fejedelem.* Luc. Regn. Dalm. 268. una cum aliis eiusdem Regni nostri Boznæ et aliorum Regnorum nostrorum fidelibus in Regno Rasciæ apud Illustrem Principem *Dezpotum* dictæ Rasciæ.

Diabolice, in modum diaboli; *ördögi módra.* Tör. Tár. 1888. p. 557.

Diabulus, i, *Diabolus,* malus genius; *ördög.* Luc. Regn. Dalm. 104. et si aliquis instinctu *Diabuli* compulsus hanc corroborationem nostram disrumpere temptaverit.

Diacon, ŏnis, (Du C.) adjutor curionis sacri; *segédpap, papsegéd, felpapsegéd.* Cod. Dip. Arp. Cont VI. 533. Thadeus, Simon, Ivanka *diacones;* Kilianus, Andreas *subdiacones.*

Diacona, æ, (Du C.) femin. ad Diaconum, alias Diaconissa; *szerpapnő, szolgapapnő.* Fej. 1., 250. In canonibus Zachariæ ita habetur: ut presbitera, *diacona* monacha vel etiam spirituali commatre aut spirituali filia nullus utatur.

Diaconatus, us, (Du C.) dignitas, status, officium diaconi; *szerpapság, papsegédség, felpapsegédség, diákonság, fellevitaság.* Törvt. Msz. Nagy Hier. V. s. v. Clericatus. Cf. Hieron. Ep. 22., 28.

Diaconia, æ, (Du C.) 1. collatio eleemosinarum, quæ colligebantur et distribuebantur in pauperes Christianos, 2. locus in quo per Diaconos regionarios pauperes ... alebantur; *1. alamizsna, 2. az alamizsna kiosztása helye, szegények háza.* Nagy Hier. Pár. Páp.

Diaconiæ Prætor, curator egentium, ptochotropbos; *szegények atyja.* Armenvater. Pár. Páp.

Diaconissa, æ, (Du. C.) mulieres vitæ integritate et religione insignes, quæ in sacris ecclesiæ ministeriis ea obibant officia, quæ diaconi. V. s. *Presbyterissa; nőpapsegéd.* Cf. Hieron. Ep. 51., 2. Cod. Justin, 1., 3., 9.

Diaconus, (Du C.) *διάκονος,* minister, adiutor curionis; *szerpap, papsegéd.* It. diacono. Gall. diacre. Cher. Jus Eccl. I. 143. *Diaconorum* quippe erat: 1. gerere curam pauperum et mensæ Domini seu celebrandis sacris, quæ in veteri Ecclesia cum agapis pauperumque cura coniungebantur, ministrare, 2. Evangelium prædicare, 3. Baptisare, 4. Eucharistiam distribuere. Ad officia Diaconorum spectabat etiam Episcopis et Presbyteris in officio altaris ministrare, mensæ sacræ, ornamentorum et vasorum curam gerere, dona populi et oblationes Sacerdoti tradere etc. Törvt. Msz.; *felpapsegéd, fellevita.* Körmöcb. főreál. Ért. 1895. p. 43. Cf. Sctos Patres.

Diaconus Cardinalis, (Du C.) qui ad ecclesiam aliquam diaconus incardinatur. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 142. 143.

Diacrinomeni, *Discernentes* q. v.

Diacriticum signum, discernens sig. *megkülönböztető jel.* Numi Hung. 36. sitne hoc regis eiusdem caput, an potius *signum diacriticum* monetarii vel insigne subiugatæ eiusdem provinctæ? disceptatur hodie.

Diacus, scriba, litterator; *iródiák.* V. *Deacus.* Szamosk. I. 171. III. 19: quem vulgo, quod nonnulla latinarum litterarum cognitione esset tinctus *Diacum,* idest, litteratorem vocabant. Szilády Tör. Magy. Eml. VI. 25. Perillustri et Generoso Domino Petro *Diako* Bogdano Domino et amico abservandissimo *εἰς τὸν ἄρχονταν τὸν πέτρον βογδανὸν διακὸν* Transilvaniæ.

Diæcesis, Diœcesis. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 12. et populis sufficiens adest intra *Diaeceseos* limites, Episcopus habeatur.

1. **Diæta,** æ, iter unius diei (Du C.); *egy napi út.* Roger. 302. Hi autem quando Rusciam et Comaniam totaliter et unanimiter destruxerunt, retrocedentes ad quatuor vel quinque *diaetas* intacta confinia Hungariæ continua dimiserunt.

2. **Diæta,** (Du C.) conventus apud Germ. cœnaculorum habendorum causa, apud nos *comitia regni; ország gyűlése, gyűlés, gyülekezet.* Törvt. Msz. Szer. Not. p. 141. Noveritis quod Nobis in *Diaeta* seu Conventione Generali Universitatis Regni Nostri harum Partium Transilvanarum. Rák. Ön. p. 51. l. 18—22. Bel. Geogr. 499.

Diæta nosocomialis, certus vivendi modus in nosocomiis; *kórházi életrend.* Ábeles 30.

Diæta Pythagorica, genus vivendi, parcum, continens; *egyszerű életmód.* Curios. Misc. II. 268. Victus sive *Diaeta Pythagorica* aut Monastica secundum regulas strictiores, aut ad amussim æqualis plurimum conducit ad vitæ longitudinem.

Diætalis, ad diætam, comitia pertinens; *országgyűlési.* Diar. Com. II. 106.

Diætaliter, via Diætæ, in comitiis; *gyűlésileg, országgyűlésileg.* Szegedi Rubr. p. II. p. 65: Non obstat Concilium isthoc ... non esse *Diaetaliter* et *Articulariter* in Ungaria receptum. G. Fej. VII. Ad lect. XIII. a Statibus et Ordinibus in campo Rákos *diaetaliter* collectis. Knauz M. E. Str. II. 437. Rák. Ön. 51. 18.

Diætatim, *in diaeta, per diaetam.* Ac. Com. Sopr. 91: vigore... Articulorum... *Diaetatim* conditorum.

Diaglypha, (a *δαγλύπτω*); *faragott, vésett művek.* Schröer. Arch. Gr. et R. 62. Dresdæ et alibi reperiuntur *opera diaglypha,* Siegelringe et cameæ.

Diagnosticus, 3., indicans; *ismertető.* It. diagnostico. Otia. Bachm. 145. Christianorum signum *diagnosticum* ponit, quod servent Mandata Dei.

Dialis, sub dio situs; *földfölötti.* Ger. oberirdisch. Faber. Jur. Met. 43. Geometra Montanus (Diribitor Marcalis, Mark-Schiener, Mark-Scheider) erga inviationem officii dimensiones Marcarum specialis Culturæ Urburarialis tam *diales* quam subdiales procurat.

Dialloge, *egyeztetés.* Tör. Tár. 1888. p. 574. *Dialloge* hoc est *conciliatio* locorum Scripturæ Erothematum dialectices libri 3.

Dialogismus, i, dialogus, diverbium; *beszélgetés, párbeszéd.* It. dialogo. Gall. dialogue. Szamosk. II. 44. Hoc *dialogismo* finito, Demetrius Episcopus Transylvanus ad orationem principis ita sermonem temperavit. Kaprin. Eloq. I. 658. *Sermocinatio* sive *Dialogismus* est ficta personarum collocutio seu solus secum ipso seu plures simul inter se loquentes inducantur.

Diamargariton, ab it. margarita, bellis perennis (Linn.); *százszorszép.* Ger. Gänseblümchen. Pel. De s. Margaretha s. II. c. 5. Margarita valet contra cordis passionem, unde medici faciunt de ea electuarium, quod vocatur *diamargariton.*

Diametralis, e, medius; *közép, átlagos.* Gal. moyen. Georch. Ért. 85. Kass. Prax. I. 204. *diametrale* serici pretium.

Diametraliter, prorsus; *egészen, homlokegyenest.* It. diametralmente. Dip. Alv. II. 56: *diametraliter* erunt suæ majestatis et meæ intentioni opposita.

Diandria, æ, matrimonium, ubi duo viri sunt; *kétférjű házasság.* S. Benkő. Top. Misk. 11. Nec. *Diandriam* quarumdam Americanarum anhelant.

Diaphaneitas, (a *διαφαίνω*), pellucida natura, perspicuitas; *átlátszóság.* It. diafanità. Curios. Misc. 290. quod caput Cometæ non semper ita opacum et densum sit, ut non aliquid *diaphaneitatis* habeat. M. Bel. Prodr. 187. Pel. Serm. Pascha 13. o.

Diaphanum, corpus pellucidum; *átlátszó test.* Pel. Serm. (Aest. 59. y.) Curios Misc. 41. Refractio stellæ est directi eius radii luminosi propagatio inflexa, facta in communi superficie duorum *diaphanorum* diversæ densitatis.

Diaphanus, 3., pellucidus, translucidus; *átlátszó.* It. diafano. Princ. Ang. p. 186: In Cursu suo *Diaphano* medio semper usus. Curios. Misc. 208. Aër est maxime *diaphanus.*

Diarchia, æ, regnum, ubi duo principes gubernant, regnant; *kétfejedelmű ország v. országlás.* Törvt. Msz.

Diarodinus, 3., *(ῥόδινος)* rosei coloris (Du C.); *rózsaszinű.* Kat. Hist. Duc. 374. planetam *diarodinam* (rosei coloris, rodon enim Græce rosam Latine significat) .. pannum altaris *diarodinum* pro Byzanteis octo.

Dies artificialis, in quo artifices convenire solebant; *mesternap.* Teut. Schul. I. 271: in templo *artificialibus diebus* ... celebrari solito.
Dies cantoralis, dies ad cantum destinatus; *énekre szánt nap.* Batty. Leg. III. 255. an. 1370.
Dies carnalis, dies, quo carnibus vesci licet; *húsevő nap.* Lzb. Cod. Med. III. 84.
Dies cinerum, (Du C.) caput ieiunii; *hamvazó szerda.* Cod. Dip. And. V. III. p. 5. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 204.
Dies communis, (Du C.) Festis oppositus; *míves nap, köznap.* Törvt. Msz.
Dies concussionis ovorum, dies alter festi paschatis, quo die ovorum concutiendorum lusus usu venit; *husvét hétfő napja.* Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 280. an. 1380. Száz. XI. 539. an. 1453.
Dies Corporis Christi, Festum corporis Christi; *úr napja.* Szirm.
Dies critici, (Du C.) periculosus, decretorius, decernens d.; *válságos nap, megválasztó napok.* Törvt. Msz. Curios Misc. 116. Atque hæc de annis Climactericis. Nunc videamus quid de *diebus criticis* sentiendum sit. *De diebus criticis.* Dies critici illi dicuntur, in quibus *crises* seu indicia de incremento morborum formari a medicis solent. Porro *crisis* alia est perfecta alia imperfecta. Perfecta est, quæ ægrum integre a morbo liberat; imperfecta vero est, in qua morbus perfecte non indicatur, sed tantum secundum partem et alterius crisis futuræ locum post se relinquit.
Dies decretalis, dies nefastus, dies ferialis; *szünnap, törvényes szünnap v. ünnep, törvény kijelelte itélőszéki szünnap.* Törvt. Msz. Szirm. Glos. 63.
Dies decretorii, V. *Dies critici.*
Dies diei, Magy. Tör. Tár. XII. 30. datum sexto *die diei* Ammonicionis (dominica proxima ante fest. b. Mathei Apost.) 53. tandem vero 15-o *die diei* huiusmodi juramentalis Deposicionis etc.
Dies duplex, dies sollemnior; *kettős ünnep.* Batty. Leg. III. 621. an 1498.
Dies esurialis, dies jejunii; *bőjti nap.* Lzb. Cod. Med. III. 84.
Dies Exaltationis sancte Crucis. Dies festus memoriæ crucis erectæ; *kereszt-felemelés, kereszt-felmagasztalás napja.* Cod. Dip. Brüss. Burg. 19. Datum in arce una Budensi in *die Exaltationis sancte Crucis.*
Dies fatales, dies constituti, præfiniti, discrimina; *megválasztó, kiszabott napok, veszedelmes v. ügy sorsát elválasztó napok.* Törvt. Msz. Szirm. Glos. 69. *D. fatales.* Meghatározott napok.
Dies feriatus, dies negotiosus; *munkanap; köznap, dologtevő nap.* Törvt. Msz.
Dies ferropolii, dies Solis v. Dominica; *vasárnap.* Georch. H. T. IV. 107. régenten ünnepnapokon szokták tartani a vásárt; mert akkorra legtöbb nép szokott összejönni. Hihetőleg innét száradott az Úr napjára (Dies Dominicus) a vas-árnap *(dies ferropolii)* mivel t. i. a régi vitéz magyaroknak eredeti kereskedések jobbára csak a vasnak adás-vevéséből állott.
Dies indices, V. sub *Contemplabilis, jövendölő nap.*
Dies induciarum, feriæ; *szünnap.* Törvt. Msz.
Dies internuntius, V. s. *Contemplabilis.*
Dies iudiciorum, iuris, (Du C.) in quo ius dicitur; *törvénynapok.* Georch. H. T. I. 216. Törvt. Msz..
Dies legalis, (Du C.) quibus Lege agere licet; *törvényes nap.* Törvt. Msz.
Dies longior, sive dilator, dilatio, mora; *halasztás.* Kronst. III. 264. pro *die longiore sive dilatore* sumendo.
Dies messionis extremæ, dies novissimus, iudicium novissimum; *utolsó itélet napja.* Batty. Leg. III. 52.
Dies naturalis, dies 24 horarum (Du C.); *természetes nap.* Batty. Leg. III. 621. an. 1498: fratres ... infra *diem naturalem,* ex quo ad loca pervenerint ... quardianis suas *obedientias* ostendere teneantur.
Dies pantocriticus, dies novissimus; *utolsó itélet.* Teutsch. Schulor. I. LXXXVII.
Dies profestus, (Du C.) dies fastus; *köznap.* Törvt. Msz.
Dies quatuor Coronatorum; octava dies novembris; *november nyolczadika.* Batty. Leg. T. II. 454. an. 1279: Statuimus, ut a *die quatuor Coronatorum* usque ad diem natalis Domini a sanguine et carnibus ... abstineant.
Dies recreationis, dies ad refectionem datus; *szabad nap.* Magy Tör. Tár. XIII. 45.
Dies reginæ, Mariæ ascensionis in cœlum d.; *Mária mennybemenetele.* Száz. XVIII. 74., 1.
Dies Respectus, (in Camb.) dies dilatus, prolatus ad solvendum; *kiméleti napok.* It. Respiro. Ger. Respecttage. Art. D. 1840. p. 70.
Dies semi duplex, dies semi sollemnis; *félig ünnepélyes nap.* Batty. Leg. III. 621. an. 1498.
Dies septimanalis, dies profestus; *hétköznap.* Teut. Schul. I. 271.
Dies solemnes, dies, quibus ius agebatur; *törvénykezési napok.* Passim in iure hungarico.
Dies solis, (Du C.) dies dominicus; *vasárnap.* Passim.
Dies solennes, V. Dies critici.
Dies strennarum, primus dies ineuntis anni, Kalendæ Januariæ; *új esztendő.* Batty. Leg. III. 235. an. 1370; Olahii ... dant nobis in *die stennarum* ... equum unum. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 124. Numi Hung. 157.
Dies termini, dies dictus; *határnap.* Törvt. Msz.
Dies Visitationis; *Sarlós-Boldog-Asszony.* It. visitazione. Ger. Heimsuchung Mariæ. Szirm.
1. **Dieta,** æ, V. *1. Diaeta*; *egy napi út.* Prot. inq. 318. LXIII: interrogatus, in quantum distat illa villa ... respondit: «tertia dimidia *dieta*». Pel. Pom. De Innoc. III. c. 5. Fej. III. 2., 16., 2.
2. **Dieta,** merces diurna; *napszám.* Krons. III. 579: solvimus 5 *dietas.*
3. **Dieta,** *diaeta; életmód.* Kol. Cod. 21. *Dieta* facit sapientiam.
Dietarius, i, (Du C.) *Dierista* q. v. *napszámos.* Fjp. Szám. p. 236.
Dietenus, de die in diem (Du C. tota die); *naponként.* It. alla giornata, per giorni. Thurocz. 74. statim firmavit castra revolvens *dietenus* in mente, an Romanam deberet aggredi urbem.
Dietim, (Du C.) per, in singulos dies; *naponként, napról-napra.* Curios. Misc. 282. Bod. Hist. Eccl. I. 167. Urb. Reg. 97. quod non a singulo Restantiario *dietim* competat. Rák. Ön. p. 303. l. 28—29. *Dietim* augebatur ægrotantium numerus.
Difalcare, diffalcare, discindere; *szétvágni.* Magy. Tör. Tár. XI. 101., 103.
Diffamator, oris, qui diffamat: *elhiresztelő, hirbe hozó, rágalmazó, gyaláző.* It. diffamatore. Cod. Ep. Pet. Páz. I. 169. ut hæc odiosa causa inter nos cum *diffamatore* orta ita componatur.
Diffamatorius, 3. (a diffamando Du C.) probrosus, contumeliosus; *gyalázó.* It. diffamatorio. Kövy El. 588. Licet quis in probam *diffamatoriae* suæ *dictionis* æque tale documentum producat.
Diffamia, (Du C.) calumnia, infamia; *rossz hírnév, rágalom.* An. Sc. II. 163. an. 1531. Cf. Augustin. Civ. D. 3., 31. et Quæst. Vet. Test.
Diffamis, infamis, diffamatus; *roszhírű.* Bod. Hist. Eccl. III. 19.
Differencia, æ, (Du C. *differentia)* discordia, lis, controversia; *egyenetlenség.* Szék. Okl. I. 246.
Differencius, (inusitatus compar. a differens) plus, præstantius (Du C. differentior); *kiválóbban.* Tkal. Mon. Ep. I. 80. an. 1244: tanto ampliori sint ... munere prosequendi, quatenus *differencius* pre ceteris sua eis merita suffragantur.
Differenter, alio modo, alia ratione, alias (Du C. eminenter); *különbözőleg, különböző, elütő módon, máskép.* Törvt. Msz. Pel. Dom. I. Adv. s. III. c. 5. Cf. Solin. 1.
Differentia metalis, dissidium, controversia de terminis, confiniis; *határbeli villongás.* Törvt. Msz.
Differentialis, ad differentiam pertinens; ad dissidium spectans; *különbözési, villongási.* Pázm. Dial. 265.
Diffibulare, (Du C.) fibulam resolvere, discingere; *kikapcsolni, kicsatolni.* Isthv. XV. 259. Cf. Stat. Theb. 6., 570.
Difficultare, (Du C.) difficilem se præbere, impedimentum, moram afferre; *kifogásolni.* Ger. difficultieren. Opin. P. II. Sec. II. Cap. IV. §. 3. retentio senioratuum pro futuro... non *difficultatur.* Kass. Jur. Civ. Lex. 17. Jogt. Eml. T. II. 2. p. 384. Máty. kir. lev. I. p. 467.
Difficultatio, difficultas, impedimentum; *megnehezítés.* Pel. De. s. Petro ad vincula s. II. c. 2.
Diffidare, (Du C.) a fide, quam quis alicui debet aut pollicitus est per litteras aut epistolam deficere; diffidere; *bizalmat elvonni, nem bízni, barátságot felmondani, hűségtől elpártolni.* Chr. Dubn. 186. ac ipsum imperatorem per suas litteras *diffidavit* et oppidum Trenchinum intravit. Máty. lev. II. 209. Ljub. Mon. Sl. I. 120: commune, qui voluerit facere guerram, teneatur alteri communi *diffidare.*
Diffidatio, diffidentia (Du C.); *bizalmatlanság.* Kov. Form. St. LVI. De *diffidatione* autem tua ad Imperatorem, quod nos quæris, quid facere debeas, respondemus tibi

Diligenter, (Du C.) (a diligere) amanter; ex vera affectione; *szivesen.* Batty. Leg. T. II. 40. an. 837: *diligenter* condonamus.

Diligentiam facere, attendere, curam adhibere; *felvigyázni, szorgoskodni.* Kronst. II. 480. an. 1527: qui circa molendina oculati fuerunt ac *diligentiam fecerunt.*

Dilucidatio, actus silvæ decalvandæ; *erdőgyérités. Ausläuterung.* Kov. Oec. 80. silvæ *dilucidatio.*

Dimacha, æ, (Du C.) milites duplici generi pugnæ habiles, qui et ex equo et pedites pugnant; *dragonyos.* (Pár. Páp.) Tör. Tár. 1888. p. 564: *Dimachae*... vulgo Dragones. Kuk. Jur. II. 137. Cf. Curt. 5., 13.

Dimandare, interrogare; *kérdezni.* It. dimandare. Prot. inq. 175: videns crucem, que ostendebatur sibi, *dimandabat,* quid hoc sit.

Dimembrare,(Du C.) comminuere, disseccare; *szétdarabolni.* It. smembrare. Cod. Dipl. And. V. IV. p. 266: fratrem... apud domum suam propriam *dimembrando* interfecisset.

Dimembracio, (Du C.) concisio, divisio in partes; *szétdarabolás, széttagolás.* Haz. Okl. 293. an. 1371. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 338. multas *dimembraciones* et effusiones sanguinis passi fuerunt.

Dimensionale opus, metatio agrorum a Josepho II- do in Hungaria census rectius distribuendi gratia instituta. V. s. *Inapplicabilis*; *földmérési munka.*

Dimensionalis, ad mensuram agrorum pertinens; *földmérési.* Ker. Nap. 189. *dimensionalis* acták. Kass. Jur. Civ. I. 224.

Dimensionatus, finibus circumscriptus; *kiterjedéssel biró.* Pel. In corpore Christi s. III. c. 6.: Cum corpus Christi sit *dimensionatum,* potest manum levare cet.

Dimensum, (Du C.) demensum, mensura; *mérték.* Pázm. Dial. 318.

Dimensurare, dimetiri; *fölmérni.* Kass. Prax. I. 33. terrenum quodpiam *dimensurare* intendit.

Dimeritæ, alias: *Dimetritae, Dimocritae, Apollinaristae,* Apollinaris sectatores, qui in Christo humanæ naturæ duas præcipuas partes inesse asserebant, sed humanam mentem ei inesse negabant; *kétharmadozók.* Nagy Hier.

Dimicator, rudibus batuendis magister; *vivómester.* Ger. Fechtmeister. Fr. Lib. Rat. II. 72: Georgio *dimicatori* Regis dedi.

Dimidia Apis, Serpentina, Colubrina integra; *sugár ágyu.* Curios. Misc. 373. colubrina integra alias vocatur serpentina vel *dimidia Apis.*

Dimidiatim, ex dimidia parte; *felerészben.* Verancs. VIII. 69. bonorum, quæ inter nostrum et vestrum Cæsarem communia ac dedititia habentur, haud dubie *dimidiatim* vestri et *dimidiatim* nostri sunt iuris.

Dimidietas, (Du C.) pars dimidia; medium V. Medietas; *valaminek fele.* It. medietà. Knauz M. E. Str. I. 458. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 378. Szilády Tör. Magy. Eml. I. 75.

Diminoratio, (Du G.) deminutio; *megkisebbités, csorbitás.* Fej. I. 152. ut nullus... monachis in memorato monasterio vitam degentibus ullam inquietudinem aut calumniam aut *diminorationem* de prædicto loco ullo unquam tempore facere præsumat.

Diminutivus, 3., ad minorem modum reducens; *lealacsonyitó, kevesbitő.* Tör. Tár. 1888. p. 668. conditiones privilegiorum Regni *diminutivae* (si non *destructivae).*

Dimissionales, litteræ valedictoriæ, dimissoriæ; *elbocsátó levél.* Gall. lettres demissoriales. Oltv. Act. Synod. 100. si incorrigibiles fuerint, ex Diœcesi sine consuetis *Dimissionalibus* eiicientur. Pest. Vár. Lev.

Dimissionalis, ad dimissionem, veniam, facultatem peregrinandi pertinentes litteræ. Arch. Rák. VIII. 48. Német secretariusnak *Dimissionalis* (adatott) hogy szabadon mehessen más idegen országba.

Dimissor, Text. v. s. *Adgratiari; szabadon bocsátó.* Kelem. Hist. Jur. 428.

Dimissoriales, (Du C.) idem ad Dimissionales, vel Dimissoriæ; *elbocsátó levél, bocsátvány.* Törvt. Msz. Pfahl. Jus. Georg. 265. Dominus terrestris vel alter ius in personam Coloni absque *Dimissorialibus* migrantis non habet. Cher. Jus. Eccl. I. 285. Fej. Jur. Lib. 135. Opin. 1810. Sec. III. Tit. 2. K. Pest. Vár. Lev.

1. **Dimittere,** (Du C.) relinquere, legare, donare; *hátrahagyni, hagyni valakire.* End. p. 469. (Steph. Archiepis. Libertas): 1. Decimas suas *dimittent* in campo more Teutonicorum. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 7. Et in Sancto Grisogono *dimitto* vinea etc. Ljub. Mon. Sl. XI. 71. an. 1322: dati fuerunt tutores filie... bastasii, qui decessit intestatus *dimissa* filia.

2. **Dimittere,** permittere, concedere (Du C. al. sensu); *megengedni.* Prot. inq. 175: *demittas* me aliquantum stare hic. Cf. 166.

3. **Dimittere,** committere; *bízni.* V. s. *Penserium.*

Dimitum, (Du C.) Italis: *dimito* i. e. species crassioris panni; *dimos vászon.* Rač. Mon. Sl. VII. 182. ad fin. sæc. XI. I planeta de *dimito* et I de *zenda*... et II. savana de *gata* vati... et II manipula de sirico.

Dimocritæ, *Dimcritae.*

Dimorare, demorari, manere, morari; *időzni, tartózkodni.* It. dimorare. Gall. demeurer. S. de Kz. Chr. I. 3., 3. *Dimorantibus* siquidem Ethela et Hunis in Belvider... intraverunt Tolosanam civitatem I. 4., 1. In ipsa (sc. insula) paucis annibus *dimorantibus.*

Dinnoscere, *Dignoscere* q. v. S. de Keza Chr. I. 1., 5. I. 4. 1. nunc littore fluvii Tycini habitare *dinoscuntur.* G. Fej. VI. 153. quos et alios cum quibus in una possessionaria divisione existere *dinnosceretur.*

Dinstinctim, singulatim; *megkülönböztetve, elválasztva, külön-külön.* Szék. Okl. I. 171.

Dinumeramenta, index rerum feudalium; *részletes elismerést tartalmazó okmány.* Vuch. Jur. Feud. 96. *Dinumeramenta,* Bekentnisse, introducta in securitatem domini continent in se exactum inventarium acceptarum in investitura rerum ad feudum spectantium, tum clausulam assecuratoriam vasalli, quod in possessione memoratarum rerum constituatur et pro futura earundem existentia et conservatione caveat. Vuch. Jur. Feud. 97. Ratio differentiæ, quæ inter litteras reversales et *dinumeramenta* intercedit est, quod in prioribus contineatur clausula assecuratoria adimplendi vasallagii, in his possessio obiective feudalis ei *clausula assecuratoria.*

Diocesanus, (Du C.) diœcesanus, ad orbem, districtum, regionem, territorium ecclesiasticum pertinens; *egyházmegyei.* It. Diocesáno. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 142. Crisma vero, oleum sanctum, consecraciones altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a *Diocesano* suscipiatis *Episcopo.*

Diocesis, (Du C.) orbis, districtus, regio vel territorium ecclesiasticum; *egyházmegye.* It. diôcesi. Gal. diocèse. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 87. Accedens ad presentiam nostram Stephanus presbiter, lator presencium tue *Diocesis* nobis exposuit. Szék. Okl. III. 101. et passim.

Diœta, diæta, comitia regni; *országgyülés.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. I. 211.

Dioscoritani, Dioscori Alexandriæ patriarchæ sectatores an. 449. o. qui Eutichis doctrinam, in Christo tantum unam naturam esse, defendebant. *Monotychitae; Dioskorusz tanitványai.* Nagy Hier.

Diotisce, sermone Germano; *németűl.* Il. in lingua tedèsca. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 2· qui *diotisce* Wassinberch dicitur.

Diphtycum, (Du C. Diptycha) registrum, cui in una parte vivorum in altera vero mortuorum Episcoporum nomina inserebantur. Pár. Páp.

Dipleis, V. *Diplo.* (Du G. diplois.) Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 278. Clamis de sciarlato... *dipleis* vel zuppa de zendato vel de oramito (lege: axamito).

Diplo, (Du C. diplois) a gr. διπλοίς, læna duplicata; *köpenyeg.* Ger. Mantel. Kronst. I. 196.

1. **Diploma,** (Du C.) a gr. δίπλωμα, monumentum historicum, testimonium scriptum; *diploma, pecsétes levél, költéslevél, kegylevél, oklevél, hitlevél, öreg levél.* Törvt. Msz. Kass. P. P. I. 8. *Diploma* S. Stephani de anno 1001.

2. **Diploma,** atis gr. δίπλωμα, vas suscipiendæ bullenti aquæ, quod alii vasi imponitur; *melengető edény.* Sim. 47: Iste homo... *diplomata,* pulvinos suis manibus calefacit.

Diploma assecuratorium, scriptum, quo rex iura regni tuenda promittit; *nemzet jusait bátorságositó királyi levél.* Törvt. Msz.

Diploma aureum, Bulla aurea; *arany bulla.* Rák. Ön. 66. *Diploma aureum* Andreæ II. Regis Hung.

Diploma Fundationale, litteræ quibus aliquid condi, institui iubetur; *alapító levél.* Magy. Tör. Tár. XIII. 43.

Diploma inaugurale, litteræ tempore inaugurationis editæ: *koronázási hitlevél,* szabadalom levél. (M. Therezia 1780.) Száz. XVIII. 473. Diploma inaugurale regis Andreæ. Száz. XXXI. 3. p. 233. Diar. Com. 107.

Diplomata, 1. legatus, 2. rerum publicarum sollers indagator; *1. diplomata, 2. államügyekkel foglalkozó.* Törvt. Msz. Jókai Rab R. I. 164.

Diplomatarium, 1. corpus monumentorum historicorum scriptorum, collecta litterarum monumenta; 2. tabularium; *1. oklevél gyüjtemény. 2. okmánytár.* Törvt. Msz. G. Fej. T. XI. V. Un. 227. *Diplomatarium* M. S. Poloniæ. Szék. Okl. 12.

Diplomatia, æ, 1. corpus legatorum, 2. rerum publicarum cura, administratio; *1, követség, 2. államügyek vitele.* II. Rák.

Gy. és az Europai Diplomacia. Tör. Tár. 1887. p. 319. Törvt. Msz.

Diplomatica, æ, *oklevéltan, oklevélismeret, oklevéltudomány.* Vuch. Jur. Feud. 22. *Diplomatica* seu scientia, quæ docet instrumenta tam publica, quam privata rite intelligere, de iis exacte iudicare, inque usus suos convertere. Ingens est usus practicus *Diplomaticae* in iure feudali. Kövy El. 16. Georch. H. T. IV. 124.

1. **Diplomatice,** es, a gr. δίπλωμα, idem ac Diplomatica; *oklevéltan, országgondnokság.* Comm. Hist. de Reginæ Hung. Cor. Mor. 52. Hæc Sigillis regum maiestaticis simillima erant: maiestatica *diplomatices* periti ea dicunt, quæ personas regum vel reginarum in amictu regio cum corona et sceptro, quæ maiestatis indicia esse solent, integre exprimunt.

2. **Diplomatice,** 1. more vel ope monumenti historici scripti, 2. caute; *1. oklevélszerűn, oklevél által, 2. óvatosan.* Törvt. Msz. Ac Com. Sopr. p. 10. Dignetur afflictum Statum Evangelicum in pristinam ac firmam securitatem, in qua *Diplomatice* et Legaliter erant, collocare. Jókai Kárp. Z. 526. *diplomatice* mosolygott.

Diplomaticum corpus, legati; *diplomata testület.* Törvt. Msz.

Diplomaticus, i, studiosus et peritus monumentorum historicorum; *oklevelész.* Törvt. Msz. Knauz M. E. Str. I. 614.

Diplomaticus Tractatus, auctoritate publica vel per legatos negotiorum tractatio; *országos tárgyalás.* Proj. Leg. Civ. 193. quæstio omnis ad bilateralem, cum respectivis regiminibus ineundum *Diplomaticum Tractatum* recidat.

Diplomatizare, agere, tractare de aliqua re; *alkudozni.* Száz. 31., 3. p. 274.

Diploys, (Du C.) diplois. V. *Diplo; kétszerköntös.* Schläg. 1155. *Diploys* = kétszer köntös. *Diplois* kétszer palasth. Murm. 2032. B-ben köntös.

Dipploma, V. *Diploma.* Cod. Alv. I. 402. præfatum fœderis *dipploma* ratificare parati essemus. II. 403. et fortalitiorum in *dipplomate* specificatorum expugnationem amplius dare obligemur.

Diptamius, idem quod *Dictamium.*

Diptycha, Diptychon, (Du C.) tabella, in qua sanctorum præsulum, vita functorum, qui Ecclesiam rexerant, nomina exarabantur, eorum præsertim, qui aliqua vitæ sanctitate inclaruerant, quæ ad futurorum exemplum et meritorum memoriam inter Missarum solennia publice recitabantur... Fej. I. 378. quod tua Beatitudo prædictum Papam in sacris referat *Diptychis.* Cf. Cod. Theod. 15., 9., 1., Symm. Ep. 2., 80.; 5., 54.

Directaneum, liber canticorum; *karkönyv.* Ger. Chorhuch. Nagy Hier.

Directaneus, in directum, (Du C.) continenter, nulla modulatione dicendus (psalmus); *egyhangu, egyfolytában* (mondandó). Reg. S. Ben. 12., 4. In matutinis dominico die inprimis dicatur sexagesimus sextus psalmus sine antefana *in directum,* Ibid. 19. Qui psalmi *directanei* sine antefana dicendi sunt.

1. **Directio,** 1. gubernatio, cura, 2. tractus, via, 3. præsidium, suprema cura; *1. igazgatás, 2. arány, arányzás, irányzás, irányitás. 3. igazgatóság.* Törvt. Msz. Poor J. Zsebsz. 84. Kass. P. P. I. 34. hajdones ibidem existentes sub eiusdem *directione* constituuntur.

2. **Directio,** (in montanisticis), quo se venæ extendunt; *vonulás, irány.* Ger. das Streichen. Besztb. Levt.

Directio ædilis, curatores ædificiis faciendis præfecti; *épitőigazgatás.* Törvt. Msz.

Directio cameratica, viri ærario præpositi; *kamarai igazgatóság.* Germ. Cameral-Direction. Szer. Not. p. 201: Domicilium... reparari non poterat,... quod ex prædicta summa florenos 2000 *Cameratica directio* subtraxerit.

Directio hydraulica ædilis, viri hydraulicæ præpositi; *vizi és épitő mesterség főigazgatása, vizépitészeti igazgatóság.* Törvt. Msz. Kass. P. P. I. 40.

Directio rei sanitatis departamentalis, suprema cura sanitatis publicæ tuendæ; *az egészségügyi osztálynak igazgatósága.* Lzb. Cod. Med. Proœm. 5.

Directio Studiorum, administratio scholarum; *tanigazgatóság.* Kass. P. P. I. 230. *Studiorum Directiones* intimantur, ne professores publici alia privata officia gerant.

Directiva, æ, præceptum; *utasitás.* passim.

Directivus, 3., 1. dirigens, 2. præcipiens; *1. kormányzó, 2. utasitó, mihez való tartási.* 1. Hor. Mem. 231. *directiva* potestas. Andr. Pann. 172; prudentia est virtus intellectualis *directiva.* 2. Lzb. Cod. Med. III. 359. regulæ *directivae.*

1. **Director,** V. Commissarius.

2. **Director,** ludimagistrorum præfectus; *a mai főigazgató.* Marosvásárh. Gymn. Ért. 1894/5. p. 33.

3. **Director,** fisci regii advocatus, defensor reipublicæ; *kir. jogügyek igazgatója.* Nota J. Samb. Tyrn. Molnár Patv. 73. Sciendum: quod 4. Proto-Notarii iuxta art. Matt. Regis D. 6., 19. et 20. dicantur simul etiam Magistri (Itillő Mester) una cum Directore Causarum Regalium, quia ly Magister est prænomen Dignitatum Vicarialium et *Director* secundum art. 29. 1549. instar Proto-Notariorum quoad causas Regis eligatur.

4. **Director,** rector, administrator, præfectus gymnasii etc.; *igazgató.* Törvt. Msz.

Director bonorum, administrator prædiorum; *jószágigazgató, javak igazgatója, jószágok kormányzója.* Törvt. Msz.

Director Cancellariæ, præfectus tabularii; *irodafőnök, irodaigazgató.* Kass. Prax. I. 23. expeditiones subscribit Præses et *cancellariae Director* et unus Secretarius...

Director causarum, fisci regii advocatus; *királyi jogügyigazgató.* Germ. Staatsanwalt. Szegedi Rubr. Pars. III. p. 18: *Directorem causarum,* qui ei processum nomine Regis moverat, Illyéshazius jam Palatinus, non citatum, non convictum, de infami trabe suspendi iussit. Hajnik Perjog. 183.

Director Causarum Regalium, *Director causarum* q. v. Diar. Com. II. 76.

Director Fiscalis, *Director* 3. q. v.; *közügyi igazgató.* Magy. Tört. Tár. XIII. 26.

Director itineris, mareschallus itineris; *útvezető.* Diar. Com. 30.

Director politico-fundationalis, rerum publice fundatarum curator; *kormányalapitványi igazgató.* Törvt. Msz.

Director Provincialis, rector summus scholarum districtus; *kerületi főigazgató.* Wallaszky 572. Gymnasiorum et scholarum Grammaticarum Gubernatio pendet (ut supra dictum) a *Directore Provinciali.*

Director Regius, *director provincialis* q. v. Wallaszky 477. Singulis hisce Districtibus (provinciis ad rem litterariam spectantibus) præpositus est *Director Regius.*

Directoralis, ad directorem pertinens; *igazgatói.* Kass. P. P. I. 238. Neodenominatus Regio *Directoralis* Fiscalis.

Directoratus, us, gubernatio, cura: *igazgatóság.* Irod. Köz. VII. I. p. 95. et *directoratu* et *Canonicatu* Posoniensi ornatus est.

Directoratus Causarum Regalium, officium advocati fisci regii defensoris reipublicæ; *királyi jogügyigazgatóság.* Kass. P. P. I. 239. Diar. Com. II. 78.

Directoratus Montanus, summa cura v. viri præfecti rei metallicæ; *bányaigazgatóság.* Wallaszky 383.

Directorium, V. *Directiva* (Du C. al. s.); *utasitás, kiszabott rend.* Hor. Mem. 625. Ker. Nap. 260. Diar. Com. 13. Digressa Procerum Legatione sancitum est, ut tam Repræsentatio ipsa, quam *Directorium* et Instructio in usum Deputatorum concinnata typis excudantur p. 7. II. *Directorium* seu Ordo ad suam maiestatem R.

Directum, (Du C.) edictum, iussum mandatum, præceptum; *(királyi) parancs, rendelet.* Pel. Pom. De S. Thoma c. 6. Rex autem comminatoriis *directis* inde eundum deturbavit.

1. **Directura,** (Du C,) ius; *jog.* It. diritto. Gall. droit. Germ. Recht. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 329. Et tuus comerzarius stet in nostra civitate cum omni *directura,* donec tibi placuerit. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 44. ut nullus Raguseus nostris in partibus vel in nostro Districto aliquem commercium vel aliquam *directuram* pro qualicunque sua merce alicui persone privatе vel publice tribuat.

2. **Directura,** æ, gubernatio, cura; *kormányzás.* Tör. Tár. 1888. p. 788. Fungitur huius regni *directura.*

Directus Dominus, V. Dominus Terrestris. Benkő Im. Nat. Sic. 60. Scilicet, dudum erat lege cautum, quod si Siculus (agitur de Plebejo) militiæ se subtraheret, *Dominoque Directo,* qui stilo Transsilvanorum Terrestris nominatur, semet venderet, inde quidem per Generalem eximeretur.

Diregatorius, i, officialis. Száz. XV. 573. Huru vajda nagykanczellárja: *diregatorii,* tisztviselők (Traiana Daciában) *soltuzi* (soltészok).

Diremptio, divortium; *házasságnak valóságos felbontása.* Georch H. T. I. 158. Cf. Val. Max. 4., 7., 1.

Diribitor Marcalis, idem ac Geometra Montanus; *bányászati mérnök.* Faber. Jur. Met. 42. *Geometra Montanus (Diribitor Marcalis,* Mark-Schiener, Mark-Scheider) erga iuviationem Officii dimensiones Marcarum specialis Culturæ Urburarialis tam diales quam subdiales procurat, determinat medio geometricæ operationis et calculationis inventa puncta.

Dirigens Aestheticus, (in erudita societate) rector; *igazgató.* Rév. Pl. 22. In Classe Philologica *Dirigens Aestheticus* no-

minaretur, qui Rei Poeticæ et Oratoriæ cum Aestheticæ Studio præesset.

Dirigens Dicasterium Excelsum, moderator, rector d.; *a magas törvényhatóság igazgatója.* Pest. Vár. Lev.

Dirrigenus, 3., directus; *egyenes.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 194. an. 1422: debeas,.. expedire... nuncium cum literis tuis *dirrigenis*... despoto.

Dirigere, mittere (Du C. al. s.); *küldeni.* Fjp. Szám. p. 501. an. 1440. *dereximus* sibi flor. p. 502: pro cerevisia, quam *direximus* domino B. Cod. Dip. Arp. V. 5.

Dirigibilis, qui dirigi potest; *kormányozható, igazgatható.* Pázm. Dial. 42.

Dirigibilitas, proprietas rei, quæ dirigi potest; *kormányozhatóság.* Pázm. Dial. 43.

Dirimatio, actus dirimendi; *elválasztás.* Kass. Jur. Civ. Lex. 17. Törvt. Msz.

Dirucio, actus diruendi; *lebontás.* Magy. Tör. Tár. IX. 112. destruccio sive *dirucio* Pallacii. Cf. Inscr. Grut. 3., 9.

Diruinare, diruere V. s. *Masseria; szétdúlni.*

Diruitio, vastatio, depopulatio; *rombadöntés, elpusztítás.* Knauz M. E. Str. I. 151., 129. Batty. Leg. I. 465. an. 1309.

Dirupare, (Du C.) diruere: *szétrombolni.* Ljub. Mon. Sl. II. 282: domos... *dirupando* vel comburendo.

Disanhare, fors. idem quod Italicum disanimare, despondere animo, deficere; *elcsüggedni.* Szilády Tör. Magy. Eml. VI. 56. Voluit proficisci contra fortalicium ante Canisam et alias palanchas in confiniis extruere; nihil curatur, etiam si ad bellum deveniatur, nunc etiam primarii Ministri, qui ante thronum Primarii et incliti erant, *disanhati* sunt, Turca non cedit.

Disarmare, (Du C.) armis exuere; *leszerelni.* Ljub. Mon. Sl. I. 156: Unum de... duobus lignis custodie culfi *disarmandis* remaneat.

Disarmatus, 3., non armatus; *nem felszerelt.* Ljub. Mon. Sl. II. 324: capitaneus... navitii armati et *disarmati.*

Disarmegiare, armis exuere; *leszerelni.* V. s. *Armegiare.*

Disassire, pellere sedibus; *elűzni.* Fej. II. 330. et nullus eos... de possessionibus... *disassire* præsumat.

Disboscare, agrum arboribus et virgultis purgare; *irtani.* Ljub. Mon. Sl. XXII. 338. an. 1465. *disboscari*... facit... multas terras.

Disbrigare, liberare; *megszabadítani.* Knauz. M. E. Str. II. 95., 77. ipsum ab omni persona, universitate seu collegio defendere, auctorizare et *disbrigare.* Ljub. Mon. Sl. IV. 322. an. 1394.

Discalceare, (pedes) (Du C.) calceos exuere, expedire pedem e calceis; *sarut levetni, mezítláb lenni.* Germ. barfüssig sein. Fej. X. I. 758. Werbőczi 343. ut inter alios Christicolas tanquam ab humanitate relegatus, atque segregatus, disparibus vestibus indutus, zona canabea succinctus, *discalceatis* pedibus et nudato capite semper incedere cogatur.

Discalceatus, 3., sine calceis; *saruttlan.* Art. Diæt. Pos. 107. Cf. Suet. Ner. 51

Discalciare, discalceare. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 278. Et donaria que faciebant sponsus et sponsa *discalciantibus* non debeant amplius fieri.

Discalciatus, 3., *Discalceatus* q. v. Cod.Dip. Arp. Cont. XI. 619. *discalciatis* pedibus, resolutis cingulis.

Discantista, qui summa voce canit; *felhangu énekes, szoprán.* Teutsch. Schulord. I. 41: Cantor... *discantistas,* ut vocant, et altistas edoceat. Patr. Const. 320.

1. **Discantus,** i, (Du C.) vox attenuata, summa vox, cantus in vocum harmonia supremus; *magas hang, felhang.* Ger. Discant. Nan. Phar. p. XII. *Discantus* est species suavissima cantus Harmonici, *Bassus* murmuranti similis. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 262.

2. **Discantus,** us, (Du C. Maigne) cantus ecclesiasticus; általában: *ének, choralis compositio.* Pel. Serm. Quis effari poterit in cantibus avium et huiusmodi nec non in *discantibus* quanta sit suauitas melodie (Pasch. 15. K.) V. ö. Gyöngyös Istv. Chariclia D. 134: «Mondnak Apollónak (a papnők) hangos discantokat.

Discargare, (Du C.) onus deponere, exonerare; *ki-, lerakni.* Gall. decharger. Rač. Mon. Sl. XIII. 159. an. 1356: Comes... debeat... videre, si... quantitas vini fuerit... *discargata.*

Discaricare, *Discargare* q. v. Ljub. Mon. Sl. I. 182. an. 1294. III. 2. Cod. Dip. Arp. Cont. X. 98.

Discarigare, (Du C.) discaricare. Ljub. Mon. Sl. I. 182. an. 1294.

Discederit, pro: discesserit. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 619. an. 1528. si (exercitus) *discederit*... terra... desolabitur.

Discens, (Du C.) discipulus; *tanuló.* Száz. XXII. 558.

Discentes mystacati, legati; *bajuszos tanulók.* Uj Magy. Muz. III. 271. *Discentes mystacati* (bajuszosok) vulgo *legati* in furorem acti magistrum adprehensum iam per fenestram eiecturi erant.

Discernentes, (Du C.) alias *Diacrinomeni,* sectarii, qui contra Calchedonensem Synodum Eutychis et Dioscuri partes tuebantur, ita appellati, quod ab ea Synodo se segregatos innuere vellent; *kiválatosak.* Nagy Hier.

Discernentia, æ, iudicium, sententia; *perdöntés, itélet.* Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára Vol. II. 28. eandem causam ad sabbatum proximum post festum beati Galli confessoris *discernentiamque* nobilium comprovincialium duximus prorogandam.

Discernibilis, (Du C.) qui discerni, distingui potest; *megkülönböztethető.* Vern. Met. 50. Si darentur entia, quorum notæ omnes absolute eædem essent, non essent *discernibilia,* nam in unam eandemque conscientiam confluerent. Cf. Augustin. Enchir. 90.

Discerniculum, discrimen; *megkülönböztetés* (külömbség Fin.) Coll. II. 113. Cf. Gel. 17, 15. 4.

Discessus, us, mensæ opulentæ (tempore introitus in provinciam); *fogadó lakoma.* V. s. *Descensus* (Du C. al. s.)

Disciformis, *tányéralaku.* Cur. Misc. 277., 5. *Disciformis* (Cometa) qui lata rotunditate fulgens raros in margine radios diffundit et *colore Electrino* est.

Disciplina, æ, (Du C.) apud Monachos est flagellatio, interdum ipsæ virgæ, quibus flagellantur; *korbácscsal való fenyítés.* Batty. Leg. III. 626. an. 1498.

Disciplina incendiaria, edictum de arcendis exstinguendis incendiis; *tűztámadási rendszabály, tűzoltási rend.* Törvt. Msz.

Disciplina religiosa, præcepta monachorum; *szerzetesi fenyíték.* Törvt. Msz.

Disciplina scholastica, leges scholasticæ; *oskolai fenyíték.* Törvt. Msz.

Disciplina silvana, rei saltuariæ scientia; *erdészeti tudomány.* Germ. Forstkunde. Kov. Oec. 81.

Disciplinam dare, V. Disciplinare. Batty. Leg. III. 629. an. 1498: si... se non correxerit, *addatur ei disciplina* absque dispensatione.

Disciplinabilis, (Du C.) ad disciplinam pertinens, docilis; *tudományra való (fegyelmezhető).* Pár. Páp. Cf. Cornif. 3, 3. 4.

Disciplinare, (Du C.) 1. verberibus castigare, 2. coërcere, in officio continere; *1. megfenyíteni, 2. fegyelmezni.* 1. Pel. (De S. Bern. s. c. 3.): In tenello corpore nudato se *disciplinabat.* Batty. Leg. III. 626. an. 1498: si quis contrarium attentaverit semel in pane et aqua ieiunet et *disciplinatus* coram fratribus in terra iaceat. 2. Tör. Tár. 1887. p. 648: bene *disciplinati* milites. Cf. Tertull. Fug. in persecut. 1 ad fin

Disciplinaris, disciplinam continens; *fegyelmi szabályokat tartalmazó.* Kelem. Hist. Jur. Pr. 476. Leges *disciplinares* pro Insurgente militia perferuntur, quarum tamen severitas, occasione annuarum exercitationum, mitiganda erit.

Disciplinarius, 3., disciplina coërcitus; *fenyítékbeli, fékes, fegyelmi.* Kass. Jur. Civ. Lex. 17. Törvt. Msz. Reg. Turm. Præt. 130.

Discitus, 3., divisus; *szétosztott.* Dip. Alv. I. 421. Tormenta bellica in tribus batteriis *discita.*

Discocalimma, operculum catilli; *tányér fedő.* Nagy Hier.

Discocitulare, stillare; *olvasztva csepegtetni.* Dip. rel. reip. Rag. 58.

Discohoperire, discordare; *egyenetlenkedni.* It. discoprire. Ljub. Mon. Sl. V. 112. an. 1408: nullo modo vos *discohoperiatis* ad guerram publicam.

Discoloritas, mutabilitas; *változandóság.* Batty. Ger. 289. Audi quod dicitur spirituali auditu, ut audiaris ipse non a multitudine, sed ab unitate sequestrata a *discoloritate* nequam. Nota Batty. Unitas hæc *sequestrata,* id est: remota a *discoloritate,* mutabilitate nequam, est beata illa unitas Deitatis. a qua audimur, si ipsi audiemus illam, quia voluntatem timentium se faciet.

Discolositas, (a gr. δύσκολος), proprietas difficilis, morosi, iracundi, odiosi; discordia; *torzsálkodás, veszekedés.* Cod. Dip. And. V. 16., 20. ut premisse litigionarie quescionis *discolositas* racione dicte divisionis possessionarie inter eos... sopiretur. Cod. Zichy I. 531., 572.

Discolosus, 3., (Du C.) morosus, difficilis; *czivódó.* Cod. Zichy I. 554.

Discolus, 3., (Du C.) stomachosus, morosus, difficilis; *elégedetlen, zsémbes, mogorva, szeszélyes.* It. discolo, capriccioso. Galt. capricieux. Germ. launisch. Beng. Ann. Er. Cœnob. 361. Rep. Cast. p. 94. Otia. Bachm. 81. Utque Christi cultoribus omne palliolum, quo Rebelliones suas tegere possent, subtra-

2. **Discursus,** us (Du C.) sermo, disputatio, consultatio, dissertatio, deliberatio; *értekezés, megvitatás, beszélgetés.* Gall. discours. Tök. Diar. 214. Wagn. Cf. Cod. Theod. 9, 24. 1.

1. **Discus,** i, catillus; *tányér, tál.* Kronst. I. 462. Georg. Sirm. I. 86. Mittitur in *disco* piscis mihi ab Archiepisco ... Cf. Appul. Met. 2, p. 125. Augustin. in Psalm. 96.

2. **Discus,** i, (Du C.) mensa scribarum, notariorum; *asztal.* V s. *Stanga.*

Discussores minerarum, *ásványzúzó.* Juriev. Jur. Met. 45. Fossores Metallici... 6-o. *Minerarum Discussores* (Erz-ausschlager) qui malleo maiori saxa mineris fæta discutiunt et utile ab inutili segregant.

Discutere, inquirere, iudicare; *megvizsgálni. itélni, vallatni.* Germ. untersuchen. Rit. exp. ver. D. 3.: Quos Gyula Comes de Keve iudex curiæ *discuciens* misit Varadinum ad candentis ferri iudicium.

Disdarius, Turcis: *castellanus; várnagy.* Series Ban. p. 164: adeo Turan Agam... Crupensis arcis, ut Turcæ vocant, *Disdarium* (Rattkay Castellanum latine reddit) ... offendit.

Diseccio, excogitatio; (fors. a disiicere; *hányni vetni, kutatás, kieszelés.* Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 250. an. 1376: Sagax humane nature *diseccio* ... pragmaturas sanccioncs adinvenit.

Disertitudo, (Du C.) eloquentia; *ékesszólás.* Nagy Hier. Cf. Hieron. Ep. 50 no 5. adv. Joann. Jierosol. 13.

Disfavor, (contrarium favoris), incommodum; *nem kedvezés, veszteség.* Kass. P. P. I. 224. ac per sedriam sui *in disfavorem* decisa causa.

Disfictare, non locare; *bérbe nem adni.* V. s. *Affictare.*

Disfortiare, violare; *erőszakot tenni.* It. sforzare. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 328. Et vestri mercatores et vestri homines sani, non *disfortiati* ut veniant libere stando et eundo comperando et vendendo per meam terram damdo illud quod est consuetudo damdi. Ljub. Mon. Sl. I. 59. an. 1243.

Disfulcire, necessariis rebus privare; *el nem látni, fel nem szerelni.* Ljub. Mon. Sl. IV. 449. an. 1401: ut galea ... non remaneat *disfulcita.*

Disfurnire, præsidio privare; *gyengiteni, erősségtől megfosztani.* Ljub. Mon. Sl. III. 290. mitterem duas banderias peditum, nolens *disfurnire* Jadram.

Disgratia, æ, (Du C.) offensio; *kegyvesztés.* It. disgrazia. Regul. Turm. Præt. Præf. ne secus... concernentes tam Superiores quam Inferiores prædictæ Nobilis Turmæ Nostræ Prætorianæ Officiales summam *disgratiam* Nostram incurrant. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 422.

Disgustare, fastidium, tædium afferre; avertere aliquem ab aliquo; *kedvét elvenni, meguntatni.* It. disgustare. Tök. Diar. 543.

Disgustatio, fastidium, nausea; *untatás, unatkozás, elkedvetlenités, megkedvetlenités.* Törvt. Msz.

Disgustatus, i, abalienatus, fastidio affectus; *elkedvetlenitett, elidegenitett.* II. Rák. Gy. 54. non deerunt factiones *Disgustatorum* a Rege. Tök. Diar. 543.

Disgustus, us, fastidium, stomachus, renisus; *elkedvetlenedés, izetlenség, ellenkezés.* It. disgusto. Arch. Rák. VIII. 381. IV. 169. Rák. Ön. p. 190. I. 32—35. Brezny. II. 110. Tök. Lev. 38.

Dishabitatus, 3., non habitatus; *nem lakott.* Ljub. Mon. Sl. I. 264: locus ... desertus et *dishabitatus.*

Disharmonia, æ, concentus dissonus, discordia; *összhangtalanság, rossz hangzat, egyenetlenség.* It. disharmonia. Vern. Psych. 78. Impurus audit (tonus), si cum eo simul percepti toni *disharmoniam* causent. Törvt. Msz.

Dishonerare, exonerare; *lerakni.* Ljub. Mon. Sl. V. 260. an. 1334. pro ... mina vini, quando fuit *dishoneratum* lignamen.

Dishonoratio, animus parum verecundus; *tiszteletlenség.* Száz. XIII. 17. *dishonoratio* s. ecclesiæ.

Disiectio, disiunctio; *szétválasztás, elválasztás.* It. disgiunzione. Gall. disjonction. Orth. Boh. Slav. 4. Interpunctiones sunt Comma minus... Parenthesis () *Disiectio,* una lineola vel duæ.

Disinteressantia, Disinteressentia, æ, animus ab omni partium studio alienus; *részrehajlatlanság.* It. disinteresse. Kövy El. 611. præcipue Tabula Septemviralis pro summa sua *disinteressentia,* prudentia et æquitate et ratione circumstantiarum rigorem Juris relaxare potest. Törvt. Msz.

Disinteressatus, 3., sine studio, æquus, qui non quærit sua commoda, privatas utilitates, compendia in aliqua re non spectat; *részre nem hajló, pártatlan, érdekletlen.* It. disinteressato. Törvt. Msz. Art. Diæt. Pos. 75. Arch. Rák. VIII. 60. Kass. P. P. I. 307.

Disinterruptim, sine interruptione; *szakadatlanúl, félbeszakitás nélkül.* Cher. Jus. Eccl. I. 375. Institutio *disinterruptim* et non interpolatis vicibus per ipsas personas instituendas expleri debet.

Disiungibilis meatio, deductio, quæ non necessario sequitur; opponitur *intimae manationi,* quæ suapte consequitur (Nota Batty.); *nem szükségképen folyó következtetés.* Batty. Ger. 50.

Disiunctive, disiuncte; *különválasztva, különválólag.* Törvt. Msz. Vern. Met. 28. *disiunctive,* cum subiecto plura adscribit prædicata possibilia, quin determinet, quod ipsi conveniat. Cher. Jus. Eccl. II. 383. Pázm. Dial. 199.

Disjector, qui disjicit, turbat metas; *határkő bontó.* Pril. Abact. 105: metarum *disjectores* pœnam ... violentiæ incurrunt.

Disligare, (Du C.) solvere, pandere, aperire; *oldani, felbontani.* Fej. V. III. 414. dum suas sarcinas sive ballas pannorum talium apud Ciuitatem Strigonii non *disligant.* D. Ráczk. p. 14. M. Bel. Prod. 95.

Disligatio, actus pandendi v. *Disligare.* D. Ráczk. p. 14.

Dislimitare, distinguere, dividere limitibus; *szétválasztani, elválasztani, határolni.* Beng. Ann. Erem. Cœnob. 67. ut nova erigatur effossio scopulorum *dislimitantium* bona Conventualia bonis civium adjacentia.

Dislocare, collocare, traducere (Du C. al. s.); *szét-, elhelyezni.* Arch. Rák. II. 532. exercitus in Starostiam Spilensem *dislocatus* IX. 581. Kass. P. P. I. 22. ut circa militiam *dislocandam* et intertenendam regulamentum militare observandum.

Dislocatio, collocatio, dispositio, actus distribuendi; *szállitás, elhelyeztetés, elszállitás, elhelyezés.* Törvt. Msz. Kass. P. P. I. 22. Arch. Rák. IX. 465. az hadaknak brigadatim postirungokra osztatott *dislocatioja.* Reg. Mil. an. 1748. p. 33. Rák. Ön. p. 304. I. 10—13.

Dislocatio militiæ, V. Dislocare; *a katonaság elszállásolása, elhelyeztetése, katona beszállitás.* Arch. Rák. I. 19. Dislocatio Militiæ in quartiria. Törvt. Msz.

Dismembratio *(beneficii),* divisio; *egyházi haszonvétel feltagolása.* Cher. Jus. Eccl. II. 83. *Dismembratio* est species diminutionis Beneficiorum fitque, dum ex Beneficio pars quæpiam fructuum detrahitur et alteri tenuiori beneficio addicitur reliquis omnibus in statu pristino permanentibus. Törvt. Msz.

Dismurare, diruere; *lebontani.* Ljub. Mon. Sl. II. 432: in murando et *dismurando* portas.

Disobedientia, æ, inobedientia; *engedetlenség.* Ljub Mon. Sl. VIII. 58. an. 1530.

Disomum, (Du C.) Sepulcrum capiens duo corpora. Inscriptio cum duabus linguis; *kettős emlék.* Nagy Hier. Cf. Inscr. Orelli nro 4548.

Disordinatus, 3., inordinatus, incompositus; *rendetlen.* Bene Pol. 217.

Disordo, status inordinatus, ordo perturbatus; *rendetlenség.* It. disordine. Germ. Unordnung. Reg. Turm. Præt. 27. Bene Pol. 171.

Dispane, Diptane, (Dief. dipsane); *bogácskóró.* Ger. Lauchsamen. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 116.

Disparagare, (Du C.) impari matrimonio iungi; *külön rangú házasságot kötni.* Nagy Hier.

Disparagatio, nuptiæ impares (ap. Du C. sub Dispengatio); *nem illő, nemzetségen aluli házasság, balházasság.* Ger. Missheirath. Uj Magy. Muz. III. 194. Heredes maritentur absque *disparagatione.*

Disparagium, nuptiæ impares; *balházasság, össze nem illő házasság.* Vuch. Jur. Feud. 110. Liberi ex *disparagio,* Missheurath, seu coniugio inter personas ratione status civilis inæquali et adeo inter se differente contracto, geniti. Georch. H. T. I. 149. Cher. Jus. Eccl. II. 168. Törvt. Msz.

Disparagium matrimonium, non conveniens matrimonium; *össze nem illő házasság.* Gall. mésalliance. Kass. Jur. Civ. Lex. 18.

Disparatus, 3., separatus; *különvált, elválasztott.* Törvt. Msz.

Disparere, (Du C.) evanescere, abire, profugere; *eltűnni, elszökni.* It. disparire. Kass. P. P. I. 192. e domo prætorea eiate die T. *disparentis.* Schwart. Scult. 137. Bene Med. I. 134.

Disspargere, dividere; *szétosztani.* Rač. Mon. Sl. XIII. 39. an. 1348: ellecti fuerunt ad *disspargendum* de furmento.

Disparitas cultus, inæqualitas cultus; *valláskülönbség.* Konek Egyh. 513.

Dispartitio, distributio, partitio; *szétosztás.* It. spartizione. Verancs. V. 331. Ubi autem episcopus postulat, ne decimæ per *dispartitionem* progressu temporis ab episcopatu abalienentur...

Dispendiosus, 3., sumptuosus (Du C.

tiones de nova *dissaisina* de morte antecessoris et de ultima præsentatione non capiantur nisi in suis comitatibus.

Dissassire, exturbare a Gall. *déssaisir.* (Du C. dissagire); *kizavarni.* Fej. II. 330. et nullus eos vel domos prædicti templi de tenimentis et possessionibus earum sine iudicio vel iustitia *dissassire* præsumat.

Dissecare, perfringere; *feltörni.* Magy. Tört. Eml. XXX. 261. an. 1550. scrinia *dissecantes.*

Dissecatio, actus dissecandi; *felvagdálás.* Törvt. Msz.

Dissentatio, dissensio, discordia; *meghasonlás.*. G. Fej. X. I. 574. displicentiis et *dissentationibus.*

Dissenteria, dysenteria; *vérhas.* Beth. G. lev. 385.

Dissentericus, i (Du C.) δυσεντερικός; *vérhasban szenvedő.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VII. 227. Jecur vaccinum *dissentericis* medetur.

Dissepimentum, (a dissepiendo) quod secernit; *választék, közfal.* Bene Med. II. 305. et quod ab axi illa versus peripheriam adsint plura loculamenta, per *dissepimenta* tenuia membranacea ab invicem separata. Diósz. Füv. 23. V. Festus p. 166, 12.

Dissertatiuncula, æ, dimin. a dissertatione; *kis értekezéske.* Huszti. Or. Gymn. 14. Civiumque Liberi studiis in Scholis absolutis *Dissertatiunculas,* Theologicas, Philosophicas etc. producere queant. Knauz M. E. Str. I. XIV.

Dissidentes, aliena sacra sequentes, heterodoxi; *máshitüek.* II. Rák. Gy. 416. quos *Dissidentes* in religione Papistæ nominant.

Dissidentia, æ, opinio adversaria; *véleménykülönbség.* Fej. Jur. Lib. 281. mutuæ *dissidentiae* minuantur. Cf. Plin. 29, 4. 23.

Dissigillare, (Du C.) laxare vincula epistolæ, litteras resignare; *a pecsétet felbontani, feltörni.* Frak. Mát. lev. II., 206.

Dissimilaris, dissimilis, heterogeneus; *különnemű, hasonlótlan.* Gall. dissimilaire. Székesf. főgymn. Ért. 1894/5. p. 71. *Similares, dissimilares* Corporis partes. Vern. Met. 40.

Dissimulacio, incuria; *gondtalanság.* Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 113. an. 1326: cordi debet esse regibus . . . nec regum *dissimulacio* negligat. Cf. Veget. Vet. 6 prooem. §. 1. Mil. 1. 13.

Dissinteressatus, 3., suis commodis minime inserviens; *nem érdekelt.* Ker. Nap. 232.

Dissipator, prodigus, qui dilapidat; *tékozló, vesztegető.* Törvt. Msz. Cf. Prud. Psych. 34. præf.

Dissitus, 3., distans; *távoleső.* Pest. Levt. *dissitus* a Civitate. Cf. Appul. Flor. init. ib. Met. 7.

Dissologia, æ, (Du C.) duplex locutio; *szó-, beszédkettőzés.* Nagy. Hier.

Dissologice, vario modo; *kettős, különböző módon.* Batty. Ger. 93. De sublimibus Dei potestatibus . . . iterum formative aliter, atque aliter *dissologice* inspiciamus.

Dissologicum, contradictorium; *ellenmondást tartalmazó.* Batty. Ger. 195. nisi divino dono reseretur, videbitur *dissologicum.*

Dissolubilitas, facultas, licentia solvendi; *elválaszthatóság.* Fej. Jur. Lib. 345: *dissolubilitas* vinculi matrimonii.

Dissonancia, æ, dissonum quiddam; vocula falsa; *hamis hang.* Szék. Okl. I. 110. Qui quidem absque *dissonancia* vocum non compulsi. Cf. Claud. Mamert. de Stat. an. 2, 21. Hieron. de Script. Eccl. de S. Petro.

Dissuasorius, 3.; dissuadens; *lebeszélő.* Isthv. XII. 191.

Dissuescere, desuescere; *elszoktatni.* S. de Kz. Chr. A, 2., 3. quod *dissuescere* de spoliis eos oportebat. Cf. Alcim. Avit 4, 46.

Dissyllabus, bisyllabus; *kétszótagú.* It. dissillabo. Orth. Boh. Slav. 18. Infinitivorum *dissyllaborum* penultimum á, é, í, y est longum.

Dissymbolus, 3., *dissimilis; nem hasonló.* Germ. unähnlich. Curios. Misc. 190. Quotuplicia sunt Elementa? Esse duplicia videlicet symbola et *dissymbola.* — *Dissymbola* sunt, quibus qualitates oppositæ in summo insunt et quæ in nulla qualitate conveniunt: ut sunt ignis et aqua, terra et aër.

Distabescentia, tabes; *elfonnyadás.* Pár. Páp.

Distegum, (Du C.) ædificia, quæ constant duabus stegis; *két rendű.* Comen. 85: Hæc ædificia alibi *distega* et tristega sunt. Cf. Orelli Inscr. 4549.

1. **Distentio,** actus intendendi; *kifeszítés.* Brunner 23. vehementissimæ nervorum *distentiones.* Cf. Cels. 2, 4; 8; 8, 4; 25; Scrib. Comp. 89.

2. **Distentio,** (Du C.) dissensio, contentio; *viszály.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 88. De qua utique forma Episcoporum etiam est orta *distentio.*

Disterminator, finis, limes disterminans; *szétválasztó, elválasztó határ.* Schwart. Scult. 15. Carpati, æterni illius Hungariæ *disterminatoris.* Bel. Geogr. 434., 549. Cf. Appul. de Mundo p. 57.

Distillare, destillare, partes volatiles et fluidas materiæ in vasis occlusis destillando separare, calore urendo extrahere; *lepárolni, tisztálni, lombikolni.* It. distillare. Vern. Met. 18. Certe si lignum occluso vase *distilletur,* nec cineres dabit, nec fuliginem.

1. **Distillatio,** actus destillandi, liquandi; *lepárolgás.* Kol. Cod. 7. *Distillatio* est vaporum aquorum in suo vase *elevatio.*

2. **Distillatio,** actus stillandi; *csepegés.* It. stillare. Ger. Triefen. Fej. IV. 1., 49. eratque sacri illius liquoris non modica *distillatio.*

Distilatitia aqua, aqua destillata; *lepárolt víz.* Arch. Rák. VIII. 340. Vitra in quibus sunt *distilatitiae aquae,* unguenta et oleum.

Distillator, liquator; *szeszégető.* It. distillatore. Curios Misc. 202. Summi siquidem artis chymicæ Magistri et insignes *distillatores* in eo extrahendo laborarunt.

Distinccio, pars (Du C. al. s.); *rész, ág.* Tkal. Mon. Ep. I. 11. an. 1201: ubi Sawa fluvius in duas *distincciones* se dividit.

Distinccio herbalis v. **erbalis,** divisio communis agri, cuius limites cespes efficiebat; *fűnosztás.* Ger. Grasrain od. Tründelschlag. Gazd. tört. szem I. 223. *herbali* v. erbali *distinccione;* erbaliter divisa; mediantibus erbalibus divisionibus; per herbas divisa.

Distincte, insigni honore ornatus, eminenter, præcipue; *kitüntetve.* Batty. Ger. 144. Illæ inter se diversis intervallis distant a terra, isti *distincte* semper in aspectu divinæ claritatis adstabunt.

Distinctio, quæ vulgo dicitur Mege, provinciola, confinium (Du C. al. s.) *határvonal, megye, mesgye.* Száz. XV. 221.

Distinctivus, distinguens; *megkülönböztető.* It. distintivo. Num. Hung. 19. Vern. Psych. 11. *distinctivae* proprietates speciei.

Distinctum corporeum, separata pars. Georch H. T. II. 445. Bátor tehát az alperes azt vetné latba, hogy a számtartás alá húzandó darab jószág nem a közönséges Helységhez tartozandó volna, hanem különös magában fenálló *(Distinctum corporeum)* pusztát tenne.

Distinguibilis, qui dixtinqui potest; *megkülönböztethető.* Pázm. Dial. 121.

Distolizacio, (Du C. distollere) dedecus; *lealázás.* Georg. Sirm. 1. 233. Sed Rex Joannes nequaquam volebat propter erubescenciam dedecoris sue, quod ignominiam sumsisset ab optimates Hungarorum et fuisset in *distolizacione.*

Distoma hepaticum, *juhmétely.* Ger. Egel (bei dem Schaafe) Lzb. Cod. Med. III. 350.

Distorsio, distortio, a distorquendo; *összecsavarás.* Bene Med. I. 41. convulsiones et *distorsiones* ossium.

Distractio, gaudium; animi relaxatio, remissio (Du C. al. s.); *szórakozás, mulatság, élvezet.* It. distraimento. Act. et Doc. Rákóczy p. 22. qua tractus (rectius: tractatus) prolongatione... magnam Imperatori Romanorum intuleramus *distractionem.* Rák. Ön. p. 195. l. 23—26. innocentibus *distractionibus,* balneis et similibus.

Distractio Minuta Salis, (Du C.) venditio, mercatura tenuis salis; *sóeladás, kicsiben.* Kass. P. P. 1. 240. *minuta salis distractio* 241. ut centenarium salis in V. V. a T. finis T. xris in minori vero quantitate, si pondus T. libras non superat, libratim a T. xris *distrahere* possit.

Distractor, (salis) (Du C.) venditor; *sókufár.* Kass. P. P. I. 241. Exponderato semel iuste per Regium Officium salis quanto et per *distractorem* aut eius commissionatum pro abvectione recepto. Art. Diæt. Pos. 68.

Distractoratus, us (Lignorum), officium lignorum distrahendorum; *faelárúsító hivatal.* Nov. Calend. 169. In Temesvariensi Lignorum *Distractoratus* officio.

Distractus, us, (a distrahere) dissipatio (Du C. al. s.); *szétvonás.* I. Rák. Ggy. 446. az Lupul hadának *distractust* csinálna.

1. **Distrahere,** dilapidare (Du C. al. s.); *túladni valamin, elvesztegetni.* Törvt. Msz.

2. **Distrahere,** delectare; *gyönyörködtetni, szórakoztatni.* (Du C. al. s.) Rák. Ön. p. 230. l. 12—14. (13.) . . . nihil hic interpellantibus defuit seu ad *distrahendum* animum seu ad reficiendum corpus.

Distrahere se, curis depositis se recreare, ludere; *szórakozni.* Ger. sich. zerstreuen. Reg. Turm. Præt. 36.

Distrahibilis, quod vendi potest; *eladható.* Tag. Erd. II. 230. Faginaceorum lignorum intuitu in quantum seu pro foco, seu alia . . . utilitate *distrahibilia* erunt.

Distributio servitii; *a szolgálat*

beosztása. Reg. Turm. Præt. 25. Cum Secundarium Vigiliarum Magistrum æque prout quemvis Præpositum præscriptis Listis et Tabellis provisum esse oporteat, ex eo eidem una incumbet advertere, ut *distributio servitii* (Kommandirungen) in æquitate fundata sit.

Distributor, (in Capitulo) administrator rei familiaris (Du C. executor testamentarius); *sáfár.* Tör. Tár. 1890. p. 151. Cf. Appul. Trismeg.

Distributor hospitiorum, mansionum designator; *szállásosztó.* Tör. Tár. 1889. p. 86. quartiriorum magistris et *hospitiorum distributoribus,* aliisque quocunque militari officio fungentibus.

Districtialis-Cassirer, exactor, coactor pecuniarum in districtu; *kerületi pénztáros* (had . . .) Arch. Rák. VIII. 123.

1. **Districtim,** per singulos districtus, orbes, regionis; *kerületenként, kerületileg.* Kass. P. P. I. 179. Altissimæ ac positivæ Resolutionis Regiæ circulariter publicatæ *districtim* interdicta . . . Ker. Nap. 124.

2. **Districtim,** severe; *szigoruan.* Pest. Vár. Lev. Cf. Senec. Contr. 7.

1. **Districtio,** (Du C.) pœna, mulcta a Judice imposita; *büntetés.* Batty. Leg. T. II. 83. an. 1075: Regiæ severitatis severitatem in sua *districtione* et rerum suarum præscriptione . . . patiatur.

2. **Districtio,** (Du C.) tributum, pensitatio; *adójövedelem.* Fej. II. 55. cum omnibus eorum pertinentiis . . . piscationibus, exitibus atque reditibus, placitis, *districtionibus,* viis et inviis.

3. **Districtio,** (Du C.) severitas; *szigorúság.* Reg. S. Ben. 37., 5. Nullatenus eis *districtio* regulæ teneatur in alimentis.

Districtissime, strictissime; *legszigorúbban.* Verancs. IX. 289. mihique duo etiam eiusdem sacræ Maiestatis Vestræ exhibuit mandata, quæ *districtissime* imperabant, ut ab huiusmodi violentia desisterem.

Districtuales, (Du C.) subditi, qui intra Districtum alicuius dominii habitant; *alattvalók.* Cod. Dip. Arp. V. 108.

Districtualis, ad districtum pertinens; *kerületi.* Törvt. Msz. *districtuale* forum; *districtualis* præses, tabula.

Districtus, (Du C.) territorium feudi seu tractus, in quo dominus vasallos et tenentes suos distringere potest, justiciæ exercendæ in eo tractu facultas. Italis distretto Gall. district Germ. District; *kerület, kör, vidék, járás.* Törvt. Msz. S. de Kz. Chr. II. 4., 1. Bela . . . byzantios currere fecit per *districtum* regni sui. A. 1., 12. nobiles de *districtu* Wurburg.

Districtus, 3., (Du C.) severus; *szigorú.* Reg. S. Ben. 34., 14. *Districtiori* disciplinæ subdatur. Cf. Tac. Ann. 4, 35. fin. Val. Max. 8, 2, 2. Cod. Justin. 1, 55. 6.

Disturbacio, tumultuatio, tumultus, turba; *zavargás, zenebona.* Georg. Sirm. I. 37. Et hoc erat iam ista *disturbacio* 1493 in mense Decembris in profesto Lucie virginis.

Disturbator, qui disturbat; *háborgató.* It. sturbatore. Gall. perturbateur. Germ. Störer. Cod. Dip. And. I. 385.. 427. Fej. II. 374. iure hæreditario conferremus et a destructoribus ac *disturbatoribus* atque substantias militantium Dei dilapidantibus et pretium corporis tanquam propria largientibus.

Disturbia, æ, V. *Disturbium* (Du C.) Cod. Dip. Brüss. IV. 118. qui tempore harum *disturbiarum* penes suam Matem manentes in receptione Arcium et bonorum operam suam impendissent.

Disturbido, inis, disturbium q. v. Pesty Ször. III. 100. hoc tempore *disturbidinis.*

Disturbio, onis, disturbium, dissensio q. v. Georg. Sirm. 1., 95. tota Christianitas erit in magna *disturbione.*

Disturbior, inusitatus comparativus a *disturbium:* turbulentior; *zavarosabb.* Magy. Tör. Tár. XVIII. 29. vel futuris *disturbioribus* temporibus.

Disturbium, tumultus, turba; *zavargás, háborgás, pártmozgalom.* Cod. Dip. Brüss. IV. 116. Arch. Rák. VIII. 203. in his *disturbiorum* temporibus. Cod. Dip. Fam. Com. De Sztára, V. II. 73. Georg. Sirm. I. 6.

Disunio, onis, discordia, dissidium; *öszszeháborítás.* It. disunione. Gall. distraction. Germ. Entzweiung. Nill. Symb. p. 680: ad subvertendum potentissimum imperium . . . unica et sola sufficit *disunio.*

Disunitus, 3., non unitus; epitheton Græci ritus Catholicorum orientalium; *nem egyesült* (keleti) vallású (görög). Passim.

Disvestire, oppos.: investire, privare (Du C. al. s.); *megfosztani.* Kuk. Jura I. 21. an. 1087.

Ditator, (Du C.) qui divitiis auget, locupletat. V. s. *Pauperator; gazdagító.* Cf. Augustin Conf. 5, 5.

Dittales, subscriptio, signum, titulus mercatoris, ab It. ditta; *czégek.* Törvt. Msz.

Dittalis, negotiator; *bejegyzett czégü kereskedő.* Törvt. Msz.

Dittalista, æ, V. Dittalis. Törvt. Msz.

Diurnale, (Du C.) liber Diurnale officium continens; *rövid zsolosmakönyv, napi imák.* Nagy Hier. Catal. Libr. S. Ivan. 449. *Diurnale* Clericorum quotidianarum precum. Száz. XXVII. 344.

Diurnaliter, diu, in dies; Diurnaliter et nocturnaliter, dies noctesque; *éjjel-nappal.* Fej. X. 1. 564. quo et alios infinitos ad vos alternatim *diurnaliter et nocturnaliter* volitantes protegitis.

Diurnista, æ, scriba, cui merces diurna solvitur; *dijnok, napszámos iró, napi béres.* Törvt. Msz. Kass. Jur. Civ. Lex. 18. Tab. Conscr.

Diurnum, merces diurna (Du C. al. s.); *napibér, napszám, napdij, napi díj.* It. giornata. Törvt. Msz. Jogt. Em. T. II. 1. p. 438. Kuk. Jura I. 427.

Diutive, diutine; *hosszú időn át.* Sup. An. Sc. II. 256. an. 1438: terræ particula... *diutive* et ab antiquo fuisset appertinens ipsarum metarum.

Diuturnalis, solitus, diu in usu vigens; *régi, szokásos.* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 433: in posterum nemo ultra præscriptam... *diuturnalem* mercedem . . . murariis pendere ausit.

Diuturnare, diuturnum esse, continuari; *tartani, hosszasan tartani.* Cod. Dip. And. II. 382., 435. quæcumque materia iurgionis . . . fuisset exorta et *diuturnata.*

Divagatio, errores; *idestova való csatangolás.* Sup. An. Sc. II. 348. an. 1435: hortatus est, ut privilegia redderet . . . ne illa per *divagationem* suam perirent. Fej. V. 295.

Divagus, 3., vagus; *csavargó.* Szende. Misk. tört. III. 166. an. 1521. confratres non debeant esse *divagi* sed coniugati.

1. **Divalcare,** solvere (a falcare); *kihasitni, kifizetni.* Kronst. III. 793: Carpentario *divalcavimus* 6. asp. quod laboravit in turri.

2. **Divalcare, divalgare,** 1. falce demetere, 2. defalcare; *1. lekaszálni, 2. levonni.* Kronst. III. 62., 272: pratum, gramon. 123., 599., 792., 793: de summa.

Divalis, (Du C.) divinus; *isteni.* Nagy Hier. Cf. Spartian. Carac. 11. fin.

1. **Divan,** summum Collegium Senatus, apud Turcas, quod potestate imperatoria administrat Turciam, alias *Summum Divani Collegium.* Bel. Geogr. 546. Szilády. Tör. Magy. Eml. II. Függ. *Divan* vmint a szultán, úgy minden tartományi kormányzó mellett volt egy *főtanács* azaz *divan,* mely állott a pasán kívül a kádiból, janicsár, rendes szpahi és hűbéres tisztekből és végre a szolgálatban megvénültekből, kiknek nagy tekintélyök volt.

Divanbeki, summus regni prætor apud Persas iudexque; *főbiró.* Bel. Geogr. 606. Inter quos (administros) primum occupant locum 6. *Diwanbeki,* Summus regni Prætor Judexque.

Divan kihatibler; *titkárok.* Tör.Tár. 1892. p. 431. Hi (Beglerbeghi, Defterdarlar) omnes in publico divan = senatu imperiali sedes suas habent; sedent et præterea in prænominato divan = senatu publico scribæ seu secretarii ac notarii 40, *divan kihatibler* nominati, qui nulla mora interjecta omnes literas absolvunt ac curant.

Divanicus, 3., ad Divanum pertinens. I. Rák. Gy. 782. *Divanicus* Vezirius.

Divanum, i, V. Divan. Isthv. X. 151. Res ges. p. 74. Verancs. V. 116.

Divenditio, actus divendendi; *eladás.* Bene Pol. 92.

Divergens, differens, discrepans; *szétirányzó, elhajló, eltérő.* Törvt. Msz.

Divergentia, æ: differentia, discrepantia; *eltérés.* Kon. Egyh. 55.

Diversari, commorari, degere, abesse; *tartózkodni, távol lenni.* Euch. p. 16: Exue tandem squalorem, quo inde a tempore *diversantis* apud exteros sacræ dexteræ (sc. Sti Stephani) longo annorum intervallo fœdata fuisti.

Diversificare, (Du C.) diversa facere, in diversas partes distribuere, separare, segregare; *különbözővé tenni, elkülöníteni, megváltoztatni, megkülönböztetni.* Pázm. Dial. 441. Mall. C. 1. Luc. Regn. Dalm. 44. Suppl. An. Sc. V. 181. an. 1440: *diversificatus* census secundum quantitatem agrorum solvitur.

Diversificatio, diversitas, natura dispar; *különbözőség, különbözővé tevés.* It. diversificazione. Pel. In Epiph. s. I. c. 4. Quarta ratio est confusionis linguæ et *diversificationis.* Serm. Hiem. 23. o.

Diversificativus, 3., discrepans; *elütő, különböző, össze nem hangzó.* Kövy. El. 687. eodem redit *singularitas diversificativa* seu discrepans; dum diversa narrant. Kelem. Inst. Jur. Pr. III. 200. Discrepantes *(diversificativae)* testes.

Diversimode, (Du C.) diverso modo; *különböző módon.* It. diversamente. Pel. Pom. In nat. Dom. s. VII. c. 5. Diverse nominibus significatur ad exprimendam *diversi-*

mode perfectionem. S. de Kéza Chr. I. 1., 2.

Diversimodus, 3., diversus; *különböző.* Cod. Dip. And. II. 114., 128.

1. **Diversio,** directio, (a divertendo) flexus, flexio; *irány, fordulat.* Arch. Rák. IV. 155. Jókai Kárpáthy Zolt. 137. csináltak a víznek sarkantyút meg futóárkot ki a szántóföldekre, hogy arra is tehessen egy-egy *diversiót.*

2. **Diversio,** Quartirium; *szállás.* Ac. Com. Sopr. p. 67: *diversionibus* seu quartiriis onerentur (sc. regnicolæ).

Diversiones (Per), per impetum inopinatum; *csatangolással, váratlan támadással.* Arch. Rák. VIII. 101. Arra nézve, rendeltetnek Commendirozó generálisok, hogy látván módját s alkalmatosságát *per diversiones* nyughatatlankodjanak.

Diversitor, deversitor, caupo; *korcsmáros.* Kass. Ench. I. 85. *Diversitores* vinum, aut alios liquores Postæ Famulis in officiosis commeantibus epocillare non audeant. Norm. Ordin. an. 1775. Tab. Conscr. Pest Vár. Levt.

Diversium, V. Diversorium. 1. Arch. Rák. 1., 30. Negotium Ioanni Radványi quoad *diversium.*

Diversorarius, caupo; *csapláros, kocsmáros.* Patr. Const. 322. *Diversorarii.*
Hic pretio maiore dapes emptoribus ante
Nunc sua mercanti vendidit ossa neci
Plus anima Gangio dilexit munera: lucrum
Cura prior; Numen cura secunda fuit.

1. **Diversorium,** (Du C.) deversorium; *vendégfogadó, vendéglő, beszálló, kocsma.* Törvt. Msz. Kass. P. P. I. 193.

2. **Diversorium,** vita humana. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 23.

Diversorium ad signum albi equi; *vendéglő a fehér lóhoz.* Cod. Evang. V. III. p. 363. Tandem ... in *diversorium ad signum albi equi* omnes convocantur.

Diverticularis via, (diverticulum) flexa via; *dűlő út.* Art. D. 1840. p. 29.

Diverticulum, (Du C. diversitas) deverticulum; flexus, declinatio fundi (Thelekthekeruleth); *telektekerület, dűlő.* It. agri. Szam. Tih. Apáts. p. 22: 1395. Abhinc inter duas sessiones versus aquillonem procedendo in *diverticulis* terrarum arabilium. Kass. Jur. Civ. Lex. 18. Törvt. Msz.

Divertigium, flexus, inflexio; *kanyarulat.* Han. Hist. Eccl. p. 12. A meridie autem ea parte Danubii ... quæ est a *divertigio* Tibisci amnis.

Dives, ium, merces; *áruczikk.* Kronst. II. 299. an. 1533: Stephano ... cum literis ... misso, ex parte quarundam *divium* (fors. mendum pro: ovium) per.... Maylad detentarum.

Divexatio, vexatio; *zaklatás.* Tag. Erd. II. 412.

Dividenda, æ, rata pars, pars alicui conveniens; *osztalék.* Bék. Közokt. 20. *napi osztalék (dividenda).*

Dividens lucri socialis, lucrum pecuniæ in aliquo opere collocatæ; *egy részvényre jutó társasági nyereség.* Törvt. Msz.

Dividere, (Du C.) testamento disponere; *végrendelkezni.* Decr. Steph. Reg. Hung. I. 2. c. 5: Decrevimus ... ut unus quisque habeat facultatem sua *dividendi,* tribuendi uxori, filiis.

Dividere per Erbas, distinguere sorte divisos agros cespitoso limite; *füvön osztani.* Gazd. tört. szem. I. 226. *dividendo* per jugera seu *Erbas.*

Dividere per ilia, pro Horatiano: lumbos alicui perfringere. Text. v. s. *Secare per medium.*

Divina suffragia, principum rescripta; *fejedelmi irat.* Batty. Leg. T. II. 35: patet *Divina suffragia* appellari Principum resripta, quibus suffragantur Canonibus.

Divinalis, e, (Du C.) divinus, sanctus; *isteni, szent.* Pel. Pom. L. I. P. IV. Art. I. c. II. Primo ex iure *divinali* obligamur salutare benedictam virginem. Serm. Hiem. 14, d.

Divisibilitas, proprietas rei, quæ dividi potest; *oszthatóság.* It. divisibilità. Vern. Psych. 179. Deum bonum! per quot sæcula iam exercuit Philosophos continui *divisibilitas.* Pázm. Dial. 305. Székesf. főgymn. Ért. 1894/5. p. 71.

Divisio, dissensio (Du C. al. s.); *eltérés.* Ljub. Mon. Sl. IV. 25. an. 1350: forte erit *divisio* in aliqua parte aut de situ aut de loco.

Divisio per herbas v. erbas, V. *Distinccio herbalis.*

Divisionabiliter, divisione. (Georges divisibiliter) *osztható módon.* Cod. Dip. And. II. 449., 523.

Divisionale, (Du C.) (Sc. Scriptum) V. *Divisionales.* Kov. Form. St. CXXVIII. *Divisionale* inter Parentem et Liberos ad protonotarium.

Divisionales, litteræ ad divisionem bonorum, rei familiaris pertinentes; *osztálylevél.* Arch. Rák. VIII. 307. Törvt. Msz.

Divisionalia, ium, negotia ad rem familiarem dividendam pertinentia vel litteræ divisionales; *osztályos ügyek.* Thaly Száz. VI. 520.

Divisionalis frater, qui in possessione aliquam partem habet; possessionem inter se dividentes; *osztályos.* G. Fej. I. 161. Quod Paulus et Thomas filii quondam Lamperti, comites consanguinei et *divisionales* fratres.

Divisionaliter, iure dividendi; *osztályképen.* Magy. Tör. Tár. XII. 67. domus *divisionaliter* sibi cessisset. Cod. Dip. Pat. VII. 454. Cod. Dip. de Sztára II. 337.

Divisionarius, 3., ad divisionem pertinens; *elosztó.* Tör. Tár. 1886. p. 627. iure *divisionario.*

Divisive, divisus, divise, dividendo; *elválasztva.* Pázm. Dial. 326. Cod. Dip. And. II. 39., 50.

1. **Divisor,** (Du C.) iudex ordinarius in negotio divisionis; *osztó.* Nagy Jus. Trans. Sax. 179. Ab hoc (foro divisoratus) appellatio datur ad forum magistratus, qui *divisores ordinarii* (divisoratus) sunt in materia divisionis iudices ordinarii, a iudicibus vero ordinariis ad senatum fit appellatio.

2. **Divisor,** alias Decanus, qui proventus Capituli inter eius membra dividendos administrat (Du C. al. sensu); *osztogató* (káptalanban). Kon. Egyh. 303.

Divisoratus, us, officium divisoris, qui alimenta distribuit; *osztó hivatal.* Arch. Ver. Sieb. XXIV. 125.

Divisorius, 3., dividens, unicuique suum tribuens; *osztó.* Pel. De s. Mathia s. I. c. 6. Quæ sors vocatur so rs*divisoria.*

Divisum; *osztott egész.* Vern. Log. 158. Conceptus ille superior, cuius inferiores enumerantur, vocatur *divisum;* inferiores vero dicuntur membra dividentia.

Divisus (frater), qui divisit; *osztályos atyafi.* Kövy. El. 308. *frater divisus* in bonis alterius fratris cum quo divisit ... licet *divisus* improlis moriatur.

Divortiare, (Du C.) conjuges separare; diducere matrimonium; *házastársakat elválasztani.* Nill. Symb. p. 146: Auri sacra fames tantum invaluit apud græci ritus sacerdotes, ut legitima etiam matrimonia ... pro tribus ... florenis ... *divortiarent.*

Divortiatus, 3., divortio discisus, separatus; *elvált (hazasfelek).* Nagy. Jur. Trans. Sax. 39. Legibus enim municipalibus de modo pertractationis substantiæ coniugum *divortiatorum* nihil statuitur.

Doana, æ, (Du C.) ædes, in quibus fiscales reditus, vectigalia, portoria pro mercibus inferuntur; *vámház.* Ljub. Mon. Sl. I. 120.

Doblerius, nummus aureus (Du C. al. s.); *arany.* It. dobla, Ger. Pistole (Münz). Ljub. Mon. Sl. XI. 665. an. 1347.

Docens, doctor, præceptor; *tanító, docens.* Germ. Docent. Leges. Schol. Schem. 39. In classe grammatistarum minorum. *Docens:* Andreas Maresch, conrector.

Docens Linguæ Gallicæ, qui tradit, docet l. G.; *franczia nyelv tanítója.* Pest. Levt.

Docetæ, alias *phantasiastae,* qui verbum tantum in phantasia non vere caro factum esse docebant; *képzelgők.* Nagy Hier.

Dochia, æ, (vox Hunnica), exequiæ; *végtisztelet.* Tör. Tár. 1893. p. 3. Patri mortuo, *dochia* eorum (Hunnorum) lingua vocant, quæ in iustis mortuorum observari apud eos solent.

Docibilis, (Du C.) docilis; *tanulékony.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. V. 106. Nill. Simb. 37. Otia Bachm. 197. Cf. Tertull. Monog. 12. Prisc. p. 1125. P.

Docimasia, æ, gr. δοκιμασία, examen, disquisitio; *vizsgálat.* Otia Bachm. 15.

Docimasta, æ, δοκιμάζω, probator minerarum; *ásványvizsgáló.* Faber. Jur. Met. 40. Penes maiora officia Montana ordinarie præcipui officiales sunt: *Montium Magister,* una *Judex Montanus, Geometra Montanus, Docimasta, Fodinarum Curator* et *Montanus Scriba.* Faber. Jur. Met. 43. *Docimasta.* Investigat erga inviationem Præfectorum fodinalium operum mineras, antequam ad Ustrinam deferantur intuitu valoris earum interni atque erga ordinationem præfecti sibi Officii Montani suscipit perficitque ita dicta officiosa tentamina et probas, ut tam adparatio advectioque minerarum penes fodinalia opera eis adcommodari possint.

Docimasta Ustrinarum, V. *Docimasta.* Nov. Calend. 222.

Docimastica Officina, officina, in qua minera examinantur; *ásványvizsgáló hivatal, műhely.* Nov. Calend. 222.

Docimasticus, 3., investigans, explorans; *vizsgáló.* Opin. in montanisticis F. 2. proba *docimastica.*

Doctiloquus, 3., ad normam Phœbiloquus, loquens docte (Du C. *doctiloquax; tudós társalgású.* Nagy Orod. L. I. 62:

En ego *doctiloqui* pando tibi Nympha re-
[cessus.
Quippe: quod Hungaris in nostræ sua regna
[Sorores
Continua posthac lege tenenda dabunt. Cf. Enn. ap. Varronem L. L. 7, 3. 89. Mart. Capell. 9. p. 305.

Doctinarii, societas, quæ erudiendis pueris in elementis doctrinæ Christianæ vacabat in Italia tempore Pii 4-ti et in Gallia tempore Clementis Octavi papæ; *hitelemző társak.* Nagy Hier.

Doctio, onis, actus, munus docendi (Du C. *doctrina); tanítás.* Nill. Symb. p. 661: Tunc redux Roma Jacobus Aaron assumpsit *doctionem* prædictarum classium. Cf Anecd. Helvet. 75, 26.

Doctor, medicus (Du C. al. s.); *orvos.* Máty. 211. Törvt. Msz.

Doctoralis, doctoris; *doktori.* Kuk. Jur. II. 302. Cum hac occasione SS. et. QQ. illis motivis ducti, ut Eruditi Patriæ huius filii ob defectum requisitarum Expensarum ad aliquam similem Universitatem transire nequeuntes Domi *Laurea doctorali* decorari queant.

Doctoralis gradus, gradus doctoris, alias magistralis gradus; *doktori fok.* Oltv. Act. Synod. 101.

Doctorandus, 3., (Du C.) ad doctoris gradum promovendus; *doktorrá avatandó.* Nagy Hier. Beng. Ann. Er. Cœnob. Cat. Bullam Pontificiam et Diploma Cæsareum pro *doctorandis* bene meritis procuravit.

Doctoratus, us, gradus, munus doctoris; *jeles tudósság, tanárság.* Törvt. Msz. Kass. P. P. I. 178. gradus *doctoratus; bölcselkedési tanárság.*

Doctoratus Philosophicus, laurea philosophiæ; *phil. doktorság.* Tör. Tár. 1888. p. 204.

Doctorice, doctorum autoritate; *sz. atyák, irók tekintélye alapján.* Pel. Pom. L. IV. P. I. Art. 3.: Decimum testimonium legis *doctorice* sive autentice, quia hoc ipsum multorum doctorum sanctorum auctoritas confirmat.

Doctoricus, 3., ad docendi munus pertinens, doctoris; *doktori, tanítói.* Pel. De s. Stephano s. I. c. 5: Deus sublimavit Stephanum in magnas dignitates, tertia est *doctorica.*

Doctrina gustus, Scientia pulchri, Aesthetica; *széptan, eszthética.* Greg. Aesth. 7. Notio Aestheticæ. Brevissime definiri potest, ut Scientia pulchri (Schönheitslehre)... quamobrem non paucis hæc Scientia nuncupatur *Critica* vel *Doctrina gustus* (Geschmakskritik oder Lehre) quæ doceat obiectorum pulchrorum pretium definire.

Doctrinalis, ad doctrinam pertinens; *tan...* It. dottrinale. Cher. Jus. Eccl. I. 93. Hæc est veri Canonum sensus explanatio, quæ authentica, *doctrinalis, usualis* et iudiciaria esse potest.

Doctrix, magistra, præceptrix; *nőtanító.* Ger. Lehrerin. Szilády Irodt. Közl. VI. 3. 379. Cf. Aug. de mar. eccl. cath. 16.

Documentare, documentis, monumentis demonstrare; *oklevelekkel bizonyítani, oktatni.* Törvt. Msz.

Documentum, (Du C. documenta) monumentum scriptum; tabulæ, chartæ, instrumentum, quo rerum ius firmatur; *oklevél, bizonyítólevél, tanúirat.* Törvt. Msz. Wallasz. Præf.

Docuus, doctus, V. *Diacus; iró diák.* Fragm. Chron. Rythm. temp. Ludov. I. Engel: Mon. Ungr. Bécs 1809. p. 49., 51. Ut hoc dictavit *docuus.*

Doga, æ, (Du C. 3.) lamina dolii; *donga.* It. doga. Ljub. Mon. Sl. IV. 51. an. 1362: onus erat *doge* et caseus. Cf. Vopisc. Aurel. 48.

Doganicz bassi, supremus nisorum; *fősolymár.* Tör. Tár. 1892. p. 433.

Dogmaticæ leges, præcepta fidei; *hitágazati törvények.* Törvt. Msz.

Dogmaticismus, dogmatica methodus docendi; *meghatározó tanításmód.* Kass. Jur. Civ. Lex. 18.

Dogmatico-elencticus, 3., præcipiens et refutans, arguens; *tanító és czáfoló tételeket tartalmazó.* Fabó. Monm. Evang. II. 373. libellos nonnullos *dogmatico-elencticos* idiomate bohemico edere constitueram.

Dogmatico-theoreticus, Dogmatico-practicus, Kaprin. Eloq. II. 815. Concio moralis dogmatica est, quæ res ad fidem ac mores hominum pertinentes docet. *Δογματικός* enim idem est latine ac ad dogmata, ad doctrinam, ad præcepta pertinens. 1. *Dogmatico-theoretica,* quæ iure morum ea docet, quæ nostra scire solum et credere interest. 2. *Dogmatico-practica,* quæ docet, quid in re morum agere debeamus.

Dogmatista, æ, dogmata præsertim falsa et erronea disseminans. (Du C.) Carlow. Log. 140. Licet autem etiam *Dogmatista* (nam dogmaticus ab hoc differt) dictatoris more multa præcipiat.

Dogmatizare, (Du C.) docere, dogmata, disseminare; *tanítani.* Haz. Okl. 394. an. 1435: sectam venenosam... promulgatam et *dogmatizatam.* Cf. Augustin. Ep. 57, 8. fin.

Dogmatizatio, disputatio, disquisitio de articulis fidei, interpretatio dogmatum; *vallásczikkezés, vallástételek magyarázása, vitatása.* Fej. Jur. Lib. 43. Burian Blandr. p. 158. Fej. VIII. 3. 307.

Dohana, æ, (Du C.) *doana* q. v. Ljub. Mon. Sl. IV. 111. an. 1376.

Dohanizatio, ab hung. *dohányozás,* actus fumum Nicotianum hauriendi. Bék. Debr. főisk. törvt. 148. ebrietates. *dohanizationes..* ad scholæ officiales delaturum.

Dohannizare, ab hung. *dohányozni,* fumum Nicotianum haurire. Tabak-rauchen. Bék. Debr. főisk. törv. 140. *Neutralistas*... intra et extra scholam *dohannizantes*... manebunt leges.

Dolabrosa Silva, quæ iam securibus cædi, runcari potest; *bárdos erdő, vágásra alkalmas.* Werbőczi 242. Item *Sylva* maior puta *dolabrosa* et glandifera seu sub dolabro et venatione existens ac pro quolibet opere et artificio valens. Cod. Dip. Pat. V. 241., 362. Bék. Pászt. III. 318. an. 1444.

Dolare, potando absumere; *elinni.* Kass. Ench. III. 606. Sodalium Opificum abusus, per quem omnis, superatis Tyrocinii annis ad Sodalitium admovendus, deposita prævie Taxa per Sodales *dolari* (vulgo Hobeln) consveverat, interdicitur. Norm. Ordin. an. 1801. 25. Juny.

Dolator, (Du C.) qui artem dolandi exercet, faber tignarius, materiarius; *ács.* Fej. 1., 393. sutores duo, fabri duo, aurifex unus, *dolatores duo,* molendinarii cum molendinis duo.

Dolatrium, instrumentum dolandi; dolabrum; *bárd.* Száz. XVII. 838. *dolatrio* eloquentiæ levigare.

Doleator, (Du C.) vietor, doliarius; *kádár, bodnár.* Ger. Böttger. Tör. Tár. 1890. p. 380. Kronst. I. 94. Száz. VI. 289.

Doleman, Dolleman, V. *Dolman.* Kronst. I. 481. an. 1527: *doleman, dolleman* s. tunicis.

Dolere super aliquem, alicuius casu dolere; *sajnálni vlkit.* M. Flor. Fontes. II. 185. Erney comes, pacis amator, *doleo super te,* quasi super fratrem meum.

Doliaris philosophus, Diogenes. Ke. Or. Reg. imago. A. 3. cum *doliari philosopho*... Religionis vicos percurrite.

Doliarius, i, *doleator* q. v. Car. Bel. De archioff. A Pincernarum ergo Magistris mandata accipiebant Tunnarii, Butiferi, *Doliarii* et quæ huc pertinuere ministeria reliqua.

Doliator, (Du C.) *doleator* q. v. Tör. Tár. 1889. p. 384. Cod. Ev. I. 25. *doliatores* pro... colligatione vasorum mustum accipere soleant. Mon. Comit. Trans. II. 181.

Dolicapax, significat ætatem, quando puer eligere potest inter bonum et malum, capax fraudis fit; *vétkezni tudó, vétekre hajlandó.* Pel. De Innocentibus s. II. c. 2: Pueri non verentur nudi incedere usquequo dum fiunt *dolicapaces.*

Dolium, (Du C. 4.) cupa maior, lacus vinarius; *bodony, bödöny, döböny, faedény, melyben sajt tartatik.* Törvt. Msz.

Dolman, (turc. dòlâmân), breve vel longum funiculis ornatum amiculum Hungaricum; *dolmány.* Tör. Tár. 1889. p. 379. De uno *dolman* simplici sine subductura.

Dolor caducus, epilepsia, morbus comitialis; *nehéznyavalya, nehézkór.* F. Forg. Comm. 376. Johannes autem tum gravissimo morbo ex dolore colico et *caduco* laborabat.

Dolor punctorius cordis, cardialgia; *szívszúrás.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. 1. p. 192.

Dolorifice, cum dolore; *fájdalmasan.* Bene Med. V. 59.

Dolorificus, 3., (Du C.) dolorem excitans; *fájdalmas.* Bene Med. I. 59. Cod. Evang. T. I. p. 193.

Dolorose, cum dolore (Forc. tantum ad. dolorosus); *fájdalmasan.* G. Fejér. X. I. 511. quam. (sc. declarationem) nobis idem Lucas Præpositus et Domini de Capitulo Budensi fecerunt *dolorose* in præmissis.

Dolorositas, (Du C.) ærumna; *fájdalmas volta, nyomorúság.* Pel. In. parasceve s. II. c. 1. V. s. v. Excrescentia.

Dolus bonus, fraus innocens; *ártatlan fortély.* Törvt. Msz.

Doma, atis, (Du C.) tectum vel atrium, quod non tegitur; *olasztető, siktető.* Nagy Hier. Cf. Hieron. Ep. 106 nro 63; 58 no 11; Vulg. Matth. 10, 27.

Domalis census, 1. habitationis merces, 2. tributum domo in sedes impendendum; *1. házbér, 2. füstpénz.* Törvt. Msz.

Domania, fiscus regius; *koronajavak, fejedelmi jószágok.* G. domaine. Vuch. Jur. Feud. 46. Bona publica relate ad Principem aut destinata sunt necessitatibus Civitatis tolerandis et tunc bona civitatis sensu stricto audiunt, Romanis ærarium, aut ad tuendam dignitatem Principis qua talis eiusve familiæ *Domania,* Romanis Fiscus. Törvt. Msz.

Domanialia bona, *Domanium* V. *Domania.* Par. Páp.

Domatim, (Du C.) per domos; *házról házra.* It. di casa in casa. Ger. von Haus zu Haus. Jogt. Eml. T. III. p. 295: *domatim* fienda visitatione. Pest. Vár. Levt.

1. **Domestica,** æ, (sc. cassa) fundus reform. ecclesiæ; *az országos református egyházi közalap.* Kon. Egyh. 335.

2. **Domestica,** æ, ærarium comitatus; *házi pénztár.* Jókai Rab. R. I. 8. ebből fizettetett hatezer forint a kincstárnak, mint földes uraságnak, kétezer forint a vármegyének a *domesticába.*

Domesticalis, domesticus; *házi, családi.* Cod. Com. Zichy T. I. 188: curis *domesticalibus.*

1. **Domesticare,** (Du C.) habitare, domo uti; *lakni.* Ljub Mon. Sl. IV. 4. an. 1358: qui per aliquod tempus conversaretur et *domesticaretur* in curia nostra.

2. **Domesticare,** domare, mansuefacere; *szelidíteni.* Pel. Serm. . . . Elephas *domesticatus* semper obedit liberanti se Hiem. 31. h., Pasch. 9. h. (Du C.)

Domesticatim, per domos; *házanként.* (Fináły: magánházakban, otthon). Hor. Mem. 25. Cf. Suet. Cæs. 26.

Domestici, V. Commensales 1.

1. **Domesticus,** i, (Du C.) qui proprias sedes habet; dare se ad domesticum: domum ire; *saját ház, saját házába menni.* Georg. Sirm. I. 374: quum neglexerat Rex Ferdinandus eum ad quingentos equos solvere, mensionariam mox deposuit miliciam suam contra Turkos et *se ipsum dedit ad domesticum* ut paterfamilias in Transilvaniam.

2. **Domesticus,** i, bonus civis; *hazafi.* Fjp. Anon. 17. b. vicine nationes . . . confluebant ad ducem Arpad . . . et plurimi hospites facti sunt *domesticj.*

Dometa, fors. idem quod Camelus dromas (Linn.) *dromedar; teve.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 116.

Domicænium, i, cœna domi; *otthon való vacsora.* Verancs. VII. 177. Nos in aula erogamus non corrogamus, cæterum et nostro foco et nostro *domicaenio* gaudemus. Cf. Martial. 5, 78. et 12, 77.

Domicella, æ, (Du C.) herula, filia nobilis; *kisasszony.* Magy. Tör. Tár. V. 230. Arch. Rák. I. 109. VIII. 331. Marc. Chr. I. 88.

Domicellares, seminarii alumni; *kis papok.* Kon. Egyh. 291.

Domicellaris canonicus, (Du C. domicillaris can.) Junior canonicus, cui necdum est ius Capituli; *czímzetes kanonok.* Nagy Hier. Molnár Patv. 48.

1. **Domicellus,** (Du C. 2.) familiaris domesticus; nobilior de familia cardinalium; *házi barát.* Batty. Leg. III. 50. te in *domicellum* et familiarem nostrum . . . benigne recipimus.

2. **Domicellus,** i, (Du C.) dem. a dominus; *úrfi.* Fjp. Szám. 121. an. 1410: interfuit *domicellus.*

Domicilia, orum, suppellectilia; *házi bútor.* Tör. Tár. 1893. p. 26. Fej. IX. 6., 48. Universas res suas et *domicilia* in domo sua existentes memoratus Nicolaus committens delegasset.

Domiciliare, mittere in coloniam, collocare in colonia, domicilium dare; *házasitni, telepitni.* Törvt. Msz.

Domiciliari, habitare; *lakni.* Knauz M. E. Str. I. 29.

Domiciliatio, actus certam sedem ac domicilium parandi; *letelepités, honosítás.* Opin. 1810. de *domiciliatione* . . . Zingarorum.

Domiciliatus, sedem stabilem et domicilium habens; *házas, hajlékos, telepvényes.* Germ. ansässig, sesshaft. Kelem. Inst. Jur. Pr. 448. Qui vero nihil vel tam parum colendum sumpserunt, ut nec unam octavam Sessionis efficiat, Inquilinorum nomine veniunt. Et hi rursus vel suas domos in fundo dominali habent, *domiciliati;* vel non, sed alienas ædes incolunt, et *non-domiciliati* vocitantur. Pfahl. Jus. Geogr. II. 155.

Domicilium suum tenere, habitare, domicilium habere; *lakni.* Reg. Turm. Præt. 39.

Domicilla, V. domicella. Arch. Rák. IX. 140. Illustrissimæ Dominæ Kuklanderianæ cum sua *Domicilla* datur facultas in suo carpento vel vero scheza abscedendi.

Domicillat, pro certa, fixa sede pendens vectigal; *fizetéslakos, telepvényes fizetéslaki személy.* Törvt. Msz.

Domiducus, 3. (Epitheton Deæ tutelaris, quæ domum deducendos sponsum et sponsam tuetur) *jegyesek védője.* Cf. Augustin. Civ. Dei 6, 9; 7, 3. Bocat. Hungar. p. 353:

Publice tradet *Domiduca* Juno,
Hæc breve carmen.

Domificatio, ædificium maiori adnexum, ab eo pendens (Du C.). Kat. Hist. VIII. 327. sive constant in civitatibus seu castris vel villis, seu domibus vel *domificationibus,* iurisdictionibus, dominiis, homagiis etc.

Domigena, æ, (Du C.) vernaculus, indigena; *itthon-, benszületett.* Opin. 1810. de domicil. Zingar. A.

Domina, (Du C. 4.) sunt dominæ nobilium uxores; domina est etiam mulier quævis cf. voc. Ital. «donna» a domina; *úrnő.* Marc. Chr. I. 10., II. 68., II. 98.

Domina Aulica, femina illustris nobilis a regina; *udvari hölgy.* Diar. Com. 30.

Dominalia Beneficia, reditus, fructus domini; *földesúri jövedelem.* Georch. H. T. III. 342. Benkő Top. Misk. 26.

Dominaliter, (Du C.) auctoritate domini; *mint uralkodó.* Sim. Num. 59. Ego Cresimir Stephani Regis Filius Rex Dalm. Croatiæque etc. Regaliter auctorizo, *dominaliter* corroboro. Luc. Regn. Dalm. 97.

Dominatio, (Du C. 1.) dominus, dominium, terra, prædium domini; *uraság, uradalom.* M. Bel. Geogr. 501. Forum Oppidanum in oppidis est, a quo, caussæ dubiæ, in liberis quidem, ad Comitatus vel Communitatis tribunal; in iis vero, quæ *dominationi* subiecta sunt, ad Dominos terræ provocari solent.

Dominatio Vestra, (Du C. 4.) titulus allocutionis. Text. v. s. *Tracta.*

Dominator, dominus, *úr.* Ljub. Mon. Sl. I. 11. an. 1181.

Domini, magnates; *főurak.* Tör. Tár. 1887. p. 99. A *Domini* et *nobiles* közti különbség, melyen a későbbi magyar rendiség s az országgyűlésnek két házban való tanácskozása is alapul, már István idejében létezett.

Domini provinciales, in concilio præsentes magistratus; *a gyűlésben jelenlevő tisztviselők.* Arch. Ver. Sieb. VII. 1., 439. die bei der Versammlung anvesenden Beamten bald *Domini Provinciales,* bald *Domini* Saxones genannt werden.

Domini Saxones, V. *Domini provinciales.*

Dominica ante Rogaciones, *keresztjáró hét előtti vasárnap.* Pesty Ször. III. 66.

Dominica Cantate, a Psalm. 98. qui incipit: Cantate Domino; *negyedik vasárnap husvét után.* Verancs X. 184.

Dominica circumdederunt, (Du C.) dicta ab exordio Missæ, quæ in Septuagesima legitur. An. Sc. 201. an. 1332.

Dominica Estomihi, dies Solis aute jejunia; *bőjt előtti vasárnap.* Cod. Dip. Arp. Cont. III. 27. videlicet die Dominica, qua cantatur «Esto Michi».

Dominica Exaudi, a Psalm. 27. v. 7. nomen diei Solis ante diem Divini Spiritus in terras delapsi memoria venerabilis; *pünkösd előtti vasárnap.* Cod. Dip. Brüss. IV. 196.

Dominica Exsurge, V. Dominica Sexagesimæ, cuius introitus est: *exsurge.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 96. Datum in villa Tek feria secunda post *Dominicam Exsurge . . .*

Dominica in albis, V. *Dominica quasimodo et reminiscere.*

Dominica Invocavit, (Du C.) primus dies solis feriarum esurialium, hebdomadum, quæ anniversarium Christi morientis reviviscentisque memoriam præcurrunt, nomen deduc. a primis verbis carminis sacri, quod est: Invocavit me etc.; *első bőjti vasárnap.* Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 2. Datum in Zechen feria tercia post *dominicam Invocavit.*

Dominica incarnatio, vide s. v. incarnatio: dominicus, a, um ad dominum (Christum) pertinens; *az úr megtestesülése.* S. de Kz. Chr. II. 2., 1.

Dominica Jubilate, V. *Dominica Reminiscere.* Hist. Eccl. Ev. 257. ubi in Synodum in *Dominicam Jubilate* anno 1569. indicendam consentire cogebatur.

Dominica Judica, a versu Psal. 43. qui incipit «Judica me»; *ötödik vasárnap a bőjtben.* Kat. VIII. 205. Etsi vero feria IV. post *dominicam Judica;* seu V. quadragesimæ, hæc promissio facta fuerit. Monm. Comit. Trans. I. 201.

Dominica Lætare, (Du C.) est quarta verni ieiunii, seu Quadragesimæ. An. Sc. I. 63.

Dominica Oculi, a Psalm. 25., 15. *Oculi mei ad Dominum:* Dominica tertia verni ieiunii. Deák Magy. Hölgy. 209. az temetést *ad dominicam oculi,* azaz az jövő márcziusnak 14. napjára halasztottuk. Cod. Dip. Arp. Cont. X. 246. Fej. X. 1. 385. An. Sc. I. 69.

Dominica Parasceve, primus dies Paschæ; *husvét vasárnapja.* Pesty Ször. III. 94.

Dominica Prima Quadragesimæ, huius introitus: *Invocavit me* Quintana etiam dicitur; *körülbelül a negyvenedik nap húsvét előtt.* Cod. Dip. Brüss. Burg. 224.

Dominica Quasimodo, v. *Quasimodo geniti,* v. *Domin. in albis* (stolis) (Du C.) Dominica prima post Pascha; *első vasárnap husvét után.* Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 7.

Dominica Ramispalmarum,

(Du C.) Dom. Palmarum; *virágvasárnap.* Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 195. Cod. Dip. Fam. Com. de Sztára II. 36. Fej. X. 2., 389.

Dominica Reminiscere, a Psalm. 25., 6. Szeredi Rubr. Pars II. p. 14: Causæ pro *Dominica Reminiscere* inchoëntur, et continue judicentur. Ita incipit *Missa,* dominicâ 2dā quadragesimæ. Et quia in Jure nostro sæpe per primas Missarum voces Dominicæ citantur (ut vel hinc æstimationem hujus sacrificii apud Majores nostros conjicias) placet hic simul omnes annotare. Igitur Missa inchoatur Dom. I. Quadrag. *Invocavit.* Dom. 2. Quadrag. *Reminiscere.* Dom. 3. Quadrag. *Oculi.* Dom. 4. Quadrag. *Laetare.* Dom. 5. Quadrag. *Judica.* Dominica 2-da post Pascha *Misericordiae.* Dom. 3. post Pascha *Jubilate.* Dom. 4. post Pascha *Cantate.* Dom. 5. post Pascha *Rogate.* Dom. 6. post Pascha *Exaudi.* Cæteræ Dominicæ non citantur per initia Missarum, sed vel propriis nominibus, ut *Dominica Palmarum, Passionis, in Albis, Septuagesimae, Sexagesimae, Quinquagesimae.* Vel prout distant ab Epiphania Domini aut a Pentecoste e. g. Dominica 2 vel 3 *post Epiphan.* aut *post Pentecosten.*

Dominica Rogationum, a loco Bibliæ, Joh. 16., 14. quinta post Pascha; *menybemenetel előtti vasárnap.* Monm. Comit. Trans. I. 23.

Dominica Sexagesima, dominica secunda ante jeiunium; *hatvanadik nap husvét előtt, második vasárnap bőjt előtt.* Monm. Comit. I. 591. Civitates iterum habuerunt Conventum *Dominica Sexagesima* in Eperjes.

Dominicale, (Du C.) linteum purum, quod in manibus gestabant eucharistiam sumentes fœminæ. Pár. Páp.

Dominicalia Evangelia (totius anni); *vasárnapi evangyeliom.* Can. Ecc. XLI.

Dominicalis, ad dominum pertinens (Du C. al. s.); *urasági.* Schwart. Scult. 103. V. s. v. Laicus.

Dominicalis terra, terra domini terrestris; *urasági föld.* Cod. Arp. Cont. VI. 2. illos quondam prædictos XII. privatos tractus, sicut *dominicalis terra* se ad Paumgartiu ipso lacu adjungit.

Dominicanæ, monachæ ex ordine Dominicanorum; *Domonkos apáczák.* Nagy Hier.

Dominicani, *domokosrendüek.* Cher. Jus. Eccl. II. 46. Notandi sunt 6. Mendicantes Hos inter *a) Dominicani,* qui auctore S. Dominico Canonico regulari, natione Hispano fundati et ab Honorio III. R. P. confirmati in Hungariam venerunt Juxta Sigism. Ferari Com. de Rebus Hung. p. 67. iam A. 1221. Jaurini et Veszpremii sedem fixere *Dominicani.* Not. Rel. II. 82.

Dominicastri monachi, monachi ex ordine dominicanorum; *dominikánusok.* Kronst. II. 359. an. 1534: hospitio exceptus a *dominicastris monachis* et. 379.

Dominice vacantes, Batty. Leg. T. II. 169. (Sæc. XII.) Quatuor Dominice, que hujusmodi jejunia sequuntur, in libro Sacramentorum vacantes pretitulantur eo, quod proprio careant officio.

Dominicum, (Du C.) 1. ecclesia, ædes sacra, 2. sacrificium mysticum, 3. proprietas, qua dominus ad propriam alendam familiam utitur; *1. templom, 2. mise, 3. urszolgálat.* Nagy Hier.

Dominicus, 3., ad dominum terrestrem pertinens vel ad dominum cœlestem sc. Christum; *urasági, úri, Krisztusi.* Schwart. Scult. 82. census dominicus (terragium). Cod. Dip. Arp. Cont. III. 51. Sepulchrum *Dominicum* visitare. Törvt. Msz.

Dominii sedes, tribunal, in quo domini terrestres vel eorum vices gerentes ius dicebant; *úri szék.* Törvt. Msz.

Dominium, (Du C.) territorium castelli; *a vár megyéje.* Száz. XIII. 106.

Dominium directum, perpetua possessio v. ius perpetuum possidendi. V. *Dominium plenum; egyenes birtok, egyenes uradalom, tulajdoni uradalom.* Törvt. Msz. Vuch. Jur. Feud. 67. Illa proprietatis pars, quam dominus directus in feudi constitutione sibi recipit seu, quod eodem redit, iura omnia domino directo ratione feudi competentia appellatione *dominii directi,* des Oberlehnseigenthums, veniunt. Def. bon. p. 11.

Dominium litis, facultas ad litem persequendam; *engedély, képesség perelésre.* Pár. Páp.

Dominium minus plenum, V. Dominium plenum; *nem teljes tulajdon.*

Dominium naturale, regis ipsius ius fundi; *földesúri hatóság, a király közvetlen uralma.* Hajnik Perjog. 24. et 84.

Dominium plenum, *teljes tulajdon.* Pfahl. Jus. Georg. 20., 21. Hinc *dominium* vel est *plenum* (vollständig), dum uni eidemque personæ seu physicæ seu morali omnia iura fundamentalia competunt; vel *minus plenum* (unvollständig), dum hæc iura divisa sunt seu dum uni ius proprietatis i. e. de substantia disponendi seu *dominium directum* (Ober-Grund-Eigenthum), alteri vero ius possessionis et ususfructus id est de consectariis disponendi cum parte tamen proprietatis seu *dominium utile* (Nützungs-Eigenthum) competit.

Dominium terrestrale, ius fundi; *földes uraság.* Ger. Grundobrigkeit. Vect. Gen. 0. 2. §. 96.

Dominium utile, cuius aliquis tantum beneficiarius erat, huic oppositum *dominium directum.* V. *Dominium plenum; haszonvételi birtok, haszonbirtok.* Csaplov. Nucleus p. 90: Sub vocabulo *dominii utilis* intelligitur saltem usus fructus prædii per lignationem, pascuationem, glandinationem et terræ procreationem, non vero educillum, macellum, piscatio, venatio, molendina, aliaque id genus jura regalia. Kol. Am. II. 92. Decr. Andreæ III. an. 1293.

Dominus banderiatus, qui habet suum vexillum et turmam militum; *zászlós úr.* Pfahl. Jus. Georg. X. Ex ordine equestri dignitas *Dominorum Banderiatorum* (Bannerherr, Zászlós úr) originem traxit . . . verum quam alebant armatorum catervam, Banderium, *domini banderiati* distincta ab illa fuit.

Dominus corporis, (Du C. corporalis) superior et capitalis dominus; *a birtoktest birtokosa.* Kövy El. 239. Hinc Curialistas potest *Dominus Corporis* edocta corporeitate (ut in causa Aspermont) stringere ad producendum privilegium vel præscriptionem.

Dominus directus, V. s. v. Feudum.

Dominus feudi, *hűbér úr.* Vuch. Jur. Feud. 2. Omni feudo divisum inest dominium et hinc duæ quoque personæ essentialiter occurrunt utpote: *Dominus Feudi* et Vasallus. Ille, penes quem dominium directum seu ius proprietatis residet, dicitur *Dominus Feudi,* Lehensherr, Ille vero cui dominium utile constituitur sub obligatione præstandæ specialis fidelitatis, *Vasallus,* Lehensmann, Vasall, audit.

Dominus radicalis, prædii possessor a stirpe; *jószágnak gyököse v. gyökös ura.* Törvt. Msz.

Dominus terrestris, D. terræ, fundi; *földes úr.* Kass. P. P. I. 294. Törvt. Msz. Fabó. Monm. Evang. II. 153. Domini terrestres ii adpellantur, qui plenum jus in certam portionem terræ obtinent et, nisi lege impediantur, in ea libere disponunt.

Domitiana interrogatio, *a feleletet magában foglaló kérdés.* Vern. Log. 89. Est nempe *domitiana interrogatio* illa, quæ nullum admittit responsum vel, quia nullum necessarium est eo, quod responsum iam in interrogatione contineatur, vel, quia nullum possibile est eo, quod interrogatio contradictionem contineat.

Domna, Donna, æ, (Du C.) domina; *úrnő.* It. donna. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 28. Luc. Regn. Dalm. 101. Inventæ quoque sunt et personæ, quæ ibidem Deo devotæ adessent servituræ, Inprimis *Domna* Chatena, Nobilissima feminarum, . . . sua cum sorore Stana *Donnaque* Anna et *Donna* Agapis ac *Donna* Vera cum cæteris Deo devotis personis.

Domnicellus, i, (Du C.) herulus; *úrfi.* It. donzello. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 65. Condempnati seu adiudicati fuerunt *Domnicellus,* Drasellus filius Menco de Drasi.

Domnus, (Du C.) ex formula: Cœlestem: *Dominum;* terrestrem dicito: *domnum,* apparet, hanc vocem subordinationem quamdam respectu superioris Domini sc. Dei denotare; *úr.* Nagy Hier.

Domoslia-, mosslia, Dumslija, Thumszlya, pannus Damascenus; *damasz. (sávolyos szövet).* Kronst. II. 184. an. 1530. III. 55., 116., 141., 148., 589.

Domus abluentium, domus lotorum; *ruhamosók háza.* Buny. Vár. tört. II. 326. domos fabrorum, tres cerdonum, duas *abluentium.*

Domus acialis, in acie sita, domus extrema; *sarkon levő ház.* Eszt. Okm. p. 130: *domus acialis* prope portam. Kov. Form. St. 463. Kronst. I. 706.

Domus angularia, in angulo sita; *szögletház, sarokház.* Ger. Eckhaus. Thök. Diar. II. 365. *Domus Angularia* januam simplicem 1.

Domus animarum, animi saluti institutum ptochotrophium; *a lelki üdvösségre szentelt szegényház.* Quel. Sieb. I. 31. sæc. XV.

Domus annonaria, horreum frumenti; *éléstár.* Gall. gardemanger. Ger. Provianthaus. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 292.

Domus armamentaria, armamentarium; *fegyvertár, hadszertár.* Arch. Rák. VIII. 156.

Domus asularum, assulis tecta domus. V. s. *Asulae; zsindelyes ház.*

Domus balnealis, balnearia; *fürdőház.* Kov. Form. St. 415. in medio cis fluvium T. ex opposito *domus* desertæ *Balnealis.*

Domus beneficialis, domus Altariarum; *oltárhivatalház.* Szegedi Rubr. Pars. III. p. 110.

Domus brasices, braxatoria, ædificium cerevisiæ coquendæ; *serfőző.* An. Sc. I. 448. an. 1326. Arch. Rák. VIII. 357.

Domus caffearia, taberna, in qua calda Arabica paratur, venditur; thermopolium; *kávéház.* Fej. Jur. Lib. 401. Reg. Turm. Præt. 36.

Domus castigatoria, ergastulum; *fegyház.* Ger. Zuchthaus. Opin. P. II. Sec. II. Accl. (b) 2. Lzb. Cod. Med. II. 451.

Domus Cœlestis; *égtáj.* Curios. Misc. 85. Primum dividunt Cœlum per Circulos Meridiani et Horizontis in quatuor quadrantes, hosque singulos subdividunt in ternas partes, ope circulorum per puncta sectionis communis Meridiani et Horizontis ductorum, sicque dispescunt Cœlum totum in duodecim partes, quas *Domos Coelestes appellant.* Prima *domus* incipit ab Horizonte ortivo.

Domus comitatensis, domus comitatus; *vármegye háza.* Törvt. Msz.

Domus commeatus vel **frumentaria,** horreum; *magtár.* Száz. XIII. 530.

Domus conflationis, officina metallica; *huta.* Kronst. III. 529: in *domum conflationis* vulgo in die *Hett.*

Domus consulum, curia; *tanácsház.* Fjp. Szám. p. 123. an. 1413.

Domus contumacialis, domus valetudini præstandæ condita; *veszteglőház, vesztegház.* It. quarantana. Gall. quarantaine. Germ. Quarantäne. Kass. Jur. Civ. Lex. 19. Törvt. Msz.

Domus correctoria, d. emendandis malefactoribus; *javító intézet.* Ger. Corrections-Haus. Bene Pol. 177. Georch. H. T. I. 225.

Domus Craticulorum, Derivatum a *crates; sövény, sövényház.* Ger. Haus aus Flechtwerk. Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 12. prout sunt minere qualescunque fuerint crude vel combuste ac omnes reliquias que in fulminatoriis existunt; singula eciam eorundem Instrumenta necnon ea, quæ in *Domibus Craticulorum* continentur, precipue mineram combustam vulgariter lech dictam.

Domus Crematoria, officina, in qua vinum adustum coquitur; *szeszfőző, égető.* Arch. Rák. VIII. 357.

Domus curialis, domus nobilis cuiusdam; *nemesi lakház.* Törvt. Msz.

Domus cusoria, æ, officina monetaria; *pénzverő hely.* Thök. Diar. II. 341. Hæc quoque præmissa, quæ ex argento fuerunt, data sunt ad *domum cusoriam.*

Domus deficientium parochorum, domus debilibus parochis sustentandis; *az erőtelen papoknak menedékháza.* Szirm. Glos. 64.

Domus educillaris, domus, in qua vinum venditur; *bormérés.* Pfahl. Jus. Georg. 110. Numerus Educillorum *(domorum educillarium)* nulla Resolutione generali determinatur.

Domus fiduciaria, domus pignoratitia, hypothecaria; *zálogház.* Törvt. Msz. Szirm. Glos. 86.

Domus fornicea, camera, fornix, taberna; *bolt, sütőház.* Száz. XIII. 532.

Domus Gherver, d. coriarii; *timárház.* Száz. VIII. 606. Cf. Germ. Gerber.

Domus Hospitalis, d. equitum melitensium; *a keresztesek háza.* Magy. Tör. Tár. VI. 240. Nos conventus Cruciferorum *Domus Hospitalis* Beati Regis Stephani de Alba.

Domus iaculatoria, domus ludis iaculatoriis instituta; *lövőház.* Fej. Jur. Lib. 310. Besztb. Lev.

Domus inquilinaris, domus inquilini; *zsellérház.* Székesf. főgymn. Ért. 1894/5. p. 61. in contignitate horti et sacelli est domus *inquilinaris* . . . erga arendam 14. fl. habitat vidua G. F.

Domus Invalidorum, hospitium publicum militum debilium; *rokkantak háza.* Germ. Invalidenhaus. Reg. Turm. Præt. 79.

Domus Irgher, d. pellionis; *irhás ház.* Ger. Kürschners Haus. Száz. VIII. 606. ab Hung. *irha.* Cf. Melich Értek. 1900. XVII. köt. 4. sz. p. 24.

Domus laboratoria, ædificium publicum, in quo homines otiosi in opere faciundo exercentur; *dologház.* Bene Pol. 177.

Domus libræ, domus, in qua merces ponderantur; *mázsáló ház.* Germ. Waghaus. Kronst. I. 602.

Domus Lydia, *Domus probationis* q. v.

Domus medicinaria, taberna medica, officina pharmaceutica; *gyógyszertár.* Thök. Diar. II. 364.

Domus Militie Templi, Domus templariorum; *Szt kereszt vitézek háza.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 160. et fratres Hospitalis Jerosolomitani, *Domus Militie Templi* et quorumcunque Hospitalium sive Domorum.

Domus negotiatoria, taberna, domus mercatoria; *kereskedőház.* Ger. Handlungshaus. Törvt. Msz.

Domus Nonatoria, domus, quo nonæ devehuntur. Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 301. Quare ius habet fruges et animalia connumerandi, ista signandi (megbélyegezni), vina vel racemos legalibus instrumentis (vulgo Akonibus) mensurandi a) non tamen vinicolas ad hoc adstringendi, ut totam procreationem suam ad *domum Nonatoriam* devehant, verum *Nonatores* ad faciem Vinearum exire tenentur.

Domus numeralis, domus tributo pendendo; *ház, mely adóköteles, porta.* Ger. Zahlhaus. Kronst. I. 448. Száz. XV. 621. Szász földön az államadó kivetése a *domus numeralis* arányában történt.

Domus parlamentaria, regni curia; senatus populique conveniendi locus; *országház.* Tör. Tár. 1887. p. 422.

Domus parturientium, lechodochium; domus publice instituta arti obstetriciæ exercendæ; *szülészeti intézet.* Lzb. Cod. Med. III. 828.

Domus pauperum, hospitium pauperum; *szegények háza.* Száz. VIII. 483.

Domus personale, familia; *ház népe.* V. s. v. Furierius.

Domus polentaria, domus hordeo frigendo; *maláta ház.* Ger. Malzhaus. Arch. Rák. VIII. 357. Cubiculum Braxatoris cum Camera; penes illud Culina et *Domus polentariae* pro germinatione hordei madefacti.

Domus ponderatoria, domus ponderibus explorandis; *mázsaház.* Törvt. Msz.

Domus portatilis æstivalis, tentorium æstivale; *nyári sátor.* Opin. 1810. de domiciliatione Zingarorum.

Domus postaria, sedes cursus publici; *pósta (ház).* Rák. Ön. 128.

Domus prætorea Comitatensis, Curia prætorea Comitatensis; *megyeház.* Kass. Prax. I. 34. et hac una cum *Curia Comitatensi* in via regia transenali situantur; ibid. Cura reparationis *Domus praetoreae* et aliorum ædificiorum Comitatensium. ibid. invigilare bono ordini in *Domo praetorea Comitatensi* . . .

Domus probationis, domus, in quo iuvenum mores explorantur. Novitiatus; *próbaház.* Pinx. Apod. p. 97: *domum habent probationis* (das Probier-Haus) simul ac enim quis in Collegio bene informatus recipitur in eorum societatem, in hac Lydia domo prius probatur. Szerdah. Celebr. II. p. 32.

Domus procerum, domus magnatum; *főrendiház.* Ger. Oberhaus. Moln. Patv. 19. In domo *Procerum* præsident duo, nempe a dextris Archi-Episcopus Strigoniensis, Regni Primas, et a sinistris: Palatinus Regni.

Domus professionis, domus novitiorum; *avatandók háza (pap).* Pinx. Apod. p. 97.

Domus pyrobolaria, horreum pulveris pyrii; *lőportár.* Beng. Ann. Erem. Cœnob. 372. quamquam e regione esset prædictæ *pyrobolariae domus,* immune et intactum ab igne perstiterit.

Domus quarterialis, domicilium, ædes; *szállásház.* Germ. Wohnhaus. Törvt. Msz.

Domus regni, An. Sc. II. 279. sæc. XVI. Ecclesia . . . Collegiata . . . in monte S. Martini . . . propter Archivum et Conservatorium etiam hæreticis vocatur *Domus Regni.*

Domus regnicolaris, domus, quo ordines regni conveniunt; *országház.* Diar. Com. 1. Moln. Patv. 21.

Domus religiosa, (Du C.) Monasterium; *szerzetesház.* Diar. Com. II. 91.

Domus satraparia, satraparum, Domus gubernatoris; *kormányzó ház.* Thök. Diar. II. 369. *Domus satraparia* habens januam 1.

Domus senatoria, curia; *tanács-, városház.* An. Sc. I. 92. 1550.

Domus stabalis (a ger. Stab, Stock), carcer; *fenyítőház, fegyenczház.* Germ. Stockhaus. Törvt. Msz.

Domus statuum, *rendek háza.* Moln. Patv. 19. In *domo Statuum* autem (nam licet per Status et Ordines Regni ipsos Prælatos seu Venerabilem Clerum Regni seu verius Ecclesiæ Hungariæ, magnates item et Nobiles nec non civitates intelligamus, hic tamen loquendo, tantum I. Tabulam Regiam Pestiensem, Capitula, Comitatus et Civitates tangimus) præsidet Personalis Præsentiæ Regiæ in Judiciis Locumtenens.

Domus stultorum, morodocheum, hospitium mente captorum; *bolondok háza.* Imre. Phil. 77. Indignum est terram traducere, qua cauponam, in qua alter alteri locum cedit, qua *domum correctoriam,* ubi spiritus delinquentes, uti homines et bruta pro suis sceleribus plectuntur, qua *domum stultorum,* in qua quilibet semet alterumve pervertit.

Domus tavernica, ærarium; *kincstár.* It. tesoreria. Gall. trésorerie. Ger. Schatzkammer. Fej. IV. 2. 393. binas litteras in

tár. Magy. Tör. Tár. XX. 169., 174. *Dorsuale* equitum ex materia Turcica ex auro et argento intermixto texta.

Dorsualis suba, V. Pelliceum; *hátsuba.* Monm. Comit. Trans. II. 178. Si vero tres vulpine pelles pro f. 1. emuntur, debent *dorsualem subam* dare pro f. 9.

Dos legalis, dos legitima, legi conveniens; *az özvegynek kijárandó törvényes házassági jutalom.* Proj. Leg. Civ. 179. Longe aliam considerationem subit *dos legalis,* quæ velut speciali legum privilegio gaudens, non tantum ex aviticis Mariti bonis in defectu adquisitorum semper exolvenda, sed etiam sensu Tit. 103: 1-mae per superinscriptionem ex impignoratis eiusdem iuribus desumi potest.

Dos scripta; *irott, kötött hitbér, irt hitjutalom.* Proj. Leg. Civ. 179. Igitur Regnicolaris Deputatio maritorum complacendi studium per id potius moderandum censuit, ut *dos scripta* semper ex adquisitis mariti exolvi debeat. Törvt. Msz.

Dosum, i, idem ac dorsum, dossum, ex quo Gall. dos, It. dosso derivatur. In nostro codice collem, locum editiorem significat; *hegyhát, domb.* G. Fej. VIII. 1., 52. a meridionali parte ipsius vallis in uno *doso* et sic in eodem *doso* per viam directe versus meridiem tendendo.

Dota, æ, bibliotheca; *könyvtár.* Arch. Ver. Sieb. X. 1. 211. libri... habentur in *dota* apud dominum plebanum.

Dotalista, vidua liberis carens; *gyermektelen özvegy, jószágban ülő özvegy, jegybéres, jegybeli birtokos.* Törvt. Msz. Art. Diæt. Pos. 38. Jogt. Eml. T. 1. p. 59 Werbőczi 193. Postquam tamen maritata nuptaque cuipiam fuerit; tunc ille, ad quem bona et iura possessionaria mariti defuncti, iure hæreditario, successorisque devoluta fuisse dignoscentur; mulierem ipsam, restituta primum eius dote, de eisdem bonis eiiciendi et excludendi plenariam habet auctoritatem. Ubi tamen conditio *Dotalistae* consideranda veniet. Est enim *Dotalista* duplex: Vel Simpliciter talis vel *coaquisitrix.* Et hæc præter Dotem, acquisita sua sive ab hæredibus sive a Fisco iure prætendere potest.

Dotalista coacquisitrix, vidua liberis carens, quæ cum marito bona acquisivit; *közszerzeményes hitbéres, házassági jutalommal biró és egyszersmind közös szerző özvegy.* Törvt. Msz.

Dotalista simplex; *csupán jegyesség jussán álló özvegy, jegybérbeli birtokos, egyszeres hitbéres, puszta házassági jutalommal biró özvegy.* Kövy El. 214. Uxor, quæ in Bonis mariti præter Jus viduale et dotem, summum, præter ratam ex acquisitis mariti mobilibus et pignoribus ante matrimonium partis cum prolibus, æqualem nihil habet quod prætendat, vocatur *Dotalista simplex.* Törvt. Msz.

Dotalisticus, ad dotem pertinens; *jegybéri.* Kövy. El. 116: *dotalistica* summa, *dotalisticae* literæ. Törvt. Msz. Kuk. Jur. III. 119.

1. **Dotalitium,** (Du C.) donatio nuptialis; *nászajándék.* An. Sc. I. 153. an. 1512: ratione *dotalitii* seu donationis Nuptialis. Fej. X. 4. 114. pro *dotalicio* seu desponsacionis dote.

2. **Dotalitium,** (Du C.) provisio mulieribus in virorum proprietatibus; *hiv feleség jutalma, jegykötés, jegyruha.* Törvt. Msz. Jogt. Eml. T. I. p. 26. Georch. H. T. II. 191. Eme deák szó Dos és innét sarjadozott *Dotalitium* magában ajándékot, vagy jutalmat jelent: és valóban az özvegynek járandó Dotalitium nem egyéb magában, hanem a hiv feleségnek jutalma. Noha pedig ezt némely helyeken móringnak nevezik, magyar rámára ütvén ama szót Morgengaabe. Werbőczi 186. Quid sit Dotalitium definitive? et quid Paraffernum? Item super solutione Dotum et rerum paraffernalium id occurrit animadvertendum; quod quanquam Dos (unde *Dotalitium* descendit) ac Donatio et Paraffernum longe differant, nos tamen confuso vocabulo Dotem et Donationem simul permiscentes: *Dotalitium* vel solummodo Dotem dicimus. Quæ uxori propter eius deflorationem et concubitum de bonis mariti datur.

Dotalitium Feudale, *hűbéri jegybér.* Vuch. Jur. Feud. 204. Vidualitium feudale sensu generali acceptum duplex est, *Dotalitium Feudale,* in specie dictum et Vidualitium in specie dictum. Ac primum quidem *Dotalitii* nomine venit, quod vasalli viduæ contemplatione dotis illatæ et in feudi utilitatem versæ alimentorum loco constituitur, *vidualitium* autem vocatur, quod viduæ sine respectu, dotis etiamsi plane indotata fuerit, eum in finem constituitur, ut vitam tolerare commode possit.

Dotalitius, 3., ad dotem pertinens; *adományi, hozományos,* jegybéri. Tör. Tár. 1890. 610. ad bona *dotalitia* et usufructuaria. Kov. Form. St. CVII. *dotalitiae* litteræ. Cod. Com. Zi. V. 323. Kövy. El. 113.

Dotarium, (Du C.) dotalitium, dos; *nászajándék.* Cod. Dip. Arp. V. 166.

Dotatio ecclesiæ, (Du C.) quod ad sarta tecta et clericorum in ea deservientium sustentationem ab ædificatore confertur; *jegyjószágadás* v. *tartást rendelés, egyháznak megajándékoztatása, egyházi jövedelem-rendelés.* Törvt. Msz.

Dotator, donator; *javadalmazó.* It. donatore. Fej. IV. 3. 106. cuius fundator et *dotator* rex Hungariæ proavus noster felicis recordationis miro modo fecit.

Douanarius, i, executor portorii; *vámszedő.* Han. Mon. Jur. II. 267. Cf. *Doanu.*

Drabans, Drabantus, stipator, satelles; *darabont, poroszló, pandur, hajdu, csatlós.* It. trabante. Dip. rel. reip. Rag. 628. Kronst. I. 439., 440., 502. Szamosk IV. 530.

Serio mandat, sed submissa voce
Ut iuvenes accersantur propere
Et *drabanti* iubet adsint repente
Drabanti susurrant cum iuvenibus.

Tör. Tár. 1888. p. 779. Kronst. I. 728. II. 353. an. 1534. etc.

Drabanus, i, satelles, ex Germ. Trab, quod lente currere sign. *ügetni; hajdu, poroszló, pandúr.* Kass. P. P. II. 280. ideo licebit eidem pro custodia civitatis satellites vulgo *drabanos* seu hajdones aut pandurones tot numero, quot necessarii fuerint, uti et tympanitribas constituere. Kass. Jur. Civ. I. 127. Legitime peragetur citatio medio subditi Civitatensis aut *Drabani,* Hajdonis, Aurigæ aut Custodis Civitatensis.

Drachma, quadrans semiunciæ; *nehezék, könting.* It. dramma. Gall. drachme. Ger. Quent, Quentchen, Quentlein. Kecsk. Ötv. 159. Inst. Arithm. 66. Mensuræ Ponder. Apoth. 1 Drachma = 3 Scrupulis Inst. Arithm. 65. 1 Semiuncia = 4 Drachmis. Mensuræ Ponder. Vulgar. Cf. Plin. 21, 34, 109. Rhem. Fann. de Ponder. 17.

Draconarius, (Du C.) Vexillifer, qui fert vexillum, ubi est Draco depictus olim Summum Pontificem comitabantur; *sárkányvitéz.* Nagy Hier.

Draconerus, i; *dragonerus.* q. v. Tör. Tár. 1890. p. 658.

Draga, Arctium Lappa (Linn.); *bojtorján.* Ger. Klette. Schläg. 901.

Draganerus, Draganus, i, *Dragonus* q. v.; *kurtályos, dragonyos, könynyű vasas.* Tör. Tár. 1887. p. 164., 1890. 652: *Draganorum* præsidium.

Dragenthea, herba quædam medicinarum (*τραγακάνθη*); *baktövis.* Germ. Bocksdorn. Pel. Serm. Herba quedam, que dicitur *dragenthea,* quam, ut narratur, Eva comedit et eam sarrere facilitavit. Pasch. 21. d.

Dragentum, vulgo: dracontea, Iris Pseudacorus (Linn.); *sárkányfű.* Ger. Drachenwurz. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 116.

Dragma, glomus, fusus (Du C. al. s.): *cséve, orsó, gombolyag.* Ger. Spule, Spindel. Schläg. 2115.

Dragmaticus, 3., (Du C.) interrogativus, quæstionarius; *kérdező drámai.* Pel. De asc. Dom. s. I. c. 4. Juxta quod in *dragmatico* psalmo dicit.

Dragomannus, Dragomanus, interpres, (ab arab. *tardschumân* e *tardschama,* chald. *targêm:* interpretari); *tolmács.* It. dragomanno. Verancs. III. 50. Tör. Tár. 1889. p. 32.

Dragon, onis, (Du C.) miles eques, thorace munitus miles (a dracone quo ornatum erat manubrium sclopeti minoris ita dicti pistoleti; *kurtályos, könnyű vasas, dragonyos.* It. draco, dragone. Act. et. Doc. Rákóczy 105. I. Beth. Comm. II. 97. Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. VII. 294.

Dragonarus, i. V. Dragon. Tör. Tár. 1888. p. 482. duas companias *dragonarorum.*

Dragoner, is, V. *Dragon.* Tör. Tár. 1891. p. 265. unum Regimen *Dragonerum.* Szilády Tört. Eml. VIII. 280.

Dragonerus, V. *Dragon.* Száz. VII. 24. *Dragoneri* Rabutiniani.

Dragonesius, V. *Dragon:* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. IX. 444. Brandenburgici *Dragonesii* pontem invaserunt.

Dragonus, i, V. *Dragon.* Arch. Rák. IX. 452. Regimen *Dragonorum.* Dip. Alv. II. 233. II. 288. quinque companiæ *dragonorum.*

Dragumanus, (Du C.) V. *Dragomannus.* Nagy Hier.

Drama, sacrificium missæ (Du C. al. s.); *sz. mise.* Fej. X. I. 499. An. Chr. 1389. tunc etenim ministri altaris Dominici dulcia concinunt *dramatis* cantica et divinæ Trinitatis essentiæ pacificas pro peccaminibus populorum offerunt hostias.

Drapier, sericarius negotiator (Du C. drapifer); *selyemkereskedő.* It. drappiere. Ljub. Mon. Sl. XII. 209. an. 1415.

Drapius, 3., ad drapum sive pannum pertinens; *posztó.* Arch. Ver. Sieb. XI. 269. Officinam ferrariam aut *drapiam* civitas nullam habet.

Drapparia, æ, panni species (Du C. al. s.); *kelme;* Rač. Mon. Sl. XIII. 330. an. 1330. *drapparia* . . . laborata in Florentia.

Drapus, i, (Du C.) pannus; *posztó, kelme.* It. drappo. Ljub. Mon. Sl. I. 63: debeas mittere . . . *ysamitum* vel *drapum.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 382. XI. 177.

Drasticus, 3., gr. δραστικός, 1. acer, efficax, 2. mordens; 1. *erős, 2. csipős.* Ger. drastisch. Lzb. Cod. Med. 63. *drastica* purgantia. Száz. VII. 28. *drasticus* humor.

Draubator, prædo; *rabló.* Ljub. Mon. Sl. III. 389. an. 1189: predones seu *draubatores.*

Draucarius, Drauchiarius, Drwcharius, i, auceps regius; *solymár, madarász.* Sup. An. Sc. I. 96. (Nota Bardosyi: Per *Draucarios* Falconarii, seu Regis Aucupes intelliguntur, qui olim in hodierna gremiali possessione *Darótz* vel Dravetz habitant. Fej. IV. 3., 137. V. III. 209. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 424. Száz. VI. 678.

Drawc, mansio; *lakóház.* Cod. Dip. Arp. Cont. VIII. 20. in qua quinque mansiones de populis nostris, qui *drawc* vulgo dicuntur, resident. (Comit. Novi Castri.)

Drebanus, apud. Plin. Drepanis: hirundo aquatica; *fali fecske.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. V. 102. *Drebanus* lacustris, si umbram falconis videat, tanto terrore afficitur.

Drezetia, æ, fors. idem, quod ap. (Du C. Dressorium ex Gall. dressoir): abacus, tabula, ubi vasa reponuntur ad mensæ ministerium; *tálaló asztal.* Ljub. Mon. Sl. II. 420: *drezetiam* de perlis.

Drictura, æ, (Du C.) ius fasque; *jogosság.* Ljub. Mon. Sl. XXI. 322. an. 1450: recedendo a rectitudine, *drictura* et convenientia. V. *Drittura.*

Dridisticus, tributorum exactor V. *Dritum; adószedő.* It. dri(di)stico. Rač. Mon. Sl. VII. 151. an. 1089: hec facta fuerunt in presentia . . . Dragoslavi *dridistici.*

Drittura, æ, via directa, recta, ex Italico: dirittura; *egyenes út.* Cod. Camb. Merc. 8. ne videlicet prima vel secunda deperdita, Remittens in perceptione pecuniæ impediatur, aut vero, ut Prima illico, et a *Drittura* pro acceptatione ad præsentantem expedita, interea Secunda vel Tertia usque ad tempus solutioni præfixum girare et circulare possit.

Dritum, (Du C. drictum) tributum, vectigal; *adó.* Ljub. Mon. Sl. XI. 20. an. 1313: in comissione comitis . . . continetur, quod habere debet *dritum* et raciones comitatus et regalias civitatis.

Drogueria, negotium aromatarium; *fűszerkereskedés.* It. drogheria. Lzb. Cod. Med. T. II. 583.

Drombetarius, buccinator; *trombitás.* Chr. Dubn. 166., 156. Et ecce quidam *drombetarius* portavit literam Lodovici de Tarento.

Drommodarius, *Dromedarius,* laufer (Dief.) a gr. δραμεῖν, currere, cursor; *futó.* (Du C. al. s.) Schläg. 1357.

Dromo, (Du C.) celox, navis cursoria; *gyors hajó.* Rač. Mon. Sl. VII. 251. an. 1598: ibi copiis expositis celocibus, quas vulgo *dromones* appellant, Constantiolam allabitur. Cf. Cod. Justin. 1, 27, 2. Isid. Orig. 19, 1, 14.

Drososcopium, mensuræ roris instrumentum; *harmatmérő.* Wallaszky 320.

Drott, filum ferreum vel argenteum, aureum etc. *drót, huzal.* Ger. Draht. Thök. Diar. II. 378. Unum frænum ex *drótt* fl. 68.

Drubulum, fors. idem quod ap. Du C. brucula: arcula, cista; *ládácska.* Rač. Mon. Sl. XIII. 317. an. 1325: captum, quod dando Menze illa III *drubula* argenti, que sibi dantur per commune ponat in pignore loco cinture, que fuit Vojni, quam I. dedit in pignore Basilio . . . precipiatur ei, quod sub pena . . . *antequam una candela unius follari compleat ardere,* debeat illum exigere ab uxore B. (sajátságos időmeghatározás).

Druda, æ, amasia; *szerető, ágyas.* It. druda. Han. Mon. Jur. II. 152: procedatur contra . . . *druda* vel concubinam secundum penas.

Drugma, V. *Drama.* Fej. X. 4. 172. tunc enim ministri altaris dominici dulcia concinunt *drugmatum* (dramatum) carmina.

Drungus, turma milliaria, globus militum, turma (Du C.); *ezred.* Kol. Am. I. p. 56: Primam aciem, quæ πρόμαχος, id est, propugnatrix dicitur, in tres partes divides, unaquaque parte, sive turma, in tres partes sive *drungos* id est, turmas milliarias divisa. Kuun. Relat. Hung. V. I. p. 194. in ipsa vero pugna aciem omnem, non ut Romani, trifariam partiuntur, sed in diversas turmas milliarias (*drungus* = μοῖρα). Cf. Veget. Mil. 3, 16. Vopisc. Prob. 19.

Drupifer, ossuosos fructus ferens; *csontár.* Gal. droupe. Ger. Steinkernobsttragend. Oszterh. 20. Arbores fructiferæ quatuor generibus continentur 1. Pomiferis, 2. *Drupiferis,* 3. Nuciferis, 4. Bacciferis.

**Dualitas,* dimidia pars; *fele rész.* Szék. Okl. III. 83. Ita et in aliis prescriptis duabus Sedibus duodecim iurati eligantur Quorum *dualitas* de Senioribus, *Dualitas* vero ex communitate ipsa constituantur.

Duana, æ, (Du C.) vectigal, portorium, tributum; *vám.* It. dogana. Gall. douane. Cod. Dip. Arp. Cont. X. 101. solvant et solvere debeant Communi Ancone daciam et *duanam.*

Duanarius, i, publicanus, portitor; *vámszedő.* Gall. douanier. Cod. Dip. Arp. Cont X. 101. ipsi non possint eam discarcare in Ancona, donec non denunciaverint et demonstraverint granam *duanariis* Communis Ancone.

Dubietas, dubium; *kétség.* Haz. Okl. 1. an. 1234. ne super hac vendicione . . . *dubietas* oriatur. Tkal. Mon. Ep. I. 91. an. 1248. Cf. Ammian. 20, 4; Eutrop. 6, 19.

Dubitatio, periculum; *veszély.* Ljub. Mon. Sl. IX. 53. an. 1410: sunt . . . domus de lignamine, que stant cum maxima *dubitatione* ignis.

Duca, æ, Comes castri; *várnagy.* Tör. Tár. 1893. p. 12. Anonym. Belæ r. C. 13. Comes eiusdem castri (Ung), nomine Laborcy, qui in lingua eorum *Duca* vocabatur.

Ducalia gerere, præesse ducatui; *kormány, herczegség élén állani.* Batty. Leg. T. II. 296. an. 1207: quod dedimus Tugurinis, quando *gerebamus Ducalia.*

Ducalis, (Du C.) pertinens ad ducem; *dózse.* Magy. Tör. Tár. XI. 70. Dominium *Ducale* Veneciarum. Cf. Valer. Imp. ap. Vopisc. Aurel. 13.

Ducalis Persona, dux; *vezér.* Anonym. 6. Quartus status iuramenti sic fuit: Ut siquis de posteris eorum infidelis fieret contra *personam ducalem.*

Ducat, Ducatus Hungaricus; *magyar arany.* Sim. Num. 80. Interim maluerunt Hungariæ principes in suis Decretis aureos compellare *Ducatos Hungaricos* et neque congruit principalem monetam a ducatu nominare domi, quem exteri a regno nostro Hungaricum Florenum dicunt. Ceterum de usu huius termini *Ducat* sic ait Cornides. p. 135. In Hungaria *Ducatorum* in Litteris primum, quod sciam, meminit Sigismundus, quo tamen nomine anno adhuc 1430 non aureos nummos, sed vilissimam monetæ speciem designabat.

Ducaten Asse, Sim. Num. 139. Sic enim Carolus M. statuit 20 solidi unam libram, quæ 12 uncias sive 24 loth habeat, efficiant atque adeo solidus erat unum loth, $^1/_5$ iuxta pondus Gallicum. Deinde quod *Ducaten Asse* aliter etiam *Grana* vocentur, qualia Coloniense Quintl habet $62^{13}/_{16}$, Viennense autem $75^3/_8$. Interim *Gran* a *Grän* distingui debent, nam his tantum in pondere auri utimur et quia *Gran* est 95 pars Marcæ, Grän autem 288.

Ducato, onis; ducatus, i, aureus; *arany.* Tör. Tár. 1887. p. 145. tall. uno et tertia parte id est *ducatone* seu florenis duobus Renanis.

1. **Ducatus,** i, (Du C. 4) nummus aureus; *arany.* It. ducato. Dukat. Cod. Dip. Brüss. Burg. 275. Bel. Geog. 433. Sim. Num. 77. Hos, ut ita dicam: Arany-Forintones in Hungaria successu temporis Germani et Slavi Ducatos adpellabant, usu termini hucusque retento i. e. Kremnizer Ducaten, Slavice Kremniczky Dukat. Quod *Kremniciensis* dicatur, mirum non est, nam Kremniczii cuditur, sed quod Ducati nomen habeat, alia est quæstio, neque in Hungaria nata respondendi occasio, neque enim Ducati vocabulo utuntur Hungari in sua dialecto. Duplex ergo in memoriam revocanda est moneta huius nominis, aurea et argentea: et quidem Rogerius Siciliæ Rex iam an. 1140. qui Epocham florenorum in anno 1252 fixam longe antecedit, nummos cudi fecit eosque *Ducatos* adpellavit, verum hæc moneta non tantum aurea non fuit sed ne argentea quidem. V. etiam s. v. Romesinus.

2. **Ducatus,** us; (Du C. 2) dominatus et provincia ducis; *herczegség.* Cod. Dip. Arp. V. 24. Marc. Chr. I. 10. II. 36., 61., 65.

3. **Ducatus,** dux (Du C. al. s.); *vezérlet, vezetés.* Reg. S. Ben. 6. prol. 41. p. Per *ducatum* Evangelii pergamus itinera eius.

Ducatus ungaricus, *magyar arany,* M. Bel. 504. Nummus aureus seu Ducatus duplex est: Hungaricus Cremnitziensis florenos quatuor totidem denarios; *Transilvanicus* tres tantum recipit. Cod. Dip. Alv. II. 232. Pecuniæ vel monetæ valor ita determinatus est, ut aureus nummus vel *ducatus* sive ille sit *ungaricus, belgicus, transylvanicus, imperialis aut caesareus, polonicus* aut alterius christiani Regis vel Principis valeat quatuor florenos hungaricos sive quadringentos nummos vel cruciferos ducentos.

Ducentum, pro: *ducenti.* Frak. Mát. lev. II. 65: ex tribus milibus Turcis vix *ducentum* evaserunt. Cf. Colum. 5, 3, 7.

Ducere, ducem esse; *élén állani.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 2. an. 1419. nobis vir . . . qui *ducit* factum et . . . se obligat ad solucionem pecuniæ.

Ducere filio uxorem, dare; *kiházasítni,* Anonym. 37. tunc Dux Zulta *duxit filio* Tocsun *uxorem.*

Ducere libros, accepti et excepti tabulas conficere, scribere; *könyvet vezetni. Buchfüren.* Opin. P. III. Sec. III. §. 12.

Ducere protocollum, hungarismus, perscribere, in tabulas referre; *vezetni (jegyzőkönyvet).* Germ. führen. Opin. Deput. 41. Super iis demum, quæ ab utrinque adducuntur, ei in probam deservientibus Fassionibus testium *Protocollum duci,* illudque per recapitulationem coram Partibus et respective Testibus authenticari debere.

Ducere vitam, tolerare, sustentare vitam; *életét fentartani.* Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 161. an. 1343: quilibet suam *vitam ducunt* aliqua arte vel magisterio.

Duchna, æ, pulvinus, culcita; *dunyha,* sl. duchna. Tör. Tár. 1889. p. 790.

Duciculus, (Du C.) Epistomii vertibulum, seu paxillus ori epistomii insertus, cuius auxilio olim ex calice Christi sanguinem sacerdotes bibebant; *borcső.* Nagy Hier.

Ducillatio, educillatio, venditio vini; *bormérés* (czégér alatt). Batty. Leg. I. 600. an. 1524.

Ducillum, epistomium; *csap.* Ger. Weinod. Bierhahn. Kov. Form. St. XI.

Plenitudo temporis venite exultemus
Licet ramos arborum calvari videamus
Quamvis promptuaria plena non habemus
Venite omnes Socii fortiter bibamus
Et si nummis careas iubeas taxillum
Fortiter in tabula girare fac illum
Et si sors dederit quod tu vincas illum
Lætus et intrepidus curras ad *ducillum.*

Ducillus, V. Ducillum. Kronst. I. 299.

Ducissa, æ, (Du C.) uxor ducis, dux femina; *herczegnő.* Gall. duchesse. Knauz M. E. Str. I. I. 527. Marc. Chr. II. 65. *ducissa* Rhutenorum. Száz. XXVII. 111.

Ducticius, 3., deducens, abducens; *vezető.* Kronst. II. an. 1527. 32: ad ... adaptationem cannalium *ductilium.* 39: fontes *ducticii.*

Ductile, epistomium; *csap.* Schläg. 1116.

1. **Ductilis,** (Du C.) qui facile regi se patitur, tractabilis; *engedékeny, hajtható.* Magy. Tör. Tár. XXV. 362. equus *ductilis.* End. p. 552. Ladislai III. Libertas an. 1279.

2. **Ductilis,** quod diduci potest; *nyújtható.* S. de Kéza Chr. I. 26: opera *ductilia.* Cf. Plin. 34, 8, 20.

Ductilitas, corporis natura, ex qua trahi, extendi potest; *nyújthatóság.* It. duttilità. Carlow. Log. 154. uti sunt, quæ ducuntur a colore, pelluciditate, spissitate, asperitate aut *ductilitate* etc.

Ductio, idem q. *Ductura* 2. Fjp. Szám. p. 219. pro *ductione* lapidum.

1. **Ductor,** subcenturio; *hadnagy.* Száz. XXIV. 811.

2. **Ductor,** auriga (Du C. al. s.); *kocsis.* Fjp. Szám. p. 509. an. 1440: famulo, *ductori* civitatis.

Ductor librorum, rationum magister, scriba; *könyvvezető.* Ger. Buchhalter. Törvt. Msz.

Ductor Negotiorum, negotiorum curator, procurator; *üzletvezető.* Pest. Vár. Lev.

Ductor Nomenclationis, qui mercatoris nomen gerit; *czégvezető.* Firmaführer. Art. D. 1840. p. 64.

Ductoratus, us, officium ducis; *parancsnokság.* Száz. XX. 346. ad *ductoratum* militiæ nostræ.

1. **Ductura,** æ, constructio. V. s. *Maxella; építés.*

2. **Ductura,** æ, vectura; *fuvarozás.* Fjp. Szám. p. 188. et passim.

Ducturiens, qui ducturus est; *feleségül venni szándékozó.* Boc. Hungar. p. 237. Vetulo, coniuge vix sepultà, aliam *ducturienti.*

1. **Ductus,** us, cursus, directio (ap. Du C. et Fin. alio sensu); *irány.* G. Richtung. Opin. P. IV. Sec. 1. §. 7: designatio *ductus* viarum.

2. **Ductus,** us, longitudo; *hossza vminek* (pl. ruhának). Száz. VI. 366: per totum *ductum.*

Ductus alacres cuniculi, cuniculi subsidiarii; *oldalvájat.* Ger. Nebenstollen. Besztb. Levt.

Duellacio, duellum; *párbajozás.* Georg. Sirm. 1., 57. Et proposuerunt diem *duellacionis.*

Duellare, (Du C. belligerare) in certamen singulare descendere cum aliquo; *párbajt vívni.* Magy. Tört. Eml. XXX. 637. an. 1554. ut cum eo *duellarem, duellabo.* Rák. Ön. 129.

Duellaris, (Du C.) ad duellum pertinens; *párbaji, párbaj* ... Kub. D. Hont. II. p. 288. an. 1379: signum *duellare.*

Duellator, (Du C.) qui singulare certamen suscipit et sustinet, pugil; *párbajt vivó.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 558. XI. 272: Hajnik Perjog 265.

Duelli certamen, certamen singulare, pugna singularis; *bajvivás.* Száz. VII. 212.

Duellum, (Du C. 3.) singulare certamen, quo ambiguæ disceptationes dirimebantur, quæ ordinario iudicio terminari non poterant: ab antiqua forma *duellum* pro bellum; *baj.* Marc. Chr. II. 46. *Duello* confligerent duces eorum. Hajnik Perjog. 259.

Duellum nudatorium, Duellum nudo corpore; *meztelen párbaj.* Kov. Form. St. 8 et sic fit *duellum nudatorium,* utpote in una Camisia et cum uno gladio solummodo.

Duinum, filum lineum duplicatum; *czérna.* Kronst. II. 481 an. 1527: pro *duino* vulgo czwŷrchen.

Dulcacidus, 3., (Du C.) dulcis et acidus gr. *δξύγλυκυς; kesernyés.* Bocat. Hungar. p. 477. Cf. Seren. Sammon. 11, 151. et 32, 607.

Dulcamarus, 3., dulcis et simul amari saporis; *édes-keserű.* Bene Med. I. 189.

Dulcian, Du C. *(Dulciana)* instrumenti musici genus; *édes hangzású síp.* Ger. Ein Register in alten Orgelwerken. Tör. Tár. 1889. p. 607.

Dulcificare, (Du C) dulce reddere, lenire, mitigare; *édesíteni.* Bene Med. I. 132. saccharo *dulcificatur.* Pel. Pom. L. IX. P. 1. Art. III. c. 3. amorem novo modo accendat et *dulcificet.*

Dulcificatio, dulcedo; *édesség.* Pel. Pom. L. II. P. III. Art. c. II. Secunda stella dicitur divina *dulcificatio.* In fest. circ. s. II. c. 6.

Dulcinistæ, (Du C.) V. s. *Beghardi.*

Dulcinium, dulcedo; *édesség.* Magy. Tör. Tár. VI. 242. ut nec zacharo neque aliis *dulciniis* compesci potuerint.

Dulcissona, luscinia; *fülemüle.* Schläg. 1787.

Dulcoratio, V. Dulcificatio (Du C. dulcedo) dulcedo; *édesítés, edesség.* Pel. Pom. In fest. circ. s III. c. 6. Accipio indignus dulcorem sapidæ *dulcorationis.*

Dulcorositas, dulcedo, suavitas; *kellem.* Pel. Pom. L. III. P. II. Art. I. Secunda quæstio utrum beatissima Maria habuit in passione Christi aliquod gaudium mixtum cum dolore, vel aliquam *dulcorositatem* admixtam?

Dulcorosus, 3., (Du C) dulcis; *édes.* Gall. doucereux. Marc. Chr. II. 82. *dulcorosum* mel. Szil. Régi M. költ. I. 383.

Dulcus, 3., pro: dulcis; *édes, szeretett.* Magy. Tört. Eml. XXX. 22. an. 1566. hinc *dulcae* ac in extremam vastitatem redactæ patriæ fideliter ... servire.

Dulia, æ, (Du C.) *δουλεία,* cultus sanctorum, honor; *szentek imádása, tisztelete.* It. dulia Fej. X. I. 403. usque temporis immimentis adultam et provectam ætatem eiusdem explicatis contemplatione sacro regio dyademati jugiter ingentis fidelitatis sincero zelo et eximia *dulia,* toto nisu, adhærendo, ac serenissimis Principibus nostris.

Duliani, (Du C.) gr. *θουλιανοί,* hæretici ex Arrianis, qui Verbum Divinum, non Filium Patris consubstantialem, sed servum esse asserebant; *igeszolgaitók.* Nagy Hier.

Dum, pro: quum; *midőn.* Fjp. Anon. 12. a. *Dum* Tuhutum audivisset a legato.

Dumetosus, 3., dumosus; *tüskés cserjével benőtt.* Tag. Erd. II. 31. an. 1746: terreni silvosi, ... *dumetosi.*

Dumibus, pro: *dumis.* Haz. Okl. 146. an. 1295: supra in *dumibus* quercuum sunt due mete terree.

Duodecima, species tributi; *tizenketted (illeték).* Hor. Mem. 342.

Duodecima manus, id puto de jurantis manu intelligendum coram quinque testibus manus una elevantibus. Han. Mon. Jur. V. I. 10. an. 1265: si carta fuerit patris ... et venerit ad placitum cum ea et probata et iudicata fuerit falsa ... ille, qui duxerit eam, purget se iuramento *duodecima manu* sua, quod cartam illam nescivit esse falsam ... nec *argumentavit* eam per se vel alios.

Duodecimale, (tributi colligendi causa distributio oppidi, civitatis in duodecim partes) huius duodecima pars; *tizenketted.* Quel. Sieb. I. 28. et passim.

Duodecimalia, duodecim partes civitatis; *tizenkettőd.* Ger. zwölftel. Száz. XV. 622. adóügyben a város *duodecimaliákra* osztatott s mindenikben egy-egy adószedő (duodecimator) százszoknál, rendkivüli adó *subsidium.*

Duodecimator, exactor V. s. *duodecimalia; számsz adószedő.* Száz. XV. 622.

Duodena, æ, (Du C. 4.) fasciculus duodecim frustorum; *tuczat.* It. dozzina. Germ. Dutzend. Arch. Rák. VIII. 349.

Duodenarius Cæsarianus, monetæ species; Germ. Kaiser-Groschen, flor. Rhen. pars vicesima. Bel. Geogr. 220.

Duodenarius duplex, monetæ species valoris 30 cruciferorum. Száz. XX. 214. harmincz kr.

Duodenarius Marianus, species

monetæ. Germ. Marien-Groschen, pars Imperialis tricesima sexta. Bel. Geogr. 220.

Duodenarius simplex, monetæ species valoris 15 cruciferorum. Száz. XX. 214. tizenöt krajczárral.

Duodenis, intestinum duodecim transversos digitos longum. Duodenum; *nyombél.* It. duodèno. Schläg. 424. duodemis, kerekes.

Duornich, Duornicius, Duornicus, i, (sl. dvornik) curialis V. Udvornicus; *udvarhoz tartozó.* Rač. Mon. Sl. VII. 128. an. 1080. 168. Ljub. Mon. Sl. I. 220. Luc. Regn. Dalm. 96. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 51.

Dupla, æ, (fors. idem quod diplois) læna duplicata (Du C. al. s.); *felső öltöny.* V. s. *Mesclum.*

Duplare, (Du C.) duplicare; *kettőzni.* Werbőczi 477. eo quod longus ille causarum processus, in quo iuxta antiquorum et prædecessorum nostrorum consuetudinem, Birsagia ac iudicia ipsa sæpe *duplari,* sæpe etiam cum duplo duplato, de uno iuridico termino in alium prorogari consueverant. Cf. Ulp. Dig. 40, 12, 20. Paul. ib. 11, 3, 14. Gaj. ib. 38, 10, 3. Festus p. 51.

Duplatio, actus duplicandi; *ismétlés, kettőzés.* Werbőczi 478. De usu modernorum, ne ista quidem *Duplatio,* contra Partem J. non comparentem, subsistit.

Dupli pœna, alterum tantum; *két annyiban büntetés, kétszeres visszafizetés, kétszeres megtérítés büntetése.* Törvt. Msz.

Duplica, æ, (Du C.) iterata responsio. V. Duplicatio: *másodfelelet.* Gal. replique. Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 101. Cod. Camb. Merc. 97. In Processibus scriptis cuivis parti duo actus seu scripturæ in regula competunt, actori nempe scriptura petitoria, quam sequitur Incatti responsio, hanc porro excipit actoris replica et denique Causam concludit Incatti *duplica.*

Duplicare, (Du C.) bis, iterato respondere; *másodszor felelni, kétszerezni, kettősítni, kétszeresítni, védekezni, viszonozni, feleselni.* Törvt. Msz.

Duplicata, (Du C.) exemplum; *másolat.* Germ. Abschrift. Arch. Rák. VIII. 241. mellyeket (leveleket) azután *sub duplicata* vagy talán *triplicata* is reiteráltam.

Duplicatio, V. Replicatio; iterata responsio; *másodfelelet, viszonválasz, pervédelmi második irás, másodkifogás.* Törvt. Msz. Kass. Jur. Jur. Civ. 152. Si vero Actor ad similem obiectionem aliquid respondeat, responsio talis vocatur Replica vel Replicatio . . . et sic dein responsio quam ad replicationem Actoris I. dat, dicitur *Duplica* vel *Duplicatio.*

Duplicatus, species monetæ; *két krajczár.* Fjp. Szám. p. 77. an. 1386. 500 similas, similam pro *duplicato.*

Duplum, i, exemplum (Du C. al. s.); *másodpéldány, másolat.* Arch. Rák. IX. 466. Törvt. Msz.

Duppla, æ, pannus duplicatus (Du C. al. s.); *kétnyüstös kelme.* Monm. Comit. Trans. V. 195. Ab una pecia veluti *duppla* f. 4. Ab una pecia veluti *dupplae* Turcici f. 5.

Dupplare, duplicare; *kettőzni, duplázni.* It. doppiare. Gall. doubler. Germ. verdoppeln. Fej. X. 3., 201. quod duas partes Judiciorum quindecim marcarum *dupplatos,* cum dupplo *dupplato* eidem Palatino tertiam vero partem sine dupplo persoluturus sit.

Dupplatus, 3., (Du C.) duplicatus; *kétnyüstös, kétrétü.* Tör. Tár. 1888. p. 566. de veluto *dupplato.*

Duppleria lucerna, (Du C. duplerius) funale; *fáklya.* It. doppiere. Batty. Leg. III. 240. an. 1370.

Dupplicata, V. *Duplicata.* Arch. Rák. II. 161. VIII. 240.

Dupplicitas, (Du C.) dubietas, ambiguitas (ab it. doppio: falsus); *kétszinűség, kétkulacsosság.* Rák. Ön. 228. *dupplicitatem* et mendacium. Cod. Dip. Brüss. IV. 86.

Durabilitas, (Du C. diuturnitas) firmitas, soliditas, proprietas rei durabilis; *tartósság.* It. durabilità. Proj. Leg. Civ. 242. Impignoratio . . . a fassione perennali tantum conditione *durabilitatis* differt. Hist. Nat. 29. *durabilitas pellis.* Tör. Tár. 1870. p. 406. Cf. Pallad. 1, 35, 2.

Duracinæ, fructus ossarii; *csontár gyümölcs.* It. Germ. hart und fest (von Früchten). M. Bel. Prodr. 174. Hoc autem fine maxime præcoces *Duracinas,* Bumammas et si quæ sunt genera iucunditate saporis et specie nobilia conferunt. Cf. Cato R. R. 7, 2; Plin. 14, 1, 3 §. 14.

Duracio, onis, stabilitas, perennitas; *tartósság.* Kub. D. Hont. I. p. 275. an. 1376: ob amorem et *duracionem* pacis serena.

Durancia pruna, species pruni; *duránczi szilva.* Verancs. XI. 271. prætera prunorum quoque similiter surculos tantum optimorum omnis generis, signanter tamen grandium illorum *duranciorum,* viridium etiam et oblongorum, quæ Cathalaunica sive Kathalan zylwa vocantur.

Duratio, (Du C.) durities, contumacia; *konokság.* Pázm. Dial. 33.

Duratio litterarum, datum litterarum; *levél kelte.* Germ. das Datum. Pár. Páp.

Durativus, 3., durabilis; *tartós.* Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 110. Volens et edicto regio perpetuo *durativo* statuens, ut. Pel. De S. Matthia s. II. c. 2. malum infinito tempore *durativum.*

Duricordium, (Du C. duricordia) durities cordis; *keményszivüség.* Nagy Hier.

Durindana, æ, machæra acutissima et durissima; *Durinda nevü igen éles kard.* Galeoti. 27. Addunt etiam huic fuisse machæram nomine *Durindanam* ferrum lapidesque secantem (gygas Sarracenus cui nomen erat Ferrans).

Durire, durescere, callum ducere, occallescere; *keménynyé válni; feltörik a kéz.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 116. *durire* de manibus.

Durusta, locus piscationis; *halászóhely.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 514. Item piscatura nomine Wyzesfew cum lapa et cum piscatura Sublug nomine et *durusta,* que iacet sub *durusta* Magistri Athyan, item sub Dudvag: Adam vezy, Borsaw et Eruemlyz cesserunt in partem Stene.

Dusenicus, Duschenicus, Dusinicus, V. s. *Dusnici.* Tör. Tár. 1893. p. 2. Zsigm. Hist. 40. Pfahl. Jus. Georg. LI.

Fatens, qui fatetur; *eladó, valló.* Arch. Rák. IX. 335. Georch. T. II. 479. Proj. Leg. Civ. 231. Quælibet fassio de hæreditatibus Civilibus coram Magistratu aut duobus hoc fine exmissis Senatoribus vel personaliter, præsentibus videlicet *fatente* et *fassionario* vel medio plenipotentiariorum penes specialem ad hunc actum datam iisdem plenipotentialem Constitutionem celebrari debet.

Fateri, (Du C.) loqui; *szólni, beszélni.* Batty. Ger. 41. Salvator turbis nonnisi in parabolis *fatebatur.*

Faterifacere, fatendum curare; *vallomást tétetni.* Szék. Okl. I. 321.
Fatet, inusitatum pro: *fatetur.* Cod. Dipl. Pat. T. I. p. 385: testis domina Ursula ... *fatet.*
Fatiga, æ, (Du C.) fatigium, labor, molestia; *fáradság.* An. Sc. I. 18. an. 1474: iustitia ... sine dolo ... ac in debita *fatiga* administretur. Pel. Serm. Pascha 14. s.: 24. k. S. de Kz. Chr. I. 4., 2.
Fatigativus, 3., (Du C. *fatigosus)* fatigationi idoneus; *fáradságos.* Cod. Dip. And. II. 414., 480.
Fatigiæ, (Du C.) labores, molestiæ; *fáradalom, fáradság, teher.* Samb. Tyrn.
Fatigiosus, fatigatione plenus, operosus; *fáradságos.* Vern. Psych. 214. *fatigiosa* producta.
Fatigium, (Du C.) *fatigiae* q. v. Cod. Com. de Sztára Vol. II. 504. Volentes ... se a maioribus *fatigiis* et expensis precavere... Pel. Pom. In Epiph. s. I. c. 5.
Fauni sicarii, homines silvestres; *erdei emberek.* Thurócz. 45. Quos tandem silvestres homines (quos nonnulli *faunos sicarios*) vocant.
Faunus, (Du C.) hinnulus (a Gallico: *Faon); őz.* S. Benkő. Top. Misk. 1. hinc silvæ *Fauno,* Cervis, Damis, Atagenibus gratæ.
Faussæ Braje, antemurale; *elővéd.* Heyse: Fausse-Braie: Unterwall, Vorgrund eines Schlosses. Curios. Misc. 408. Quid sentiendum sit de *succinctis muralibus* munitionem, *Fausse Braje* dictis. *Faussae Braje* sive *Falsa Braga,* Latine, *antemurale, promurale* vel *succinctus muralis* nuncupatur. Estque lorica ad valli pedem exstructa.
Faustiter, fauste; *szerencsésen.* Schesæi Ruin. Pann. II. 569. *Faustiter* ad Lippam cladis monimenta peractæ.
Faustuosus, fastosus; *kevély.* Chr. Dubn. p. 143.
Fautoratus, us, favor, studium; crimen furibus favendi et furta abscondendi; *bűnczimboraság, orvgazdaság.* Germ. Hehlerei. Cod. de Delict. 343. De *Fautoratu* malefactorum in genere et de *Complicitate. Fautoratus* et occultatio malefactorum est actus, quo hi scienter proteguntur et vindicativæ Justitiæ subtrahuntur. Kass. Jur. Civ. II. 189. Kass. Ench. I. 77.
Fautum, (ap. Du C. faucio) consensus, pactum; *alku, megegyezés.* Fjp. Szám. p. 538. an. 1442. factum est *fautum* pro 400 currubus.
Fauecia, æ, pactum, amicitia (a favere); *egyezség, barátság.* Georg. Sirm, I. 378. Ipsi non senciebant, quod propter duas arces faciebat *faueciam* cum Turcis.
Faventer, benigne, benevole; *kedvezőleg, kegyesen, szívesen.* Rák. Ön. p. 292. I. 23—26. (23—24.): (Ablegatus Hispanicus) ... cum mihi et per me factas propositiones reiterasset, *faventer* exauditus, ... recessit.
Faventissimus, 3., benevolentissimus, benignissimus, carissimus; *nagyon kegyes, nagyon kedves.* Forcellino auctore tantummodo participii ad instar usurpatur. Rák. Ön. p. 208. I. 33—36. (35.): ... intentiones meas Czaro aperui ante abitum ejus velle me interea Gedanum discedere et inde secretum iter Berolinum ad regem Borussiæ mihi *faventissimum* suscipere ...

Favorabilitas, favor; *kedvezés.* Kuk. Jura I. 124: Ducali *favoritabilitate* inclinati. Szék. Okl. I. 72. Fej. VIII. I. 365.
Favorita, æ, qui alicuius favore fruitur; *kegyencz.* Magy. Tör. Tár. XV. 103.
Favorose, (Du C.) cum favore; *kegyesen.* Au. Sc. III. 220. an. 1465: *favorose* inclinati.
Favorosus, 3., (Du C.) favore plenus; *kedvező, jó indulatú.* It. favoroso. Fej. X. I. 221. tamen ut ipse sciat nostram gratiam sibi *favorosam.*
Faxium, (Du C. Faxius) fascia, onus; *csomó.* Germ. Bündel. Ljub. Mon. Sl. II. 304. an. 1345: *faxium* feni.
Fazalus, i, **Fazeolus,** strophium; *kendő.* It. fazzoletto. Ljub. Mon. Sl. V. 239. an. 1334. pro uno *fazalo* furato. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 278.
Febrilis, febri laborans; *hideglelős, lázas.* Pel. De s. Georgio s. IV. c. 4. Natura morbo corrupta *febrili* solet appetere ea... Rák. Ön. 241., 28—30.
Febrire, (Du C.) febri tentari; *lázba esni.* Sim. 87. Si cor *febriat,* quia *similares* in eo sunt partes, ergo ubi similarium est natura, ibi erit causa febris excipiendæ. Cf. Cels. 4., 4., 2.; Colum. 6., 33., 1.; Macrob. Sat. 7., 4.
Fecci, pro: feci, sicut reggere pro: regere, more Italorum duplicatum. Száz. IV. 678.
Fecialis, Heraldus; *hirnök.* Germ. Herold, Staberlherr. Probst. Comitiol. p. 104: *Feciales* trabeati cum caduceo. Ac. Com. Sopr. p. 202.
Fecundatio, imprægnatio; *teherbeejtés.* Pel. Pom. L. I. P. t. Conclusio: Quinta congruentia virginalis *fecundationis.*
Fede, indultus; *engedély.* Lzb. Cod. Med. T. II. 437: absque obtento indultu, Prattica aut *Fede* nuncupato.
Fede sanitatis, literæ valetudinis testes v. tabula integræ valetudinis testis; *egészségi bizonyitvány.* Lzb. Cod. Med. III. 65.
Fedus, i, fœdus, eris; *szövetség.* G. Sirm. 1., 19. Quomodo Rex Mathias fecerit *fedum* cum Cesare Turcarum ad decem annos.
Felaitar, Felaitarus, i, cursor; *fullajtár.* Ger. Vorreiter. Verancs. VII. 16. ecce Cracovia litteræ ab homine amico magna celeritate afferuntur, quibus de his ipsis sedulo admonebar, quæ bis iam *felaitar* indicaverat. Martinus mecum adhuc est, quem de industria mulceo, ut et sui peculiariter et cum *felaitaro* una quandoque collegarum facinoris testes sistantur.
Felba, ab ital. *felpa; gubás bársony.* Germ. Plüsch. Vect. Ref. G. De uua petia *Felba* vulgo Gubás-Bársony.
Felföldismus, genus dicendi in Hungaria superiori usitatum: *felföldi nyelvjárás.* Turkovics Corp. Gram. 706.
Felicitanter, felices reddendo, beando; *boldogitóan.* Pel. de s. Matthæo s. I. c. 2. Deus respicit homines quosdam homines *felicitanter.*
Felicitatio, actus beandi, felicitas; *boldogítás.* Pel. Dom. II. Adv. s. II. c. 2. Quare sic Deus voluit, ratio est: propter beatorum pleniorem *felicitationem.*
Fellicidus, 3., pellicatus dolore cruciatus v. exacerbatus; *elkeseredett.* Chr. Dubn. 154., 143. Et quia invida ideo *fellicida.* Locum supra laudatum pede presso hæc sequuntur: Et honori mariti sui in felle amaritudinis posita invidebat.

Felonia, (Du C.); *hűbéri vétség, hűbérsértés.* Vuch. Jur. Feud. 215. *Felonia* Germanis vocatur Lehensfehler, Longobardis frequentius culpa, derivatur a voce Germanica fehlen, quod idem ac errare, delinquere significat, inde illa corrupta latino germanica vox *felonia.* Sunt etiam qui a latino fel repetant propterea, quod, qui delicta perpetrant, ex felleo plerumque id faciant animo. Alio sensu to *felonia* usurpatur in Anglia, ubi feloniæ nomine veniunt omnia crimina capitalia (homicidia, latrocinia, incendia). Vuch. Jur. Feud. 215. Nexus feudalis solvitur I. ex causa privationis feudi, quod fit per *feloniam.* Est autem *felonia* a) violatio fidelitatis intuitu feudi præstanda. Dividunt eam Doctores in *veram* et *quasifeloniam. Vera* est, quæ committitur a vasallo per violationem officiorum, quæ vasallus domino partim vi contractus et nexus feudalis, partim vi legum feudalium debet: *quasifelonia,* quæ committitur per delictum a vasallo in alias personas, quod vi legum feudalium amissionem feudi tanquam pœnam post se trahit.
Felonia domini, *az úr által elkövetett hűbérsértés.* Vuch. Jur. Feud. 224. Est autem *Felonia domini* violatio fidelitatis, quam dominus debet vasallo.
Feltrum, Filtrum (Du C.) lanæ coactæ, quæ infuso addito aceto ferro resistunt; originem ducit ab angl. *felt,* quod lanam coactam sonat; *szőrruha.* Prot. inq. 266: nec lavabat sibi caput... ita quod capilli sui tenebant se simul ad modum *feltri.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 8.
Felt Sancz, (a Germ. Feld Schanze) munimentum, agger; *erőd.* Tör. Tár. 1891. p. 259. Hoc in loco duobus ab Uivarino distanti milliaribus in uno exiguo *Felt Sancz* sex Musquetarii sunt cum uno decurione, Hungarorum penitus nullus.
Feltwabel, princeps decurionum; *őrmester, strázsamester.* Feldwebel. Száz. XIII. 637. exiverat et profugerat Jaurino quidam *Feltwabel.*
Felvitri, *fémsalak.* It. sale, loppe. Ger. Glasgalle. Vect. Gen. Kk. 2.
Femina villatica, rerum domesticarum administra; proma; *majorosnő.* Wallaszky 327.
1. **Femorale,** (Du C.) braccæ; *nadrág, gatya.* Tör. Tár. 1889. p. 377 una pecia Ezther, unum *femorale.*
2. **Femorale,** vox lubrica et impudica a femore, pretium femoris (Cf. Tibullus, Ovidius: supponere femur); *harisnyapénz.* Kov. Form. St. XI.

Pone quidquid habeas imme-morale
Tunicam camisiam, si quid habes tale
Nam pincerna consumit nec non *femorale*
Venite ergo socii intremus thabernam.

3. **Femorale,** lorica, thorax; *mellvért.* hohmer, vashohmer. Schläg. 568.
Fenestra, æ, ubi venum exponuntur merces (Du C.); *kirakat.* Eszt. Okm. 32. Decr. Ladisl. 1280. singule mansiones fabrorum etc. qui suas *fenestras* habent... dimidium frisaticum debent.
Fenestrare, (Du C.) fenestras facere; *ablakot késziteni.* Brut. Hist. XII. 299., 1. Cf. Plin. 11., 37., 55. Varro L. L. 8., 14., 110. fin. Vitr. 10., 19. med.

Fenestrarius, i, vitrarius (Du C. al. s.); *ablakcsináló.* Pár. Páp.

Fenestrella, fenestella V. s. *Constructorium; ablakocska.*

Fenestrum, pro: *fenestra; ablak.* Magy. Tört. Eml. XXX. 140. an. 1540. intraverunt per *fenestra* ac intrando omnia bona... in prædam converterunt. Arch. Ver. Sieb. X. 351. misi... facere tria *fenestra.*

Fenetile, pratum in quo herba, ex qua fœnum fit, crescit; *szénás.* Fej. VI. 35.

Fenetum, longe discrepat a voce: *fenile;* est enim fenile locus, ubi fenum i. e. herba arefacta asservatur; *fenetum* autem prati est pars illa, in qua herba crescit et post resectionem arida iam in cumulos *(petrencze, boglya,)* congestatur, ut fenum *Fenile* est: *szénapadlás, félszer. Fenetum: kaszáló, szénás* (ad normam: *kukoriczás, dinnyés, szilvás).* Cod. Dip. And. I. 139., 150; I. 89. 96. I. 135., 146. et pass. una cum locis sessionalibus, terris arabilibus cultis et incultis *fenetis,* pascuis pecorum.

Fenetus, 3., Ad pratum vel fenetum pertinens; *szénás.* Fej. V. III. 1., 579. terre arabiles et *fenete* singilatim et distincte debent pertinere.

Fenicillinum, feniculum; *ánizs, olaszkapor.* Schläg. 861. *kömény.*

Fenile, V. s. *Fenetum* (Du C.). Szék. Okl. I. 236. Cod. Dip. Kár. I. 298., 488.

Fenum, fors: Sevum; *faggyú.* Kronst. II. 61. an. 1528: pro tribus talentis *feni* (önsyl).

Feodifirma vel Feudofirma, (Du C.) est tenura terrarum vel tenementorum alicui et hæredibus concessa pro annuo reditu, qui tertiam vel adminus quartam veræ æstimationis æquat, absque aliis servitiis, quam quæ in charta concessionis seu feoffamento exprimuntur; oly telek, mely valakinek és örököseinek azon föltétellel adatott, hogy az évenkinti termésnek harmadát vagy negyedét a föld urának szolgáltassa de más különösen kikötött szolgálattal nem tartozik csak használója. Uj Magy. Muz. III. 199. Si aliquis teneat de nobis *feodifirmam* vel per socagium vel per burgagium.

Feodum, V. Feudum; *hűbér.* Pfahl. Jus Georg. LVI. Allodium vel Alodium opponitur *Feudo* seu *Feodo* et significat stricte terram, quam aliquis non iure feudali sed pleni Dominii possidet. Cod. Dip. Arp. V. 167.

Ferale theatrum, locus extremi supplicii; *halál szinhelye.* Fabó. Monm. Evang. II. 202. quod. an. 1621. unico die XXVII. gloriosi martyres in *ferale theatrum* producti fuerint.

Feralis culter, pegma supplicii mortiferaque securis; *nyaktiló.* Gall. guillotine. Kelem. Hist. Jur. Pr. 462. iniquissimum mortis sententiam recepisset, et collum *ferali cultro (Guillotin)* 21-a eiusdem subdere coactus fuisset.

Feraliter, (Du C.) more ferarum; *vadállati módon.* Fej. IV. 1., 236. Omnia *feraliter* per circuitum exterminando. Marc. Chr. II. 102. Cf. Fulg. Myth. 3., 1. med.

Feralum, (Du C. ferale) lanterna; *lámpás.* Ljub. Mon. Sl. V. 267. an. 1334. dedit... grossos... pro uno *feralo* per custodia fractum.

Ferarium, (Du C.) locus, in quo feræ venaticæ concluduntur; *vadaskert.* Szerdah. Celebr. II. p. 4; Neque *ferarium* amplissimum deerat. Gros. H. Ph. I. 116.

Ferculum Eucharisticum, Monstrantia; *szentségtartó.* It. l'ostensorio. Gall. ostensoir. Germ. Monstranz. Szegedi. Rubr. Pars. II. 134: Præfuit his Comitiis ipse Rex Ferdinandus. Et pro avita gentis Austriacæ pietate, *ferculum Eucharisticum,* festo Theophoriæ per urbis vicos ab Olaho gestatum, singulari veneratione comitatus est.

Feretrum, (Du C.) conditorium, cistella, in qua reliquiæ sacræ reponebantur; *ereklyetartó.* Batty. Leg. I. 398.

Feretrum manuale vel portatile, ferculum; *saraglya.* Ger. Trage. Kronst. III. 461. 528.

Feretrum rotatum, pabo, ferculum rota instructum; *taliga.* Kronst. I. 420., 527.

Feretum, ap. Vergil. Ov. et alios poëtas feretrum, quod est capulus, instrumentum, quo cadavera egeruntur ad sepulturam, vox Græca: *φέρετρον* H. I. instrumentum, quo ægroti vehuntur. Szabó vertit: *zselyeszék.* S. de Kz. Chr. II. 3., 5. Et quamvis plures in *feretis* habentes purpurea lectisternia ægritudine fatigati ducerentur, dimissis *feretis* et lectis purpureis equos ascenderunt... ægroti, qui dimissis *feretis* et lectisterniis in monte Barsunus in equis equitaverunt.

Feriæ, (Du C.) singuli dies hebdomadis dicti. Primus igitur hebdomadis dies Dominicus dicitur; qui post sequitur: secunda feria et deinceps. Marc. Chr. I. pr. *feria tertia.*

Feriæ Corporis Christi, Festum corp. Chr.; *úrnap.* Fabó. Monm. Evang. II. 291. Opifices ad comparanda vexilla et frequentandas processiones in specie *feriis Corporis Christi* adigebantur.

Feriæ decretales, Festi dies decreti; *megszabott, rendelt ünnepek.* Fabó. Monm. Evang. II. 307. *Feriae decretales* a protestantibus celebrentur et eorum artifices sacris obambulationibus intersint.

Feriare libertate, manumittere, libertate donare; *szabadon bocsátani.* End. p. 316: Si quis... servos *libertate feriaverit.*

Feriari, (Du C.) ferias agere, feriatum esse, ab opere servili cessare; *szünetelni.* It. feriare. Fabó Monm. Evang. 157. Præterquam enim quod a publicis studiis non sine præsentissima temporis iactura *feriari* necessum habebat. Cf. Macrob. Somn. Scip. 1., 7. Varro L. L. 6., 3., 55. Hor. Od. 4., 6., 14. Sidon. Ep. 9., 11. med.

Feriatio, laborem interrumpere, intermittere opus; *szünetelés.* Faber. Jur. Met. 112. Opera metallica metallique fodinæ ob graves rationes et impedimenta etiam *feriari* possunt i. e. labor montanisticus in iis penitus longiore etiam tempore intermitti; ad quam *feriationem* tuto suscipiendam a Judicio Montano *Moratorium* expeti et impetrari debet seu indultus laborem ad determinatum aliquod tempus intermittendi.

Feriatio diei Lunæ, cessatio operis die lunæ; *hétföi munkaszünet.* Kass. Ench. II. 62. *Feriatio diei Lunae* Blau-Montag compellatæ sodalibus opificum interdicta. Norm. Ordin. an. 1781. 16. Aug.

Feripeta, æ, prædo ferarum; *vadorzó.* Opin. de Venat. et hinc *feripetae,* qui Venationem illicitam ex professo quasi instituunt.

Ferire, tangere, concernere, pertinere ad (Du C. al. s.); *illetni, vonatkozni.* Száz. VI. 520. Acta successionem comitis Ladislai Csáky *ferientia.*

Feritrophium, vivarium, septum ferarum; *vadaskert.* Art. D. 1840. p. 36.

Fermanum, scriptum mandatum imperatoris Turcarum; *a zultán parancslevele.* Tök. Diar. 587: exceptis eis, quæ requirunt *fermana* vezirii. Szil. Tör. Magy. Eml. II. Függ.

Fermentarii, (Du C. Fermentacei) a latinis per contumeliam appellati græci, quod ex fermentato pane corpus Christi conficerent; *kovászosak.* Nagy Hier.

1. **Fermentatio,** perturbatio, motus; *lázongás.* Ger. Gährung. Ker. Nap. 335.

2. **Fermentatio,** actus fermentandi; *forrás, erjedés.* Vern. Met. II. 26. *fermentationem* cerevisiæ in dolio.

Fernisium, (Du C.) vernix, atramentum tenue; *fénymáz, firnáz.* Ger. Firniss. Vect. Ref. O. De centenario *Fernisii.*

Ferocialiter, ferociter; *vadul, bátran, daczosan.* Fej. V. II. 426. qui in regno nostro ad maiestatem nostræ Serenitatis *ferocialiter* irruendo.

Ferocire, ferocem esse; *dühösködni.* Tör. Tár. 1886., 498. *ferocientis* militiæ cæsareanæ insolentiæ haud tollerabiles. Cf. Festus p. 92. Gell. 1., 11., 2. Tertull. Apol. 5.

Ferragium, (Du C.) stramentum, palea, fenum; *takarmány, abrak.* S. Benkő. Top. Misk. 27. et in recognitionem juris Dominalis præter *ferragium* ex agris et vineis Dominio competens ab uno fundo et cellario annue nonnisi Flor. Rh. 6. solvere teneatur.

Ferramenta formalia, instrumenta ferrea formis excudendis; *alakvéső szerszám, pénznyomó, pénzverő vas.* Numi Hung. 159. Comes Camerae in loco cusionis tenebatur habere duo scrinia, in quorum uno *ferramenta formalia* seu *typaria* monetæ, in altero vero virgulæ pro monetis fusæ sub sigillis ipsius Comitis, Archiepiscopi Strigoniensis et Magistri Tavernicorum (Thesaurarii) asservabantur.

Ferramenta frenalia, instrumenta ferrea ad frœnum pertinentia; *zablához tartozó vas részek.* Kov. Form. St. 450. cornua, nervos, costas, *ferramenta frenalia,* ac alia quævis artes ipsas concernentia.

Ferramenta typaria, V. *Ferramenta formalia.* Numi Hung. 159.

Ferramentum, (Du C.) solea equi ferrea vel deinde quodvis instrumentum ferreum. Schläg. 1299. *patkó.* Kronst. I. 289. Klammer, ansa ferrea, *vas* kapocs.

Ferrare, ferro munire (Du C. al. s.); *megvasalni.* Monum. Comit. Trans. II. 182. Rotam ad kwchy *ferrare* debent pro d. 25.

Ferrarius, ferramentarius; *vasárus.* Tör. Tár. 1889. p. 384. *ferrarii* vulgo wasarossok.

1. **Ferratio,** actus ferro firmandi; *megvasalás.* Fr. Lib. Rt. I. 83. pro *ferratione* currum dati sunt.

2. **Ferratio,** ferruminatio; *összefoglalás, összeillesztés.* Ger. Verkittung. Quel. Sieb. I. 177. an. 1494. pro *ferratione* lapidum pro turri.

Ferrealis, ferreus; *vas.* Arch. Rák. VIII. 315.

Ferrelanus, (ex *ferro* et *lamina* detortum); *sinvas.* Schläg. 1286.

Ferreus, i, ferrum oblatarum, quo scilicet hostiæ ad sacrificium conficiuntur; *ostyasütő.* Száz. XXIV. 342. Item emi duos *ferreos,* super quos pistunt hostias, datis ad ecclesiam S. M.

Ferricalchum, ferri aliquod genus. Pel. Serm. Audivi quod qualiscunque bona arbor plantetur in terra ubi iacent *ferricalcha* vel peripsima, facit semper ibi fructum et boletas tam noxias, quod homo comedendo exinde ad mortem infirmatur. Aest. 19. m.

Ferricudina, æ, fabrica ferraria; *vashámor.* Nov. Calend. 241. D. Pr. Plasch. *Ferricudinae* Curator. Fej. V. Un. 404.

Ferrifaber, faber ferrarius q. v. Bene Pol. 135.

Ferri fodyna, Ferraria, ubi ferrum foditur; *vasbánya.* Cod. Dip. Arp. X. 210 et exerceant opera ipsius *ferri fodyne* efficaciter.

Ferrimentum, i, *ferramentum* q. v. Fjp. Szám. 17. preconi 1. flor pro *ferrimentis.*

1. **Ferrum,** i, (Du C. 1.) equi solea; *patkó.* Monum. Comit. Trans. II. 182. novo *ferro* incalcetur equus.

2. **Ferrum,** *fodratura* quod vide. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 126. Quatuor linteamina lecti auriculare, duo paria hosarum, due male, refacie, *ferra.*

Ferrum candens, V. s. v. *Campio; izzóvas.*

Ferrum ductile, cælum; *korigáló, árrvéső.* Ger. Ciseliereisen. Kecsk. P. Ötv. 156.

Fertál, quarta pars (ab Germ. Viertel); *fertály.* Bék. Pil. II. 306. an. 1578. avenæ metretarum ... dant *fertál* duo.

Ferto, onis (Du C.); *ferton.* Sup. an. Sc. II. 41: Ex Carolini Decreti §. 49 et 54 patet *fertonem* ex voce Germanica *Viertel* ductum, significare *florenum.* Articulus porro 4. 1351. testatur *fertonem* unum sive florenum constituisse *grossos* quatuordecim, quorum nempe quater multiplicatorum grossi quinquaginta sex *Marcam* efficiebant, ac testimonio articuli 43., 1550 majores grossi, ab impressa vero B. M. V. effigie populariter *Mariásgaras* (quos hodie *Marianos* vocamus) dicebantur. Quemadmodum autem florenus ejusmodi in quatuordecim Grossos majores, ita etiam in centum denarios majores, hodiernos quippe Grossos. vel ducentos Denarios minores, hodiernos nimirum *Polturakones* Articulo 48., 1550., 12., 1450. vel denique in quadringentos denarios minimos, *obulorum* nomine venientes exsolvebatur. Fatendum quidem est, prænotatas hodiernarum monetarum species non plane ad assem valori antiquarum illarum respondere, hujus tamen differentiæ ratio e positivis Legibus, Articulis quippe 24. 1547; 14. 1557; 19. 1618; 77. 1622; 35. 1625; 72. 1659 constat, quod nempe vicinarum Provinciarum monetæ non tam solidæ fuerint, adeoque grossi ac denarii ad ligam seu valorem Viennensem reduci debuerint. Kat. Hist. IX. 137. Han. Hist. Eccl. 96. 97. Sim. Num. 43., 58., 60., 61. Samb. Tyrn. Pfahl. Jus Geor. C. Numi Hung. 5.

Fertonalis, ad fertonem pertinens. Sup. An. Sc. I. 184: decima est *fertonalis* pro Episcopo.

Ferunca, æ, ferrea ansa; *záró vasrúd.* Arch. Ver. Sieb. X. 1., 370, Cristanus clausum adiens hostium elevando *feruncam* ipsum aperuit.

Fessenium, auctore Batty. est vox forestica notaretque sylvam, in qua damulæ pariunt, quod ex *foenatione fenemonth* et his similibus colligere licet. Ego contra puto in hac voce latere italicum *festino,* saltatio personata, qua occasione sub larvā vera effigies occultatur. Itaque puto legendum: *Festenium; álarczos játék, tancz.* Batty. Ger. 42. Invenies autem sic cæteros obumbratos, quemadmodum spectabile *Fessenium.*

Festa, æ, (Du C.) festum, sollennitas; *ünnepély.* It. festa. Luc. Regn. Dalm. 248. et ob Regis caroli victoriam Othonisque mariti Johannæ captivitatem magnam *festam* in Jadra factam subdit.

Festa immobilia, V. *Festa mobilia; állandó ünnepnapok.*

Festa Mobilia, *változó ünnepnapok.* Curios Misc. 423. *Festa* rursus alia sunt *Mobilia,* alia *immobilia. Immobilia* sunt, quæ certis anni diebus sunt affixa, licet in alios atque alios hebdomadæ dies incidant, qualia sunt Festa Sanctorum, Festum Nativitatis, Circumcisionis. *Festa mobilia* sunt, quæ, licet eundem hebdomadis diem constanter retineant, aliis tamen annis in alios anni et mensium dies incidunt vel anteriores vel posteriores.

Festa vendere, idem quod *Festivitates vendere.* Batty. Leg. T. II. 197. an. 1109.

Festalis, pro: *fiscalis,* ad fiscum pertinens; *fiskális* Szilády Tör. Magy. Eml. V. 411. Generoso Domino I. Kemeni ... universorum militum campestrium Generali ac *Decimarum festalium* (lege: *fiscalium)* in Transilvania Arendatori.

Festare, (Du C.) diem festum celebrare: *ünnepelni.* Prot. inq. 316: et promisi, si me sanaret, quod ... ieiunarem ... et *festarem* diem eius.

Festatio, pro: *infestatio; zaklatás.* Batty. Leg. I. 411: ut ... ab omni *festatione* tributi quiete viverent.

Festifragium, violatio dierum festorum; *ünnepmegszentségtelenítés.* Germ. Feiertagsbruch. Jogt. Eml. T. III. p. 449: Relatio domini circa commissum ... *festifragium* exhibita est ad sedriam releganda.

Festinate, festinanter; *sietve.* Cod. Dip. Brüss. IV. 181. tanto *festinatius* actorum negotia huc illucque transferri valeant.

Festine, cito, festinando: *hirtelen.* Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 290. mors ... *festine* tradat sepulture.

Festivalis, sollemnis, festus; *ünnepi.* Kov. Form. St. 37. nec non vestes suas *festivales* variis subductas in domo sua afferentes nobis detulerunt. Knauz. M. E. St. 1. 92., 65. Fej. 2., 100.

Festivare, (Du C.) diem festum agere; *ünnepelni.* Pel. Dom. Adv. c. 5. Ecclesia vero eos non *festivat.*

Festivatio, festis celebratis discipuli cautantes adibant fideles ecclesiæ, pro quo officio dona accipiebant. Brezny. 311. Leges-Schol, Schem. 30. Alumni in templo, funerum deductionibus, *festivationibus* et recordationibus, quas ut vocant, operam cantori fidelem præstanto.

Festivitas, (Du C.) Festum, festus dies; *ünnepnap.* Pray. Dext. D. Steph. p. 41. Viennæ itidem excusum, (sc. rituale) eam *festivitatem* sine Rubrica notet. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 153. Cf. Cod. Theod. 15., 6., 3.; Lampr. Alex. Sev. 63.

Festivitas nuptialis, sollemnia nuptiarum, sacrum nuptiale; *nász, lakodalmi ünnep.* Tör. Tár. 1889. p. 456.

Festivitates vendere, (Du C. false: diebus festis vendere) rectius: cum diebus festis simoniam, quæstum exercere; *az ünnep megtartásáért pénzt követelni.* Synod. Strigon. prior. Endlicher I. p. 355: Nullus *festivitates vendere* presumat. Decr. Colomanni Regis I. 2. cap. 43. an. 1099.

Festivus concionator, qui festis diebus pro concione dicit. Wagn.

Festum armorum, vel **reliquiarum,** dies instrumentorum, quibus Christus cruciabatur, memoriæ dedicatus: *a megfeszítési eszközök emlékünnepe.* Knauz. Kor. 253. (sæpe occurrit in antiquis missalibus.)

Festum Asinorum, (Du C.) V. s. *Festum stultorum.*

Festum Assumpcionis sancte Marie, V. *Festum Magnae Dominae.* Endl. 332. Decr. S. Ladisl. an. 1092. nro 39: De sanctarum veneracione festivitatum ... *Festum assumpcionis Sancte Marie.*

Festum beati regis Ladizlai. Tkal. Mon. Civ. Zág. I. 28. an. 1257: in *festo beati regis Ladizlai* sicut sub bulla Aexandri pape quarti emanata pontificatus sui anno tertio continetur, habetur indulgencia unius anni et quadraginta dierum.

Festum decretale, Legis decreto constitutum festum; *törvényszabta ünnep.* Fej. Jur. Lib. 328. Georch. H. T. IV. 84. Kass. Ench. I. 119.

Festum Magnæ Dominæ, F. Beatæ Mariæ Virginis. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. 1. p. 157. assumptio Beatissimæ virginis Mariæ, cuius Patrocinio Regnum Hungariæ hoc festo S. Stephanus Rex Hungariæ moriens dicavit et Leopoldus I. Imperator ac Hungariæ Rex, idem votum renovavit ob idque ab Hungaris *Magnae Dominae Festum* appellatur ac sub hoc titulo Patronæ Hungariæ, Aurei et moneta Hungarica in recognitionem perpetuæ submissionis insignitur.

Festum novem lectionum, (Du C.) inquo novem Lectiones dicuntur in Matutinis, cuiusmodi sunt maiora festa. End. p. 597. Synodus Budensis an. 1279: 63. precipimus ... quod nullus canonicus regularis diebus lune et mercurii carnes in refectorio comedat, nisi *festum novem* fuerit *lectionum.*

Festum Sancti Gerardi, *sz. Gellért ünnepe.* Endl. 332. Decr. S. Ladisl. an. 1092. Nro. 39.

Festum Sancti Hainrici, *sz. Imre napja.* Endl. D. 332. Decr. S. Ladisl. an. 1092. Nro. 39.

Festum Sancti Stephani Regis, celebratur XIII. ante Kal. Septembres in Hungaria. Endl. 332. Decr. S. Ladisl. 1092. Nro. 39.

Festum Soleriorum, fors. festa dies calceamentariorum; *vargák ünnepnapja.* Teutsch. Schulord. I. 59. an. 1598: In *festo soleriorum,* qui erat tertia dies aprilis.

Festum stultorum. Not. rel. II. 127: Reliqui abusus consistebant 1. in *Festo stultorum,* quod Clerici in Germania et Gallia Sæc. 12-mo — 15-um celebrarunt Pontificantem

sibi constituentes, cui Missam celebranti adstiterunt. Sedes Canonicorum occuparunt reliqui in choro farcimina edendo, aut folia tundendo tiburcinabantur. 2. In *Festo asinorum*, quod celebrabatur in memoriam asini, quo Christus in Aegyptum fugiens fuit vectus. Asino exornato insidebat fœmina, infantem in ulnis habens, tum in ecclesiam ducebatur, asinus vero sub Credo et Gloria genuflectens optimo fœno fuit pastus. Hæc in concilio Basiliensi sublata sunt.

Festum tubæ, Ap. Du C. præter multas huius vocis significationes festum tubæ non occurrit: hoc festum proprium fuisse gentis Hungaricæ videtur; *a kürt ünnepe.* Marc. Chr. I. 2. Chr. Dubn. p. 6. in deserto loco ... cum *festum tube* colerent ... in paludes ... deduxerunt. M. Flor. Fontes. II. 104.

Fetans, gravidus, prægnans; *terhes.* Szék. Okl. I. 262: *oves fetantes.*

Fetismus, fetis in Guinea simulacra deorum vel res vi fascinandi præditas signif. inde: adoratio falsarum imaginum, deorum, Idololatria; *bálványimádás.* Kass. Jur. Civ. Lex. 25.

Fetissum, amuletum, præbia, remedia in collis puerorum; *bűékszer.* Nagy Hier.

Fetor, pro: fœtor; *büdösség.* Cod. Dip. arp. Cont. VI. 528. Cupientes igitur *fetorem* de Sanctuario Domini penitus amoveri.

Fetulentus, 3., pro: fætulentus: fastidium creans; *undorító.* Pel. Pom. S. de Temp. Dom. II. Adv. s. I. c. 4. Anima cum reprobis et *fetulentis* mundi reliquiis divisa hæc ab igne descendet.

Feuca, (deriv. a Slav. fajka, quod ex Germ. est ascitum) significat instrumentum ad hauriendum ore fumum aptum; *pipa.* Vern. Psych. 67. Sic e. gr. in tenebris sæpe num ignis in *feuca* contineatur vel extinctus sit, ignoramus.

Feudalis, is, vasallus, cliens; *hűbéres.* Fej. X. 4. 147.

Feudalismus, *hűbérség.* Vuch. Jur. Feud. 24. tunc iam dicendum veniet, *Feudalismum* non tantum orbi antiquo sed et medio et nostro æqua ratione cognitum.

Feudarie, ratione feudi; *hűbérileg.* Fej. VII. 303. quam (possessionem) nunc a cruciferis *feudarie* possidere demonstratur.

Feudarius, vasallus; *hűvéd, hűbérnök, alattvaló.* Vern. Phil. Mor. 392. V. s. v. Feudum.

Feudastrum, abortus feudi; *korcshűbér.* Vuch. Jur. Feud. 31. Dantur multa negotia iuris, quæ cum feudis aliquam similitudinem habere videntur, sed propterea feuda non sunt, verum negotia feudo vicina, vel potius *abortus feudorum, feudastra.* Huc pertinent 1. Romanorum Emphyteusis et Superficies II. Bona Libellaria Italorum, quibus nomen venit a libello seu scriptura ad contractum libellarium necessaria.

Feudatarius, i, idem ac *Feudarius* q. v. Vern. Phil. Mor. 392. Ceterum *feudatarius* seu *vasallus* obligatur iuramentum fidelitatis directo domino præstare. Máty. kir. lev. I. k. p. 385.

Feudatarius Montanisticus, F. Montanus, *bánya hűbéres.* Faber. Jur. Met 79. Per Collationem legitime factam, Mutungatarius, *Feudatarius Montanus,* Berg-Lehnmann, Berg-Lehnträger obiectum, quod mutungavit, *Feudum Montanum* Berg-Lehen efficitur.

Feudatio, actus in feudum dandi; *hűbérbe való adás.* Faber. Jur. Met. 51. Caput III. De *Feudatione* Montanistica. Ex notione Juris Regalis Mineralis consequitur: Reges Hungariæ de mineris et earum Cultura liberam habere disponendi facultatem, deque ea vel ipsos usum capere, vel eam in alios transferre posse.

Feudista, æ, iuris feudalis peritus; *hűbérjogtudós.* Vuch. Jur. Feud. 6. *Jurisprudentia feudalis* sensu obiectivo sumta est complexus obligationum, legum, iuriumque, quæ feuda concernunt; sensu obiectivo denotat scientiam practicam obligationum, legum, iuriumque ... Is vero, qui leges feudales non modo recte interpretari sed species etiam obvenientes iisdem rite adplicare norit, *iuris feudalis peritus, feudista* nuncupatur.

Feudum, Vuch. Jur. Feud. 1. De origine vocabuli *Feudum* inter Doctores non convenit. Aliqui a Germ. *fűden* derivant, quod est pasceri seu alere; unde et fodrum significat *Futter,* ut scilicet Vasallus se ac familiam ex feudo alat. Alii a fœdere, quod inire Dominus cum Vasallo in concessione feudi solebat. Alii a vocabulo Longobardico *feida,* quod hostilitatem et bellum significat, cui respondet. Germ. *Fehde, Fehdebrief;* nam ob belli necessitates feuda potissimum concessa. Alii a literis initialibus iuramenti fidelitatis ... derivant: Fidelis Ero Ubique Domino Vero Meo. Alii quod descendat a prisca Germanorum voce Fee, quæ vox non tantum pecus sed alia quoque bona denotabat et voce *Ode,* quod possessionem seu proprietatem denotat; veteres interpretes feodum scribebant. Compilator Juris Feudalis Long. derivat a *fide* II. F. 3. in fin. *feudum* a fide vel fidelitate dictum; quia fides omni feudo inest: quæ derivatio maxime probabilis esse videtur. Vuch. Jur. Feud. 2. Germanis *feudum* dicitur Lehen, a verbo leihen, lehnen, quod est utendum fruendum aliquid alteri concedere. Ceterum *τὸ feudum* ante seculum X. in Diplomatibus non occurrit; frequentior eius usurpatio reperitur tam in Diplomatibus quam scriptoribus seculi XI. Qui etymologiam vocis feudum fusius deductam legere cupit, consulat: Buri, Erläuterung des in Deutschland üblichen Lehenrechtes, S. 36. Vom Ursprunge und ersten Gebrauche des Wortes «feudum» in Zepernick Samml. auserlesener Abhandl. aus dem Lehenr. Vuch. Jur. Feud. 90. a momento igitur factæ investituræ promittens seu collator obiecti feudalis fit dominus, acceptans vasallus et obiectum sub nexu feudali collatum efficitur *feudum.* Vern. Phil. Mor. 392. *Feudum* vario intelligitur sensu: nam *feudi* nomine venit iam contractus, vi cuius, qui rei suæ immobilis dominium utile, retento dominio directo sub onere fidelitatis in præstandis variis obsequiis exhibendæ alteri concedit; jam ipsum dominium utile; jam res accepta seu *bonum feudale.* Porro Is qui feudum concedit, *dominus directus, infeudans, infeudator* (hű szolgálatért függedelmességgel járó jószágot ajándékozó, Lehnherr) is qui feudum accipit *vasallus, feudarius* (Lehenmann) appellatur.

2. **Feudum,** mensura monticolarum; *bányamérték.* Jurie v. Jur. Met. 84. Funiculus Montanisticus (Berg-Lehen, Berg-Schnur) vocatur etiam *Corda, zona montanistica.* item *Feudum,* estque mensura monticolis solum propria, 7 orgyas montanas complectens; orgya vero montana dividitur in 6 pedes Schemnicienses.

Feudum acquirere, *hűbért megszerezni* Vuch. Jur. Feud. 37. *Feudum acquirere* denotat constitutum ab altero feudum acceptare.

Feudum advocatiæ, *ügyvédleti hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 54. *Feudum Advocatiae Vogteylehen* seu ius protegendi res aut personas determinati loci aut districtus contra quosvis insultus et iniurias. Cui id ius incumbit *Advocatus, Vogt* dicitur. Vigente temporibus ævi medii iure fortioris nihil naturalius fuit quam sibi prospicere de advocatis, qui defensioni rerum iuriumque intenti essent, inde tot species feudorum advocatiæ et advocatorum ita occurrunt: *Advocati Ecclesiarum,* Kirchenvogte, *Advocati Civitatum,* Stadtvogte, immo integri districtus, territoria suos habebant advocatos, Landvogte.

Feudum ædificii, *házhűbér.* Vuch. Jur. Feud. 61. Obiectum feudi potest etiam esse ædificium, inde oritur *feudum aedificii,* Hauslehen. Eius species sunt 1. *feudum aedificii* in specie, quo ædificium habitationi aut aliis usibus œconomicis destinatum in feudum constituitur. II. *Feudum Castri,* Burg- vel Schloslehen, quo castrum in feudum conceditur.

Feudum alienabile; *elidegeníthető hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 183. Quæcunque iure feudali circa alienationem feudi definita habentur ad naturalia feudi pertinent, ac proinde mutari et tolli possunt, tum in ipsa feudi constitutione, tum ex iure particulari curiæ feudalis. Oritur inde *feudum alienabile,* quod absque speciali domini consensu in extraneum alienari potest.

Feudum altaragii, *oltárszolgálati hűbér.* V. *Altaragium.*

Feudum Ambactæ, *szolgálati hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 175. Inter feuda conditionata ratione quorum servitia militaria non præstantur, occurrunt I. *Feuda Ambactae,* Ambachtlehen, a Germanico Ambacht, Amt, officium, Longobardis feuda Gastaldiæ.

Feudum annuæ præstationis, V. *Feudum Censuum.*

Feudum antiquum, *régi hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 119. *Novum feudum, Neulehen,* est, quod a vasallo primum acquisitum est. *Antiquum* est *feudum, Altlehen,* quod olim constitutum vi successionis feudalis in successores feudales devolutum est.

Feudum aperibile, *Feudum aperturae.* Vuch. Jur. Feud. 62. Feudum aperturæ dicitur etiam *Feudum aperibile, receptabile.* In chartis Germanicis occurrunt formulæ ufgebige Häuser, zu offnen Häusern machen.

Feudum Aperturæ, *befogadó hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 61. Huc (feuda ædificii) refertur *feudum aperturae,* Oefnungslehen, quando castrum tenetur sub conditione, ut domino directo semper pateat, si ipse eo se recipere aut præsidium velit imponere ita tamen, ut vassallus ex eo excedere illudque domino reddere haud teneatur.

Feudum Bursale, V. *Feudum de Camera.*

Feudum bursarium, V. s. v. *Feudum equestre.*

Feudum bursaticum, V. s. v. *Feudum Culinare; erszényes hűbér.*

Feudum de Camera, *kamara v. erszényes hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 57. Eorum Feudorum Censuum species sunt I. feudum de Cavena... II. *feudum de Camera* vel *feudum bursale,* Kammer- oder Beutellehen, seu ius determinatam quantitatem redituum ex Camera domini certo anni tempore percipiendi et exigendi.

Feudum Castri, V. *Feudum Aedificii; várhűbér.*

Feudum castri in specie. Vuch. Jur. Feud. 61. Si feudum ad defensionem castri publici constitutum sit, *feudum castri in specie,* Festungslehen, audit.

Feudum de Cavena, *pincze hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 57. Obiectum horum feudorum (Censuum) est ipsum ius annue aliquid percipiendi non autem res, quæ percipitur. Eorum species sunt I. *feudum de Cavena.* Kellerlehen, seu ius certam portionem vini vel cibi ex cella vel penu domini percipiendi.

Feudum Censuale, *jövedelmi hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 58. Eorum (feudorum casuum) species sunt... V. *feuda censualia,* quorum possessores pro constituto in bono immobili feudo, annuum censum præstant.

Feudum Censuum, *évi jövedelmi hűbér.* Ger. Gültenlehen. Vuch. Jur. Fed. 57. Sunt et aliæ nonnullæ feudorum species, quæ a singularibus præstationibus nomen acceperunt, quo referuntur sic dicta *feuda censuum* seu *annuae praestationis,* Rentenlehen, seu *ius determinatos* reditus e re immobili singulis annis percipiendi.

Feudum clypeare, *Feudum nobile q. v.*

Feudum clypeum, *(paizs hűbér) lovagi hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 127. Condescendentia a primo acquirente demonstratur per documenta publica et privata, literas investituræ, reversales, matriculas feudales, tabulas genealogicas etc. Verum ad probandam condescendentiam iure communi non sufficit sola probatio eiusdem nominis, clypei, et insignium, hæc enim saltem demonstrant, quod quis ad certam familiam referatur, sed non probant adhuc, quod primo acquirente originem ducat, potuit enim quis de familia feudum acquirere exclusis familiæ membris, cui itaque titulo hi ius suum succedendi superstruent? excepto si feudum aut toti familiæ aut ad eundem clypeum et insigne fuisset collatum quæ feuda dicuntur *feuda clypea,* Schildlehen, *feuda Gentilitia,* Geschlechtslehen.

Feudum conditionatum, *szerződési-hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 175. Increscente feudorum usu totque ministeriis in feuda conversis, nata sunt servitia non militaria *conventionalia,* ipsaque feuda, *feuda conditionata,* bedingte, bedungene Lehen, a Germanico dingen, pacisci dicta.

Feudum Constituens, *hűbéralapító.* Vuch. Jur. Feud. 27. Feudum constitui dicitur, si dominium utile certæ rei alteri sub nexu feudali conceditur, seu si feudo sua detur existentia. Qui id proprio iure agit, dicitur *feudum constituens.*

Feudum Culinare, *konyha hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 58. Eorum (Feudorum Censuum) species sunt... VI. *feudum culinare,* Kuchellehen, quo vasallo ius tribuitur e determinatis bonis censum in diversis victualibus percipiendi. Vuch. Jud. Feud. 176. Solent etiam feuda constitui sub lege certas præstationes vel singulis annis vel in casibus determinatis domino solvendi, inde non desunt exempla, vasallos servitiorum loco ad præstandum domino iter facienti hospitium et annonam, quod Albergaria, Azung, Corredum, Procuratio dicitur, ad cibum potumque certis temporibus eidem exhibendum, ad solvendum annuum censum pecuniamve in sacco offerendam, ad sistendum equum feudalem obstrictos esse, unde *feuda procurationis, culinaria, censualia, bursatica* similiaque ortum trahunt.

Feudum in curte et extra curtem, *a kurián belül és a kurián kivül való hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 63. Situ differunt *feuda in curte* et *extra curtem,* quæ divisio ex antiqua ratione *curiae* sive *curtis* appellationem traxit. Curtis vero notat curiam s. Prætorium cum area, ædificiis, villa et fundis eo pertinentibus. *Feudum* itaque in *Curte* erat, quum Dominus partem prædii ad Curtem spectantis in Feudum largiretur. *Feudum extra curtem,* quod extra ambitum eius, licet sub districtu sive Jurisdictione Domini esset.

Feudum datum, *adott hűbér.* **oblatum,** *ajánlott hűbér.* **mixtum,** *vegyes hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 62. *Datum Feudum,* gegebenes Lehen, quod constituitur in re, quæ antea solius erat concedentis, *oblatum,* aufgetragenes Lehen, quod constituitur in re novi vasalli propria, seu dum res mea mihi in feudum datur, et ego eandem quasi feudi nomine acceperim, ab altero recognosco. Sed poterit et ita constitui, ut dominus directus non solum rem ipsi oblatam, sed insuper etiam adeoque plus quam ipsi fuerat oblatum, sed sub nexu fidelitatis in alterum transferat et oritur *feudum mixtum.*

Feudum Decimarum, *dézsma hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 55. *Feudum Decimarum* illud audit, quo ius decimandi per certum districtum vel certa prædia conceditur. Ante Concilium Lateranense III. a 1179. nemo dubitavit decimas tam seculares quam ecclesiasticas in feudum constitui posse.

Feudum Ecclesiasticum, *egyházi hűbér.* **Seculare,** *világi hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 45. Si respectus habeatur obiecti *feuda* vel *Ecclesiastica* sunt, quæ in re ecclesiastica vel *Secularia,* quæ in re seculari constituuntur.

Feudum emptitium, *adásvevési hűbér.* V. s. *Feudum gratiae.*

Feudum emptum, *pénzzel szerzett hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 63. Si vero quis feudum a vasallo cum Domini consensu emit, *feudum* erit *emtum,* gekauftes lehen.

Feudum Equestre, *lovag hűbér, leventei hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 170. Servitia a vasallis dominis præstita regulariter erant militaria, quæ vel in expeditione bellica armis et equis vel in defensione alicuius castri consistebant, inde illa servitiorum militarium in equestria et castrensia divisio, indeque origo distinctionis inter *Feuda Equestria,* Ritterlehen, quorum intuitu servitia equestria et *feuda Castrensia,* Burglehen, quorum intuitu servitia castrensia præstantur. Vern: Phil. Mor. 392. Feudorum dein variæ sunt species quarum præcipuas indicasse sufficiat e. g. *feuda equestria* (leventei és erszényi, Ritter- und Beutellehen) nova et antiqua, hæreditaria aut ex pacto et providentia maiorum acquisita; mascula vel fœminea.

Feudum ex pacto et providentia maiorum, *őseredeti hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 118. Successioni feudali quemadmodum naturæ feudorum tam per legem investituræ quam per aliam dispositionem specialem legitimam aliquid addi et detrahi eaque inter eos, qui a primo acquirente originem ducunt, immutari potest in successionem hæreditariam legitimam. Oritur inde illa feudorum distinctio in *feuda ex pacto* et *providentia maiorum,* Stammlehen.

Feudum femininum ex pacto, *női hűbér* (szerződés v. szabadalom szerint). Vuch. Jur. Feud. 115. Dispescuntur communiter a Feudistis in *feuda feminina ex pacto* vel *privilegio,* in quibus feminæ aut vi pacti aut privilegii succedunt et in *feuda feminina propria, feuda feminina per se* talia, hoc est vi legis, *Kunkellehen,* quorum acquisitrix fuit femina.

Feudum femininum promiscuum, *vegyes, közös női hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 116. aut I. feminæ indiscriminatim succedunt cum masculis habita solum ratione proximitatis gradus, nominantur *feuda feminina promiscua, feuda promiscuae successionis* seu *communia,* gemein, durchgehend Lehen, quod feminis ius æquale succedendi cum masculis sit, aut II. feminæ in subsidium tantum vocantur, si nulli supersint masculi, in prima investitura comprehensi, *feuda feminina successiva, subsidiaria* successive, Weiberlehen.

Feudum femininum proprium, V. *Feudum femininum ex pacto; női hűbér* (törvény szerint).

Feudum femininum subsidiarium, V. *Feudum femininum promiscuum; helyettesítő női hűbér.*

Feudum femininum successivum, V. *Feudum femininum promiscuum.*

Feudum fiduciarium, *hitbizományi hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 56. A feudo pignoratitio probe secernendum venit 1. feudum oppignoratum... II. *feudum fiduciarium, wiedergebliches Lehen,* quod ita conceditur, ut idem domino repetenti aut certo tempore aut quandocunque ei placuerit seu gratis seu pro certa pecuniæ summa aliave re.... restituatur.

Feudum francum, *szabad hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 177. Etsi præstatio servitiorum naturalibus proprietatibus feudi adnumeretur, nihil tamen vetat, feudum et ea ratione constitui posse, ne vasallus ad præstanda servitia feudalia obligatus sit, inde orta sunt *feuda franca* seu *honorata, Freye Ehrenlehen,* seu feuda a præstatione servitiorum vi specialis tituli immunia.

Feudum Gastaldiæ, V. *Feudum Ambactae.*

Feudum gentilitium, V. s. *Feudum clypeum; nemzetségi hűbér.*

Feudum gratiæ, *kegyes hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 63. Singularis feudi dati species est *feudum gratiae,* Gnadenlehen, quod scilicet inferiori a superiore mera ex gratia conceditur. Quod si vero titulo oneroso, uti emtione, venditione a Domino in vasallum transferatur, oritur *feudum emptitium,* Kauflehen.

Feudum habitationis, *lakhatási hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 60. *Feudum habitationis,* Wohnungslehen, est quod constituitur in iure habitandi in ædibus domini. Feudum hoc est personale et ex natura servitutis personalis diiudicandum venit, nec ad hæredes transit.

Feudum hæreditarium, *örökletes hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 118. Oritur inde illa feudorum distinctio in feuda ex pacto et providentia majorum, Stammlehen, in quibus obtinet successio feudalis et *feuda haereditaria,* in quibus constituta est successio secundum leges iuris allodialis seu successio hereditaria legitima inter hos, qui a primo acquirente descendunt.

Feudum hæreditarium merum, *tisztán örökletes hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 118. Feudum hæreditarium aut ita comparatum esse potest, ut successio tam intuitu modi succedendi quam personarum succedentium ex toto regulis successionis allodialis accomodata sit, et tunc oritur *feudum haereditarium merum, mere, absolute haereditarium;* aut ita comparatum esse potest, ut successio allodialis saltem in nonnullis obtineat, *feudum* erit *haereditarium* mixtum.

Feudum hæreditarium mixtum, V. *Feudum haereditarium merum; örökletes vegyes hűbér.*

Feudum honoratum, *Feudum francum* ; *tiszteletbeli hűbér.*

Feudum ignobile, V. *Feudum nobile ; nem nemes hűbér.*

Feudum informe, *természetellenes hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 103. Ceterum *feudum* præscriptione constitutum, vulgo *informe,* unförmliches Lehen, unnatürliches Lehen audit, quod investitura feudis regulariter formam dans deficiat, propterea tamen eiusmodi feudum, impropriis accensendum non est.

Feudum Jurisdictionis, *törvényszolgáltatási hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 51. Inter regalia, quæ in feudum dantur, occurrit frequentissime iuris dictio, inde *feuda iurisdictionis. Feudum iurisdictionis* est potestas iudiciaria, a domino directo sub lege fidelitatis alicui concessa. In antiquis chartis venit sub appellatione *comiciae* vel *Advocatiae,* Vogtey, Landgericht.

Feudum Keminatæ, *magánvár megőrzésére szolgáló hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 61. Si feudum ad defensionem Castri Publici constitutum sit, feudum Castri in specie, Festungslehen, audit, si vero in Castro privato, privatæ defensionis causa, *feudum Keminatae* vulgo *Kemnad* dicitur.

Feudum Landsassiacum, (a germ. landsässig); *sajátbirtoki hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 162. Obsequium hoc feudale est singulare neque subiectionem in se involvit : quamquam vasallus alio titulo simul possit esse subditus domini sui et quidem vel ratione personæ vel ratione bonorum feudalium superioritati territoriali obnoxiorum : cuiusmodi *feuda Landsassiaca* vocantur.

Feudum ligium, *egynek lekötött, hűkötelékes hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 173. Feuda talia, intuitu quorum vasallus contra omnes servire tenetur, dicuntur *feuda ligia,* Vasallus vero *ligius* vel *homo absolutus,* vulgo Ledigh Mann, veluti domino absolute et unice obstrictus.

Feudum militare, V. *Feudum nobile ; lovag hűbér.*

Feudum montanisticum, *bánya hűbér.* Juriev Jur. Met. 88. Collatione montanistica legitime peracta, obiectum mutungatum abit in *Feudum montanisticum* (Berg-Lehen) et Mutungans fit *Feudatarius montanisticus* (Berg-Lehen Mann).

Feudum nobile, *nemesi hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 74. *Feudum nobile* seu *militare* vel *clypeare* dicebatur olim, quod viro militari sub obligatione agendæ militiæ datum est ; hodie denotat tale feudum, cui iura nobilitatis realia adnexa sunt, Germanis Ritterlehen, Frey-Schildlehen, Edellehen, Adeliches Lehen, illa vero feuda, quibuscum iura realia nobilitatis nexa non sunt, dicuntur *feuda ignobilia,* Unadeliche Lehen.

Feudum novum, V. s. *Feudum antiquum ; új hűbér.*

Feudum Officii, *tisztségi hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 52. *Feudum Officii,* Amtslehen, illud audit, quo generatim officium infeudatur. Quodsi autem res cum immediata obligatione officium publicum adimplendi copulatum sit, dicitur *Feudum Ambactae,* Ambachtslehen, Longobardis *Feudum Gastaldiae.*

Feudum officii palatinum seu aulicum, *udvartiszti hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 53. Jam temporibus Regum Merovingicorum et Carolingicorum, prodita sunt *feuda officii palatina* seu *aulica* dicta, quæ a ministerio, quod cum iis copulatum erat, diversa sortiebantur nomina.

Feudum oppignoratum, *zálogba adott hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 56. A feudo pignoratitio probe secernendum venit I. *feudum oppignoratum,* verpfändetes Lehen, quod constituit vasallus creditori in securitatem debiti, illud enim constituit dominus.

Feudum palatinum vel **palatii,** *udvari hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 176. In hunc censum veniunt II. *feuda palatina* vel *palatii,* Hof-Lehen, quorum intuitu determinata ministeria aulica debentur, distincta a *feudo officii,* in his ipsum officium datur, in illis datur bonum in feudum sub lege officium exhibendi.

Feudum Patronatus, *kegyúri hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 54. *Feudum Patronatus* seu ius providendi Ecclesias personis aptis ad ministerium sacrum. *Jus Patronatus,* quum nil sacri in se continet, in feudum dari potest et quidem ab illo, qui illud possidet et qui de illo disponere potest, aut ab eo, qui possidet ius, in quo ius patronatus contentum est v. g. Episcopus.

Feudum pecuniarum, *pénzbeli hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 59. *Feudum pecuniarum,* Geldlehen, illud audit, quod constituitur in sorte pecuniaria seu Capitali seu in iure annuos reditus ex ea percipiendi.

Feudum pignoratitium, *zálogi hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 56. Pertinet huc porro *feudum pignoratitium,* quo nomine venit pignus infeudatum, cuius scilicet dominium utile maioris securitatis causa per investituram in creditorem transfertur.

Feudum pœnæ, *büntetésbeli hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 63. Datur et *Feudum poenae,* quod alicui in re sua allodiali ita constituitur, ut in illa utile duntaxat retineat dominium, altera autem dominii parte propter delictum ab ipso admissum pœnæ loco excidat.

Germanibus, pro: *germanis; édes testvér.* Ger. Geschwister. Cod. Zi. T. I. 5. *Germanibus* ipsius donavimus terram.

Germanisare, V. *Germanizare.* Jos. Repr. 8.

Germanisatio, studium propagandi linguam Germanicam; *németesedés, németesités* 1. Székesf. főgymn. Ért. 1894/5. p. 38.

Germanismus, genus dicendi Germanis usitatum; *németes nyelvjárás.* Kazin. Tud. Gyüjt. 1819. 25. Leges Schol. Schem. 43.

Germanista, æ, qui litteris germanicis cognoscendis incumbit; *német nyelvi búvár.* Száz. XI. 859.

Germanitas, (Du C.) fraternitas, titulus, quo sese Episcopi compellare solebant; *testvérséged.* Batty. Ger. 296.

1. **Germanizare**, partes Germanorum sequi, tueri; *a németekkel tartani.* Epist. Proc. P. III. p. 318: ob practicas quorumdam *germanizantium.*

2. **Germanizare**, germanicam linguam propagare studere; *németesiteni.* Tök. Lev. 142.

Germinare, generare, procreare; *nemzeni.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 158. fructus dulcissimos, nam Barones fidelissimos *germinavit.* Cf. Plin. 7., 6., 5.; 30., 11., 30 §. 101.

Germinatio, actus fermentandi; *erjedés, csirázás.* Arch. Rák. VIII. 357. Domus Polentariæ pro *germinatione* hordei madefacti.

Germinativus, 3., germinans; *csirázó.* Nic. de. Mir. 435. vis *germinativa* (plantæ).

Gerocomium, (Du C.) locus, ubi aluntur senes; *aggottak tápháza.* Nagy Hier.

Gerontocomium, (Du C.) V. *Gerocomium.* Pár. Páp. Cf. Cod. Justin. 1., 2., 19.; 22.; 23.

Gerundium, fustis magni ponderis, quo una tantum alterave manu levato, alumni collegii Debrecziniensis in cœtum ita dictorum mechanistarum, (vigilum ad incendiorum casus coërcendos constitutorum) quod munus summopere appetebant, adsciscebantur; *nagy bot, furkós bot.* V. Pesti Hirlap. 1900. márcz. 6. 10. l. Jókai Debr. lun. 60. *hatalmas gerundiumok.*

Gestamen manuum, indumentum manuum (Du C. σκῆπτρον); *a mit a kezén visel.* Schm. de Ins. 18: jam *manuum gestamina* videamus.

Gestare pre oculis, considerare; *szem előtt tartani.* Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 52. *gestantes pre oculis* et in corde, qualiter idem Apa . . . etc.

Gestaticum, i, tributum pro vectura; *vitelbér.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 22. et nullus judex publicus aut exactor nullum theloneum, portaticum, pontaticum, *gestaticum,* quod de ipsis undecumque fiscus accipere consuevit — ullatenus exigere presumat.

Gestatorium, (Du C.) lectica, sæpe pro feretro usurpatur, in quo Sanctorum reliquiæ iacent; *vivő eszköz.* Nagy Hier.

Gestor, negotiorum curator (Du C. al. s.); *ügyvivő.* Ger. Geschäftsträger. An. Sc. I. 151. an. 1512: Oratores et *Gestores.* Cf. Scæv. Dig. 49., 1., 24.

Gestulator, gesticulator: ioculator (Dief.); *tombás, tánczos.* It. giocolatore. Ger. Gaukler. Schläg. 2007.

Gestum, (Du C.) procuratio hospitis; *vendéglátás.* Ljub. Mon. Sl. I. 44. an. 1227: debet rescodere de bannis XVIII *gesti.*

Getum, fors. locus, in quo *aes* purgatur; officina operum fusorum; *finomitó hely, öntőműhely.* It. getto. Ljub. Mon. Sl. I. 435. quod de omnibus raminibus, que ponentur in *geto* communis . . . solvi debeat pro *affinatura.* IV. 20. an. 1360.

Ghera, æ, species piscis; Han. Mon. Jur. P. I. 203: pisces . . . vendunt . . . libram *gherarum* . . . soldis quatuor.

Gheusius, i, pauper; *szegény.* Gal. gueux. F. Forg. Comm. 387. et respondisset, esse *gheusium,* quod significat *pauperem,* arrepto vocabulo ad novitatem rei omnes novæ religionis homines deinceps *Gheusii* vocarentur, quemadmodum in Francia Hugonotti.

Giallus, 3., (Du C.) helvus, flavus; *sárga.* It. giallo. Ljub. Mon. Sl. XI. 212. an. 1346. litteram . . . cum zera *gialla, sirizo* et bombice ibi apposita. Száz. XV. 227.

Gialnisco, (Du C.) generosus, Neapolitanus equus; *nemes nápolyi mén.* Samb. in Gloss. ad leges Hungaricas *un Genest de Neaples, d'Espagne.*

Gianicerus, i, V. *Janicerus.* Thök. Diar. 490. quia Adrianopoli non reperierunt nullam personam Vestræ Celsitudinis, ad quas manus potuissent ipsas præsentari, quia ipsos *Gianiceros* etiam invigilabant.

Gibbositas, (Du C.) deformitas, tumor in dorso; *púposság.* Bene Med. IV. 116.

Gienelogia, genealogia. Kol. Cod. 43.

Gigliatus, i, (Du C.). ab it. gigliato, i. e. lilio signatus aureus. De origine variant sententiæ inter doctos. V. *Zechini.* Sim. Num. 34. sic enim adparebit quanta sit inter *Gigliatos, Zechinos* et *Kremniczienses* differentia.

Giharlog, pedes; pedites, ordo Siculorum, cui opponuntur primores, potiores, primipili vel Loofew; *gyalog* (székely). Szék. Okl. I. 1.

Gimnobrachmona, æ, Sophistes Indiæ; *indiai bölcs.* Galeoti. 85. Fuit autem Buda (ut testatur beatus Hieronymus) princeps doctrinæ apud Sophistas Indiæ, quos *Gimnobrachmonas* vocitant.

Ginecium, (γυναικεῖον) cubile mulierum; *női lakosztály.* Verancs. VIII. 30. Statui in pristinam formam hæc tria officia in duo revocare totque *gineciis* valedicere.

Ginnasium, pro: «gymnasium», more Italorum pronunciatum. An. Brand. 139.

Giornale, diarium; *napló.* It. giornale. Cod. Camb. Merc. 60. Ipsæ Rationum positiones e masculari (maculari) Libro vulgo prima nota seu Strazza in Diarium vulgo *Giornale* seu *Journal* ab hoc vero in summarium vulgo Mæstro vel Haupt-Buch (si illum quoque Negotiator teneat) seu propria manu sua seu medio ad id destinati periti, probatæ tamen fidei Ratiocinantis, absque ulla variatione vel correctione ita illatæ sint.

Gira, unus florenus. V. *Marca.* Pár. Páp.

Girabilis, (Cambiales), quod inscribi, perscribi potest; *forgatható.* girirbar. Art. D. 1840. p. 58.

Girans, qui syngrapham inscribit; *forgató.* Cad. Camb. Merc. 11. quo in casu plures iam aderunt in Cambio personæ, ex quibus is, qui ius ad summam vi Cambii sibi debitam in alium transtulit, *Girans* vel *Indossans,* hic autem, in quem Jus hoc translatum est, *Giratarius* vel *Indossatus* appellabitur.

1. **Girare**, circuire (Du C. al. s.); *körüljárni.* It. girare. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 243. a parte occidentis *girando* seu *circuendo* per septemtrionem, aquilonem, orientem et meridiem.

2. **Girare**, syngrapham inscribere (Du C. al. s.); *forgatni (váltóknál), körözni.* Art. D. 1840. p. 56. Cod. Camb. Merc. 8. ut Prima illico et a Drittura pro acceptatione ad præsentantem expedita, interea Secunda vel Tertia usque ad tempus solutioni præfixum *girare* et circulare possit.

Giratarius, i, cui pecunia perscripta est V. s. *Girans; forgatmányos.*

Girlanda, summa lorica. V. s. *Barbacanum; legfelsőbb védfal.*

Girovagi, (Du C. *gyrovagi); kalandozó barátok.* Not. rel. I. 200: *Girovagi* Hieronimo pestis Monachorum, de uno monasterio ad aliud commodiorem vitam quærentes migrabant.

Girovagus, 3., (Du C.) qui vagatur in gyrum, effrenatus; *csatangoló, zabolátlan.* Fej. V. III. 412. ne *girovaga* libertas effrenis licentiæ debitum iustitiæ violandi pro voto cuiuslibet ac interpretatione libitoria iuris exigentiam minuat aut enervet.

Girrus, i, iter et reditus V. s. *Gyrrus; menet-jövet egy fordulat.* Rač. Mon. Sl. VII. 77. an. 1069: piscatores *girrum* sibi galetam prebeant.

Gista, (Du C.) gistum, gista, hospitalitas; *vendégbarátság, köteles vendéglátás.* Batty. Leg. I. 484: Hospitalitas . . . idem est, ac ius Metatus seu Gistii, metatus autem et metatum, metatio promiscue usurpantur pro hospitatione, et Metator vocatur, qui hospitia disponit, *gistum* pariter et *gista* dicitur, nomen a

Germanis mutuatum, quasi diceret *geste* vel *gaste*, quod hospitem sonat.

Gitbius, species parvi piscis; *kis hal neme.* Ger. Stint. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 117.

Glabella, æ, (Du C. 1.) pars nasi inter supercilia; *szemöldökköz.* Tomts. 332. Lucem hanc vividiorem sentiet, quicumque filum poli zincini ex una, argentei ex altera parte oculi e. g. supra *glabellam,* cuti humectatæ adpresserit.

1. **Glabrities,** calvities, superficies rei glabræ; *kopaszság.* Vern. Psych. 27. Sic sonus campanæ, quem audio, rosæ odor, quem olfacio, cibi, quem degusto, dulcedo, *glabrities* corporis, quam tactu percipio.

2. **Glabrities,** petulantia, iuvenilis inconsiderantia; *virgonczság, fiatal nyerseség; hetykeség.* Bék. Debr. főisk. törv. 87: præceptoribus .... reverentiam ... exhibito. Transgressor primum verbis acerrime castigator; deinde denarios viginti quinque *glabritiem* exsolvito.

Glacialis, a Gallico: *Glacis,* planities arcis, itaque ad planitiem arcis pertinens; *a vársík-, vártérhez tartozó.* Szegedi Rubr. Pars. III. p. 190. Pro Custodia passuum *Glacialium,* Comitatuum Posoniensis et Comaromiensis, pedites necessarii conceduntur.

Glaciem frangere, perfringere, defficultates superare; *megtörni a jeget.* II. Rák. Gy. 316. dummodo in tractando prima *glacies frangatur.* Verancs. X. 110: ubi... maiorum patronorum subsidio subnixus *glaciem perfregerit.*

Gladiatio, verb. a gladiare, quod secundum Du C. idem significat, ac gladio cædere ars gladio pugnandi, dimicandi, huic vocabulo ad verbum responderet nostrum; *kardoskodás, vivás.* Rák. Ön. p. 35. I. 33—36. (35.): Matutinum tempus in equitatione, quo exercitio summopere delectabar, pomeridianum in *gladiatione,* saltu et reliquum in chartifoliorum lusu plerumque terebam ...

Gladiator, politor armorum (Du C. al. s.); *chyzar, fegyvercsiszár.* Száz. XVII. 545. Cf. Tarrunt. Dig. 50., 6., 6.

Gladifer, (Du C.) alias: ensifer, gladium præferens; *kardhordozó.* Magy. Tör. Tár. XVIII. 81.

Gladii non purgati, gladii nondum expoliti, crudi. Kov. Form. St. 435. *gladios* tamen non *purgatos,* qui Hungarice *Hyzwktwr* vocantur, ubique paratos secundum consuetudinem nostræ Civitatis antiquam libere vendere, emere decrevimus permittendo.

Gladii bini ancipites non possunt una vagina contineri; *két kard egy hüvelybe, két kakas egy udvarba, két dudás egy csárdába.* Szamosk. I. 135. Proinde Stephanus trito Ungaris proverbio dictitare solebat: *Binos ancipites gladios non posse una vagina contineri.*

Gladipar, confector gladiorum; *kardmives.* Tkal. Mon. Civ. I. 384. an. 1397.

Gladius iudicii, gladius carnificis. V. s. *Emundator gladiorum; hóhérpallos.* Ger. *Richtschwert.*

Gladius tucellus, pugio (Cf. angl. *tuck) tőr.* Ger. Stossdegen. Hazai Okm. VIII. 128. pro vulneratione *gladii tucelli.*

Glagoliticus, 3., genus scripturæ Illyricæ; *glagolit.* Nill. Symb. p. 783: qui ubi legere sciverint et scribere, transibunt ad aliquem locum, ubi scholæ Societatis erunt, in quibus etiam unus lectionis *glagoliticae* et lectionis Valachicæ bene gnarus scholarcha servetur.

Glandiferus, 3., glandifer; *makktermőfa, makkfa.* Schläg. 1568.

Glandinatio, sagina glandaria; *makkoltatás.* Ger. Eichelmast. Kövy El. 115. In sessionalibus silvis sicubi tales sint, gratis habent *glandinationem.* Magy. Jogt. Eml. 492.

Glandinetum, quercetum, ilicetum; sagina glandinaria; *makkerdő.* Kronst. III. 408.

Glandinosus, 3., glandifer, glande abundans; *makkos.* Kov. Form. St. 268. silva *glandinosa.* Pesty Ször. III. 163. Cod. Zi. V. 357. Tag. Erd. II. 233.

Glans, dis, globulus sclopeti; grando plumbea; *(puska) golyó, serét.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 174. donec multis vulneribus et aliquot *glandibus* ictus mortuus corruerit.

Glarea plumbea catapultaria, grando plumbea; *serét.* Ger. Schrot. Pár. Páp.

Glarealis, ad glaream pertinens; *kavics...* Pest. Levt. *glarealis* fossa. Verancs. I. 230. omnes fluvii . . . aureas harenas . . . et *glareales,* variata magnitudine ac pretio scrupos.

Glassus, i, (Du C.) Pulsatio omnium campanarum a lat. Classicum, quod fit die Jovis antepaschali, ut deinde usque ad diem Sabbathi conticescant; *harangnémítás.* Gall. Glas. Nagy Hier.

Glastum, (Du C.) Gallis herbæ genus, quo Britanni tingendis corporibus usi, ut Cæs. B. G. V. Gnezdum, Pastillum inficiendis lanis maxime aptum; *festő fű.* Opin. P. I. §. 13. *glastum* seu Isatis tinctoria. Lzb. Cod. Med. III. 67. Cf. *Glastrum* ap. Plin. 22., 1., 2.

Glasura, æ, crusta, qua argillam figulus obducit, levigatura; *üvegmáz.* Ger. Glasur. Bene Pol. Med. 123.

Glavius, i, nodus, caput. V. s. *Cingulator; gomb.* Ger. Knauf, Capital.

Glebatio, actus illinendi; *tapasztás.* Fjp. Szám. p. 502. an. 1440: de *glebatione pastegae.*

Glebator, qui luto oblinit; *agyagos, tapasztó.* Fjp. Szám. p. 483. an. 1439: muratoribus . . . *glebatoribus.*

Gleeth, a germ. Geleit, *Salvus conductus.* (Art. XIV. 1558.); *véd-útlevél.* Pár. Páp.

Gleta, æ, idem quod *Gleeth.* Georg. Sirm. I. 213. possemus bestiam Regem Joannem perdere, qui iam *gletam* habet Cybak apud Ferdinandum.

Gleth, germanicum *Geleit* idem quod *Gleeth.* Kov. Form. St. XXXII. Regis N. assecuratio vel alio nomine *Gleth* (Geleit) Joanni Brandis facta.

Glicium, ex Sl. klit, kljet, quod cellam, penum significat; *kilit, pincze.* Schläg. 1049. V. *Clicium.*

Globaris, globosus, sphæroides; *golyó alakú.* Chr. Dubn. 147., 135. Signo regio desuper forma avis strucionis deaurato et gemmis adornato cum septenis nodulis *globaribus* argenteis.

Globelli precatorii, orbiculi ad preces, corola Mariana; *olvasó.* Princ. Ang. p. 103: Et *precatoriis globellis* armatos Prosternebant inermes.

Globi sclopetarii, glandes sclopeti; *puskagolyó.* Száz. VIII. 138.

Globologia terrestris, cognitio orbis terrarum; *földgömbtan.* Csurgó ref. főgymn. Ért. 1894/5. 67. *Globologia* terrestris.

Globositas, forma rotunda, forma globi; *gömbalak.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 2. Cf. Macrob. Somn. Scip. 1., 16.

1. **Globulus,** alias: gombus, orbiculus vesti colligandæ; *gomb.* Száz. VI. 376. an. 1507. Arch. Rák. I. 16: minorum *globulorum* auri.

2. **Globulus,** grando plumbea V. *Forma; serét, golyóbis* (puska). Ger. Schrot. Száz. IV. 679. Tör. Tár. 1888. p. 388.

Globus eburneus, globus ad lusum trusatilem, qui in mensa ad hunc finem facta luditur, ex ebore paratus; *elefántcsontgolyó, billiárdgolyó.* Rák. Ön. I. p. 230. I. 18—20. (18.): . . . alii latrunculis alii *globorum eburneorum* trusili lusu oblectabant animos adusque cœnam Regis horam 10. vespertinam . . .

Globus terraquæus, terræ globus; *földgömb.* It. globo terracqueo. Oszterh. 14. De *Globo terraquaeo.*

Gloctorare, ciconiæ modo clamare. V. *Gratitare; kerepelni.* Cf. Auct. Carm. Philom. 29.

Glog, Cratægus Oxyacantha (Linn.); *csere-galagonya.* Ger. Weiszdorn, Hagedorn. Illir. glog. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 44. Arbor *Glog.*

Glomicellum, glomulus; *gombolyag.* Schläg. 2113.

Gloria, (Du C. 3.) adoratio, preces ab incipiente vocabulo denominatæ. Arch. Rák. VIII. 332. Tabellæ in quibus *Gloria, Credo...* comprehenduntur.

Glorialis, gloriosus; *dicső.* Cod. Dipl. And. V. IV. p. 348: misterium bonorum *gloriale.*

Glorificare, (Du C. 1.) laudare, cœlesti splendore divino ornare; *dicsőitni.* It. glorificare. Vita S. Steph. 29. christi nomen in beati viri meritis laudabili clamore *glorificaverunt.* Cf. Tertull. Idol. 22. Prudent. Hamart. fin.

Glorificatio, actus gloriosum reddendi, splendore cœlesti, divino ornare; *megdicsőités.* Vita S. Steph. 27. et in iusticia sanctitatis coram ipso omnibus diebus vitę suę conversari decrevit, ut in eo iam quędam futurę *glorificationis* species clarescere videretur. Passim ap. SS. Patres.

Gloriositas, status, conditio summæ gloriæ, magnificentia; *megdicsőülés.* Pel. Pom. L. II. P. III. Art. II. Secundum mysterium de hoc cantico Marie declarandum dicitur *gloriositatis.*

Gloriosulus, 3., dimin. a. gloriosus, gloriabundus; *henczegő.* Ger. Prahler. Galeoti. Præf. Quidquid etiam impij ac scelerati Sympnoi, urbicapi et *gloriosuli* Thrasones vomicæ generis humani stomphacesque grandiloqui . . . e contra infremant et oggruniant.

Glorius, 3., optimas; *előkelő.* Fragm. Chron. Rhythm. temp. Ludov. I. Eng. Mon. Ungr. Bécs 1809. p. 15.

Hunc Regem Huni *glorii*
Creant ac gentis pecia.

Glosatus, 3., glossa instructus; *szómagyarázattal ellátott.* Knauz. M. E. Str. II. 71., 54. Psalterium *glosatum.*

Glossare, (Du C. nudare, aperire) inter-

pretari; *jegyezni, magyarázni.* Kass. Jur. Civ. Lex. 27.

Glossator, (Du C.) interpres, explanator; *magyarázó.* It. glosatore. Cher. Jus. Eccl. I. 99. *Glossatores* denique et alii Juris Ecclesiastici interpretes in operibus suis leges civiles sequuntur. Kövy El. 224.

Glossogastor, gr. γλωσσογάστωρ, qui lingua sua stomachum implet, lingua quæstum exercet; *nyelvkufár.* Boc. Hungar. p. 144: Ego nolim Asino in pelle leonis ἄλογον tribuere λόγον. Vos Myosobas; vos *Glossogastoras* decet *κέρχῳ σαίνειν.*

Glubeius, (a *glubere)* qui corticis succo abundat; *leháníható.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. III. 30. *Glubeius* truncus insitionis capacior est. Glubere autem arbores dicuntur, ab cortice veris humore vel ubere succo et saliva ut vocant.

Gluten vitriarium, maltha; *ragasz.* Ger. Glas-Kitt. Kov. Oec. 56.

Glutinans, glutinosus; *enyves.* Ackerl. 7.

Glutinis Coctor, qui glutini coquendo operam dat.; *enyvfőző.* Ger. Leimsieder. Tab. Conscr.

Gnanus, (Du C.) nanus: pygmæus; *törpe.* It. nano. Schläg. 184.

Gniva, æ, (ex Slav. Niva) terra culta, ager novalis; *megmívelt föld.* Han. Mon. Jur. P. I. 87: unaquæque terra, seu *gniva* debeat... habere pertinentias suas in hunc modum.

Gnosomachi, impugnatores scientiarum, qui respuentes omnem cognitionem tantum facta putabant esse necessaria ad salutem; *tudat ellen harczolók.* Nagy Hier.

Gnostici, Hæretici, quorum hæresis a Nicolao Antiocheno fluxit (Du C.) For. Scr. p. 9.: *(Gnostici)* statuebant 1. duos Deos, unum bonum ... alterum malum. 2. Credebant aliquas creaturas naturâ suâ esse malas. 3... animam esse substantiam Dei. 4. Uxorum communitatem permittebant etc. Not. rel. I. 132.

Gognale, modius agri, ager cultus; *szántóföld.* Han. Mon. Jur. P. I. 134: locum... planctatum ... circa unum *gognale.*

Gognalium, fors. cubile; *szoba.* Verancs. IX. 53. Sunt *gognalia* 16 in domo lapidea.

Gognalius, i, V. *Gognale.* Ljub. Mon. Sl. XXI. 286. an. 1448: de terrenis ... tot *gognalios* terrenorum, quot ascendunt ad summam quinquaginta parvorum.

Gola, æ, gula; *torok.* It. gola. Prot. inq. 186: ego habebam magnum malum in *gola,* quod vix poteram comedere.

Goliardus, gulosus (apud Du C. bufo, ioculator); *nagybélű, torkos, trágár.* Gall. gouliafre. Kov. Form. St. XXVII. *Goliardus*-gulosus.

Gombaria, æ, (Du C.) navis magna. Luc. Regn. Dalm. 66. tradunt Petrum Candianum tertium Ven. D. contra Narentanos naves 33. maximas (Saracenico vocabulo, ut Cedrenus testatur) *Gombarias* dictas misisse.

Gombetus, i, cubitum (Du C. angulus); *könyök.* It. gomito. Prot. inq. 204: ipsa multum stabat in orationibus super genua et super *gombetos,* tantum quod vestes rumpebantur in parte illa.

Gombus, i, orbiculus vesti colligandæ; *gomb.* Simonyi Magy. Ny. I. 122. Duo gombi. Tör. Tár. 1888. p. 566.

Gomedum, idem quod *gombetus.* Prot. inq. 209: vestes propter multas orationes ... ante circa *gomeda.*

Gomola, æ, glomus, globus casei; *gomolya.* Ger. süsser Käse in Kugelform. Sziládi Tör. Magy. Eml. I. 292. Casei maioris formæ nro 3. *Gomolya* nro 3. 24 ang. Etiam caseos explevimus et *gomolas.*

Gomena, æ, ancorale, funus ancorarius; *horgonykötél.* It. gomona. Ljub. Mon. Sl. IV. 40. an. 1361. et fuerunt ... incise *gomene* et vella ... condure.

Gomilniza, (ex Sl. *gomila,* tumulus, domb) parvus tumulus, *dombocska.* V. Miklosich. Etym. Slav. 199. s *mogyla).* Ljub. Mon. Sl. XXII. 202. an. 1462: versus aquilonem usque certam *gomilnizam,* ubi erat domuncula.

Gonella, æ, (Du C.) vestis pellicea; *szűr.* It. gonnella. Ljub. Mon. Sl. XI. 202. an. 1345: exportavit ... unam *gonellam,* duos mantellos ... cornua boum de *cornando.*

Gonfus, gumphus: hoffnagel (Dief.); *patkószeg.* Schläg. 1305.

Goniodicta, æ, goniometer; *szögmérő.* F. Balass. Casula Steph. App. *Goniodictam* den Winckl-Weiser construere.

Gorgola, æ, canalis, aquæductus; *vízvezető csatorna.* Cf. Il. gorghetto. Rač. Mon. Sl. XIII. 155. an. 1356: pro carbonibus ... ramo et *gorgolis.*

Gorna, æ, cochlear pyrobolarium; *töltő kanál.* Ljub. Mon. Sl. IV. 276. an. 1390. Száz. XXIV. 300. duæ bombardæ, quæ proiiciunt lapides ponderis librarum 52. in 56. fulcitæ suis zochis et rotis; quingentæ libræ pulveris in *barilis* decem; centum *cochoni;* una *gorna* ferrea pro ponendo pulverem in ipsis; duo *palli* ferrei et *straziae* in quantitate pro *calchando* ipsas, sexcentæ capsæ *veretonorum* ad 20 pro capsa centum *rochatae.*

Gosipium, Gossipium, est frutex orientis, qui nucem fert lana molli plenam; *gyapot, pamut.* Tomts. 203. et flocculum exilem e *gossipio.* Arch. Rák. VIII. 344.

Gossypiacus, ad gossypium pertinens. V. s. *Filatorius; gyapot.*

Gotscho, nis m. g. = currus, rheda, carrus; *kocsi, szekér. W. Lazius* Descriptio Belli Turcici p. 627. quippe centum rhedis Hungaricis, quos *Gotschones* appellant, clam hostibus egressus Jaurinum, magnis itineribus Albam Regalem maturaverat.

Gotschus, i, m. g. = currus, carrus; *kocsi, szekér. B. J. Herold De rebus* Turcicis Dialogus p. 643. Nadasius dux noster, officium suum acturus, cum consulto nonnihil a flumine noctu suos cedere iussisset, ac pettoritis, quos *Gotschos* appellamus, curribus carrisque pro vallo obmunierat.

Gozarones, *gosztányszedő.* Opin. in montanisticis B. 62: Maximo præjudicio est communitati... status *Gozaronum.* His enim beneficio privilegii ipsis per cameram indulti licitum est: Sabulum minerale aliasque quisquilias a pauperioribus urburariis colligere atque ad ustrinas administrare.

Gozypiaceus, V. *Gossypiacus.* Cod. Camb. Merc. 44. Si vero Negotiator Fabricantibus, qui in lineis, laneis, *gozypiaceis, coriaceis,* pelliceis, vitreis, sericeis ... aureis, argenteis aut aliis *metallisticis* productis laborant.

Grabor, (Croat. grabar. Sl. graber. Miklosich 76.) Carpinus Betulus Linn.; *gyertyánfa.* It. carpino. Ger. Hagebuche. Cod. Dip. Arp. VII. 114. ubi stat arbor *Grabor.*

Gracillare, gingrire. V. s. *Gratitare; kodácsolni.* Cf. Auct. Carm. Philom. 25.

Gradale, V. *Graduale* (Du C. 1.) Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 283. Misi sanctitati suæ examita dupla tria et cuppam auream et yperperorum libras quatuor et scutellas argenteas tres et *gradale* argenteum.

Gradare, (Du C. al. s.) valorem æris augere. V. s. *degradare; arany, ezüst értékét emelni.* Kol. Cod. 41. an. 1543.

Gradarii anni, anni noveni et septeni; *minden kilenczedik és hetedik év.* Szamosk. I. 181. Nam sicut *anni* noveni et septeni aut singulares aut coniuncti, quos *gradarios* vocant, certis temporum intervallis grandi semper periculo vitam humanam afficere debilitareque putantur.

Gradarius, 3., equus tolutarius (Du C. 1.); *poroszka.* Ger. Klepper. Száz. IV. 681. *gradarium* claudum. Verancs. IX. 83: emas duos equos non *gradarios* sed *lepew.* Cf. Lucil. ap. Non. 473.

Gradatio, V. *Gradare.* Kol. Cod. 41.

Gradificatio, promotio; *előléptetés, fokozás.* Ker. Nap. 3.

Gradipes, (Du C. avis tarda) h. l. falco palumbarius (Linn.); *sólyom.* Ger. Stoss-Falke. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 117.

Graduale, liber cantus Ecclesiasticos continens; *kath. énekeskönyv, főkép a miseénekek.* Cod. Dip. Arp. Cont. I. 40., 1. Bibliotheca IV. Nocturnales IV. Antiphonaria IV. *Gradualia.* Cf. «*Öreg graduál.*»

Gradualis, quod gradatim, per gradus fit; *fokonkénti.* Gall. graduelle. Def. bon. p. 25: Altera ... cautela est, ut ... quædam *gradualis* ut ajunt classificatio bonorum ad necessitates reipublicæ sublevandæ convertendorum servetur. Cher. Jus. Eccl. II. 331. Pázm. Dial. 345.

Graduari, honore academico ornari; *tudorrá avattatni.* Lzb. Cod. Med. T. II. 191. Kass. P. P. I. 57.

Graduarius liber, V. *Graduale; énekes könyv.* Ranzani 334. Sacram, cuius est antistes, ædem ditavit pretiosis tum sacerdotum vestibus, tum argenteis vasis, libris præterea magnis, quos vocant *graduarios* et antiphonarios, omni ex parte adeo mire exornatos.

Graduatio, onis, (Du C.) actus honore academico ornandi, promotio ad gradus academicos; *tudorrá való avattatás.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 129. ut deinceps nemo solius Doctoratus titulo officia prætendere, nec quisquam nimis festine *graduationem* expetere præsumat.

Gradulus, (fors. idem quod gallicum *graille)* graculus; *fekete holló.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 117.

1. **Gradus,** us, (Du C. 11.) ad honores seu aliquod officium ascensus, promotio; *fok, fokozat, rang, állás.* Kass. P. P. I. 178. De Diplomatibus super stallo procuratorio et *gradu Doctoratus.* Az Ügyvédségről, Törvény- és Bölcselkedési Tanárságról szóló Oklevelek ... I. 150. Ab omnibus cuiusque Status, *Gradus,* Dignitatis etc. insignitos et ornatos.

2. **Gradus,** (Du C. 3.) generatio; *íz.* Georch. H. T. 107. Az atyafiaknak egymástól

való távol létteket (distantia) *iznek (gradus)* nevezzük.

3. **Gradus,** Carat V. *Liga; karat.* Numi Hung. 150.

Græbio, onis, Villicus, Comes idem ac ap. Du C. Grafio, gravio. Germ. Græf. Grave, Grafe, Gerafe; *biró.* Præd. p. 6. 7: Ad terras singularum Villarum non immerito terras quasdam antiquitus Senioribus *(Burger Wiesen)* Ecclesiis *(Kirchen-Gründe)* nec non Comitis (Villico, *Graebioni) (Richter-Wiesen)* Villarum proprie destinatas arcesserem.

Græcisare, (Du C. græce loqui) græcis literis studere, vacare; *görög tanulmányokkal foglalkozni.* Oláh. Cod. Ep. 178. missurus etiam munusculi loco Hæsiodi opusculum, cui titulum inscripsit ἔργα καὶ ἡμέραι per me versum de verbo ad verbum, quo sit fructus uberior *graecisanti,* si modo per otium rescripserit D. T. sibi officioli nostri non displicere humilitatem.

Græcissare, (Du C. græce loqui) Græcis vocabulis uti; *görög kifejezéseket használni.* Pfahl. Jus. Georg. II. 7. Neque me *graecissare* putet lector hac nomenclatione utentem. Cf. Plaut. Men. prol. 11.

Græci orientales, v. *Graeco-orientales; görögkeletiek.* Nill. Symb. p. 1065: Nota 1. In Austro-Hungaria communiter proprio nomine διακριτικῷ vocantur *Graeci orientales* seu *Graeco-orientales* . . . croatice *Grčko-iztočni,* rumenice *Greci resariteni.*

Græcus, i, mercator; *városi kereskedő.* Marosvásárh. gymn. Ért. 1894/5. p. 14.

Graffare, (Du C. grafare) scribere, pingere; *irni, rajzolni.* Nagy Hier.

Graffium, pro: graphium, stilus; *írószer.* Reg. S. Ben. 33., 4. Ne quis præsumat aliquid dare aut accipere sine iussione abbatis neque aliquid habere proprium, nullam omnino rem, neque codicem, neque tabulas, neque *graffium.*

Grafius, i, comes provinciæ; *főnök.* Schwart. Scult. 52.

Gragina, æ, septum; *halrekesz.* Gall. grague. Ljub. Mon. Sl. XI. 232. an. 1346: catena portus ponatur inter duos planconos havatos per modum *gragine.*

Gramata, æ, (Du C.) limbus; *perém, köntös peréme.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 126. *Gramatam* unam et aliquot gemmas.

Gramatista, æ, (Du C. grammatista) discipulus, qui docetur grammaticam; *grammatista.* Tör. Tár. 1888. p. 201. Száz. XVII. 360.

Graminalis, ad gramen pertinens, quod est ex gramine. *Distinctio graminalis,* distinctio e gramine; *mesgye.* Cod. Dip. And. II. 389., 444. terminos et *distincciones* graminales ac signa I. 505., 561. in una meesde.

Grammata, um, fimbriæ; *rojt, czafrang.* Fej. III. 23. ei . . . marsupia et margaritas; *grammata* (fimbrias) pannos Saracenicos et unum scrinium per violentiam abstulerunt.

Grammaticales classes, classes gymnasii, in quibus grammatica docebatur; *grammatikai osztály.* Wallaszky 485.

Grammaticaster, pseudo-grammaticus (Du C. scriba, notarius); *kontár nyelvész.* Patr. Constant 119.

Grammontenses, ordo a Stephano Mureto in Gallia an. 1076. institutus; *nagy hegyiek.* Gall. grands montains. Nagy Hier.

Grampha, italis: *grampa,* ungula (Du C. italis granfo est cancer); *karom.* Hist. a Cuth. 382. et antecedebant ipsum sui familiares armati cum tabulariis et clypeis depictis cum *grampha* ipsius arma et ensibus.

Grana, æ, (ex ital. grano) frumentum (Du C. al. s.); *gabona.* It. grano. Cod. Dip. Arp. Cont. X. 101: *Granam* autem, que oritur in Sciavonia . . . non possint discarcare.

Granaderius, Granadirius, i, miles cristatus; *gránátos.* Fer. Mon. Sl. XVIII. 366. an. 1737. compagnia *Granaderiorum.* Arch. Rák. I. 16., 30.

Granadus, i, lapis punicei coloris, carbunculus; *granat.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 181.

1. **Granare,** mensuram facere ope granorum (Du C. al. s.); *meggránálni.* Kol. Cod. 25.

2. **Granare,** granulare; in grana comminuere (Du C. al. s.); *szemmé törni.* Ger. Körnen. Kronst. I. 404.

Granarium, (Du C.) horreum (ap. script. classicos *granaria,* orum); *gabonatár; magtár.* Gall. grenier. Bék. Debr. főisk. törv. 168. Clavem ianuæ *granarii* interioris conservabit œconomus.

Granat integer, (Du C. granata) Coccum purum; *tiszta granat, skarlát.* Monm. Comit. Trans. V. 194. Ab una pecia panni *granat integri* fl. 4.

Granata, æ, pila ignea, pila pulvere nitrato farta (Du C. al. s.); *gránát.* Ger. Granate. Magy. Tört. Tár. V. 222. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 252.

Granatarius, (Du C. al. s.); hoc nomine designabantur tales voluntarii milites principio, qui exercitati erant in proiiciendis ignibus missilibus, pilis vulgo *granatis* pulvere nitrato fartis. Quum decursu temporum hic usus abolevisset, lectissima manus militum ita appellata; *gránátos.* Germ. Granatier, Grenadier. Szirm. 122.

Granatellus, i, (Du C. granatella) dimin. a granat, quod est lapillus pretiosus; *apró gránát.* Thök. Diar. II. 329. Aliud argenteum sceptrum deauratum cum lapillis smaragd et *granatellis.*

1. **Granath,** V. *Granat.* Thök. Diar. II. 325. Chlamys ex *granath* violacei coloris sine subductura et nodis fl. 10.

2. **Granath,** V. *Granadus.* Thök. Diar. II. 325. Tertium frœnum sine antilena argenteum deauratum lapidibus türkes, *granath* et cristallo ornatum fl. 15.

Granatio, V. *Granare* 2.; *gránálás.* Kol. Cod. 40. Post *granationem* cemmentis ponderet marcam 1. auri gravati.

Granatophorus, i, miles cristatus; grenadarius; *gránátos.* Hor. Mem. 54.

Granatulus, 3., e parvis granis constans; *finom szemü.* Curios Misc. 373. Granata tota *pulvere pyrio granatulo* impletur, tubulus autem pulvere pyrio communi cum salis nitro.

1. **Granatus,** i, (Du C.) V. *Granadus.* Tör. Tár. 1890. p. 369. Annulos cum amatisto et *granatis* ac rubino vili. Arch. Rák. VIII. 320.

2. **Granatus,** i, V. *Granata* (Du C. al. sensu). Tört. Tár. 1888. p. 163.

Granatus, 3., coccineus; *biborszinü.* Tör. Tár. 1887. p. 180: casula de purpura rubea *granata* cum aurifrisis.

Grandei, secus: grandea, grandes, fors. Mentha arvensis; *lómenta.* Ger. *Rossminze.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 117.

Grandifer, grandinem ferens; *jégesőt hozó.* Cortes. De Virt. Matth. 667. Fulmina *grandiferis* ventique hymbresque procellis.

Grandilla, Polygala Linn.; *golgota.* Gall. grenadille. Curios. Misc. 316. *Grandillae* flos in suis foliis passionis Christi figuras ostendit delineatas.

Grangia, æ, (Du C. arca) villa, prædium rusticum; *tanya, majorság.* It. grancia. An. Sc. II. 74. an. 1320: nondum enim Fratres habuerunt *grangiam* sed circa Monasterium pecora eorum pascebantur. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 344. X. 273. Fej. V. II. 359. paterna in posterum solicitudine providere volentes authoritate apostolica prohibemus, ut intra *clausuras locorum* seu *Grangiarum* vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere . . . audeat.

Granicia, æ, (Du C.) confinium, limes; a sl. granica, hranica; *határ.* Magy. Tör. Tár. IX. 52. Cod. Dip. Arp. Cont. VI 423.

Granicies, ei, V. *Granicia.* Batty. Leg. 438. an. 1439. Fej. X. 3., 285. Pelcz. Geisa p. 45: Alberti Regis art. 17: Præscriptiones, ait lex, seu dispositiones super metis et *graniciebus,* inter Hungariam et Austriam, prius factæ, in suo robore perdurent.

Granisco, equulus generosus; *nemes ménló.* Samb. Tyrn.

Graniza, æ, (slav.) meta, limes; *határ.* Han. Mon. Jur. P. I. 89: ponantur confinia . . . *granize* incidantur.

Granulare, in grana redigere; *szemcsézni.* Kol. Cod. 39. 1543.

1. **Granulatus,** 3., in grana reductus; *szemcsés, borsókás.* Kol. Cod. 23. marca plumbi *granulati.*

2. **Granulatus,** 3., granulis ornatus; *szemcsékkel körülvett.* Numi Hung. 11. Karolus rex Hungarie in circulo *granulato* scutum lilia et fascias præ se ferens.

Granulosus, 3., granulorum plenus; *szemcsés.* Alexy 25.

Granum, (Du C. 3. uncia) scrupulum; *szemer.* Sim. Num. 139. Præterea Viennense Ducaten Asse confundendum non est cum Apothecariorum *Granis,* quorum 20 *Scrupulum,* 60 autem unum *Quintl* faciunt. Fej. V. II. 36.

Graphiarium, (Du C.) supellex ad scribendum necessaria; *irószerek.* Ger. Schreibzeug. Bell. Cell. 820. Cf. Martial. 14., 21.

Graphica, ars scribendi (pars scientiæ tabularum politicarum explanandarum); *irástan* (oklevéltan része). Száz. XX. 765.

Graphice, litteris, per imaginem; *betükkel, rajzban.* Georch. H. T. III. 110. Verancs. Hist. I. 186. Cf. Appul. Met. 8. p. 214. Plaut. Pers. 2., 2., 5.; 4., 2., 3. Trin. 3., 3., 38.

Graphis, idis, delineatio; *rajz.* Wallaszky 544. duo docentes Musicæ nempe et *Graphidis* instituentur. Verancs. II. 220. Cf. Vitr. 1., 1. Plin. 35., 10., 36 §. 63.

Graphium, (Du C.) Græcis et Latinis dicitur stylus ferreus, ab una parte acutus, quo exarabantur in cera litteræ, ab altera parte planus, qua inducebatur, quod perperam erat exaratum; *iró-, vas-* etc. *toll.* Nagy Hier. Cf.

Ovid. Amor. 1., 11., 23; Sen. Clem. 1., 14; Plin. 16., 38., 73. Suet. Cæs. 82. Calig. 28. Claud. 15.

Grascia, *grassa* q. v. (Du C. adeps.) Rač. Mon. Sl. XIII. 327. an. 1330.

Grassa, orum victualia (Du C. al. s.); *élelmi szer.* Ljub. Mon. Sl. IX. 151. an. 1411: si . . . *grassa* seu victualia Venetias conducentur.

Grassabundus, 3., effrenatus; *féktelenkedő.* Jogt. Eml. T. III. p. 60: vagabundos et *grassabundos* . . . captivare teneantur.

Grassina, æ, frumentum diversi generis; *gabona.* Han. Mon. Jur. P. I. 198: emat blada, *grassinam* in portu.

1. **Grassus,** 3., magnus, altus (Du C. al. s.); *nagy, magas.* It. grasso. Rač. Mon. Sl. VII. 133. an. 1080: emi . . . terram . . . que est sita in monte *grasso.*

2. **Grassus,** 3., crassus; *erős, vastag, durva.* Szamosk. II. 147. Inde codices ligonum, in *grassos* asses per quadrata dolati, ratiumque instar in latitudinem pontis adæquati superne navibus instrati sunt.

Gratiæ expectativæ, *várandó javadalmak.* Cher. Jus. Eccl. II. 94. Promissiones porro Beneficiorum nondum vacantium a quopiam factæ dicuntur *Gratiae expectativae.*

Gratiae nudæ, *üres hála.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 145. *Gratiae nudae:* In ingratos, qui multa accipiunt nihil rependunt.

Gratianus, idem quod *Grationarius* apud Du C. qui vices Altarium Rectoris gerit; *oltárnok helyettes.* Kov. Form. St. 411. Altarium Rectoribus, eorumque vicesgerentibus, *Gratianis,* Sacristis ceterisque Presbyteris et Clericis Curatis et non Curatis.

Grationales, litteræ gratiam continentes; *kegyelmi levél.* Ger. Gnaden-Brief. Kövy El. 360. nisi nomina illorum *Grationalibus* expresse inserantur . . . Bona per gratiam recuperata eiusdem naturæ et indolis erunt quoad æqualitatem vel inæqualitatem Juris ac fuerunt ante amissionem, nisi expresse in *grationali* privilegio, quo de novo collata sunt, mutentur.

Grationalis, gratiosus, benignus; *kegyből adott, kegyes.* Fej. X. 2., 249. de regio *grationali* mandato ad quindenas residentiæ regalis proxime nunc venturas.

1. **Gratiositas,** (Du C. amabilitas, comitas) hoc loco: titulus honorarius; *kedvességed.* Ger. Euer-Gnaden. II. Rák. Gy. 178. Gratiose Patrone . . . Tuæ *Gratiositati.*

2. **Gratiositas,** gratia; *kegyesség.* Ac. Com. Sopr. p. 4.: accedente . . . Suæ Majestatis proclivitate et *gratiositate.*

Gratista, æ, discipulus, quem gratis instruit præceptor privatus; *ingyen tanított tanuló.* V. s. *Nummista.*

Gratitare, gingrire (Plin.); *gágogni.* Nan. Phar. p. 48:

Grus gruit, Accipiter pipatGallina gracillat
Gratitat anser, olor drensat, Alauda fremit.
Bubulat horrendum bubo, tu Butio bubis!
Pulle pipis, crocitas Corve! tetrinnit Anas
Cucurire solet Gallus, cuculare Cucullus,
Citta loqui, trutilas Turde, Columba gemis!
Trinsat hirundo, Fulix clangit, tu Psittace garris!
Strix stridet, frigulas Gracule, Milve lipis
Marmoris Halcyones nemoris canit hospes aëdon
Pipilat Oscen, ovat Pavo, fritinnit Epops
Gloctorat oblongo de turre Ciconia rostro
Zinzilulat tremulo rava sonore Merops.

Gratitudo, gratus animus; *hála.* It. gratitudine. Cod. Dip. Brüss. IV. 157. iure strictissimæ confœderationis et *gratitudinis.*

Gratulanter, cum gaudio; *örömest, szivesen.* Arch. Rák. II. oszt. III. 199. Literas *gratulanter* accepimus.

Gratulatoriæ, (litteræ) gratulationem continentes; *köszöntő levél.* Kov. Form. St. CVIII. *Gratulatoriae* pro Onomastico. Cf. Capitol. Max, et Balbus 17.

Gratulavit, gratulatus est, gavisus est; *örvendett.* Georg. Sirm. T. 18. Et Rex valde *gratulavit.*

1. **Gravamen, inis,** querela (Du C. damnum); *neheztelés, panasz.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 537. Item hec sunt *gravamina* sacriferorum.

2. **Gravamen,** onus (tributum) (Du C. damnum); *teher, adó.* Fej. V. II. 396. ut omnes villæ . . . ab omni *gravamine* seu taxa quacunque Regni . . . sint exemtæ.

3. **Gravamen,** mulcta (Du C. damnum); V. *Birsagium; birság.* Monm. Comit. III. 228. talis et pœnam iure illi decretam subeat et *birsagia* seu *gravamina* iure pronunciata persolvat domino suo terrestri vel eius officialibus.

4. **Gravamen,** (Du C.) molestia, damnum, injuria; *károsítás, igazságtalanság.* S. de Kz. Chr. II. 3., 1. Petrus rex Hungaros priore *gravamine* cœpit molestare.

Gravaminalis, ad querelam pertinens; *panaszos.* Kuk. Jur. II. 291. His proinde omnibus mature et pro gravitate meriti debite expensis, SS. et. OO. Regnicolariter congregati, relate ad singula quoque præmissorum *Gravaminalium* punctorum altiorum et malis subversantibus accomodam medelam mediante etc.

Gravaminaliter, in modum querelarum; *panaszképen.* Ac. Com. Sopr. p. 13—14. Omnia ista . . . Suæ Majestati . . . *gravaminaliter* . . . deposuimus.

Gravantia, per metathesim ex Gvarantia vel Quarantia (i. e. fideiussio); *kezesség.* Arch. Rák. II. oszt. III. 197.

Gravativus, 3., gravis, molestus; *nyomasztó.* It. gravativo. Argenti 3. Bene Med. II. 8: dolor capitis *gravativus.*

Gravatorius, 3., qui aggravat, onerosus; *terhelő.* Kass. Jur. Civ. I. 247. et quidem si quis in Causa Tabulari *gravatoriam* Sententiam in merito obtinuit.

Gravatus, 3., gravis ponderis; *nehéz* (márka). Kol. Cod. 40. ponderet marcam I. auri *gravati.*

1. **Gravedo,** contentio virium, sudor (Du C. al. s.); *fáradság.* Han. Mon. Jur. P. I. 175: se alleviant a *gravedinibus* rusticorum.

2. **Gravedo,** vectigal, tributum (Du C.); *teher, adóteher.* Ljub. Mon. Sl. VIII. 31. an. 1498: dignaremur . . . concedere exemptionem . . . a quacunque impositione vel *gravedine.*

3. **Gravedo,** inis, (Du C. 3.), iniuria (Finály al. s.); *igazságtalanság.* Cod. Dipl. Pat. T. I. p. 243: nostram in presenciam citatus se studuit venire *gravedine* Judiciorum se opprimi permittendo.

4. **Gravedo,** inis, gravitas (Du C. al. s.); *komolyság.* It. gravitá. S. Steph. vita. 40: *Gravedinem* morum, quam in iuventute pepererat, usque ad finem vite tenuit.

Graverosus, 3., malitiosus, incuriosus; *ellenséges, káros.* Fej. VI. 71., 77. retulerunt quod quidcunque inter partes maliciosum seu *graverosum* in spoliis, homicidiis, cremacionibus inter ipsos illatis talem perpetuum silentium inter se ordinarunt.

Gravidari, (Du C. gravidam fieri) repleri; *teljesen betölteni.* Batty. Ger. 127. Si vero in hoc fides non *gravidatur,* Pauli divini testimonium adhibeatur. Sensus huius est: *si huic plena fides non habetur, adhibeatur testemonium S. Pauli.* Cf. Aurel. Vict. Epit. 14.

Gravimen, damnum vel iniuria, quod ægre ferimus, (lapsus calami pro «gravamine»). Cod. Telek. X. 5. talem unanima voluntate fecissent ordinationem et dispositionem sub *gravimine* fractionis fidei inter se inviolabiliter observandam.

Gravimentum alias: **guarnimentum,** armamenta, orum; *felszerelés.* It. guarnimento. Ljub. Mon. Sl. II. 177. an. 1343. galeam . . . cum *gravimentis* et tribus . . . hominibus, qui dicta *guarnimenta* custodiant.

Gravio, onis, (Du C.) comes; *gróf.* Tör. Tár. 1887. p. 340.

Gravitudo, inis, ira (Du C. al. s.); *neheztelés.* Ljub. Mon. Sl. II. 103.

Gravius, i, (Du C.) *Comes; gróf.* M. Bel. Prodr. 113. Landgravium priscis temporibus fuisse vocatum supra monuimus; nunc *Gravium* seu Comitem tamquam honoris vocabulo adpellant.

Grebius, iudex, qui cum civibus pro tribunali sedet; *bíró, geréb.* Cod. Telek. XII. 337. «Item volumus quando *Grebius* noster cum civibus pro tribunali sederit» et ibidem *Grebius* cum iuratis senioribus de plena iustitia (tempore Vindemiarum) huiusmodi Decimarum provideant.

Grebo Czigánorum, dux Zingarorum; *czigányvajda.* Ger. Woiwode der Zigeuner (Gref, Gräf, Hann). Kronst. I. 465.

Greda, æ, (apud Du C. *grada,* agri modus); signum, collis, quo limites possessionum segregantur; *határvonal, határdomb.* Cod. Dipl. And. V. III. p. 405: vadit . . . deinde ad unam *gredam* altam.

Gredica, æ, dim. Gredæ, parvum signum, colliculus; *határjelecske, határdombocska.* Cod. Zi. III. p. 420: ascendit ad parvas *gradicas,* ubi est arbor Thel cruce signata.

Grefius Egiptiorum, dux zingarorum; *czigányvajda.* Kronst. III. 485.

Gregoriana festivitas, excursus animi recreandi gratia die Gregorii; *Gergelynapi kirándulás.* Teut. Schul. I. 272. et. 352.

Gremiale, pannus sericus, qui Episcopo, sacra facienti, cum sedet, gremio aptatur. V. *Epigonalium.* Nagy Hier.

Gremialis, (Du C.) qui est de gremio vel societate alicuius ordinis; *belső . . . kebelbeli* . . . Kass. Prax. I. 22. negotiorum departementa utpote publico-politica, ecclesiastica, . . . *gremialia* etc.

Gremium, (Du C. 2.) societas, collegium; *kebel, testület.* Kass. Prax. I. 24. Comitatus habet suum Magistratum e *gremio* nobilitatis deligi solitum.

Grenicia, æ, limes (Du C. greniciæ); *határ.* Sl. hranica. Ger. Gränze. An. Sc. I. 61. an. 1447: in *greniciis,* metis . . .

Grennicia, æ, V. *Grenicia.* Urk. Sieb.

II. 395. *grenniciae* metas signatas sublevare palam conabantur.

Greschla, æ, genus nummorum; *fél-poltura, peták.* Ger. Gröschel. Szirm. Hung. in Par. 65. Erat demum moneta currens : aurei sive Ducati flor. 4., Thalleri flor. 2, medii Thalleri flor. 1. valentes, Mariani, grossi, polturæ, *Greschlae,* denarii, Fillerii, Babkæ.

Gressivus, 3., ad gressum pertinens; *járó . . . járás . . . lépő.* Andr. Pann. 225. deficit a potentia *gressiva,* quia non potest ambulare.

Gressorius, 3., V. *Gressivus.* Hist. Nat. 42., 3-tio e tribus digitis antrorsum versis medius uni e lateralibus adnatus est et pedes *gressorii.*

Grestum, Ribes grossularia (Linn.); *egres.* Ger. Stachelbeere. Schläg. 1489.

Grezin, (vox polon.) scapus chartarum; *koncz.* Fjp. Szám. p. 215, an. 1426: unum *grezin* papiri attulit . . . de Cracovia.

Grezna ventralis, pelliceum e pelle ventrali confectum; *gerezna, bunda, bőr a hasról.* Monm. Comit. Trans. II. 178. debent dorsualem subam dare pro f. 9. et *greznam ventralem* pro f. 6. . . Atsi solummodo due vulpini pelles pro f. 1. emuntur, extunc subam dorsalem pro f. 12. *greznam* vero *ventralem* pro f. 6. dare debent.

Grifo, Griffo, onis, gryphus (Du C. griffus) animal fabulosum, quadrupes alatum; *griffmadár.* S. de Kz. Chr. I. 1., 5. Tör. Tár. 1887. p. 174.

Grimpare, comminuere, atterere, conterere; *szétdarabolni, zúzni.* It. grifare. Ljub. Mon. Sl. V. 246. an. 1334. laboratoribus, qui laboraverunt ad *grimpandum* Salbonem.

Grion, onis, (It. girone); *csücs, a melybe az evező illesztetik.* Gal. le bout par ou l'on empoigne la rame, le genouil. Ljub. Mon. Sl. II. 366: dentur . . . remi . . . longitudinis in *grione* pedum V$^1/_2$ et in *palla* pedum XV.

Griparia, æ, species navis (Du C.) Ljub. Mon. Sl. IV. 304., 324.

Gripator, possessor navis, quæ *gripa* nuncupatur. Rač. Mon. Sl. VII. 49. an. 1056: affuerunt inter eos et piscatores, qui eciam *gripatores* nominantur.

Griphon, *Grifo.* Chr. Dubn. 4., 8. In montibus enim deserti memorati cristallus invenitur, *griphones* nidum parant.

Gripinalis, fors. a græco *γρῖπος; háló.* Ljub. Mon. Sl. I. 144: duo *gripinales* . . . pro . . . ligno.

Grippus, (Du C.) celox; *kalóz, rabló hajó.* Adelm. De orig. Turc. 13. Classis thurcorum imperatoris continet ad summum vela CCCC supputatis navibus triremibus, biremibus, palandariis, *Grippis* et aliis omnibus Navigiorum, que capit circiter hominum XXX milia et ipsa parari solet Constantinopoli.

Grirellus, pro: *Clitellus,* clitellæ, arum; *nyereg.* Száz. VI. 374. Emi duos *grirellos* di serico cum auro pro turcalibus equis.

Grisesta, æ, græco ritui addictus, græcus ritus; *görög mód, szertartás.* Ljub. Mon. Sl. V. 43. an. 1404: in qua ecclesia celebrantur ad *grisestam.*

Griseum, (Du C.) vestis monachorum; *szőr csuha.* Pel. Serm. In purpura magis apparet turpior macula vestis, quam in eo, qui involutus est de *griseo* vel sacco. (Aest. 25. q. 30. l.)

1. **Griseus,** cineraceus, cinereus; ordo *griseus* : monachorum scilicet qui coloris cinericii (griseus, Ital. grigio = *szürke)* vestibus induebantur, quo nomine Cistercienses monachi intelliguntur, qui nigrum habitum primi in griseum commutarunt ut auctor est Jacobus de Vitriaco in Hist. Occident c. 14. (V. Du C. s. Monachus). Marc. Chr. II. 77. *Griseorum* monachorum (in monasterio). Knauz M. E. Str. 210., 230.

2. **Griseus,** 3., (Du C. *Griseum,* pellis animalis cuiusdam, quod vulgo *Vair* Galli appellant.) fors. mustela; *menyét.* (Szabó vertit: *nyest* . . .) Fjp. Anon. 10 pelles *melinas* et *griseas.* Cf. Barteasgrans Piér an. 1275. Ils la recouvrent chaut et de *gris* et d'ermin.

Grisius, 3., (Du C. griseus) cineraceus; *szürke.* Tör. Tár. 1891. p. 680. *grisii* coloris. Schläg. 1249.

Gritius, fors: erinaceus, est enim de flagellis sermo, quibus se sanctimoniales excruciebant. (Schlägli 1669. sz. circius et Besztcr.); *tüskedisznó.* Prot. inq. 182: in aliis magnis vigiliis verberabat se cum virgultis et spinis aliquando et quandoque cum quadam scoriata de pelle *gritii,* ita quod sanguis exibat.

Gristus, 3., idem quod *grisetus,* griseus; *szürke.* Tör. Tár. 1887. p. 174. Item octavum ornamentum de purpura brunatica ad *grista* mixtim ad modum polimite vestis.

Grobatus, i, groba: fovea, cloaca (ex Slav. *grob)* (Du C.); *gödör, verem.* Georg. Sirm. I. 320. et corpora eorum immisserunt *in grobatum* cum capitibus suis.

Groma, tis, (Du C. mensura, norma) mos; *szokás.* Arch. Ver. Sieb. IV. 228. Patrum *gromate* anno Dmni.

Grongus, i, Murena Conger (Linn.) V. s. *Bilizna; skomber.* It. grongo. Ger. Meeraal.

Grossanus, 3., crassus; It. grossolano; *darabos, durva.* Ljub. Mon. Sl. XXII. 7. an. 1453. sachos duos salis . . . *grossani.*

Grossarius, fors. pro grassarius: sicarius (Du C. al. s.); *útonálló.* Ljub. Mon. Sl. I. 48. an. 1232: et non recipient . . . *grossarios,* predatores sive *rubatores.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 255.

1. **Grossator,** fors. idem quod *grossarius* ap. Du C. magnarius, solidæ mercis propola; *nagykereskedő.* Tör. Tár. 1891. p. 311: *grossatori* Lothaus ac eiusdem legioni additum esse annum.

2. **Grossator,** pro: *grassator,* homo vagus (Du C. al. s.); *csavargó.* Tör. Tár. 1887. p. 73. Nec referam impossibilitatem per avia et longissima itinera et omnigenis *grossatoribus* infesta.

Grosse magni cultelli, decimæ vini districtus zagrabiensis; *nagy dézsma terület.* V. *Cultellus.* Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 146: Zagrabiensis districtus decime, que *grosse magni cultelli* appellantur.

Grossescere, (Du C.) crassum fieri; *eldurvulni, silánynyá válik.* Pel. Serm. Anima recedere cogitur a corpore . . . et spiritus vitales, per quos anima operatur in corpore, *grossescunt* et deficiunt. (Aest. 76. a.)

Grossetum, species monetæ (Du C.); *garas.* Ljub. Mon. Sl. XXII. 39. an. 1454: *stampari* fecit magnam summam *grossetorum* et . . . monetarum falsarum ad *stampam* nostram.

Grossi Pachienses, Numi Hung. 152. *Pachienses grossos* per Carolum T. A. 1342. simul cum *Bohemicalibus* ac Viennensibus sublatos Belius pro *Péchiensibus* seu Quinqueecclesiensibus; Schönviszner iam pro Bacsensibus (in Hung. loco Bácsensis) habendos censet.

Grossicula, æ, monetæ species; *félpoltura.* Bel. Comp. Hung. Geog. 30. Moneta in Hungaria sequens est in usu: 2. *Grossicula* (ein Gröschel) quarta pars grossi, Rhenensis floreni octuagesima.

Grossitas, (Du C.) crassitudo; *vastagság.* Andr. Pann. 282.

Grossities, (Du C. spurcities, immunditia) H. l. crassitudo; *vastagság.* Quod alio loco grossitudo dicitur. S. de Kz. Chr. I.1., 2.

Grossitudo, (Du C.) crassitudo; *vastagság.* Kat. Hist. Reg. I. 426. *Grossitudo* pectoris erat parilis *grossitudini* capitis. Ljub. Mon. Sl. 192. an. 1414. S. de Kz. Chr. I. 1., 2. Cf. Vulg. Jerem. 52., 21; Solin. 43.

Grossus, i, monetæ species (valor eiusdem: 3 crucigeri = 5 denarii); *garas.* Sim. Num. 51. Revocato Floreno Hung. ad sua exordia videndus est valor eius respectu monetæ argenteæ, quæ tunc in usu fuit, ac solis fere denariis, Grossisque definiebatur, per quos tam floreni, quam reliquæ etiam ideales pecuniæ uti: Marcæ, pensæ, fertones, Sexagenæ etc. redimebantur. Sicut autem Florenos: ita etiam *Grossos* primus in Hungariam induxit Carolus I. R. H. sic dictos a *Grossitie.* Inst. Arith. 65.

Grossus, 3., (Du C.) crassus, magnus; *durva, vastag.* It. grosso. Ger. dick, grob. Kronst. I. 326.

Grossus Bohemicus, Numi Hung. 152. Inter monetas argenteas maiores in regnum admissas primum locum tenent, *Grossi Bohemici* seu *Pragenses.* Georg. Pray (Annales Regum Hung II. 237.) sequentes Pragensium Marcarum species recenset, utpote legalem seu levem qua pondus argenti probatissimi = 48 grossis. *Vulgarem* vel communem = 60 grossis; *regalem* = 56 grossis. *Gravem,* ob æris admixtionem pondus excedens = 64 grossis. Vestigium est sub Carolo I. in Hungaria marcam a 50 grossis fuisse calculatam, qui rex postea Decreto anni 1342. cursum eorum penitus interdixit. Grossos hos sensim extra cursum positos *reinvexit* Sigismundus rex, sub quo nomenclatio: *Sexagena* grossorum invaluit, quorum nempe 60. marcam vulgarem = 420 denariis, 100 a floreno computatis æquabant.

Grossus Cæsarianus, Bel. Comp. Hung. Geogr. 548. Nummi Turcici notiores sunt: 1. Denarius Turcicus, Asper, qui est quinquagesima imperialis pars. 2. Imperalis, Thaler, qui denarios Turcicos quinquaginta seu triginta *grossos* Cæsarianos æquat.

Grossus Corvinianus, Numi Hung. 77. *Grossus Corvinianus* quinque denarios (100 horum florenum adæquantes) valebat.

Grossus executionalis, *behajtási garas.* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 467: Curabant... ut super insumptione ex *grosso executionali* per executores dietim accepto . . . extractus submittant.

Grossus Florenarius, Numi Hung. 103. Horum eximiæ raritatis numorum diversum est pondus et quidem appendentes $^1/_2$ semiunciam, medii seu simplices — 1 semiunciam, integri seu duplices — ac $1^1/_2$ semiunciam et ultra, triplices Thaleri nominari solent. Primos

huiusmodi numos cudi fecit Maximilianus I. Imperator anno 1479. . . Ii tunc *grossi florenarii* dicebantur, sed postquam per Comites Schlick in Bohemia in valle Joachimi (Joachims-Thal) cudi cœpissent, Thalerorum nomenclationem sunt consecuti.

Grossus Germanicus, Cod. Alv. II. 232. Moneta polonica, quæ vulgo duodecim polturarum vocatur, valeat triginta sex nummos hungaricos sive sex *grossos germanicos.* Ibid. *Grossus caesareus* valeat sex nummos hungaricos.

Grossus latus, gr. minor. Pár. Páp.

Grossus major, 8 grossos valens. Pár. Páp.

Grossus minor, 4 grossos valens. Art. XIV. 1558. Pár. Páp.

Grossus Ungaricus, moneta valens 6 v. 8 denarios; *magyar garas,* 6 v. 8 denár. Tör. Tár. 1897. p. 27.

Grota, æ, (Du C.) rupes; *szikla, barlang.* Ljub. Mon. Sl. II. 239. an. 1345: *fortilicia* . . . constructa . . . in quadam *grota* sive *forno.*

Gruatinum, species navis. Ljub. Mon. Sl. I. 300.

Gruatinus, 3., V. s. *Maranus.*

Grundium, (Du C. Grunda) ὑπόστεγον, tecti prominentia, stillicidium. (Cf. Diez. Etym. Wtb.) Bonf. Hist. VII. 631: In fronte sub *grundiis* tectorum triglyphos subiecerunt.

Grunius, sus gruniens; *disznó röfögés.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 525. Ita nempe Sacrorum Mysteriorum officia et pii ritus Ecclesiæ quantumvis eos Luthericolarum *grunii* et cætera turba rabularum explodat.

Gryphus, i, *Grifo.* Bonf. I. 1., 2. ditissima deinde regio sed inhabitabilis, quando *gryphi* sævum et pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egestum, mira sollicitudine custodiunt neque quenquam id attingere patiuntur.

Gschiermagister, rei vehiculariæ præfectus; *szekerészmester.* Magy. Tört. Eml. XXX. 349. an. 1556. 200 currus pro devehendis victualibus conducendi essent cum uno *Gschiermagistro.*

Guadia, v. *guadimonia,* (Du C.) vadimonium, pignus, fideiussio; *kezesség, jótállás.* Nagy Hier.

1. **Guadum,** (Du C. 1.) vadum; *gázló.* It. guado. Ljub. Mon. Sl. V. 69. an. 1406.

2. **Guadum,** (Du C. 2.) vitrum; isatis, glastum; *festő fű.* It. guado. Ljub. Mon. Sl. II. 265: de cera cuiuscunque loci; de *guado.*

Guadus, i, V. *Guadum* 2. Ljub. Mon. Sl. XXI. 412. an. 1452. *guadus* pro tinctoria.

Gualapur, (Du C.) larvatus idem q. Walapaus; *álruhás, álokoskodó.* Nagy Hier.

Gualquatia, æ, linum subigendum; *len.* Han. Mon. Jur. II. 288: de stuppis sive *gualquatÿs* emptor debeat accipere terciam partem lucri pannorum, qui follabuntur in ipsis.

Guantus, chirotheca; *keztyű.* It. guanto. Prot. inq. 308: steti ante eam, et ipsam videbam et intrabat anima in corpore eius sicut in *guanto.* Lub. Mon. Sl. II. 111. an. 1341. CC paria *guantorum.*

Guarantia, æ, (Du C.) actus muniendi, confirmandi, (fideiussio); *biztosítás, biztosíték.* It. guarentia. Arch. Rák. I. 36. *guarantia pacis.* Instr. Pac. Præf. Regis Christianissimi fideiussione sive *Guarantia.*

Guarda, (Du C. guardia) custodia, tutela; *gondnokság, őrizet* It. guardia. Prot. inq. 266: ego habebam quamdam sororem in *guarda,* que habebat febrem.

Guardare, intueri; *valakire tekinteni.* It guardare. Prot. inq. 268: ego . . . non audebam eam *guardare* in facie.

Guardaroba, æ, (Du C. *Guarderoba)* locus ubi vestes servantur, reponuntur vestiarium; *ruhatár.* It. garde-robe. Száz. VI. 371.

1. **Guardia,** æ, (Du. C. 1.) custodia; *őrizet.* Ljub. Mon. Sl. III. 125: *guardias* facient. Prot. inq. 273.

2. **Guardia,** (Du C. 2.) bona, regio claustri V. *Gastaldia; a kolostor curiája.* Pár. Páp.

3. **Guardia,** famulitium, stipatores et satellites; *őrség.* Ac. Com. Sopr. p. 189: Dominus . . . Palatinus . . . stipatus . . . utrinque certo famulitio suo seu *guardia.* Thök. Diar. 608. legalább száz és 150 ember is kivántatik pro *guardia* mellette.

1. **Guardianus,** i, custos pecorum (Du C. 2.); *őr, pásztor.* Rač. Mon. Sl. XIII. 199. an. 1357.

2. **Guardianus,** (Du C. 1.); *guárdián.* Cher. Jus. Eccl. II. 51. Reliquorum vero ordinum religiosorum Superiores primi generis dicuntur Ministri Provinciales; secundi generis autem in ordine S. Francisci *guardiani,* in ordine Carmelitarum, Servitarum et Fratrum Misericordiæ *Priores,* apud piaristas denique *Rectores* nuncupantur.

Guardianus Monetarius, explorator monetæ; *pénzverő intézet pénzvizsgálója.* Ger. Münz-Wardein. Magy. Tör. Tár. XX. 159. Cæsareo *Guardiano Monetario.*

Guarentare, protegere; *biztosítani.* It. guarentire. Ljub. Mon. Sl. IV. 322. an. 1394. defendere et *guarentare.*

Guarentia, æ, (Du C.) cautio, pignus; *zálog, biztosíték.* Ljub. Mon. Sl. I. 33.

Guariri, (Du C. guarire) convalescere, sanitatem recipere; *felüdülni, meggyógyulni.* It. guarire. Prot. inq. 153: «Vade ad pausandum, quia tu eris cito liberata» et mire et statim fuit *guarita.* Cf. 217. XIII. 261., 300. L.

Guarnacia, æ, (Du C.) idem quod Zimarra apud nos *Cimada,* vestis longa manicata, quæ instar sic dictæ *reverendae* geritur; *hosszú felső köntös.* Batty. Leg. T. II. 435. an. 1279. End. 567. (Synodus Budensis an. 1279.) prohibemus . . . nec togas sive *guarnacias* seu supertunicalia . . . habeant . . . vel bottones seu fibulas aureas vel argenteas.

Guarnimentum, V. s. *Gravimentum.*

Guastator, (Du C.) vastator; *pusztító.* Ljub. Mon. Sl. II. 300.

Guastum, Guastus, (Du C.) vastum, ruina; *rom.* It. guasto. Ljub. Mon. Sl. II. 112. Dip. reip. Rag. 341.

Guayta, æ, (Du C.) excubiæ; *őrizet.* Han. Mon. Jur. II. 229: nullus mercator, nec marinarius nec *suprasaliens* . . . lembi possit facere custodiam et *guaytam* lembi per aliquem alium.

Guazeta, æ, pannus tenuissimus; *patyolat.* Gall. gaze. Ljub. Mon. Sl. XI. 52: pro peciis de *guazeta* XIII.

1. **Guba,** æ, penula (Du C. al. s.); *guba.* Gros. H. Ph. I. 181: Rutheni e longiore lana vestem, quam *Gubam* dicunt, valde villosam texunt instar centonis . . . ultra genua pertingit. Mon. Com. Trans. V. 199.

2. **Guba,** æ, pannus villosus; *gubás gyapju.* Tör. Tár. 1890. p. 479. sulcari criseos vulgo *gubas.* An. 1498.

Gubás-Barsonium, *Felba* q. v.

Gubbellotus, i, pro: gabellotus; *adószedő.* Ljub. Mon. Sl. XI. 93. an. 1323: *gubbellotus* mercati.

Gubernamen, administratio, cura reipublicæ, regnum; *kormány.* Oláh. Cod. Ep. 38. votis transigerent de eo eligendo, qui esset ad *gubernamen* Hungariæ magis idoneus. Cod. Dip. Brüss. III. 260. — Magy. Tört. Eml. XXX. 185. an. 1547. committere regimini seu *gubernamini.*

Gubernamentum, V. *Gubernamen.* Dip. Alv. I. 146. Si quidem ad *gubernamentum* huius loci ordinatus fuerim.

Gubernans, præfectus; *kormányzó.* Gall. gouverneur. Cod. Dip. Brüss. II. 99.

Gubernare, sustinere, fulcire (Du C. al. s.); *támogatni, vezetni.* Prot. inq. et 203. X.: et ipsa veniebat . . . et in spallis suis portabat illud (aliud grave) [et] non debebat *gubernari.*

Gubernativus, 3., vim gubernandi habens; *kormányzói.* Beng. Ann. Er. Cœnob 147. Prudentiæ item *gubernativae* dotibus excultus. Moln. Rat. Rei Schol. 18.

1. **Gubernator,** præfectus, provisor civitatis aut regni (Du C. al. s.); *kormányzó.* Szer. Not. p. 142. Decret. Zapolyæ an. 1525.

2. **Gubernator,** (Du C.) (monasterii) præfectus; *konvent védnöke.* Tör. Tár. 1887. p. 560. tutorem, defensorem, *gubernatorem* et protectorem perceptoris Domus nostre de Chergo: (csurgói keresztesek).

Gubernatoralis, ad gubernatorem pertinens; *kormányzói.* Fej. X. I. 353. et tricesima solvenda communivit sub sigillo *gubernatorali.* Anno 1404.

Gubernialis, e, ad gubernium pertinens; *guberniumi, kormányzósági.* Száz. XIII. 195. Tör. Tár. 1889. p. 567: *guberniale archivum.*

1. **Gubernium,** præfectura; *kormányszék.* Georch. H. T. IV. 12.

2. **Gubernium,** administratio, cura; *kormányzat.* Fej. X. I. 221. Eadem Maria . . . Demetrio Cardinali A. Episcopo *gubernium* Ecclesiæ Strigon . . . addicit.

Guernimentum, (Du C.) *apparatus; fölszerelés.* It. guarnimento. Fej. V. II. 283. restituent dictas galeas cum affixis et corredis et aliis *guernimentis* eque bonis.

Guerra, (Du C.) lis, discordia, bellum; *viszály, harcz, háboru.* It. guerra. Fej. X. I. 283. de et super universis et singulis displicenciis, *guerris* et litibus, discordiis et controversiis . . . Marc. Chr. II. 45., 49. Pel. Pascha 29. k.

Guerrizare, (Du C.) bello infestare; *háborúval nyugtalanítani.* Ljub. Mon. Sl. II. 259. IX. 37. an. 1409: damnificare et *guerrizare* dictam terram.

Gugumerus, i, cucumis; *ugorka.* Ljub. Mon. Sl. V. 263. an. 1334.

Guidagium, (Du C.) tributum pro securo transitu; *útadó.* Pel. De dedic. Eccl. s. c. 6.: *guidagia* personæ ecclesiasticæ non tenentur.

Guidaticum, (Du C.) fides publica, salvus conductus; *adott szó, menedék, biz-*

tositás. It. guidaggio. Ljub. Mon. Sl. XXI. 29. an. 1428: sub protectione, salvaguardia et *guidatico.*

Guidrigildis, (Du C. Guidrigild) hominis pretium, æstimatio capitis; *pénzbeli büntetés, birság.* Nagy Hier.

Guilotina, æ, (a Gall. guillotine) V. *Feralis culter; nyaktiló.* Bene Med. V. 327. postquam caput eius per *guilotinam* abscissum fuisset.

Gula, æ, (Du C.) murium rubricata pellicula; *biborral ékesített hermelin.* Gall. gueule. Piszter Szt. Bernát I. 415. Horreant et murium rubricatas pelliculas, quas *gulas* vocant.

Gularis, a *gula,* gulam exercens, gulæ deditus; *torkos.* Funda David. E. 2., 40: quod igitur Præpositis *Gularibus* libidinem suam exercere haud permiserint Nostrates, ideo Personas Regias reiecerunt.

Gulfus, i, (Du C.) sinus maris; *tengerszoros.* Dip. rel. reip. Rag. 114.

Gulioca, æ, nucum nuglandium summa et viridia putamina (Fest.); *dió külső haja.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. III. 37. Sic. ex. gr. nucleus nucis est calidus; *gulioca* seu exterior cortex eiusdem frigidus.

Gulositas, (Du C.) edacitas, voracitas; *torkosság.* Chr. Dubn. 147., 130. Mirum est, quod tanta *gulositate* insaciabili . . . non saciaberis.

Gumen, pro: ([Pur] gamen), aurium sordes; *fülpiszok, fülsár.* Schläg. 317.

Gummitio, obductio gummi; *mézgával való bekenés.* Rau. Elem. p. 15. Cf. Colum. 12., 52., 17.

Gumpha, æ, axis rotæ; *kerékagy.* Bárcz.

Gumphus, i, iunctura, vinculum (Du C.); *kapocs.* Kov. Form. St. XXVII. Est coniuncta radiis tantis polis rotha *gumphis.*

Guna, æ, (Du C. 2.) vestis pelicea; *gunya.* Nagy Hier.

Gundula, æ, phaselus Venetorum; *velenczei csónak, sajka, ladik.* It. gondola. Wagn.

Gurdonicus, Gurdus, 3., (Du C.) rudis, imperitus ineptus; *bolond, badar, esztelen, hóbortos.* Nagy Hier. Cf. Sulp. Sever. Dial. 1., 26. Laber. ap. Gell. 16., 7., 8. Quint. Inst. 1., 5., 57.

Gurga, æ, (Ger. Gurgel) gula, iugul, iugulum; *nyak.* Georg. Sirm. I. 278. Hic cumque sonuissit (recte: sensisset) in *gurgis* Regis Joannis, mox velle nolle precursorem misit iterum ad Kazon vajda.

Gurgium, fors. pro gurgustium, rustica domus, tugurium; *kaliba, viskó.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 481. et vinea uxoris Lampridii suprascripta simili modo; et *Gurgium* Vazatrichi, quod tenet Vitus Zadolini.

Gurgurium, pro: gurgulio; *nyeldeklés,* rectius: *nyeldeklő.* Schläg. 368.

Gurgusta, (Schläg. 814. gurgustium) V. *Gurgustium.* 1. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 117.

1. **Gurgustium,** (Du C.) locus angustus, arctus, in quo pisces capiuntur; *halrekesz.* Thurócz. in Carolo Rege cap. 97: Sed erant omnino sicut pisces in *gurgustio* vel in reti comprehensi. Kat. Hist. VIII. 648.

2. **Gurgustium,** fumarium; *kürtő.* Schläg. 814.

† **Gurgustrium,** V. *Gurgustium.* 1. Chr. Dubn. 140., 125.

Gurhes, denarii banales. Numi Hung. 166. In rationibus decimæ sexennalis Collectæ in Diœcesi Quinqueecclesiensi *banalium Vercensium* ac Verecensium et ad A. 1333 banalium denariorum *Gurhes* dictorum fit mentio (Koller Hist. Episc. Quinq. II. p. 385.) quos a Comite Cameræ sic appellatos fuisse censeo; quum inter Comites, quibus Carolus I. tenore Mandati A. 1323 Cameras suas elocaverat, etiam Ladislaus Gurhes nominetur.

Gustatoria pinta, lagena vini mensuræ unius pintæ vinum ad gustandum continens; *kóstoló pint.* Pfahl. Jus. Georg. 243. *pintarum gustatoriarum,* torcularis item pecuniæ (Pressgeld) præstationes.

Gustidia, æ, custodia; *őrizés.* Ljub. Mon Sl. XI. 137. an. 1343: ad exigendum denarios *pascute* et *gustidie* Stagni.

Gustrum, V. *Gurgustium.* 1. (Du C. vasis species). Fej. IV. 2., 410. ut pisces in *gustro* comprehensi — nec fugæ locum habere poteramus. Kuk. Jur. I. 75. an. 1264.

1. **Gutta,** æ, fors. ab it. *gotto,* calix, vas ad bibendum aptum (Du C. al. s.); *ivó edény, kulacs.* Tör. Tár. 1891. p. 259. dicti vero Musquetarii *Guttam* suam habere nolunt dependentiam.

2. **Gutta,** æ, apoplexia (Du C. gutta cadiva); *gutaütés, szélütés.* Werbőczi 553. Et si reus sum, caducus morbus, fluxus sanguinis et *gutta* repentina me tangat. Kass. Jur. Civ. II. 257.

Gutta aurea, *arany csepp.* S. Benkő. Top. Misk. 51. aliquando in maturis uvis oleum æthereum cum glutine in balsamum inspissatum quod Hungari arany tsepp sive *guttas aureas* vocitant, conspicitur.

Gutta rosacea, s. *Erysipelas; Szent Antal-tüze, orbáncz.* Kecsk. Ötv. 175.

Gutta suffragii, parvum auxilium; *csepp segítség.* Obs. Jadr. 412. nemini imperat ex tuis illis fidelibus Jadertinis *guttam suffragii* præstare, speculatur universus exercitus armis fulgidis decoratus.

Guttatus, 3., (Du C.) guttis diversi coloris aspersus; *pettyegetett.* Szamosk. II. 278. truttas inusitatæ excellentiæ stellulis puniceis per totum corpus *guttatus* summo studio captare. Cf. Martial. 3., 58., 15. Pallad. 4., 13.

Gutteria, æ, (Du C. 2.) morbus gutturis ex male olentium aquarum potu contractus *(Struma* Plin.); *golyva.* Nagy Hier.

Gutterosus, 3., v. *gutturosus,* (Du C.) strumosus; *golyvás.* Nagy Hier.

Guttur fluvii, ostium fl.; *folyam torkolata.* Pesty Ször. III. 304.

Gutturale, ornamentum equi; *nyakdísz.* Magy. Tör. Tár. XX. 178.

Gutturculus, dem. ex *guttur; torkocska.* Pinx. Apod. p. 167: *gutturculo* suo angusto philomela mille vocum discrimina, mille sonos refert.

Gutturnio, angusti colli, gutturis, vas aquarium; *ibrik, szűktorku korsó.* Kat. Hist. IX. 74. quibus *gutturnio* (vas aquaticum) cum pelve accessit.

1. **Gutturnium,** cantharus, hirnea coffeæ; *kávés kanna.* Arch. Rák. VIII. 344. unum *Gutturnium* ex porcellana pro Cavè.

2. **Gutturnium,** i, V. *Gutturnio.* Szamosk. I. 232. Tum vero bina *gutturnia* cum totidem Malluvijs argentea omnia et inaurata. Kronst. II. 343. an. 1534. Cf. Fest. 98. vas . . . ab eo, quod propter oris angustias guttatim fluat.

3. **Gutturnium,** guttus; situla; *öntöző kanna.* Kov. Oec. 53.

Gutus, i, rectius: guttus, urceus; *korsó, kanna.* Kronst. II. 581. patina cum *guto.*

Gvarantia, V. *Guarantia.* Arch. Rák. VIII. 138. *Gvarantia* sive Mediatio.

Gvardianus, V. *Guardianus.* Száz. XXII. 590.

Gwerra, æ, V. *Guerra.* Fjp. Szám. p. 95. an. 1393. Száz. XI. 24.

Gyanisco, pullus equinus; *csikó.* Pár. Páp. Cf. *Granisco.*

Gyepium, indagines q. v.

Gygans, pro: gigas, gigantis; *óriás.* It. gigante. S. de Kz. Chr. I. 1., 2. Menrot *gygans* II. 1., 19.

Gymlianus Agla, dux equitum Turcorum V. *Gyumlia; lovassági vezér.* Dec. Bar. 316. Primores quidem Barbarorum cum *Gymlianis* et Beslianis *Aglis,* Alay Begis, et Janzar Aglis in aggere cum suis cohortibus obtruncati fuere.

Gymnasiologia, doctrina de gymnasiis; *tan a gymnásiumról.* Fabó. Mon. Ev. Hist. III. 17. Hæc de scholis in *Gymnasiologia* alii fusius producent.

Gymnasista, æ, discipulus gymnasii; *gimnazista.* Leg. Schol. Schem. 41. Numerus discipulorum, *gymnasistarum* minorum 24, maiorum 15.

Gymnasium, (Du C. 3.) ludus literarius, in quo pueri literis et artibus liberalibus exercentur; *középiskola, gimnázium.* Szirm. et passim.

Gymnasta, æ, alumnus gymnasii; *gymnasiumi tanuló.* Wallaszky 511.

Gymnasta Academicus, (gr. γυμναστής) rudibus batuendi magister acad.; lanista; *akadémiai vivómester.* Pest. Vár. Levt.

Gymnopodæ, Discalceati q. v.

Gynæcon, is, (gr. γυναικεῖον) gynaceum. V. s. *Andron; nőszoba.*

Gynectis, Gynectus, i, levipes, pedibus celox (ab Hisp. ginete: levis armaturæ eques); *poroszka, könnyen ugráló.* Frak. Mát. lev. II. 367: Misit . . . quendam . . . domitorem equorum cum litteris . . . qui peritiam et usum eorum equorum, quos *gynectes* appellant . . . haberet et 368: *Gynectos* vero, qui hispano more conglobatis pedibus saltare norunt, nec unquam habere desideravimus.

Gypsare, vitrum metallicum alicui rei inducere; *zománczolni.* Kecsk. P. Ötv. 184.

Gypsaria ars, ars formandi de gypso figuras; *gipszfaragó mesterség.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 399. tum etiam artificiosis *gypsariae* artis figuris ad insignem decorem perducta.

Gypsator, gypsoplastes; qui gypsea facit opera; *gipszelő.* Rau. Elem. p. 156.

Gypsium, resina; *gyanta.* Szenczi Moln. Kecsk. P. Ötv. 151.

Gypsum, crusta, Encaustum; *zománcz.* Kecsk. P. Ötv. 183.

Gyrabilitas, facultas inscribendi syngrapham; *forgathatás.* Art. D. 1840. p. 60.

Gyraculum, funda; *parittya.* Obs. Jadr. 404. et homines ipsius Plathi grave pondus in ipsam iactaverunt et cathenis ferreis

ipsam annodaverunt et cum *gyraculis* dirimerunt.

Gyrans, syngrapham inscriptam in alium conferens; *forgató.* Art. D. 1840. p. 60.

Gyratarius, i, in quem syngrapha data confertur, transfertur; *forgatmányos.* Art. D. 1840. p. 60.

Gyratio, gyrus, actus in orbem volvendi; *keringés, körforgás.* Vern. Met. II. 85. circa axem *gyrationem* efficeret.

Gyratorius, 3., in orbem volubilis; *körben forgató.* Bene Med. V. 351. machina *gyratoria* (pro vesanis) . . . sella *gyratoria.*

Gyrgathus, i, morodocheum; hospitium mente captorum; *őrültek háza.* Lzb. Cod. Med. III. 58. et 601. *Gyrgathus,* seu stultorum institutum.

Gyrgillarii, *emelő csigával felvonók.* Juriev. Jur. Met. 45. Fossores Metallici 5-o. *Gyrgillarii* (Haspelknechte), qui ope *Machinae tractoriae* seu *Gyrgilli* (Haspel) mineras ad superficiem terræ e fodina extrahunt et vicissim res necessarias in fodinam demittunt.

Gyrgillum, V. *Gyrgillarii; emelő csiga.*

Gyrovagari, (Du C.) evagari, circum circa vagari; *kóborolni.* Knauz. M. E. Str. II. 228., 210.

Gyrovallare, circumdare; *körülvenni.* Marc. Chr. I. 2. Regio quidem Meotyda Persidæ patriæ est vicina, quam undique pontus *gyrovallat.* M. Flor. Fontes II. 104.

Gyrrus, iter et reditus (Du C. sine interpretatione); *egy menet-jövet, fordulat.* Germ. eine Fahrt. Luc. Regn. Dalm. 101. Ad hæc autem stabilivimus, si habuerint navigia, sive commercia, eant et redeant piscatores, *Gyrrum,* sibi galetam præbeant unam, Alii autem Piscatores singulos cum habuerint deferant pisces.

1. **Gyrus,** i, circuitio, anfractus; *kerülés.* Molnár Patv. 39. ut nil nisi grave, utile et necessarium . . . absque ullis pænitus *gyris* et circumscriptione tuis operibus adbibito.

2. **Gyrus,** i, translatio syngraphæ ab uno in alterum; *forgatmány.* It. giro. Art. D. 1840. p. 59.

Gyrus in alba, translatio syngraphæ sola nominis subscriptione nullā pecuniæ summā expositā; *üres forgatmány.* It. giro in bianco. Art. D. 1840. p. 60.

Gyumlia, equitatus turcarum; *török lovasság.* Epist. Proc. P. II. p. 255: Præterea præcipue quique sub *Gyumlia* et Beslianis Agis . . . ceciderunt.

Gyünli aga, capitaneus equitum apud Turcas; *török lovaskapitány.* I. Rák. Gy. 784. ego luce crastina transmittam *gyünli agam* meum cum tribus husaronum seu *gyünliarum* millibus.

Gyünlia, æ, V. *Gyumlia.* I. Rák. Gy. 784.

Gzubasiler, decuriones apud Turcas; *tizedesek.* Tör. Tár. 1892. p. 431.

H

Habanus, 3., ad Habanos slavicæ originis populos pertinens, qui, quum hæretici haberentur, e Moravia pulsi in Hungariam migraverunt. Mentio eorum fit primum circa an. 1547. um. Peritissimi erant artis figulinæ; præcipue excellebant in lateribus coctis, e quibus tecta exstruebant. Cf. Pallas VIII. 482. *Habán* . . . Tag. Erd. II. 618: Tecta *havana* cum incendio resistant.

Habarnicza, polypus; *habarcz* Vect. Ref. O.: De Ligatura Polyporum *Habarnicza* dictorum.

Habenæ minores, *állazó és csikózabla.* It. stanghette e filette. Regul. Turm. Præt. 88. Equos curæ suæ concreditos exacte frenare sciat, consequenter frenum et *minores habenas* (Stangen und Trensen) pro eo, atque necessarium erit, fibulet.

Habendo, constructio hæc sapit et redolet consuetudinem Italicam = constituto, dicto die; *meghatározott időben.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 553. alterum Commune teneatur venire ad illum stanicum *habendo* convenientem terminum sine iusto impedimento, quod posset probari et probaretur et sub pena inferius denotata.

Habentia, æ, (Du C.) res, facultates; *vagyon.* Ljub. Mon. Sl. IX. 20. an. 1409: dominatio nostra habeat . . . loca et terras et *habentias* eorum. Luc. Regn. Dalm. 262. Cf. Quadrig. ap. Non. 119., 32.; Plaut. Truc. Prol. 21.

1. **Habere,** (Du C. 5.) ut substant. res familiaris; *vagyon.* Ljub. Mon. Sl. I. 40. an. 1226: pena perdendi totum suum *habere.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 280.

2. **Habere,** (Du C. 2.) alicuius esse, debere; *kötelesnek lenni.* Han. Mon. Jur. P. I. 191: ibi degentes contribuere *habeant.* Jogt. Eml. I. p. 509.

Habere a certo, certiorem fieri; *tudomást szerezni.* Ljub. Mon. Sl. IV. 444. an. 1401: *habeant a certo,* quod omnia . . . procedant de intentione nostra.

Habere apud se, habere ad manum; *kéznél, jelen lenni, kézügy alatt lenni.* Wagn.

Habere bonum vel malum exitum, prospere bene et feliciter evenire vel minus prospere evenire; *jó vagy rossz kimenetele, eredménye van.* Wagn.

Habere indigne aliquem, aspere, indigne tractare; *méltatlanul bánni.* Fej. Jur. Lib. 382: ovis putridis et scopis immundis *indigne habuerunt.*

Habere pro malo, ægre ferre; *rossz néven venni.* Ljub. Mon. Sl. IV. 25. an. 1360.

Habere pro nihilo, nihili facere; *semmibe venni.* Wagn.

Habere aliquem pro stulto, Putare aliquem sibi pro deridiculo et delectamento, ludere aliquem; *bolondnak tartani, bolonddá tenni, lóvá tenni, bolondot űzni vlkből.* Wagn.

Habere manum apud se, nihil attrectare; *semmihez sem nyúlni.* Bék. Debr. főisk. törv. 143. Librum . . . nullum adtingito; *manum apud te habeto.*

Habere victoriam, victoriam consequi, victoriā potiri; *győzedelmeskedni.* Fjp. Anon. 26. Quando Scithici *victoriam habebant,* nichil de preda volebant.

Habilitare, aliquem, (Du C.) habilem, aptum reddere; *képesíteni, alkalmassá tenni, jogosítani.* Wagn.

Habiliter, (Du C.) habili modo, gratiose, commode; *hajlandóan, kegyesen.* Ljub. Mon. Sl. IX. 154. an. 1411. *habiliter* peticioni . . . assentire.

Habitatio, onis: in codice nostro non actum vel locum habitandi significat, sed conditionem, habitum, quam significationem locus allatus probat; *állapot, minőség.* (Du C. al. s.) Cod. Zi. III. p. 143. Quod . . . peticionem nobilis domine . . . Clara vocate tum Egritudine corporali ipsam prepediente tum eciam gravitate *habitacionis* vie in medium nostri vergentis ingruente personaliter. . venire nequeuntis . . . duos . . viros . . . ad audiendam confessionem seu assercionem . . . domine . . . destinassemus.

Habitatiuncula, æ, parva habitatio; *lakásocska.* F. Forg. Comm. 422. Stephanum Dobonem et Johannem Balassam captos in custodiam tradit assignatis separatim unicuique modicis *habitatiunculis.* Cf. Hieron. in Obad. med.

Habite, modo habili, recte, dextre; *helyesen, alkalmatosan, ügyesen.* Verancs. VI. 25. Certe largius *habiti*usque tractari debebunt, si honori ac famæ, quæ potissimam partem humanarum rerum obtinet, consulere volumus.

Habititus, 3., quod quis habuerat; *volt.* Kuk. Jur. I. 121. an. 1350: *habititis* et habendis tributis.

Habitualis, assuetus, consuetus, inveteratus; *megszokott, megrögzött.* Gall. habituel. Rák. Ön. 32. peccata devenere mihi *habitualia.* Vern. Phil. Mor. 259. Pázm. Dial. 33.

1. **Habitualiter,** prorsus, totaliter, omnino; *mindenestől, teljesen.* Fej. VIII. 1., 188. perpetuati *habitualiter* in profundo malorum.

2. **Habitualiter,** solito; *rendesen.* Gall. habituellement. Ackerl. 10. cum Hystericarum et Hypochondriacorum sensibilitas *habitualiter* alienatam præbeat adfectionem.

Habituatus, V. *habitualis; megrögzött.* Törvt. Msz.

Habitudo, inis: possessio; *birtok.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 355. nullum potuit munimentum seu privilegium exhibere super certa *habitudine* et *obtencione* terre.

Habitus pravus, corroborata iam studio et consuetudine vel usu ac vetustate malitia; *rossz szokás.* It. abito pravo. Wagn.

Habuerit captus, captus fuerit; *elfogott.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 205. Etsi pirratus *habuerit captus* aliquo ligno de suis inimicis.

Habundare super, remanere (abundare); *megmaradni* (fölöslegül); Fjp. Szám. 16.: de duabus exactionibus *super habundaverunt* . . . floreni.

Habundari, pro: Abundari: abundare; *bővelkedni.* Cod. de Sztára. Vol. II. 278. Dum ipsa silva fertilis fuerit et glandinibus *habundaretur.*

Hachoka, (a slavo: Hazucha) longa vestis, quæ superinduebatur, qua magnates

utebantur; *Haczika, haczoka, haczuka.* Tör. Tár. 1889. p. 379. de una *hachoka* cum quatuor vel sex Kaucis.

Haczoka, V. *Hachoka.* Magy. Tör. Tár. XII. 145. unum vestimentum *haczoka,* aliud *Swpycza* vocitata.

Hadnagyo, onis, subcenturio; *hadnagy.* Ger. Lieutenant. Pelcz. Geisa p. 67.: Erant autem in his Præfectis præcipui, præter exercitus in quavis Provincia Ducem, Principes exercitus, Maiores exercitus, Centuriones, *Hadnagyones* et Decuriones.

Hadum, spado; *herélt.* Szamosk. II. 192. *Hadum* spado dicitur, eradicatis duntaxat testibus, pene incolumi, licet inerti.

Hadumus, V. *Hadum,* eunuchus. Verancs. VII. 169. *Hadumus* passa adeo pastorum baculis pulsatus est, ut foeminæ nomen imposterum apud suos invenerit; *Hadum* nempe apud Turcas eunucus appellatur.

Hædera, æ, signum tecto cauponæ suspensum, ubi vinum venditur; *czégér.* Kass. Jur. Civ. I. 35. Vinum et alios spirituosos Liquores exposita adeo in signum liberæ educillationis *haedera* justatim epocillare ... velint.

Hæredipeta, ad analogiam Romipeta (Du C.) qui alius hæreditatem petit vel cupit; *örökségvágyó.* Nagy Hier. Cf. Petron. Sat. 124.

1. **Hæreditare,** (Du C. 1.) hæredem esse, vel hæreditate consequi; *örökölni.* Ludewig Reliq. Mss. tom. 5. p. 491: Charta Caroli Regis Hung. an. 1327.: Si vero sæpe dictum filium nostrum habendo filiam vel filios mori contingeret, ex tunc ipsa vel ipsæ iuxta consuetudinem ipsius Hungariæ observatam succedere et *haereditare* debent. Fej. Jur. Lib. 249.

2. **Hæreditare,** (Du C. 3.) possessionem dare rei alicuius; *valakinek valamit birtoklásba átengedni.* Thurócz. in Petro Rege cap. 38: ac bona quantitate de terra eundem *haereditare* non admisit.

Hæreditarium, (Du C.) heredium, hereditas; *örökség.* Cod. Álv. II. 86. nem lévén *haereditarium*ja ez ország ő felségének p. 82. mert az diplománknak tenora szerént is ő felsége minket *haereditarium*ának nem prætendál s nem is lévén pedig mi ő felségének *haereditariumi* ...

Hæreditarium Marianum, Hungaria. Arch. Rák. IX. 76. *haereditarium Marianum* országában öszvegyült népek.

Hæreditas, alodium; *szerzett örökség, birtok.* Georch. H. T. II. 505. Pfahl. Jus. Geogr. LXXXVIII. Alia lex etiam illos, qui in territorio Domini alterius, in quo videlicet non degunt, agros vel vineas possident, eadem præstatione teneri asserit, ius tribuens Domino, si denegarent, *haereditates* ita appellat agros et vineas illorum, ipso facto pro se occupandi.

Hæres necessarius, hæres, cuius ratio habenda est; *elmellőzhetetlen örökös.* Georch. Ért. 33.

Hæres præsumtivus, hæres in spe, cuius tamen ratio habenda est; *elmellőzhetetlen várandó örökös.* Georch. Ért. 35.

Hæres substitutus, hæres in spe, in locum veri sed forte sine prolibus decedentis substitutus; *várandó örökös.* Georch. H. T. II. 341. hogy az Intéző örökössének rendeli Pétert, ennek magva szakadta után Pált, ennek kiholtta után Jánost és így tovább, oly rendelést tehát, hogy kézről kézre jusson az örökség: mely esetben Pált és Jánost várandó örökösnek *(haeres substitutus)* nevezzük.

Hæres testamentarius, testamento institutus hæres; *intézett örökös.* Georch. H. T. II. 320.

Hæres universalis, hæres ex asse, omnium bonorum hæres; *mindenes örökös.* Georch. H. T. II. 325.

Hæreticalis, (Du C.) hæresim continens, erroneus; *eretneki.* Szegedi Rubr. Pars. II. p. 157: vix ... putem, qui impia illa verba, quæ irâ concitus, imprudens effutit, vera esse credat, proinde qui Blasphemiam *haereticalem* (ut scholæ loquuntur) seu cum hæresi conjunctam, committat.

Hæreticidium, cædes hæreticorum; *az eretnekek lemészárlása.* Pár. Páp.

Hagar, ita vocabant Judæi Hungariam. Tör. Tár. 1881. p. 12.

Hagiodulia, cultus Sanctorum; *szentek tisztelete.* Nagy Hier.

Hagiologium, (Du C.) Calendarium festorum; *szentek naplója, ünnepek naptára.* Nagy Hier.

Hagiosiderum, (Du C.) ἁγιοσίδηρον, quasi sacrum ferrum, unum est ex illis tintinnabulorum generibus, quæ græci campanarum loco habent. Est autem ferrea lamina 4 digitorum latitudine, 16 vero longitudine, funiculo in medio librata. Hæc ferreo malleolo ternis interpolatis vicibus ab homine pulsari solet, qui Sacerdotem Eucharistiam deferentem solet præcedere, ut inter transeundum quisque rei admoveatur; *szent lemez.* Nagy Hier.

Hagri, sermone Hebræorum Hungari. Tör. Tár. 1881. p. 12.

1. **Haido, Hajdo,** onis (ab Hung. *hajtó*) voluntarius, liber miles; *hajdu.* (turc. haidûd); F. Forg. Comm. I. 17. missi propere nuncii ad vicina oppida vicosque auxiliis accersendis, ex quibus armata iuventus et ex agris milites *(hajdones* vocant) sub signis compositi properavere. Prisc. Serv. p. 37. *Hajdones* erant privilegiati milites. Cynos. Jur. Hung. p. 275. a Hungarico *Hajtó.* Kereszt. Res. Mil. 283. Szamosk. II. 148: collecta voluntariorum, quos *Haidones* vocant. et. p. 163: liberæ militiæ Ungarorum *(Haidones* hos vulgus vocat) ... ductor. Isthv. IX. 142.

2. **Haido, Haydo,** onis: prædo Ungarus; *rabló katona.* Szamosk. III. 210. Hæc dum iam ad Coronam aguntur, interea Basta ingentibus instructus Germanorum, Vallonum, *praedonumque* Ungarorum, quos *Haidones* vocant. Szilády. Tör. Magy. Eml. III. 90. Verancs. V. 29. 223: decretum est, ut nobis ac nostris uzkokos, *hajdones* vagosque et errabundos homines, imperatori vero Selymo ... leventas, martalossos, haramias ... intertenere non liceat.

3. **Hajdo,** onis: satelles, apparitor, stipator, lictor V. s. v. *Panduro; hajdu, poroszló.* Kass. P. P. I. 34. Centralis Commissarius ... litteras officiosas ad loca respectiva Comitatus medio *hajdonum* equitum, quorum plures sub sua dispositione habet, promovere. I. 35. Persecutionales Commissarii, quibus deinde adlaterati sunt milites Comitatenses armigeri iam *hajdones* iam pandurones iam persecutores dicti.

4. **Hajdo,** bubulcus; *ökörpásztor.* Szegedi Rubr. Pars. I. p. 153: *Hajdones.* Rustici arma et pixides non gerant *(Hajdones* bubulci, ita hic vocati) Decr. Vladis. Regis 1514.

Hajdona, æ, Polygonum Fagopyrum (Linn.); *hajdina.* Kuk. Jura III. 28. Victualia I. *Hajdona* ... in Verőcze Den. 21. Mon. Comit. Trans. II. 261.

Hajdones Dominales, servi dominorum, nobilium; *urasági hajdúk.* Schwart. Scult. 188.

Haidones liberi, servientes milites magnatum et nobilium; *szabad hajdúk.* Kereszt. Res. Mil 283. Haud pauci Magnates et Nobiles liberos *Haidones* (vagos et pessimæ vitæ milites) sub nomine et titulo (Servientium militum) in Bonis suis aluere ... Illésh. 103.

Hajdones pedites, *talpasok.* Szend. Misk. tör. III. 340, an. 1675. liberis *hajdonibus peditibus* vulgo *Talpas* nominatis.

Hajdones portales, in curiis nobilium servientes; *portalis hajdúk.* Arch. Rák. I. 7.

Hajdones vagabundi, nullis legibus astricti prædones; *kóbor hajduk.* Arch. Rák. I. 215.

Haidonicalis, ad haidonem pertinens; *hajdu* ... Schwart. Scult. 188. reparatione armorum *haidonicalium.*

Hajdonicus, 3., V. *Hajdonicalis.* Cod. Ep. Pet. Páz. I. 37. ut colluviem hanc et turbam *hajdonicam* coniunctis viribus dissipent. Rep. Cast. p. 70.

Hajduccones, V. *Hajdones; hajdúk.* Bod. Hist. Eccl. I. 477.

Haiducus, i, V. *Haido* 2. Rep. Cast. p. 70: Qui eo, quod apud *Haiducos* sive Haidones sit frequens, Haidonicus appellatur.

Hajdukus, i, V. Haido 1. Dec. Bar. 95. unum in locum convenientes iuvenes, plures quam trecenti inter armenta ad labores assuefacti, quos *hajdukos* vocamus, maiore animo quam viribus, nullo certo duce, nullo ordine, arreptis temere armis, quæ sors cuique administraverat, ad Jeneium tandem fuerunt delati.

Hajerus, i, *bányász.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 274. Ratio in eo facilis reperitur, quod *exercitores fodinarum, (Hajeri)* quorum plura millia has Civitates incolunt, quoties defensio regni, præsertim in illis partibus, exposcit, omnes militari more impigre arma corripiant.

Hajtasones, executores; *behajtók.* Opin. 1802. f. 2.

Halbergettus, vel *Haubergettus:* ang. haberjeets; panni species (Du C.); *posztó neme.* Uj. Magy. Muz. III. 198.

Halcyonia, orum, pro: *Halcedonia tranquillitas; szélcsend, nyugalom.* Száz. VII. 298. Ad Halcyonia Pacis Cœlestis properans. Tör. Tár. 1892. p. 191.

Halla, (Du C.) Allah (contractum ex articulo *al* et *ilah:* adoratione dignus, deus ab *alaha:* adorare); *isten.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 391. se malle Varadini audire Turcarum *Halla,* quam Catholicorum Alleluja.

Halophanta, æ, (vox in modum sycophanta formata, qui salem lingit) (Plaut. Curc. 4., 1., 2.) furcifer, nebulo; *gazember.* Vern. Phil. Mor. 13. Revera enim possunt quidem leges probos honestosque viros in officio continere, neutiquam autem reprobos ac scelestissimos homines *halophantas* coërcere.

Halsune, (Du C. Halesone) conventio,

pactum, compositio; *egyezkedés.* Fej. III. 339. Præterea si aliquis faciat querimoniam de alio et ille, qui conqueritur, postea velit dissimulare occultam cum eo faciens compositionem quæ dicitur *halsune,* iudex debet eum cogere etc.

Hame, ap. Du C. *Hama,* mensura vinaria; *csöbör.* Fej. III. 344. Item apud quemcunque in civitate inventa fuerit iniusta mensura, quæ dicitur *hame* vel iniusta ulna.

Hamor, V. *Gasa.*

Hamularius, *Unciarius* q. v.

Hamus, i, ham, cham, chan, princeps (Du C. al. s.); *fejedelem, kán.* Kuun. Relat. Hung. V. I. p. 169: Locum *hami* s. rabonbani Siculorum sub regno Hungariæ constituto «comes et ductor Siculorum» obtinuit (székely ispán) . . .

Hancsār, pro: Kandschâr culter Turcicus; *hancsár.* Thök. Diar. II. 381. Unum par *Turcicorum cultrorum* vulgo *hancsár* fl. 12.

Hanelare ad aliquid, anhelare aliquid; *valamire áhítani.* Fjp. Anon. 11b. Tuhutum . . . dum cepisset audire ab incolis bonitatem terre . . . cepit *ad hoc hanelare.*

Hanis, (Du C.) V. *Hamus; tatár kán.* Szamosk. II. 76. Missi erant ad Alipem Keraium Tartarorum hoc temporis *Hanem* (sic illi *regem* vocant).

Hannapus, i, (Du C.) vas, patera a Saxonico *hnaep, hnaeppa:* calix, patera; *tömjéntartó.* Nagy Hier.

Hanus, i, V. *Hanis.* Tör. Tár. 1888. p. 174. *Hani* chrimensis. II. Rák. Gy. 175.

Hara, æ, casa, tugurium (Du C. et Fin. al. s.); *gunyhó.* Boc. Hungar. p. 9: Non secus is castas ferro aras perdet *harasque* Consumet flammis.

Haradissum, vallum, locus septus; *kerítés.* Cod. Dip. Arp. V. 194. Quarum quidem terrarum mete et termini hoc ordine distinguntur et ibi venit ad *haradissa (?)* castri in unum nemus ad occidentem, quod wlgo holmo dicitur.

Haragium, (Du C. haracium) grex equorum; *ménes.* Gall. Haras. Nagy Hier.

Haramia, æ, miles prædo; *haramia.* Szegedi Rubr. Pars. II. p. 209: In Sclavonia onera æqualiter ferenda in intertentione *Haramiarum.* Decr. Rudolphi Regis 1587. (Prædones, qui sub certo Duce latrocinia exercent; gentili nomine *Haramias* vocamus. Tales stipendiis publicis alebantur per Sclavoniam, ut vias publicas, per terram Turcicam infestas redderent, continuisque cædibus, et rapinis Barbaros molestarent). Verancs. V. 223. Kuk. Jura I. 316. an. 1630. III. 41. Jókai Rab Ráby I. 124. A corpus iurisban van egy t. czikk: «de erectione *haramiarum*» (a haramiák felállításáról). Ez is valami olyan középosztály lehetett a rabló meg a pandur között. Szamosk. I. 57.

Haramialis, ad Haramiam pertinens; Kuk. Jura I. 316: Salaria . . . *Haramialibus* militibus solventur.

Harassium, V. *Harnacz;* Germ. Harrass. Vect. Gen. X. T. tapetes ex *Harassio.*

Harchabusarius, i, miles sclopeto pugnans; *puskás.* It. archibusiere. Oláh. Cod. Ep. 518. janidtzarios, *harchabusarios* habet quatuor millia. Cf. *Archibuserius.*

Hariolus, i, filum; *fonal.* Bárcz.

Haripa, æ, fors. idem quod *auctio* a *haro,* quod clamorem denotat, esset itaque idem quod it. *incantare; árverés.* Kov. Form. St. 374. Octo paria monilium Argenteorum, Unum Tapetæ, Unum mensale maius et longius ac tecturas duorum cervicalium. In *haripam* domo. Si quid residui de pretio præscriptæ domus super erit etc.

Harmelina, æ, V. *Hermellina.* Vect. Ref. C. De . . . una Suba *Harmelinarum.*

Harmonica, æ, concentus; *összhang.* Tör. Tár. 1892. p. 574.

Harmonice, cantando; *dalolva, énekelve.* Ker. Nap. 26.

Harmonisare, concordare, concinere; (a gr. ἁρμονία); *összhangzani.* Gall. s'harmoniser. Vern. Psych. 463. superbus enim cum nemine minus ac cum pariter superbo *harmonisare* potest.

Harmonista, æ, qui studet concentui sonorum; *az összhang mivelője, hangász.* Greg. Aesth. 95. Quare controversia melodistarum et *harmonistarum,* si generalia Aestheticæ principia in censum voces, facile decidi potest.

Harnacz, Harnassus, i, species panni forte ad thoraces, harnesia (Ger. Harnisch) subducenda aptus. *Hernác.* (Cf. Ny. Sz. et Diez I. 26. *arnese,* harnais, harnache). Tör. Tár. 1891. p. 680. subbam de *harnacz.* Száz. II. 158. duas petias *Harnassi.* V. *Harnacz.*

Harnada, æ; *kincsek őre.* Adelm. De orig. Turc. 11. (Spahioglani) quidam sunt dapiferi, pincerne, cubicularii, custodes rerum pretiosarum, quos *harnadas* nominant.

Harnasium, Arch. Ver. Sieb. XI. 356. casula . . . de *harnasio* subducta. Quel. Sieb. I. 9. an. 1467.

Harpa, æ, (Du C.) instrumentum musicum, cujus figura et forma Delta græcum efficit; *hárfa.* Tör. Tár. 1887. p. 662. Cf. Venant. Carm. 7., 8., 63.

Harpedone, gr. ἁρπεδόνη; *fonálvető fa.* Ger. Garnschragen. Iter. Oec. 108.

Harrasium, V. *Harnasium.* Vect. Ref. D2: petia *Harrasii.*

Harpyæ pecuniarum, tributorum exactores; *adócsikarók.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 300.

Harumbasa, præfectus sic dictorum haramiarum; *harámbasa.* Cf. Pallas. II. 266. sub. *Bási.* Magy. Tört. Eml. XXX. 637. an. 1554. per *haramias* . . . fuit unus *harumbasa* captivus.

Hasardlusus, V. *Hazard.* Nagy Hier.

Hasser, asser; *deszka, gerenda.* Kronst. III. 472.

Hassi, agnellus abortivus; *korán született, hasi bárány.* Vect. Ref. C.: De centum pellibus Agnellinis abortivis *Hassi* seu *Chmas* vocatis.

Hassuca, æ, V. *Hachoca.* Kronst. III. 121.

Hasta, æ, (Du C. 3.) miles hasta munitus; *lándzsás.* (Saxones enim 500 milites hastatos omni anno regi dare obligabantur). Urk. Sieb. II. 111. an. 1355. consideravimus numerationem domorum numeralium . . . ex parte census regalis et quingentarum *hastarum* incongrue stare et esse.

Hastator, hasta instructus miles (Du. C. al. s.); *lándzsás katona.* It. astàto. Verancs. Hist. I. 104. aderunt et Hispani et Germani pedites a Romanorum rege missi, alii *hastatores,* alii ut nunc dicimus, *archibuserii.*

Hastiludiator, eques dimicationis ludicræ peritus; *lovagjátékos.* Kronst. II. 512. an. 1537.

Hastiludium, (Du C.) ludus militum cum hastis; *lándzsa (lovag) játék.* Germ. Speergefecht. Kronst. I. 261. Pel. Serm. Hiem. 46. x. Cod. Dip. de Sztára. II. 191. Arch. Rák. IX. 7.

Hastilusor, hastæ vibrandæ peritus; *gerely játékos.* Ger. Speerfechter. Kronst. I. 260. Pel. Pom. De uno vel plur. mart. s. II. e. 4. Fr. Lib. Rt. I. 73., 71. ex *hastilusoribus,* qui in presencia oratorum haustiluserunt.

Hauritorius, 3., hauriendo accomodatus; *meregető.* Debr. Com. an. 1530. Forcipi *hauritorie* aduncus est ut levatorie nasus.

Haustiludere, hastis inter se animi causa ludere. V. s. *Hastilusor; lándzsával bajt vívni.*

Hastipar, qui facit hastas; *lándzsakészítő.* Magy. Tör. Tár. IX. 171.

Hatarus, i, terminus, fines, confinium, ex Hung. *határ,* quæ vox originis Slavicæ est. Fej. X. 2. 394. villam nostram Podhrady vocitatam cum universis pertinenciis suis reditibus, censibus, proventibus, agris, cultis et incultis, metis et *hataris,* silvis, nemoribus, pratis.

Hatmannus, Hatmanus, i, summus dux Cozacorum; *fővezér.* Ger. Hetman v. Ataman. Tör. Tár. 1888. p. 540. Cosaccorum Illustr. *Hatmannus.* II. Rák. Gy. 380. Szilády Tör. Magy. Eml. VI. 481.

Hattisheriffe, diploma imperatoris (ex arab. *khatt:* scriptum et *sherif:* gravis, augustus); *megbízó levél.* Tör. Tár. 1888. p. 551. de mittendo ad Electum Redeium vexillo et reliquis Principatus insignibus, tamen expedit Buda legatum cum *hattisheriffe* sive diplomata Imperatoris amborum etiam Veziriorum.

Hattnak, ex Hung. *hadnagy* in locum centurionis substitutus. Száz. VIII. 265.

Haurire vitam, occidere; *megölni.* Verancs. VI. 128. nisi huic puero Galliarum rex affuerit, non video quomodo poterit per has pestes subsistere, cuius et *vitam haurire,* nedum principatum intercipere adnituntur.

Hausorium, vas, quo hauritur (gelte. Dief.); *koponya, töltögető, mérő edény, rocska, veder.* Schläg. 1516. Nyt. Sz. Csigával vederrel vagy *koponyával* meríts.

Haustorium, trulla (Du C. al. s.); *merítő kanál.* Kronst. III. 420.

Haustorius, a, um (haurio) = ad hauriendum aptus; *merítő. Wernherus* De adm. Hung. aquis p. 851. Ex eo tanta manat aquæ copia, ut quondam molam frumentariam versarit, nunc machinam *haustoriam* similem tympano impellat, qua aqua e Danubio, per subterraneum cuniculum, in eam, quam dixi, turrim admissa hauritur et in arcem transfunditur.

Haustus votivus, hospitii cyathus; *duska.* Ger. Willkommbecher. Pár. Páp.

Havere, is, res familiaris; *vagyon.* Ljub. Mon. Sl. I. 76. IV. 11. an. 1359: sub pena *haveris* et personarum. Dip. reip. Rag. 67. Luc. Regn. Dalm. 175.

Haydo, onis, V. Hajdo 1. Száz. XXX.

2. f. 105. (rustici) Præstare coguntur *haydones*, arma et vestitum.

Haydonicus, 3., V. *Hajdonicus.* Tör. Tár. 1881. p. 439. militiam *Haydonicam.*

Haydu, unis, V. *Hajdones liberi.* Szamosk. I. 48. Alebat peditum liberorum, nulliusque imperio subditorum, quos *Haydunes* vocant, plurimas cohortes.

Haydyna, Polygonum Fagopyrum (Linn.); *hajdina.* Ger. Buchweizen. Magy. Tört. Eml. XXX. 261. an. 1549. bovem unum, *haydynae* quartas tres.

Hazaoszlatio, onis, discessus in domos, domum; *hazaoszlatás.* Arch. Rák. II. 140: Per regulam pigri et *hazaoszlationis.*

Hazard, lusus aleæ; *koczkajáték, szerencsejáték, vakjáték.* Kelem. Hist. Jur. Pr. 456. Lusus omnes, in quibus totum sorti committitur, vulgo *Hazard* dicti, pœna 100. aureorum, actore Fisco Magistratuali coërcentur.

Hazuka, V. *Hachoca.* Kronst. I. 38.

Hebanum, ebenum; *ébenfa.* It. ebano. Curios. Misc. 231. Cur *Hebanum* in aqua mergitur? Idem dicendum est de omnibus lignis, quæ æqualem densitatem habent cum *hebano.*

Hebdoma, æ, hebdomas, adis; *hét.* Cod. Ep. Pet. Páz. I. 211. ad initium quadragesimæ Rma D. V. hic Tyrnaviæ in Collegio Patrum exercitiis spiritualibus, vigiliis, jejuniis, per duas *hebdomas* sese tradat.

Hebdomadalis, ad hebdomadam pertinens (Du C. al. s.); *heti.* Kass. Prax. I. 251. fora annualia libera prout et *hebdomadalia.* Cf. Sidon. Ep. 9, 3 med.

Hebdomadarium, acta quavis hebdomada edita; *hetilap.* Vern. Log. 283. Erudita quoque quædam societas . . . scripto periodico, quod *Hebdomadarium* vocant, inseruit hanc de Wolfi methodo crisin.

Hebdomadarius, i, qui per hebdomadas res administrat; *hetes, ki a hét dolgait végzi.* Wagn.

Hebdomadatim, singulis hebdomadibus; *hetenként.* Reg. Mil. p. 60.

Hebdomatim, per hebdomades; *hetenként.* Fjp. Szám. 468., 485. . . cuilibet 50 den. *hebdomatim,* qui custodiunt in valvis civitatis.

Hectica, (ἑκτικός) (Du C.) febris hectica; *aszkórság.* It. etica. Vern. Met. 110. Ut. e. g. Caius, *hectica* laborans moriatur, est necessarium.

Hecticus, i, hectica febri laborans; *aszkóros.* It. ético. M. Bel. Prodr. 139. ex his et aliis thermis *hecticos* subinde domum rediisse.

Hecuba, (a Hecuba, uxore Priami) maga, venefica; *boszorkány, kuruzsló, javasasszony.* Serm. 255., 256. Invidebat aliqua *hecuba* puellæ recens nuptæ sortem; hinc coram illa simultate agit, ipsi fraudulenter condolet, quod non adeo bene nupserit, virum eius obloquitur etc . . . simplex puella Sponsa credit, decipi se permittit, facit: *hecuba* crebrius illam visitat. 289. Si homines infirmantur, superstitiosas *hecubas* citius, quam homines peritos aut Medicos requirunt.

Heerebannus, i, totius populi ad rem publicam defendendam evocatio; *népfölkelés.* Pfahl. Jus. Georg. XIII. Systema militare Germanorum, quocum politicum intime nexum semper erat, varias subiit cum tempore metamorphoses. Primis temporibus Comitatus (Kriegsgefolge) tam reges quam primores regni intertenebant. Sæculi octavi primis 5 decenniis lapsis successit *Heerebannus* seu communis evocatio (Heerbann, allgemeines Landaufgeboth, Landsturm).

Heido, onis, V. Haido. Illésh. 328.

Heimsuchunge, invasio domus (Du C. al. s.); *a háznak megtámadása.* Fej. III. 339. Quicumque ergo temeritatem illam sive invasionem domus, quæ dicitur *heimsuchunge,* casualiter exercuerit . . .

Heiricius, i, erinaceus; *süldisznó.* Batty. Ger. 200. *Heiriciorum* aculeatissimis tegminibus involuta.

Helcium, lorum pectorale; *szügyhám, vonó hám.* Sacr. Cor. Y. 2: Inde sejuges rubei Colocensis Archi-Episcopi auro purpureis *Helciis* interlucente vestiti, voluptati . . . . fuere. Cf. Appul. Met. 8., 222. et 227.

Helcyamentum, (a gr. ἕλκω) iuga freni, lora; *kocsi szerszám.* Opin. P. II. Sec. II. Cap. V. (c. c.) 2.

Helcysma, scoria, faex argenti; *ezüstnek tonkolya, salakja.* Kecsk. Ötv. 173. Cf. Plin. 33., 6., 35.

Helectus, (Du C.) *electus; megválasztott, választó.* Tör. Tár. 1890. p. 222. *helectus* princeps.

Helemanicus, 3., Alemanicus; *német,* Mon. Comit. Trans. I. 491. maiestas vestra sciat a dolo Germanicho ac *helemanica* fraude . . .

Helemosina, pro: *Eleemosina* (DuC.); *alamizsna.* Kub. C. Arp. I. p. 10. (Andreas II. 1224): ecclesie in *helemosinam* contulerat.

Helenites, e helenis confectum vinum; *örvénygyökeres bor.* Ger. Alantwein. Comen. 71. Tactitia sunt (vina) absinthites, *helenites.*

Heleparta, bipennis; *vívó bárd, harcz bárd, alabard.* Ger. Hellebarde (ex: Helm + barde). Wagn.

Helepolis, *Petarda; petárda, roncsa.* Szamosk. II. 58. Ea machina (Peterda) recens Gallorum inventum est, ad demoliendas portas, urbesque furtim capiendas, imprimis opportunum, recentiores quidam *helepolim* ex Ammiano Marcellino nuncuparunt, quamquam nonnihil a veterum *helepoli* diversum. Cf. Vitr. 10., 22. Ammian. 23., 4.

Helicatus, 3., helices formam habens; *csavaros.* Tomts. 252. In fine tubi altero in armatura similis in medio sui foramen habet *helicatum.*

Heliocaminus, i, gr. ἡλιοκάμινος, soli expositum cubile; *verőfényes verandaszoba.* Száz. XVII. Cf. Plin. 21., 11., 38.; 25., 96.

Heliognosticus, cultor solis; *napimádó.* Nagy Hier.

Heliotropium, per translationem dicitur de homine: temporibus serviens; *köpenyeg forgató.* Magy. Tör. Tár. XVI. 163.

Hellerus, i, a Germ. Heller; *fillér, batka.* Sim. Num. 64. Sexagena in exordio erat ¼ Libræ atque adeo = 60 *helleris* — h. e. obolis.

Helvidiani, Helvidii hæretici sectatores sæc. 4-to virginitatis osores; *Helvidius követői.* Nagy Hier.

Hemathitus, i, hæmatites (Plin.). Arch. Rák. VIII. 319. Ex lapide *Hemathito* vulgo *vérkő,* annulus.

Hemerobaptistæ, inde vocati, quod priusquam opus adgrederentur, manus et quotidie corpus lavarent; *mosakodók.* Nagy Hier.

Hemiobolus, minutissimus forma et pondere numus; *félpoltura.* Numi Hung. 23.

Hemiplecticus, 3., (Du C. hemiplexia) paralysi dimidiam partem corporis afficienti laborans; *fél gutaütött.* Pray Hist. p. 42: *hemiplectico* fulmine ictus.

Hemiplegia, Hemiplexia, æ, (Du C. Hemiplexia) paralysis, qua dimidia pars corporis laborat; *féloldalú gutaütés.* Epist. Proc. P. II. p. 251. Jam anno priore *hemiplexia* tactus erat. Bene Med. V. 268. Kelem. Inst. Jur. Pr. 392.

Hemisphæricus, formam dimidiatæ sphæræ habens; *félgömb* . . . Curios Misc. 50. imo aliquæ illarum fortassis magnitudinem terræ *Hemisphaericae* æquant.

Henotichon, edictum pacis (Du C. *Henoticum* gr. ἑνωτικόν) quod Zeno imperator sanxit; *hitegyeztető parancs.* Not. rel. I. 231.

Henriciani, (Du C. *Henriciana haeresis).* Not. rel. II. 108: *Petrobrusiani* et *Henriciani* ita dicti a Petro Bruis et Henrico eius legato, sæculo 12-o docentibus pædobaptismum, cruces, templa esse abolenda, prout et sacrificia, orationes, bona opera nil conferre. Petrus postremo combustus, Henricus vero in perpetuos carceres coniectus est, damnati sunt in Concilio Lateran. 2-do.

Hentelero, onis, lanius; *hentes, hentellér.* Gall. charcutier. Jogt. Eml. T. III. p. 567: si qui *Henteleronem* . . . mactare et artificio uti voluerit.

Henteso, onis, lanio; *hentes.* Opin. 1810. in re sanitatis. Tit. III. b.: lanionibus sive *hentesonibus.*

Heortolatræ, (ἑορτολάτριος) sacerdotes; *papok.* Bod. Hist. Eccl. III. 335.

Hepatoscopia, vaticinatio ex hepate; *májjóslat.* Nagy Hier.

Heptalychnum, (Du C. Heptamychos) Lucerna septem μυχός seu nares habens; *hétágu csillár.* Nagy Hier.

Heraclitæ, Heracli hæretici socii, qui cœlibem vitam adeo efferebant, ut matrimonium malum esse assererent; *Heraclus társai.* Nagy Hier.

Hostia, æ, (Du C. 1.) panis ad sacrificium Eucharisticum; *ostya.* It. ostia. Serm. Cat. 145. Fractio *hostiae* significat Christi mortem.

Hostia salutaris, V. *Hostia.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 526. mundis manibus et contritione devota offerenda est *hostia salutaris.*

1. **Hostiarius,** (Du C. 4.) ostiarius, ianitor; *ajtónálló.* It. ostiario. Prisc. Serv. p. 32. *Hostiarius* Ostiarius seu custos ostii, *der Thürhüter* cujus art. 13. Sigism. Decr. II. anno 1405. mentionem facit. Kuk. Jura I. 204.

2. **Hostiarius,** alias: ostiarius, (Du C.) primus gradus ordinis ecclesiastici. De eorum ordinatione hæc legimus in Ordine Romano et libro Sacramentorum S. Gregorii: Ostiarius cum ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claves ecclesiæ dicens: Sic age quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ istis clavibus recluduntur et tradat ei Diaconus ostium ecclesiæ; *ajtónálló.* Batty. Leg. III. 268. an. 1372.

Hostiatim, (Du C.) ostiatim; *kapuról kapura.* Fragm. Chron. Rhythm. temp. Ludov. I. Engel. Mon. Ungr. Bécs. 1809. p. 22. Mendicant *hostiatim.* In turmis suæ gentis.

Hosticum, i, terra hostilis; *ellenséges föld.* Tör. Tár. 1890. p. 411. ut hibernent in *hostico.* Cf. Liv. 8., 38., 2. Plin. Paneg. 29., 3. Eum. Paneg. ad Constant 13.

Hostilicium, Hostilitium, munus militare; *hadi kötelezettség.* Kuk. Jura I. 158. an. 1481. facimus exemptos . . . in exercitu aut *hostilicio* sive *voyscina.*

Hostilitas, atis (Du C.) animus hostilis, inimicitia, simultas; *ellenségesség, ellenségeskedés.* Kass. P. P. I. 271. Ad antevertendas *hostilitates* et licentiosas mutuas aggressiones . . .

Hostimentum, (Du C. al. s.) talio, mulcta. V. s. *Homagium* 5.; *birság.*

Hostiolum, dim. ab ostio; *kis kapu.* Obs. Jadr. 403. Sed in illo pavimento infimo erat *hostiolum* quoddam, quod secundum libitum in dicto Carabo volentium aperiebatur atque claudebatur.

Hostisia, (Du C.) hospitatus, hostagia, hostigia; obligatio hospitaliter excipiendi; *szállásszolgálat.* Batty. Leg. I. 437: *Hostisiae* . . . erant — servitutes mansioni addictæ, quæ ab hospite ratione domicilii sui quottannis domino præstabantur.

Hostium, (Du C.) Ostium, porta; *ajtó.* Han. Mon. Jur. II. 54. an. 1312. *hostium* . . . turris, debeat habere duas claves.

Hotar, vox. orig. Slav. sign. confinia, limitem. (V. Miklosich Etym. Wört. p. 86.);

határ. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 68. unde (tendit) ad mege *hotar.*

Houstat, *Loca Curiarum; házhely, udvarhely.* Ger. Hofstätte. Cod. Dip. Arp. Cont. VIII. 43. tam *loca curiarum* que *houstat* dicuntur.

Hringus, i, (Du C.) castrum ad formam circuli munitum (Zeuss: die Deuschen und die Nachbarstämme S. 737: «Ahd. hring, hrinc. nhd. Ring. Die Ringe oder Hage waren eine Art von Festungen bei den Avaren); *erőd.* Rač. Mon. Sl. VII. 298. an. 796: Heirichus dux . . . *hringum* gentis Avarorum . . . spoliavit. Zsigm. Hist. 13: bellum in Avaros decernit; collecto ergo exercitu in hostem a. 791. movet, qui terrore perculsus duo munimenta *(Hringos* vocabant) ad utramque partem Danubii ripam posita derelinquit.

Huberius, pro: uberius; *bővebben.* Batty. Ger. 29.

Huboista, æ, tibicen; *oboista, tárogatós.* Arch. Rák. VIII. 392. Staab, Vice-Colonellus, Supremus Vigiliarum Præfectus, Quartiriorum Magister, Annonæ Magister, Adjutantius, Chirurgus, Profus, *Huboistae.*

Huduornicus, i, V. *Udvornicus.* Fej. I. 75. Juxta quam etiam sylvam unum *Huduornicum* meum Bocz nomine, quem ad serviendum cum duobus fratribus suis prædicto Monasterio Sancti Benedicti obtuli.

Huffnitzbugschen, (Ger. Haubitzbüchse) tormentum curtissimæ formæ; *taraczk.* Magy. Tör. Tár. IX. 66. bombardas 22 et *huffnitzbugschen* 200 et ultra. V. *Hofnycza.*

Hugonottus, i, (Du C.) nonnullis dem. ab Hugon, Hugo alicuius hæretici v. coniurati; aliis derivatum ab *Idgnohs* (Iguenots, Ignots, Egnots, Eugenots) Ger. Eidgenossen, quo nomine Reformati Genevæ insigniebantur; primum nomen ludibrio inditum; deinde Reformati Galliæ ita cognominati; *hugenotta.* F. Forg. Comm. 387. omnes novæ religionis homines deinceps Gheusii vocarentur, quemadmodum in Francia *Hugonotti.*

Hui, hui, interjectio veterum Hungarorum. Cornid. Rel. Vet. Hung. 58. In cladis Merseburgensis descriptione legimus ex Hungarorum parte ante prœlium turpem et diabolicam vocem «*hui, hui*» auditam fuisse, qua sine dubio equos suos incitare solebant.

Huias, atis, (Du C.) incola, eiusdem urbis seu regionis; *földi.* Bod. Hist. Eccl. III. 301.

Hulcus, (a gr. ὄλκος) sulcus, via (Du C. al. s.); *barázda, út.* Mall. F3: Proinde non pigebit iteratâ operâ *hulcus* istius formæ detegere.

Humanalis, (Du C.) humanus; *emberi.* Pel. Pom. In nat. Dom. s. V. c. 1. Tertium mysterium declarabimus suavitatis *humanalis.*

Humanatio, (Du C.) incarnatio, qua Verbum divinum homo factus est; *megemberesülés.* Pel. In nativ. Dom. s VI. 6. secundum notabimus mysterium ex ipsa divina *humanatione.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 61. Batty. Ger. 174.

Humanista, æ, discipulus, qui humanioribus studet; *felső gymnasiumi tanuló* (1848 előtt). Tör. Tár. 1888. p. 201.

1. **Humanisticus,** 3., humanus; *emberi természethez illő, kegyes.* Száz. XXII. 555.

2. **Humanisticus,** ad humanistam (sc. discipulum) pertinens. Pécsi főgymn. Ért. 1894/5. p. 16.

Humanitas, ætas virilis (Du C. al. s.); *férfi emberkor.* Georg. Sirm. I. 41. quia si illi ad *humanitatem* pervenerint, eciam erit magna strages inter Hungaros.

Humaniter se habere, politum et humanum se præbere in commercio cum aliis; *mívelten viselkedni.* Frak. Mát. lev. II. 38.

Humanum testimonium, testimonium præsens; *tanubizonyitás.* Hajnik Perjog. 123.

Humanus, *In humanis agere,* vivere; *élni.* Oláh. Cod. Ep. 35. Initio rerum dum Rex adhuc Ludovicus felicis memoriæ, dominus meus *in humanis ageret* . . .

Humectatio, actus humectandi; *nedvesítés.* Curios. Misc. 54. *Humectatio* enim est affusi humoris accessio.

Humerale, is, 1. thorax, amiculum, 2. (Du C.) vestis sacerdotalis, velum humeris imponi solitum; *1. mellény, 2. vállkendő, nyakravaló.* 1. Thök. Diar. II. 335. Unus *torax* seu *humerale* muliebre, ex holoserico cœruleo, cum fimbrys argenteis habens fibulas argenteas albas ad formam tulipanorum fl. 20. Arch. Rák. VIII. 318: *Humerale* muliebre ex tela vulgo Haar-Mantl. 2. Tör. Tár. 1886. p. 554. Száz. XXVII. 682. — Buny. Vár. tört. III. 88. Cf. Paul. Dig. 49., 16., 14.

Humerōsus, 3., latos et rubustos humeros habens; *vállas.* Bel. Comp. Hung. Geogr. 584. qui vero posteriorem eius (Asiæ) inhabitant partem, *humerosi,* facie flaccida, sima nare, turgidisque labris.

Humicidia, æ, Homicidium; *emberölés.* Georg. Sirm. I. 75. quia Hungarii habent tres naturas: invidia, blasfemia et *humicidia.*

Humicubatio, somnum, quietem humi capere: *földön való alvás.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. p. 294. severa castigatio carnis: *humicubationes* per cumplures noctes.

Humiditas, humor; *nedvesség.* Gall. humidité. Vern. Psych. 60. Sic etiam *humiditas* in aëre produci atque a nobis sentiri dicetur.

Humidiusculus, dem. ad humidus; *kissé nedves.* Kov. Oec. 59: Raphani solo pingui et *humidiusculo* delectantur.

Humiliare, (Du C.) dehonestare, humilem facere; *megalázni.* Rák. Ön. 17. S. de Keza Chr. I. 3., 3.: quibus devictis et *humiliatis* sibi fecit subiugari. Cf. Tertull. Or. 13. adv. Marc. 5, 20 fin. Hieron. adv. Jovin. 1, 18. Sidon. Ep. 5, 14 fin. Ammian. 30., 4.

Humiliare se, submittere se, submisse se gerere (Du C. al. s.); *megalázkodni.* Wagn.

Humiliati, (Du C.) ita dicti in Italia, maxime in Lombardia, viri quidam ac mulieres regulariter et in congregatione viventes . . . qui in omnibus verbis et operibus suis magnum ostendebant humilitatis exemplum, quos V. Pius papa 1570-o abrogavit; *alázatos szerzetesek.* Nagy Hier.

Humiliatio, submissio, animus demissus (Du C. al. s.); *megalázás, megalázkodás.* Rák. Ön. 16. Cf. Tertull. Virg. vel. 13. adv. Herm. 7. Patient. 13.

Humilitatio, V. *Humiliatio.* Rák. Ön. p. 440. l. 21—22.: . . . Deus enim se in tantum humiliare volens, est potentum *humilitatio* . . .

Humilter, *humiliter.* Szilády Tör. Magy. Eml. VI. 198. *Humilter* oro Excellentiam Vestram.

Humipedus, 3., terrestris; *földönmászó.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. III. 134. Hejtlallott est avis *humipeda.*

Humor, affectio animi; *szeszély, érzés.* Rák. Ön. 187. *humoris* et morum contrarietas.

Humorem habet mirabilem, homo ingenii instabilis et haudquaquam ad vitam socialem facti: mutabili vir ingenio et a motibus nostris multum alieno; *szeszélyes.* Wagn.

Humorositas, natura difficilis, animus morosus (Du C. al. s.); *szeszélyesség.* Vern. Psych. 519. Respectu durationis sensionum plures naturæ adversi status distinguuntur: *humorositas,* fodicatio, hypochondria, demissio enimi et melancholia. Humorosus sine ulla aut certe ex levissima saltem caussa ab uno animi statu ad ei oppositum e. g. ex effusissimi gaudii ad eum tristitiæ et vicissim momento citius transire solet.

Humorosus, 3., festivus, facetus; *humoros, tréfás.* Vern. Psych. 286.

Humotenus, (ad normam: oretenus) usque ad humum; submisse, demisse; *alázattal.* Fej. VIII. 1. 506. et pro eodem *humotenus* provoluti. Dipl. reip. Rag. 108.

Hunceuteria, æ, (a Germ. Hundsfott) nequitiæ; *ebhendiség, hunczutság.* Száz. VI. 511. Uno verbo: *hunceuteria.*

Hundredus, i, (Du C.) Aluredus rex Angliæ indigenarum rapinas volens compescere totius angliæ pagos et provincias in comitatus primus omnium commutavit; comitatus in centurias, id est, *Hundredas* et in decimas, id est, in trithingas divisit, ut omnis indigena legalis in aliqua centuria v. decima existeret. centuriæ talis præfectus erat *Hundredus; százados.* Új Magy. Muz. III. 197. Omnes Comitatus et *hundredi* et *trethingii* et *wapentachii* sint ad antiquas *firmas* absque ullo incremento exceptis dominicis maneriis nostris.

Hungaricalis, nude positum pro: *florenus Hungaricalis; magyar forint.* Tör. Tár. 1886. p. 529.

Hungaricalis, Hungaricus; *magyar.* Magy. Jogt. Eml. I. 128.

Hungarides, Hungari; *magyarok.* Dec. Bar. XIV. Ecquid et *Hungaridum* pergis male carpere lingnam.

Hungariensis, Hungarus; *magyarországi.* Kon. Egyh. 91.

Hungaris, Hungaricus; *magyar.* Boc. Hungar. p. 14:

Nil ad te quasi pertineat, defendere terram,
Hungarin, hinc distent quod tua regna procul.

Hungarisis, (genius) natura Hungarica V. s. *Doctiloquus; magyar szellem.*

Hungarismus, i, genus dicendi hungaricum; *magyar társalgás.* Bék. Debr. főisk. törv. 140. ad coërcendum *hungarismum* plagas habento et propter pernoctationes earundem apud se se tres denarios penduntor. Cf. ibid. 137. Hor. Mem. 456.

1. **Hungarizare,** linguam Hungaricam propogare studere; *magyarosítani.* Ger. magyariziren. Jus. Fland. p. 28: comites . . . ibi *hungarizati* sunt. Corp. Gram. 402.

2. **Hungarizare,** hungarismis uti; *magyar módon használni.* Galeoti. 102. Quis enim ille Deacus Gergelius, Bathorius Gaborius, Gestius Ferentius, Redeus Furentius etc. Hysteron Proteron ignoranter *Hungarizando* usurpantibus.

3. **Hungarizare,** hungarice loqui; *magyarul beszélni.* Bék. Debr. főisk. törv. 122. Ne hungarismus, cum notabili huius scholæ propudio porro serpat . . . *hungarizantibus* contradicendi facultatem habeant.

Hungarizatio, usus linguæ hungaricæ; *magyar beszélgetés.* Bék. Debr. főisk. törv. 148. *hungarizationes,* utpote scholæ existimationem misere depascentes.

Hunguus, i, starius (mensura) venetus; *véka.* Ljub. Mon. Sl. I. 42.

Huro, (fors. a voce *Hure* ap. Du C. vox teutonica ab *hueren* (hören) conducere, *hire* Anglis) conductor; *bérlő.* Tör. Tár. 1893. p. 19: item duæ mansiones nostrorum, qui vulgo *Huro* appellantur, cum terris, possessionibus ac vineis dedimus. Arp. O. IV. 53. an. 1275.

Husaro, onis, eques Hungaricus; *huszár.* Cod. Ep. Pet. Paz. I. 188. ut militibus sive *husaronibus* Ujvariensibus stipendiariis trecentis nunc in expedicione bohemica militantibus unius mensis stipendium submittere velles.

Huso, onis, thunnus (Du C. maiorum piscium species); *viza.* Ger. Hausenfisch. Thurócz. In Andr. Rege. c. 43: misit Cæsari 50 corpora immensorum *Husonum,* et duo milia lardorum, mille tauros ingrates. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VI. 149. Postquam *Thunni (Husones)* in Ponto Euxino pepererint. Isthv. Hist. V. 91. *Usones.* Marc. Chr. II. 50.

Husonale, locus husonibus alendis et capiendis. V. *Huzonale; vizafogó hely.* Fej. I. 484. iuxta quod prædium insula una et *husonale* de quo *husonali* tertia pars contigit ecclesiam.

Hussaricalia, arma sic dictorum huszaronum, equitum Hungaricorum; *huszár fegyverzete.* Kronst. II. 82.

Hussaro, *huszár.* Frak. Mát. lev. II. 107: Alius ordo est equitum levis armature, quos *hussarones* appellamus; hi pro una angaria 10 florenos volunt ad unum equum. Arch. Rák. IX. 81. Verancs. I. 149., 233.

Hussarus Subofficialis, decurio ita dictorum hussaronum; *huszár altiszt.* Cons. Sumpt.

Hussitæ, (Du C.); *Husz követői.* For. Scr. p. 54., 55: Ex decimo quinto sæculo produco unicam tantum officinam venalium Hæresum, quæ fuit erecta a Joanne Husso Bohemo circa annum Christi 1407. quam is repleverat et ex erroribus Waldensium, et Wicleffistarum . . . *Hussitae* postea dicti sunt *Calixtini,* quod pro Calice tanquam pro aris et focis pugnarent. Not. Rel. II. 104.

Hussiticus, ad Hussitam pertinens; *husszita.* Numi Hung. 157.

Huszarius, i, V. *Hussaro.* Tör. Tár. 1881. p. 341.

Huszaro, onis, V. *Hussaro* (Du C.) Molnár Patv. 27. Szegedi Rubr. Pars. II. p. 23: *Huszaronis* stipendium *(Huszár,* eques Ungaricus levis armaturæ. Sic dictus ex *Husz* et *ár,* eò, quod ex proventibus et quasi pretio 20 colonorum *(husz jobbágynak az árán)* obligarentur DD. Prælati, et Barones unum ejusmodi Equitem secum ad castra Regis ducere, ut patet ex Ferd. I. decreti 1542. art. 32: Prælati, Barones et alii possessionati penes personam Regis bello intersint et ex *viginti colonis unum equitem* secum ducant. Aliter Mikl. Et. Wtb. 148. qui id a gr. *κουρσάρης.* turc. kursan. it. corsare derivandum putat. Cf. Ethnogr. 1900. XI. évf. I. füz. p. 47—48.

Huszarones Aulici, satellites aulæ; *udvari huszárok.* Prisc. Serv. p. 39: *Huszarones Aulici* quales in fragmento Libri Rationarii super erogationibus Aulæ Regis Hungariæ Ludovici II. de anno 1526. in Christiani Engel Monumentis Ungricis pag. 220 et 221. numerantur.

Huszarus dominalis, satelles, servus domini; *úri huszár.* Kass. Jur. Civ. I. 126.

Huszszarus, i. V. *Hussaro.* Szirm. Hung. in Par. 38. sed dum *Huszszarum* in auxilium satellitum accurrentem et a longe Teremtette! clamantem audisset, Heros iste in eiulatus Aube! Tarumdadum! Tarumdadum! effusus. Menydörgő Teremtette est figura Rhetorica sive Parenthesis apud *Huszszaros,* quam, dum lethalem ictum curva sua framea hosti infligunt, interiicere solent . . .

Hutta, æ, officina metallica; *huta.* Ger. Hütte, Huttenwerk. Opin. in montantsticis 92. Szerdah. Celebr. II. p. 21: His accedunt domus duæ, vulgo *Huttae* eliquandis mineralibus. Brezny. II. 111.

Hutmannus, Decanus (in montanisticis) V. s. Pannisatus; *felvigyázó, hutamester, bányaőr.* Opin. 1802. 62. Nov. Calend. 229.

Huzarones, (Du C.) V. *Huszaro.*

Cf. A huszár név onnan eredt a huszárra.

Mert egy halálának mindig *husz* az ára.

Sárosy.

Et Verancsis adæque a numero 20 derivat hanc vocem, quia viginti jobagiones unum banderistam præstabant.

Huzista, æ, V. *Hussita.* Thurócz. 228. Sectæ cuius imitatores maxime in Bohemia et eius partibus cum nobis sint propinquiores, *Huzistas* vocamus.

Huzonale, is. Gros. H. Ph. III. 75: Alveus ille fluminis, ubi Husonum et Antacæorum piscatio e voto cedit, patria voce *Tanya,* dicitur, latine *Huzonale* vocant. Fej. I. 484.

Hybernalis, hibernus; *téli.* Molnár Patv. 77. quid Militi *inquarterizanti* inque stativis æstivalibus aut *Hybernalibus* existenti vel *transennaliter* constituto præstari . . . debeat.

Hybernium, (Du C.) hibernum tempus; *téli idő.* Cod. Alv. II. 231. et summa in Capitulatione posita per totum *hybernium* administretur. Ibid. ut ita per totum *hybernium* administrentur currus fœni nro 47392.

Hydrica, æ, mensura frugum et liquidorum, metreta frumentaria (Du C. Hydria); *mérő.* Samb. Tyrn.

Hydromantia, (*ὕδωρ* + *μαντεία*) vaticinatio ex aqua V. s. *Geomantia; vizből való jövendölés.* Nagy Hier.

Hydrophylacium, (*ὕδωρ φυλάττειν*) aquarum receptacula; *vizgyűjtő.* Curios. Misc. 333. Credibile autem est sub hoc monte latere vastissima *Hydrophylacia* seu aquarum voragines, cum ex eius radicibus tot tantique tam in Poloniam quam in utramque Ungariam oriantur amnes.

Hydrophylax, (Du C.) custos aquarum; *vizőr.* Nagy Hier. Cf. Cod. Justin. 11., 42., 10.

Hydrotechnus, i, hydrotechnicus; *vizi tudós.* Törvt. Msz.

Hydmantes, (Du C.) gr. *χειμαζόμενοι,* dicti pœnitentes publici, qui propter enormia et turpia quædam delicta etiam ab ipso Ecclesiæ porticu, ubi cæteri pœnitentes stabant, arcebantur, coacti sub dio remanere omnibus aëris iniuriis expositi, cilicio induti; *hidegben veszékelők.* Nagy Hier.

Hymnarium, liber hymnos continens (Du C.); *énekes könyv.* Száz. XXVII. 347.

Hymnidicus, 3., hymnos canens, laudes dicens; *dicsőítő.* Luc. Regn. Dalm. 74. Traguriensem Civitatem intravimus, ubi una a Clero et universo populo in honore et gaudio recepti Laudes *hymnidicas* honorabiliter recepimus.

Hymnificus, 3., in hymni formam redactus; *énekbe foglalt.* Batty. Ger. 15. *hymnifica* benedictio.

Hymnista, æ, laudum præco, laudes hymnis celebrans; *énekben dicsőítő.* Pár. Páp.

Hymnizatio, hymnorum decantatio; *dicsőítő énekek zengedezése.* Pel. Pom. L. X. P. III. Art. II.

Hypante v. **Hypapante,** (Du C.) gr. *ὑπαπαντή,* festum Purificationis Mariæ ab occursu seu obviatione tunc facta a sene Simeone et Anna vidua; *alázatos találkozás.* Nagy Hier.

Hyperaspista, Hyperaspistes, protector, defensor; *oltalmazó, védő.* Syll. Pos. Præf. A. 2. Han. Hist. Eccl. 312.

Hyperdulia, æ, (a gr. *ὑπέρδουλος*); *új kiváló tisztelet, szolgálat.* Pri. sæc. I. p. 59: Mutuus iste Virginis et Hungarorum amor tantum valuit, ut Leopoldus . . . veteri Austriacorum cultui latrico *hyperduliam* adderet . . . et provincias novo Sacramento *succenturiaret* in militiam virginis.

Hyperocha, æ, reliquum, residuum, quod restat; *a zálog árának adósságát felülhaladó része.* Törvt. Msz. Cf. Tryphon. Dig. 20., 4., 20.

Hyperphysice, præter communem naturam; *természetfölötti módon.* Ger. übernatürlich. Br. Resp. 40: Actione oris in prima et propria significatione *hyperphysice* manducare.

Hyperphysicus, 3., communem naturam excedens; *természetfölötti.* Ger. übernatürlich. Br. Resp. p. 16: *Hyperphysicam* quoque manducationem nullam aliam esse, quam veri et substantialis corporis Christi.

Hyperspeculare, meditando nimis inquirere, subtiliter cogitando et scrutando modum excedere; *túlságosan vizsgálódni, okoskodni.* Vern. Psych. 186. Sed et reciproca cogitationum in colloquiis communicatio maiorem in modum commendatur; præservat enim hominem ab unilateralitate et *hyperspeculante* illa idearum netione, in quam facile labitur is.

Hypobrichium, (Du C.) *ὑποβρύχιον,* submersio, abyssus; *tengermélység.* Nagy Hier. Cf. Tertull. Idol. 24.

Hypocaustorium, (Du C.) in Monasteriis, ubi Monachi simul sese calefaciunt. Focus; *kandalló.* Nagy Hier.

Hypocaustum, *ὑπόκαυστον*, vaporarium, cubile, conclave calidum; *fűthető szoba.* Hist. Eccl. Ev. 188. atque veniente Sacerdote Catholico adstantes Acatholicos *hypocausto* excedere iubet. Cf. Vitr. 5., 10. Plin. Ep. 2., 17., 23., 11. Stat. Silv. 1., 5., 59.

Hypocrisis, simulatio; *képmutatás, álnokság.* Rák. Ön. 196.

Hypocriticus, 3., falsus, fucatus; *ravasz, szinlelt, álszenteskedő.* It. ipocrito. Gall. hypocrite. Ger. heuchlerisch, scheinheilig. Patr. Const. 133. Gallus *hypocriticum* peperit si dogma.

Hypoperæ, arum, pro: *hippoperae,* arum; *ruhazsák.* Ger. Mantelsack. Opin. P. II. Sec. II. Cap. V. (dd) 2.

Hypostasis, substantia; *lényeg, alap.* Otia. Bachm. 376. At, in quo quæso dictionario invenies *hypostasim* significare fiduciam? bene autem substantiam, fundamentum, firmamentum. Brezny. 132. Cf. Cod. Justin. 1., 1., 6. Hieron. Ep. ad Damas. 15.

Hypostatice, (*ὑποστατικῶς*), substantialiter; *lényegileg.* It. sostanzialmente. Gall. substantiellement. Ger. wesentlich. Kaprin. Eloq. II. Præf. Humana in Christo natura Verbo *hypostatice* unita.

Hypostaticus, 3., ad coniunctionem naturæ humanæ et divinæ pertinens; *az isteni és világi természet egyesülésére vonatkozó.* Száz. XXIX. 453. Unio *hypostatica.* Bod. Hist. Un. Trans. 285.

Hypotheca optionalis v. **selectiva,** delectui permissum pignus; *szabad választást engedő záloglekötés.* Törvt. Msz.

Hypotheca specialis, *névszerint való zálog.* bestimmtes Unterpfand. Törvt. Msz.

Hypotheca tacita v. **legalis,** lege permissum pignus; *törvényes zálog.* Törvt. Msz.

Hypothecare, (Du C.) pignori dare; oppignerare; *jelzálogositani.* Cod. Dip. Brüss. II. 156. usque ad integram solutionem dictorum Ducentorum Milium florenorum assignat et *hypothecat.*

Hypothecaria actio, *zálogi kereset.* Nagy. Jus. Trans. Sax. 97. *Hypothecaria actio* datur creditori ad persequendum pignus adeoque et legatario ad persequendas res hæreditarias, quæ omnes legati nomine tacite atque ipso iure ei sunt pignori obligatæ.

1. **Hypothecarius,** i, qui pecuniam erga pignus erogat; *zálogos hitelező.* It. creditore. Gall. hypothecaire. Ger. Gläubiger. Art Diæt. Pos. 125. Aliæ vero per neutram partem exactæ in dimidia saltem parte nec simul et semel sed successive Dominis Terrestribus sive *Hypothecariis* exsolvi et præstari possint, liceatque Dominis Terrestribus Proprietariis, qui a *Hypothecariis* Possessoribus non secus quam erga Depositionem integralium talismodi censuum et Datiarum Bona sua reluere potuissent.

2. **Hypothecarius,** i, pro: (Du C.) apothecarius; *gyógyszerész.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 166. an. 1422: Zaninus ... *hypothecarius* ... emerat certas species et res pro apotheca sua.

3. **Hypothecarius,** 3., ad pignus pertinens; *hitelzálogi.* Beng. Ann. Erem. Cœn. 73. super quindecim sessionibus ... nec non Curia Nobilitari in oppido Kethely situata pignoraticio seu *hypothecario* iure investitis.

Hypparchus, i, pro: hipparchus; præfectus equorum, stabuli magister; *főlovászmester.* Bell. Cell. 823. *Hypparchus,* i, m. der Stallmeister, főlovászmester, Stalmistr.

Hyppodamas, equorum domitor; *lószelidítő.* Szamosk. IV. 76. Petrus Angelus senex, cavalcator, *hyppodamas* idest equorum domitor.

Hyppodromus, hippodromus; *lovagló tér.* Száz. XVII. 780.

Hyppogryphus, rectius: Hippogryphus a poëta Italo Bojardo cognominato ficta vox fictitiæ et antiquis prorsus ignotæ avis, quam Wielandus postea ad Pegasum transtulit; *lógrifkeselyű.* Ger. Rossgreif. Syll. Pos. E2: Habeo facultatem cogitandi de monte aureo, de chimæra, de syrenibus et *Hyppogryphis.*

Hyppotamus, i, hippopotamus (Du C. Hypotamus); *viziló.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VII. 204.

Hysmaëlita, Ismaelita (saracenus); *izmaelita.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 61. et inde protenditur ad locum, ubi Bozyafuka cadit in Wios, qui fluit subter villam *Hysmaelitarum* de Opus.

Hystoria, sic dictæ *passiones.* Teutsch. Schulord. I. 51. (Damit ist wohl die Darstellung respect. Erzählung der Leidensgeschichte des Heilands gemeint, die jetzt noch an vielen Orten in der Charwoche geschieht.)

I

Iberica cera, cera epistolæ muniendæ; *spanyol viasz.* Pár. Páp.

1. **Ibex,** (Du C.) rupicapræ genus; *vad kecske.* Schläg. 1667. (pele) (Dief. wiltbock). Cf. Plin. 8., 53., 79. Isid. Orig. 12., 1. Hieron. Hiob. 31., 1.

2. **Ibex,** ebenus (Dief.); *ébenfa.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 117.

Ibi-ubi, aliquo; *hol-holnem.* Száz. VII. 616.

Ibicinus, 3., ebeninus; *ébenfából való.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 117.

Ibix, capreolus; *zerge.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 117.

Ibrix, idem quod Erinaceus; (Dief.); *sündisznó.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 117.

Ichinographia, V. *Ichnographia,* descriptio, delineatio. Luc. Regn. Dalm. 243. ubi et loci *ichinographia* pro clariori intelligentia posita est.

Ichnobates, (*ἰχνοβάτης*) vestigia premens (canis); *nyomon követő.* Patr. Const. 173. Qui famam nomenque sui corrodit amici. Ille vel *Ichnobates* vel mihi Labros erit. Cf. Ovid. Met. 3., 207. Hygin. Fab. 181.

Ichnographia, (*ἰχνογραφία*) designatio, primæ lineæ; *helyrajz, alaprajz.* Opin. P. II. de ordine Jud. C. XXII. §. 9. *Ichnographia,* seu accurata loci ædificiive delineatio. Tör. Tár. 1890. p. 514. Cf. Vitr. 1., 2.

Ichnographice, lineamento, adumbrando; *alaprajzban, vázlatosan.* Czvit. Spec. 50. Ostium vel Atrium naturæ *ichnographice* delineatum.

Ichtiocolla, pro: ichthyocolla, gluten piscium; *vizahólyag.* Ger. Hausenblase. S. Benkő. Top. Misk. 52. Turbida (musta) clarificantur aut *ichtiocolla* aut argilla. Cf. Cels. 5., 2. Plin. 7., 56., 57.

Ichthyophax, gis: pisces edens; *halevő.* Bonf. I. 6., 93. A principio e palustri materia profugorum multitudo casas facere, victum piscatura quæritare, *Ichthyophagum* ritu vivere.

Ichthyopolium, forum piscarium; *halpiacz.* Pár. Páp.

Ichthytrophium, vivarium piscium; *halastó.* Pár. Páp.

Icolator, ioculator; *alakos.* Schläg. 2019. (kurvás, pakocsás).

Icon, onis: imago, effigies; *kép.* Arch. Rák. VIII. 313. *Iconem* B. Mariæ habens. Cf. Plin. 8., 54., 80.

Iconismus, i, idem ac *Icon* (Du C. al. s.); *kép.* Fr. Balass. Casul. Steph. 1. Explicatio *iconismi* casulæ p. 2. Vestimento huic annexum est Collare K.

Iconoclasta, simulacra evertens; *képromboló.* Törvt. Msz.

Iconoclastrismus, simulacrorum oppugnatio, eversio; *képostromlás.* Fej. Jur. Lib. 106: vetusta monumenta ... *iconoclastrismo* pessumiverunt.

Iconographia, æ, descriptio imaginum; *képleirás.* Törvt. Msz.

Iconolatra, æ, imaginum cultor; *képtisztelő.* Törvt. Msz.

Iconomachus, i, V. *Iconoclasta; képromboló.* Cher. Jus. Eccl. II. 144. quam disciplinam retinuit Ecclesia contra *Iconomachos.* Not. rel. I. 234.

Iconomus, Yconomus, œconomus; *gazda.* Knauz M. E. Str. II. 497., 524. ipsius Capituli *Iconomus.*

Ics-oglan, (a turc. *itsch,* pars interior et *oglān,* juvenis) puer nobilis a ministerio principis; *apród.* Ger. Page. Thury Tör. Magy. Tört. Eml. II.

Ictum facere, prœlium, pugnam committere; *megütközni.* Georg. Sirm. I. 69. mox castra sua versit contra eum et *ictum fecit* cum eis.

Ictus, contractum pro: iuris consultus; *törvénytudós.* Vuch. Jur. Feud. 60. Constitutum Feudale *Ictis* Lehnstamm Lehensquantum dictum, latissimæ est significationis.

Ictus arcualis, *íves lövés.* Fal. Arch. Mil. 143. Tormenta bellica, ut locus designatus contingatur, tripliciter diriguntur 1. ita, ut axis tormenti sit parallelus cum horizonte et tum *ictus* dicitur *parallelus,* Kernschuss vel Horizontal-Schuss; 2. ita, ut tormentum usque in primum gradum supra lineam horizontalem elevetur et tum *ictus* dicitur germanis Visier-Schuss; 3. cum secundum summam elevationem ita disponitur tormentum, ut cum linea horizontali faciat angulum 45. grad. inde fit *ictus arcualis,* Bogen-Schuss.

Ictus Cunicularis, *aknavágási jog, tárna vájati jog.* Juriev. Jur. Met. 96. Proprietario Cuniculi hæreditarii competit *Ictus Cunicularis* i. e. Jus non solum in Campo

libero sed etiam in alieno Campo metallico, cui videlicet Cuniculum suum intulit, in altitudine 5/4-o a basi cuniculari computando item 2/4-o in latus mineras delectas, ut proprias eruendi, tollendi et retinendi. Besztb. Levt.

Ictu oculi, momento v. puncto temporis; *szempillanat alatt.* Wagn.

Ictus oculi, vita humana; *szempillanat* (emberi élet). Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 24.

Ictus unius sagittæ, (ad spacium); *lövésnyi távolság.* Ger. Schussweite. Cod. Dipl. And. V. III. p. 109: ad spacium *ictus unius sagitte* iungit quemdam locum.

Icuncula, æ, parva imago; *képecske.* Schwandt. Scrip. Rer. Hung. ad nostra usque tempora continuati multisque in locis auctiores redditi antiquissimis demum *icunculis* exornati. Suet. Nero. 56.

Id nominis, id, illud nomen; *ilyes név.* Szamosk. III. 216. a quodam Græco Pana *(id nominis* hodie apud Græcos Paulum valet)... per medium dorsum tormenti globo percutitur.

Idea, æ, descriptio, adumbratio (Du C. al. s.); *tervezet.* Ger. Entwurf. Pfahl. Jus. Georg. II. 62. Geometra operans prævie *Ideam* (proiectum) Excisionis huius adumbrare ... solet. Arch. Rák. II. 131: hæc sufficiant pro *idea*, mert de modalitate exequendi többet nem irhatok.

Idealia, (ab idem) accuratum exemplum fundamentalia præcepta, sententias continens; *szabályrendeletek, elvi jelentőségü határozatoknak hü másolata.* Coll. II. 347. Orsz. Levt. *Idealia* Militaria, *Idealia* Oeconomica, *Idealia* Contributionalia.

1. **Idealis**, (ab *idem*): ejusdem generis; *ugyanazon nemü.* Fej. Jur. Lib. 392: in conformitate *idealis* resolutionis.

2. **Idealis**, fictus, in effigie descriptus; *képzeményi.* Lzb. Cod. Med. T. II. 504: mappa *idealis.*

Idealis resolutio Carolina, præscriptum, præceptum, formula Car.; *szabályrendelet.* Körmöcb. főreálisk. Ért. Bpest. 1895. p 105. *Idealis resolutio Carolina* vagy *Normale.*

Idemptificare, pro: identificare, nullum discrimen facere, æquare; *azonositani.* Rák. Öu. 201.

Idemptitas, (Du C.) eadem natura, æqualitas; *azonosság.* Tör. Tár. 1892. p. 387.

Identas, atis, alias: *Identitas*, æqualitas, eadem natura; *azonosság.* Pázm. Dial. 142.

Identicus, 3., idem, eadem, idem; eiusdem naturæ; *azonos.* Cher. Jus. Eccl. II. 195. nam hic transit qualitas personæ in ipsam personam seu aliquo modo *identica* fit cum ipsa persona. Pázm. Dial. 178., 179.

1. **Identificare v. idemptificare**, idem + facere: aliquid idem, simile facere, assimilare; *azonositni, azonossá, hasonlóvá tenni.* Rák. Ön. p. 200. l. 27—29. (28.): ... cum puritate ... unum sumus et *identificamur* in charitate, p. 201. l. 6—7. (7.): ... anima illorum, tanquam glacies in aqua, diffunditur et *idemptificatur tibi.*

2. **Identificare**, probare, decernere aliquem eandem personam esse; *azonosnak találni.* Kass. Jur. Civ. I. 223: et cum ... florenis ... ipsi Comites ... privative levaunt *identificari* nequeuntibus.

Identitas, æqualitas, æqualium et parium conditio, similitudo (Du C. 2.) Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 42. Hinc unitatis et *identitatis* affectio coalescit ...

Identosus, 3., edentulus, sine dentibus; *fogatlan.* Schläg. 347.

Idiographum, Autographum, sua manu scriptum; *sajátkezü irat.* Verancs. III. Előszó VII. *Idiographa* Verantiana stb.

Idioma, tis, proprietas; *tulajdonság.* Ger. Beschaffenheit. Erot. Titulus: Erotemata de communicatione *idiomatum* hoc est proprietatum Divinæ et Humanæ naturæ.

Idmodi, (eiusmodi) hoc modo; *olyformán.* Fej. VI. 11., 11. petierunt *idmodi* a nobis omni cum instantia, ut ...

Idolatra, pro: idololatra, deorum fictorum cultor; *bálványimádó.* Nagy Hier.

Idolatratio, deorum fictorum cultus, idolatria; *bálványozás.* Pel. Serm. Non potestis deo Servire et mammone triplici ratione ... tertia ratio *idolatrationis* et per consequens iniuriationis. (Aest. 41. q.)

Idolatria, pro: idololatria V. *Idolatratio* (Du C.) Andr. Pann. 50.

Idolatricus, 3., (Du C.) idololatricus; pertinens ad idololatriam; *bálványimádói.* Szilády Régi Magy. Költ. T. I. 337.

Idololatrare, (Du C.) fictos deos colere; *bálványozni.* Arch. Rák. VIII. 327: Imago Salomonis *idololatrantis.*

Idololatria, æ, V. *Idolatria.* Nagy Hier.

Idololatricus, 3., V. *Idolatricus.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 329. populus *idololatricus* sine sacrificio. Fej. X. 4., 206.

Idolomania, furor simulacra adorandi; *bálványimádás dühe.* Monm. Comit. Trans. I. 560. an. 1556. quod tanta multitudo contra verum Deum in perpetuam deficiendi sint *idolomaniam.* Can. Eccl. LIII. Brezny. 140.

Idolomanus, i, V. *Idololatra.* Vern. Phil. Mor. 239. Qui rei creatæ divinitatem adiudicant adeoque Deum mancum et imperfectum mente concipiunt et *Idolomani* dicuntur.

Idolon seu **idolum**, (Du C.) ab ecclesiasticis scriptoribus dicitur signum, simulacrum inanium deorum. Tert. Idol. Idola vocabant interdum pseudopontifices seu Antipapas; *bálvány.* S. de Kz. Chr. I. 4., 1. schola — *idolorum* erroribus mancipata.

Idolothytum, idolis facta oblatio; *bálványáldozat.* Nagy Hier. Cf. Tertull. Idol. 13. Spect. 13.

Idoneare (se) (Du C.) 1. idoneum se facere, se a crimine purgare, 2. legitimare; *1. a vád alól kimenteni magát, 2. magát igazolni.* Nagy Hier.

Idoneitas, ingenium, ingenii facultas; *ügyesség, alkalmasság.* Kass. P. P. II. 132. et in erudienda scientiisque et bonis moribus imbuenda iuventute præstantem *idoneitatem* suam gestis plurium annorum intervallo litterariis officiis effective demonstrarunt. Kuk. Jura III. 174. Cf. Augustin. Serm. de div. 106, 3.

Idria, pro: hydria (Du C.), metreta frumentaria interdum mensura liquidorum; *vödör, veder* sl. vedro. Schläg. 1114. Marc. Chr. II. 78.

Idromel, hydromeli; *mézes viz, méhser.* It. idromele. Schläg. 1499.

Idufegzia, æ, tüfekči, armorum artifex; *fegyverkészitő, puskamüves.* Verancs. V. 244. Ex eadem pecunia maiestatis Cæsareæ, quæ fuit in capsa Episcopi, dati sunt ciauspassi ciausis, aggæ *idufegziarum*, tympanistis ac tubicinibus, et zolakis, Seimenis etc.

Ieme, pro: hieme. Tör. Tár. 1887. p. 406. *télen*, de jelent háborút is.

Igeunus, i, species monetæ. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 125. Quatuor marce inter sterlingos et aliud argentum, valens ultra trium marcarum inter megulienses, *igeunos*, provinos, puglios et obolos megulienses.

Ignatius, 3., ad ignem pertinens; *tüzhöz való.* Pár. Páp.

Igneitas, natura ignea; *égési állapot, tüz-természet.* Pel. De s. Thoma s. l. c. 3.: Exstincto igne in carbone tollitur *igneitas*, quamvis possit reigniri.

Igniarius, 3., igneus; *tüzes.* Beng. Ann. Erem. Cœnob. 372. varia armorum genera et pilas *igniarias* ... per suos Pyrobolarios apparari solicite curarunt. Cf. Marc. Empir. 33. med.

Ignilabrum, scutula, unde pulvis pyrius in telo ignifero accenditur; *gyutacs.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. VIII. 459. accensis *ignilabris* globos in ore habentes.

Ignire, (Du C. accendere) candefacere; *tüzesiteni.* Ger. glühend machen. Kronst. I. 202.

Ignis, (Du C.) fumus, domus V. s. *Colta; füst, ház.*

Ignis artificiatus, ignis græcus v. confectitius; *görög tüz.* Epist. Proc. P. III. p. 288: hortatus sum ... nos muris tectos, *ignibus artificiatis* abundare ...

Ignis Cyprius, amores scelerati, Veneris cultus. Init. Cas. p. 27: *ignem Cyprium* sanctior compescuit ignis et pectora Cupidini devota Deo consecravit.

Ignis Græcus, V. *Ignis artificiatus* (ad naves incendendas adhibebatur). Thurócz. In Salom. Rege. c. 50. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 252. Dicitur hic *Ignis Graecus* ab inventore Græco, cui Gallinicus vel potius Callimachus nomen erat, qui circa an. 670. ab Heleopoli Syriæ ad Romanos confugiens ignem a se compositum edidit, quo usi Romani hostium naves exusserunt.

Ignis missilis, pila pulvere pyrio repleta; *gránát.* Ger. Granate. Pár. Páp.

Ignis Persicus, erysipelas; *Szt. Antal tüze, orbáncz.* Kecsk. Ötv. 175.

Ignis sacer, *Ignis Persicus.* Hor. Mem. 610.

Ignitabulum, batillus cubicularis (DuC. al. s.); *ágymelegitő.* Germ. Bettwärmer. Pár. Páp. Cf. Festus p. 105.

Ignitegium, (Du C.) Hora, qua oppidani incolæ intra ædes suas se recipere, nocte adveniente, et ignem suum tegere coguntur, campanæ sono indicata, ut furtis nocturnis caveretur. Id XXII. Johannes papa ita immutavit, ut campana tempus vespertinum sonans homines ad dicendum «Ave Maria» invitaret; *estharangszó.* Nagy Hier.

Ignobilitare, ignominia afficere, perdere; *tönkre tenni.* Pesty Ször. III. 51.

Ignobilitaris, ignobilis; *nem nemes.* Kövy El. 748. In foris *ignobilitaribus* non adhibetur (Repulsio).

Ignominiare, (Du C.) ignominia afficere; *meggyalázni.* Obs. Jadr. 413. quem Rex ab officio Banat. *ignominiatum* deiecit. Cf. Gell. 8, 15 in lemm.

Ignoranter, ignorans, per ignorantiam; *eltévesztve, tudatlanságból.* Oláh. Cod. Ep. 518. Mitto ad reginalem maiestatem litteras ab Aloysio Gritti, quas rex Romanorum *ignoranter* tamen aperuit. Georch. Ért. 148. Cf. Cypr. Ep. 63.

Ignorantia supina, ignorantia iners; *henye tudatlanság.* Törvt. Msz.

Ignorantia vincibilis, ignorantia, quæ superari potest; *elhárítható tudatlanság.* Törvt. Msz.

Iherosolimitatensis, idem quod Hierosolymitanus; *Jeruzsálemi.* Cod. Zi. T. I. 274.

Iherusalem, Hierosolyma; *Jeruzsálem.* Vita S. Steph. 49. construxit enim in ipsa conversationis christi secundum humanitatem civitate *iherusalem* monachorum cenobium.

Ihesus, Jesus; *Jézus.* Vita S. Steph. 28. sanctam animam corporis et sanguinis domini nostri *ihesu* christi viatico recreatam . . . in manus virginis perpetue . . . tradidit. Száz. XVIII. 33.

Ihones, Johannes. Száz. XIII. 229.

Ijems, pro: hiems; *tél.* Arch. Ver. Sieb. VI. 1., 185. an. 1456. in *ijeme* proxima.

Ikes, *szőlőt rágó féreg.* M. Bel. Prodr. 165. *Ikes* dicuntur animalcula, quæ oculos vitium comedunt. Hesychius: *Ἴξ θηρίδιον τι ἀμπέλους ἐσθίον. Ik,* animalculum quoddam vites arrodens. *Ἶπας* et Jonum dialecto *Ἴκας ἀπὸ τοῦ ἴπτοιν,* quod lædere et nocere est.

Ikrica, æ, species secalis. Pankl. Oec. 41. in comitatu Arvensi species cujusdam secalis, quod ibidem *Ikricam* appellant, granis est minutis at simul fæcundissimis. Id peculiare habet, quod nonnisi sequente anno fructum ferat.

Ileum, pro: ileus, *(εἰλεός),* coli dolor; *bélgörcs.* Bene Pol. 100. Cf. *Ileos* ap. Plin. 30, 7, 20; etc.

Ilicosus, 3., iliceus, iligneus; *tölgyből való.* Cod. Dip. Pat. V. 21., 29. Ubi sunt due mete una terrea altera *ilicosa.*

Ilionum, ocrea, tegumentum crurum; *lábpánczél.* Schläg. 169. *hohmer* Beszt. *vashohmer.*

Illabatus, fors. mendum pro *illibatus,* incorruptus, non contaminatus; *ép, sértetlen.* Batty. Leg. I. 478: inscriptiones . . . servavit *illabatas.*

Illabilitas, summa constantia; *megdönthetlenség.* Mall. G: Quia infallibilitas eorum apud Judæos dubia, admittebanturque Coseqq. eorum non ob præsumptam de illis *illabilitatem,* sed ob necessarium antecedentium nexum.

Illachrimatio, lacrimæ, fletus; *könnyezés.* Pel. De s. Magdal. s. I. c. 4.: Utrum quælibet *illachrimatio* est sufficiens testimonium pro signo remissionis . . . Pom. V. P. II. Art. I.

Illacio, (damni): actus inferendi damni; *károsítás.* Magy. Tör. Tár. IX. 148. Szék. Okl. III. 134. Cf. *Illatio* ap. Paul. Sent. 5, 4.

Illacrimatio, V. *Illachrimatio.* Bene Med. II. 243.

Illariter, cum duplicatione ut in sermone Ital. tollerare, commedia pro: *hilariter; vigan.* Fej. X. 3., 74. et ut hec et alia futura *illariter* tollerare valeamus . . .

Illatinus, non Latinus; *nem latin.* Wagn.

Illatitius, 3., advectitius; *behozatali.* Verancs. IV. 229. Quia Constantinopolis quoque non sua sed *illatitia* annona victitet, nutriaturque hinc Ponti et Bithyniæ, illhinc Aegypti et Græciæ fructibus . . .

Illectivus, 3., illiciens, blandus, ad illiciendum aptus; *édesgető, csalogató.* Cod. Dip. Arp. Cont. II. 220. desiderantes Domino reddere populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam *illectivis* muneribus, indulgentiis scilicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur Divine gratie aptiores. Knauz M. E. Str. I. 449., 588.

Illegalis, (Du C.) illex, extra legem positus; *törvénytelen.* Kass. Jur. Civ. I. 25. Ad invalidationem conditionum pignoratitiarum *illegalium.*

Illegalitas, ratio legi repugnans, a lege abhorrens; *törvénytelenség.* It. illegalità. Vern. Phil. Mor. 217. Cum ex his dictis facile intelligatur characteres essentiales peccati esse *illegalitatem* seu difformitatem a lege et immoralitatem seu defectum reverentiæ erga legem.

Illegaliter, contra legem; *törvenytelenül.* Moln. Patv. 29.

Illegibilis, (Du C.) quod legi non potest; *olvashatatlan.* Tör. Tár. 1886. p. 573. Kov. Form. St. CXXIII.

Illegitimitas, ratio legi repugnans; *törvénytelenség.* Fej. IV. 2., 228. Si in monasteriis suis fuerint laudabiliter conversati, *illegitimitatis* macula non obstante, iuris permissione licenter possunt ad ordines promoveri.

Illegitimus, 3., lege, legibus vetitus; non legitimo connubio ortus; *törvénytelen.* Kass. Prax. I. 317. Legitimatio seu Cohonestatio Prolis ex *illegitimo* thoro susceptæ.

Illibenter, non libenter, invitus; *nem örömest, kénytelen-kelletlen.* Isthv. XII. 191.

Illibertatus, 3., sine privilegio seu prærogativa; *fel nem szabadított, kiváltság nélkül való.* Szék. Okl. III. 120.

Illicia, orum, illecebræ; *csábitások.* Coll. II. 427: præmissa *illicia,* aut minas. Cf. Varro R. R. 3, 16, 22; 31.

Illigare, compingere; munire librum vestimento; *bekötni.* Kronst. III. 559: quod *illigaverat* 4 libros.

Illigneus, 3., ex ilice fabricatus; *tölgyfa . . .* Con. Max. B. 111. an. 1565: ligna per *illigneos* canales ex editioribus locis in imam planitiem demissa.

Illimitatus, 3. infinitus; *határtalan.* Törvt. Msz.

Illinitio, actus illinendi; *rákenés.* Bene Med. II. 271.

Illiquidus, 3., dubius; *kétséges.* Georch. H. T. III. 31.

Illocatio, actus milites per hospitia disponendi; *beszállásolás.* Ger. Einquartierung. Kuk. Jur. I. 435. a Personalibus oneribus, uti sunt Militares Condescensiones et *Illocationes,* Præiuncturarum item Præstationes et his similia eximi et immunitari benigne volumus.

Illocatio populorum, deductio colonorum; *telepités.* Száz. VI. 657.

Illubenter, non libenter; *nem szívesen, nem kedvesen.* Reg. Mil. 47: quoniam *illubenter* audivimus.

Illuminabilis, qui indiget illustratione; *világosságra szoruló.* Pel. Pom. L. I. P. III. c. 2.: Debuit angelus beatam virginem illuminare; sexus autem femineus non est illuminativus, sed magis *illuminabilis.*

Illuminare, (Du C. 3.) pingere, coloribus adumbrare; *illuminálni, aranynyal szinelni.* Tör. Tár. 1890. p. 368. officium beatæ virginis cum tectorio veluti nigri deargentatum et *illuminatum.* Kecsk. P. Ötv. 153. Cf. Auctor. Herenn. 4, 47, 60; Lampr. Comm. 17. Plin. 9, 36, 60.

1. **Illuminatio,** lumina festa sub noctem accensa; fenestræ lampadibus illustres (Du C. al. s.); *illumináczió, kivilágitás.* Ker. Nap. 198.

2. **Illuminatio,** V. s. *Salgamum; világitás.*

3. **Illuminatio,** commentarius (Du C. al. s.); *magyarázat.* Batty. Ger. 98. Hieronymus . . . illum persecutus est *illuminationibus* (Sc. commentariis in Danielem prophetam. Nota Batty.)

Illuminatio moralis, illuminatio ad mores spectans; *erkölcsi felvilágositás.* Törvt. Msz.

Illuminatio S. Spiritus, afflatus S. Sp.; *Sz. lélek ihletése.* Tör. Tár. 1889. p. 438.

Illuminativus, 3., illuminans, vi illuminandi præditus V. s. *Illuminabilis; megvilágitó, felvilágositó.* Andr. Pan. 8. fides mentium *illuminativa.* Kaprin. Eloq. I. 356. Szentiv. Cur. Misc. 48.

1. **Illuminatus,** 3., illustris (titulus honoris); *dicső, kitünő.* Batty. Leg. III. 399. an. 1422. *illuminatus* prædicator.

2. **Illuminatus,** i, Reformatus; *felvilágosult.* Száz. XIII. 134.

3. **Illuminatus,** i, (Du C.) baptisatus; *megkeresztelt.* Batty. Ger. 35.

Illusivus, 3., irridens, illudens, cavillans; *gúnyból való, történő.* Pel. In parasceve s. II. c. 5.: Quod facit ecclesia in memoriam derisionis et adorationis *illusivae.*

Illustrare memoriam, in memoriam revocare; *emlékezetbe hozni.* Batty. Leg. T. II. 348. an. 1233: Illustrem vestri *memoriam* non quærimus *illustrare.*

Illustrativus, 3., illustrans, illuminans; *világitó.* Pel. Pom. L. X. P. II. Art. II. Primo per radium *illustrativum,* quia sicut sol illustrat suo radio . . . totum orbem.

Illustrator, interpres; *magyarázó.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 187. authorum *illustrator.*

Illustratrix, quæ illustrat; *felvilágositó,* Corp. Gram. 127.

Illustris, titulus honoris; *tekintetes, nemzetes.* Törvt. Msz.

Illustrissimus, Titulus, honoris; *méltóságos.* Kass. P. P. I. et passim.

Illustritas, atis, Titulus, quo Principes ornabantur; *nagyméltóságod.* Ger. Durchlaucht. Epist. Proc. P. III. p. 207: Maxime vero cum per oratores suos *Illustritas* Vestra declaratum esse voluerit. Arch. Rák. II., III. 341. Cod. Dip. Brüss. IV. 225. Tör. Tár. 1881. p. 284.

Illyricani, V. *Lutherani rigidi.*

Imaginarius, i, (Du C.) vicarius, locum tenens; *képviselő.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV.

160. Episcopum N. . . tanquam *imaginarium* suæ sanctæ præsentiæ pro negotiis Sanctæ Mariæ Ecclesiæ salubriter dirigendis . . .

Imaginativus, 3., cogitatione aliquid sibi depingens; vim imaginandi habens; *képzelő.* Pel. In Nativ. Dom. s. V. c. 4.: Hanc virtutem habet *imaginativa* (sc. vis) super corpus et materiam, unde fit conceptus. Pázm. Dial. 78.

Imaginatrix, quæ imaginatur; *képzelő.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 117.

Imaginatur sibi multum, multa sibi sumit, arrogat; stulta arrogantia elatus est; *sokat tart, hisz magáról, képzeleg, önhitt.* Wagn.

Imago, sigillum (ap. Du C. al. s.); *pecsét.* Tör. Tár. 1893. p. 27.

Imago dimidiata, simulacrum pectore tenus effectum; *mellkép, mellszobor.* Greg. Aesth. 91. eoque pertinent: statuæ (simulacra, signa) *imagines dimidiatae* (Brustbilder, Büsten) denique plastica subinde plurium statuarum coniunctio.

Imago emblematica, imago symbolica; *jelképes kép.* Arch. Rák. VIII. 343.

Imbalneatus, 3., illotus; *mosdatlan.* Pel. In Nativ. Dom. s. I. c. 6.: Si pro festo crastino non vis corpore *imbalneato* esse.

Imbarhalus, i, (vox turcica); *zászlókat osztogató.* Adelm. De orig. Turc. 11. *Imbarhali* dicuntur, qui distribuunt vexilla.

Imbarhorbastia, æ, (ap. Heyse: Imbrahar-Baschi); *fölovászmester.* Adelm. De orig. Turc. 11. *Imbarhorbastia* est magister Agazonum.

Imbellio, onis, debilitas, imbecillitas (Du C. imbellia); *gyengeség.* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 26. sed admirentur potius conditionem nobilium ab omni modestia et gravitate sic degenerasse, quod contemptum et *imbellionem* in ipsos pariat. Cf. *Imbellia,* æ, ap. Gell. 5. 5, 5. Senec. Benef. 4, 18. Fest. p. 114. ed. Müller.

Imbeneficiare, (Du C.) Bona ecclesiastica in beneficium ceu beneficium dare; *javadalomba igtatni.* Nagy Hier.

Imbibitio, actus imbibendi; *beszivás, megivás, beivás.* Wallaszky 213.

Imblocare, (Du C.) Cum legibus Ecclesiasticis vetaretur excommunicatorum corpora sepelire, illa, ne fœtor nares aut spectaculi horror mentes fœdaret, ut plurimum humo iniecta, aut tumultuaria lapidum congerie operire solebant, idque *imblocare* dicebant; *betakarni.* Gall. embloquer. Nagy Hier. Pár. Páp.

Imbognare, intorquere; *körül csavarni.* Ljub. Mon. Sl. V. 245: *imbognare* antennam.

Imboiare, aptare, vincire (Du C. imboiatus) V. s. *Sarthia; összekötni, beilleszteni.* It. imboccare.

Imbordescare, margine firmare, circumdare; *megerősíteni, bekeríteni.* Rač. Mon. Sl. XIII. 112. an. 1350. de *imbordescando* murum supra piscariam.

Imbotare, (Du C.) in dolia condere; *hordóba tölteni.* It. imbotare. Gall. entonner. Rač. Mon. Sl. XIII. 252. an. 1358: si . . . vinum . . . *imbotaverunt.*

Imbreviare, (Du C.) conscribere, referre in commentarios; *belajstromozni, összeirni.* Ljub. Mon. Sl. II. 267. Uj. Magy. Muz. III. 197. liceat vicecomiti vel ballivo nostro attachiare et *imbreviare* catalla defuncti inventa in laico feodo ad valentiam illius debiti per visum legalium hominum.

Imbreviatura, summa, summarium; excerpta; *kivonat.* Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 175. *imbreviaturas* instrumentorum.

Imbricator, tegularius; *cserépfödő.* Ger. Ziegeldecker. Tab. Conscr.

Imbutus, 3., institutus (Papias); *tanult.* Batty. Ger. 83. Quamquam *imbuti* essent et docti sc. philosophi.

Imitari, sequi, audientem esse; *valakire hallgatni.* Chr. Dubn. p. 20: archipresulem arianum fecerat captivari . . . pape *imitatus* consilium.

Imitas, tatis (Du C.), pars ima, inferior; *legalj, fenék.* Nagy Hier.

Imitativus, 3., legis vicem explens; *törvénypótló (szokás).* Werbőczi 20. Tertio habet (consuetudo) virtutem *imitativam,* quia imitatur legem, ubi deficit lex. Kelem. Inst. Jur. Pr. Georch. Ert. 16.

Imitatorium exercitium styli, exercitium imitando generi scribendi; *stilgyakorlat.* Körmöcb. főreálisk. Ért. Bpest 1895. p. 55.

Imitatur naturam pignoris, pignoris naturæ est; *zálog természetével bír.* Törvt. Msz.

Immagulare, condere, coacervare (ab Hungar. *magla:* strues acervus); *raktározni.* Ger. anspeichern. Opin. 1802. b.: salis lapides horreis ingenti in quantitate *immagulari* solent.

Immansio, actus permanendi. V. *Jus immansionis.*

Immanuare, in manus tradere; *kézbesíteni.* Arch. Ver. Sieb. X. 1. 461. mihi *immanuatae* sunt . . . Litteræ.

Immarcescibilis, semper vigens, florens; *enyészhetetlen, hervadatlan.* It. immarcescibile. Eszt. Okm. 104: *immarcescibilis* glorie parciamur coronis. Száz. XXI. 537. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 72. Cf. Tertull. Cor. mil. 15. Paul. Nol. Carm. 15.

Immaterialis, incorporalis, sine corpore; *anyagtalan.* Syll. Pos. Art. LXXVI. An. Hinc ergo duo forent infinita, unum *immateriale,* id est Deus.

Immaterialitas, simplicitas, proprietas materiæ expers; *anyagtalanság.* Imre Phil. 346.

Immaterialiter, sine materia; *nem anyagi módon.* Pel. In nativitate Dom. s. VII. c. 5.: Diverse nominibus significatur ad exprimendam diversimode perfectionem eius, ut ostendatur *immaterialiter* genitus Christus.

Immateriatus, 3., sine materia, corpore; *anyagtalan.* Hist. Nat. 1. insuper a substantia quapiam *immateriata* massæ corporeæ intime copulata vim sentiendi sponteque sua se se movendi accepere.

Immatriculare, in album, commentarios scholæ, qui dicuntur matricula, referre (Du C.); *bejegyezni* (az anyakönyvbe). Körmöczi . . . Ért. 1894/5. 98. et passim.

Immatriculatio, nomen alicuius referre in album (ecclesiæ); *anyakönyvbe iktatás.* Ker. Nap. 125.

Immeabilis, invius, inaccessus; *járhatatlan.* Marc. Chr. I. 2., S. de Kz. Chr. I. 1., 5. desertum existit *immeabile.*

Immediate, continuo, statim, proxime; *közvetlenül.* Arch. Rák. IV. 12. Kass. Prax. I. ac demum his *immediate* subiunxi exempla et formulas.

Immediatius, compar. ad immediate; *közvetlenebbül.* Pázm. Dial. 170.

Immeditabile, quod meditationem superat; *a mi elmélkedés alá nem eshetik.* Batty. Ger. 29. si meditari desideramus *immeditabile.*

Immemoriale tempus, cuius nulla exstat memoria; *régi, emlékezetet meghaladó.* Wagn.

Immemorialis, quod memoria non est dignum; *említésre nem méltó.* Kov. Form. St. XI.

Et si numpmis careas hoc est veniale
Pone quidquid habeas *immemoriale*
Tunicam, camisiam, si quid habes tale.

Immendabilis, insanabilis; *gyógyíthatlan.* Wagn.

Immensurabilis, immensus, infinitus; *megmérhetetlen.* Andr. Pan. 10.

Immigratio, actus immigrandi; *beköltözés, bevándorlás.* Törvt. Msz.

Immissivus, 3. se insinuans; *magát betoló, betolakodó.* Einschleichend. Törvt. Msz.

Immisterialis, mysterio carens; *titok nélkül való.* Batty. Ger. 74. Miror cum sanctissimi perfectores . . . hujus hymni mysterium adgressi non sunt, forte . . . *immisterialem* hunc arbitrati.

Immitigatio, severitas; *szigorítás.* Pel. De commem. defunct. s IV. c. 4.: Dilatio suffragii obest quoad pænæ *immitigationem.*

Immolaticus, 3., ad immolandum aræ destinatus; *áldozati, áldozatra való.* Pel. De s. Joan. s. IV. c. 1.: Lucas in facie bovis, qui est animal *immolaticum.*

Immoralis, pravis moribus; *erkölcstelen.* Törvt. Msz.

Immoralitas, mores pravi, corrupti; *erkölcstelenség.* Olt. Act. Synod. I. dum irreligiositas et *immoralitas* torrentis instar rapidi majori in dies strage propagari cœpit.

Immorigerus, 3., (Du C. immorigeratus) non morigerus, male moratus; *engedetlen, erkölcstelen.* Batty. Leg. I. 412: Nunquam sane tam *immorigeri* erant Hungari. Isthv. XV. 284. Rák. Ön. 230.

Immota figura, imago viva; *élőkép.* Gall. tableaux. Greg. Aesth. 97. Liberum quidem est pantomimicæ etiam *immotas figuras* (Tableaux) repræsentare atque hoc respectu cum pictoria et statuaria concertare.

Immulgibilis, quæ mulgeri non potest; *nem fejthető, meddő.* Arch. Rák. VIII. 358. vacca sterilis, *immulgibilis.*

Immunde, incongrue; *illetéktelenül.* Batty. Ger. 60. non *immunde* rendum. Cf. Jul. Obseq. Prod. 115.

Immundicitia, (Du C.) squalor, sordes; *piszok, tisztátalanság.* Prot. inq. 201: aliæ sorores habebant fastidium ad videndum eam propter *immundicitias.* Cf. Plaut. Stich. 5, 5, 6. *Immunditia.*

Immunitare, immunem reddere; *mentesíteni.* Lzb. Cod. Med. T. II. 382. Kuk. Jur. I. 435: Incolas . . . a personalibus oneribus. . . eximi et *immunitari* benigne volumus.

Immunitas montana, immunitas in re metallica; *bányász mentesség.* Törvt. Msz.

Immunitas realis, immunitas rei

familiaris; *vagyonbeli mentesség.* Törvt. Msz.

Immunitatio, actus immunitatis; *mentességtétel.* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 364. Arch. Rák. VIII. 47.

Immunitus, non munitus, apud scriptores aureæ ætatis de urbe oppidis et via, hoc loco de militia dicitur; *védetlen.* S. de Kéza Chr. I. 4., 7: Hunc quidem Hungari de fluvio Hung. variis muneribus allectum et nuntiis explorantes, considerata illius militia *immunita* . . . cum tota militia peremerunt.

Immurare, (Du C. carceri includere) muro claudere; *befalazni, falak közé zárni.* Bék. Paszt. III. 671. an. 1702. privilegia . . . tutioris conservationis gratia parieti cuidam inclusa atque *immurata.* Nagy Hier.

Immuratio, actus muro sepiendi, claudendi; *befalazás.* Kronst. II. 48. 1527: ad *immurationem* januæ.

Imnacium, pro: *Hymnacium,* liber Hymnos continens; *énekes könyv.* Series Ban. p. 11: (Dedi) *Imnacia* II.

Impacatio, tumultus, turbatio; *békétlenség, zűrzavar.* Cod. Dip. And. I. 123., 131. cum propter temporis præsentis *impacationem* ad nos accedere nequivisset.

Impacisci, res convenit inter aliquem; *megnyugodni, megállapodni.* Verancs. IX. 278. quam quod per dies proximos disputatum est magna contentione doctorum, *Impactum* postremo est in eo: quod Telegdinus agi vult de iniuriis sibi illatis diffamatione civium.

1. **Impactio,** 1. actus compingendi, 2. actus aptandi; *1. bekötés, 2. beillesztés.* Kronst. II. 1. 523: *imp.* registri villici; 2. 243: *imp.* bombardarum.

2. **Impactio,** actus impingendi; *összecsapódás.* (Fin.) Tör. Tár. 1890. p. 236. Causa erat violenta nimis melancholici humoris a natura se recolligentis ob æquinoctium in hepar *impactio.* Cf. Senec. Qu. Nat. 2, 12. fin.

1. **Impalare,** (Du C.) adigere stipitem per medium hominem; *karóba húzni.* An. Sc. II. 160. an. 1531: Ex . . . latronibus . . . volebat . . . sex *impalandos.*

2. **Impalare,** aliquem alligare ad palum; *karóhoz kötni.* Rák. Ön. 58. *impalatus* et suspensus.

Impalatio, actus in palum impingendi; *karóba húzás, felnyársalás.* Magy. Jogt. Eml. I. 272.

Impalatus, 3., in palum v. palo impactus; *karóba húzott.* Rák. Ön. p. 58. l. 18—20. (19.): cujus (sc. crudelitatis) testimonio longo tempore inserviebant miserorum *impalatorum* suspensorumque publicis viis exposita cadavera.

Impalliatio, actus celandi; *elpalástolás.* Epist. Proc. III. p. 500: Quod autem idem Comes Tökely *impalliationem* indignissimarum machinationum . . in me devolvere . . . satagat, non mirandum, qui enim *injuriationi* universalis Christianitatis desudat . . .

1. **Impanatio,** *szt. áldozás.* Hist. Eccl. Ev. 70. Usus sacræ cœnæ *impanatio,* impanisatio d. 13. Maji 1762. vocabatur.

2. **Impanatio,** (ad normam incarnatio) adeptio naturæ panis; *kenyérré levés.* Resp. C.: Item An panis post consecrationem corpus Christi esse possit, aut saltem uniri, ut simul sint panis et corpus Christi Et Annon Incarnatio et *impanatio* idem habeant fundamentum.

Impanisatio, V. *Impanatio.*

Imparamentum, instrumentum, apparatus (Du C. al. s.); *felszerelés.* Magy. Tör. Tár. XX. 166. pateræ deaurato-argenteæ cum vestibus et *imparamentis* eo pertinentibus.

Imparare, implere, obire (Du C. al. s.); *teljesiteni.* Prot. inq. 175: postquam (M.) edocta est, *imparavit* officium, dicebat horas.

Impartialis, medius, tamquam medius nec in alterius favorem inclinatus; *részrehajlatlan.* Gall. impartial. Reg. Mil. p. 36: prævio . . . *impartiali* examine . . .

Impartialitas, animus ab omni partium studio alienus; *részrehajlatlanság.* Ger. Unparteilichkeit. Kuk. Jur. II. 283. legalitas politicæ Municipalis Regnorum horum consistentiæ et iustitia postulatorum nostrorum in quavis occurrente quæstionis alicuius pertractatione cum perfectissima *impartialitate* et æquitatis studio, fuerint recognita.

Impartibilis, qui in partes dividi non potest; *részekre nem bontható.* Batty. Ger. 39. Rotunditas semper simplex, ideo *impartibilis.* Andr. Pan. 10.

Impartibiliter, modo, ratione individua; *oszthatatlanul.* Andr. Pan. 10.

Imparticeps, non particeps, exsors; *nem részes.* Kat. Hist. IX. 256. de acerbitate doloris instillationeque lacrimarum quasi *imparticipes* et inscios fore et extare. Chr. Dubn. p. 134.

Impartitus, non divisus; *oszthatatlan.* Chr. Dubn. p. 21: Detrici vero et aliorum principum Almanie astutia, quibus rex Atila imperando in colle residebat hunorum, *impartita* communitas in partes diversas est divisa.

Impassibilis, illæsus; *sértetlen.* Batty. Ger. 59. Nabuchodonosor . . . *impassibilis* non a camino mansit. Cf. Tertull. Apol. 10. Prudent. Apoth. 84.

Impassionatus, (Du C.) passionis expers; *indulat nélkül való.* Otia Bachm. 111. ita eiusmodi directe ad Deum tendentes *impassionatae* meditationes . . . habendæ veniunt.

Impeccabilitas, natura animæ impeccabilis; *hibátlanság, büntelenség.* Szentiv. Curios. Misc. Dec. III. P. X. 71. Vern. Met. II. 466.

Impedibilis, quod impediri potest; *meggátolható.* Kaprin. Eloq. I. Præf. et si quodpiam principium adsit, non constituens actum primum proximum, connexum tamen cum uno libertatis extremo, ut illud sit *impedibile* per eandem illam libertatem, quæ in statu absoluto exercetur.

Impedimenta impedientia, causæ, quæ impediunt matrimonium; *akadályozó akadályok.* Georch. H. T. I. 90. A más vallásbeliek Felséges 2-ik József Császár Rendeletéhez tartván magokat. 26. 1790/1. valamint emlitett Rendeletben a meggátló akadályokról *(impedimenta impedientia)* semmi emlékezet nincs; úgy ezeknél ollyas esetek nincsenek, mellyek a házasságot megakadályoznák.

Impedimenta irritantia, impedimenta, quæ irritum reddunt matrimonium; *sikeretlenitő akadályok.* Georch. H. T. I. 98. méltán lehetne tehát ezeket inkább sikeretlenitő *(irritans)* akadályoknak nevezni, ha eme közönségesen bevett deák szónak «dirimens» azaz felbontó, betű szerént való és a köznép-nek gondolkodása módjához alkalmaztatott értelmét megtartani tanácsosabb nem volna.

Impedimentum canonicum, impedimentum e legibus ecclesiasticis proveniens; *egyházi törvénybeli akadály.* Törvt. Msz.

Impedire se, se admiscere (Du C. curare, solicitudinem habere). V. s. *Abinare; beleavatkozni.*

Impeditivus, 3., obstans, impediens; *akadályozó.* Pel. De S. Matth. s. I. c. 4.: Quæ . . . sunt pericula salutis veræ pœnitentiæ *impeditiva.*

Impendere iudicium, ius dicere; *igazságot szolgáltatni.* Szirm. Glos. 98.

Impendere vices animalium, i. e. pro animalibus vehicula trahere; *állatok helyett szekeret vontatni.* Marc. Chr. II. 87. sed homines more pecorum bigis iuncti *vices animalium impendebant.*

Impendifacere, impendendum curare; *költetni.* Pesty Ször. III. 227. impendere et *impendifacere.*

Impenetrabilitas, natura, proprietas rei impenetrabilis; *áthatatlanság.* Pfahl. Jus. Georg. IX. Invaluerunt serius arma, sed gravitate sua, *impenetrabilitas* enim crassitie conciliabatur.

Impensio, iuris dictio; *törvénylátás, igazságszolgáltatás.* Törvt. Msz.

Impensionale iudicium, iudicium in causis abusuum terrestrium dominorum in colonos; *jobbágyhatalmaskodási törvényszék.* Nagy Hier.

Impensionales, litteræ in causa impensionali; *jobbágyhatalmaskodási perben való levél.* Kov. For. St. CXLI. *Impensionales* Judicii ex parte Colonorum.

Impensionalis causa, V. *Impensionalis processus.* Nagy Hier.

Impensionalis Processus, Processus in negotio abusuum terrestrium dominorum in colonos; *jobbágyhatalmaskodási per.* Art. Diæt. Pos. 62. Quandoquidem *Processus Impensionalis* propter diversos Terrestrium Dominorum abusus impendendique Judicii protelationes hactenus inanis quasi et absque effectu maneret.

Impensum impendere, laborem præstare, operam navare; *munkát teljesiteni.* Batty. Ger. 239.

Imperans Capitaneus, alias *Commandans* q. v. Arch. Rák. II. oszt. II. 352.

Imperatoreus, imperatorius; *császári.* Dip. Alv. I. 208. II. 92.

Imperiatoriatus, us, **Imperatoriatus,** imperatoris dignitas; *császárság.* Rozsny. D. 39. és mind az irásokban s mind az beszédben egymást császárnak és nemcsak királynak említsék, hogy in præiudicium *Imperiatoriatus* valamelyik fél contemptust ne subolfaciáljon (Benkő példányában: *imperatoriatus).*

Imperceptibilis, sensu carens, torpidus; *nem érző.* Pel. De s. Thoma s. II. c. 2: Lancea vulneravit iam mortuum et per consequens doloris *imperceptibilem.*

Imperfecta, femina 16 annis minor; *serdültelen.* Ger. unmannbar. Kövy El. 24. mares 24, feminæ 16 annis maiores, *perfectae,* minores *imperfectae,* utriusque sexus,

autem personæ 12. annis maiores legitimæ minores vero illegitimæ ætatis sunt.

Imperiales Carolini, V. *Floreni Imperiales.*

Imperiales Leonini, monetæ aureæ species. Magy. Tör. Tár. XX. 183.

Imperialis, (Du C.) nude positum pro nummo imperiali; *tallér.* Arch. Rák. IX. 79: pro uno eiusmodi Equite Hungarico: *Imperiales* seu Talleri 6. Tör. Tár. 1886. p. 529. Bel. Comp. Hung. Geog. 548. Nummi Turcici notiores sunt: 1. Denarius Turcicus, Asper, qui est quinquagesima *imperialis* pars; 2. *Imperialis,* Thaler, qui denarios Turcicos quinquaginta seu triginta grossos Cæsarianos æquat.

Imperialis Guardia, cæsaris custodes corporis; *császári testőrség.* Regul. Turm. Præt. 47. Occasione quarumvis publicarum functionum Turmæ Capitanei erit, Augustam suæ Maiestatis Sacratissimæ Personam, *Imperialis Guardiae* (Arzieren-Garde) Capitaneo dexteram cedendo, comitari.

Imperialiter, more imperatoris; *fejedelmi módon.* Tör. Tár. 1878. p. 168. *imperialiter* egressus est et navali apparatu et pedestri exercitu. Cf. Cod. Iust. 6, 51, fin.

Impericulosus, 3., negligens; *hanyag, rest.* It. inerte, indolente. Gall. négligent. Ger. träg. Szamosk. II. 112. Plus se patriæ, quam aliorum gratiæ debere sciebant; iniquum esse putabant, ut dum ipsi in alios essent officiosi, in semetipsos sint *impericulosi* et, dum fidem incassum servare tenentur, animum cum patria perdant.

Imperium, h. l. pro: Sacrum Romanum imperium; *római szent birodalom.* S. de Kz. Chr. II. 5., 1. Istius ergo diebus Rex Otacarus Boëmorum, qui de iure *imperii* plura sibi usurpaverat de facto et injuste.

Imperium civile circa feuda, *hűbéri polgári főhatalom.* Vuch. Jur. Feud. 5. Feuda unius eiusdemque territorii Civitatis seu publica sint seu privata, subsunt imperio civili eiusdem territorii eaque pars imperii Civilis, quæ circa feuda in territorio constituta versatur, *imperium civile circa feuda,* Lehenshoheit, nuncupatur seu complexus iurium, imperanti Civili in feuda territorii suæ Civitatis competentium.

Impermixtibilis, non permixtus, purus; *összevegyíthetlen.* Pel. De s. Catharina s. III. c. 6: Deus est immortalis et incomponibilis et *impermixtibilis.*

Impermixtio, actus permixtione carens; *össze nem vegyülés.* Pel. Pom. L. I. P. VII. Art. III. c. 5. Quintus in hac incarnatione est stupor *impermixtionis,* scilicet naturarum.

Imperpetuare, in perpetuum donare; *örökre ajándékozni.* An. Sc. IV. 86. Cod. Dip. And. I. 276., 306.

Imperpetuatio, actus aliquid alicui perpetuo iure legandi; *örökre való adományozás.* Fej. X. 4., 205. sane exinde decernentes præmissam nostram gratiam et annuentiam super *imperpetuatione* et legatione memoratæ possessionis suæ.

Imperscrutabilis, inscrutabilis, quod investigari nen potest; *ki nem kutatható.* Pel. Pom. L. V. P. I. Art. III. c. 12: O magne deus, quam mirabilis sapientia tua, quam *imperscrutabile* consilium tuum. Ot. Bachm. 143.

Impersecucio, nis (verbale ab inus. verbo impersequor) status imperfectus, imperfecta natura rei; *tökéletlenség, bevégzetlenség, hiányosság.* Impersecutio ætatis: ætas puerilis — *gyermekkor, serdületlenség.* Cod. Zi. III. p. 211... ob sue paupertatis inopiam et etatis eiusdem *impersecucionem* contra predictos nobiles in causa prenotata in Curia non possit litigionaliter procedere.

Impersolubilis, quod pensari non potest; *meg nem fizethető.* Szék. Okl. IV. 319. suis machinationibus dampnum *impersolubile* molestiasque maximas intulit.

Impersuasibilis, (Du C.) obstinatus in sententia, cui nihil persuaderi potest; *megátalkodott.* Wagn.

Imperterrite, constanter, fortiter; *bátran, elszántan.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 361. sed in Priorali quoque officio constitutus egit *imperterrite.*

Impertialis, medius, æque ira et studio vacuus; *részrehajlatlan.* Opin. de Venat. Dominus Terrestris illatum damnum per viros *impertiales* seu ex eadem sive vero ex vicina Communitate deligendos...

Impertineus, impudens; *szemtelen.* Ger. Impertinent. Törvt. Msz.

Impertinenter, immodeste, impudenter; *gyalázatos, impertinens módon.* It. impertinente. Gall. impertinemment. Ger. Auf eine impertinente Art. Rep. Cast. p. 106a: Quod me omnia sursum deorsumque tractare, ut saltem ex alieno *impertinenter* aliquid garriam, affirmes... Lop. Mon. Sl. XX. 242.

Impertinentia, æ, insulsitas (Du C. al. s.); *garázdaság, szemtelenség.* Otia Bachm. 193. Absit, ut huiusmodi *impertinentias* defendam.

Imperturbate, non lacessitus; *bántatlanul.* Unangefochten. Törvt. Msz.

Impervestigabilis, inexplicabilis, quod natura explicari non potest; *kifürkészhetetlen.* Br. Resp. p. 21: Idem scribunt corpus Christi manducari modo *impervestigabili* sive non pervestigabili. Tör. Tár. 1892. p. 461.

Impervius, 3., non pervius, quod aër attingere non potest; *légzáró.* Poor J. Zsebsz. 113. Cf. Tac. Ann. 15, 43.

Impetere, accusare (Passim) (Du C. al. s.); *bepanaszolni.* Rit. expl. ver. p. A. 1.: Yrgolin de villa Fon, *impecijt* convillanam suam uxorem de veneficio. Kandra Reg. 104. et passim. Cf. Sidon. Ep. 7, 9.

Impetitio, (Du C.) querela, accusatio; *kereset.* Arch. Rák. IX. 58. variis processibus et *impetitionibus* vexare et mortificare.. taliterque Eundem iam senio confectum etc. Werbőczy 386. Cod. Dip. Arp. Cont. II. 253., 310. Száz. VII. 39.

1. **Impetitor,** qui alqm petit, aggreditur; *támadó.* Epist. Proc. p. 152: ne Ferdinando... iniusto regni... *impetitori*... suppetias ferrent.

2. **Impetitor,** actor, accusator, iniustus alienæ possessionis turbator; *háborgató.* Arch. Rák. IX. 3. contra legitimos *Impetitores* Juridicos et Actores. Kövy El. 625. Pesty Ször. III. 261. Cod. Zi. III. 63., 111., 197. Cod. Dip. And. V. 17., 32. Fej. XI. V. Un. 82.

Impetrare, (fundare) constituere, condere; *alapitani.* Sup. An. Sc. II. 27. an. 1307: Kokoss in remedium... interhempti sex Claustra tenebitur *impetrare.*

Impetratio, libellus supplex, quo nobilitatis prosequendæ ius petitur (Du C.); *nemesség felkérése.* Georch. H. T. II. 28.

Impetratio boni alicuius ex defectu, ex nota, occasione stirpis nullæ, aut actus infidelitatis impetratio bonorum; *jószág felkérés v. nyerés magvaszakadásból, v. hűségtelenségből.* Törvt. Msz.

Impetrator, qui impetrat, adipiscitur bona; *fölkérő, jószágnyerő.* Kass. Jur. Civ. I. 157. Exhibet Fassionem perennalem per Comitem condam N. qua Actionalium Bonorum *Impetratorem* Parti I. super iisdem bonis cum clausula... coram Protonotario Palatinali celebratam. Georch. H. T. II. 32.

Impetratrix, fœm. ad *impetrator; megnyerő, adománynyerő.* Kövy El. 623. nisi expresse evictio ad *impetratricem* familiam sit restricta.

Impetuositas, vim aquæ rapaciter fluentis significat, rapiditas; *rohamosság.* Chr. Dubn. 170., 165. Cuius fluvii periculositatem et eius transitus *impetuositatem* vix posset quis enarrare.

Impietificare, peccare, impie agere; *rosszul felhasználni valamit.* Pel. Serm. Novem modis precipuis potest quis ex divitiis et earum occasione pericula damnationis incurrere... sexto *impietificando.* (Aest. 42. g.)

Impigare, impignorare; *elzálogositani.* It. impegnare. Ljub. Mon. Sl. XI. 219. an. 1347: vendere vel *impigare*.,. equum.

Impignare, pro: *impignorare; elzálogositani.* Rač. Mon. Sl. VII. 177. an. 1096: vineam, quam habuit *impignatam.*

Impignorans, *elzálogosító.* Moln. Patv. 25. Qui vero bona in pignus vel hypothecam (et hæc duo ferme idem sunt) locat, dicitur *Impignorans* vel *Impignorator,* et *Inhypothecans* vel *Inhypothecator.* Szirm.

Impignoraticius, 3., pignori datus, oppigneratus; *elzálogositott.* Magy. Tör. Tár. XII. 28. porciones possessionarias et *impignoraticias.* Cod. Dip. And. V. 19., 1.

Impignoraticus, 3., V. *Impignoraticius.* Száz. XXVII. 15. possessionarias porciones... alienas occupative et titulo *impignoratico* habitas.

Impignoratio, (DuC.); *elzálogositás.* Proj. Leg. Civ. 242. Werbőczi 166. Ex parte igitur dantis: *Impignoratio* est iuris proprii necessitate cogente, temporalis ad utendum alteri concessio, quantum autem ad creditorem seu recipientem: *impignoratio* est iuris alieni, cum fructuum perceptione et capitalis summæ repetitione perniciosa damnabilisque ad tempus detentio.

Impignorationalis, pignori datus; *zálog-, elzálogositott.* Fej. XI. V. Un. 388: quinquaginta florenos... de pecunia *impignorationali* relaxare.

Impignoratitio, onis. V. *Impignoratio.* Száz. XVIII. 394. iure *impignoratitionis.*

Impignorative, ut pignus, in pignore; *zálogképen.* Kov. Form. St. 239. portiones possessionarias... *impignorative* habitas.

Impignorativus, 3., pignori datus; *zálog*... Tör. Tár. 1890. p. 596. bona *impignorativa.*

Impignorator, V. *Impignorans.*

Impignoratorius, V. *Impignoraticius. Impignoratorio titulo,* nomine pigno-

ris; *zálogjog czimén.* Cod. Zi. V. III. p. 86... tunc . . . ipsam (sc. terram) . . . *impignoratorio titulo* ad se recepisset.

Impinguare, saginare (Du C. impinguari); *hizlalni.* Kuk. Jur. I. 219. an. 1481. Beng. Ann. Er. Cœnob. 242. Kat. Hist. VIII. 375. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VII. 222. Cf. Gloss. Philox. Tertull. Ieiun. 6.

Impinguatio, saginatio; *hizlalás.* Pril. Abact. 113: setigeri... ex *impinguatione*... æstimarentur.

1. **Implagare,** (Du C. 1.) plagas tendere, laqueos ponere; *tőrt vetni.* Pár. Páp. Cf. Sidon. Ep. 9, 9. ad fin.

2. **Implagare,** (Du C. 2.) vulnerare, plaga percutere. Chr. Dubn. p. 166: occurrit ei ursus letaliter *implagatus.* Obs. Jadr. 404: multi ex Venetorum populo cadunt lethaliter *implagati.*

Implanare (se) (Du C.) se decipere; *magát csalni.* Nagy Hier.

Implantatio, positio; satio; *ültetés.* Art. D. 1840. p. 29.

Implementalis, ad actum implendi pertinens; *teljesitésbeli, betöltésbeli.* Kass. Jur. Civ. I. 6. Sic alii sunt Processus Civiles, alii Criminales . . . alii sunt Invalidatorii, alii *Implementales.* Kövy El. 310.

Implementum, (Du C.) exsecutio, effectio; *foganatositás, végrehajtás.* Diar Com. II. 108. dictæ Legis *implementum.* Kass. P. P. I. 172.

Implementum contractus, effectio contractus; *tukmabetöltés.* Vollziehung des Vertrages. Törvt. Msz.

Implenus, 3., impletus, plenus; *teljes.* Fej. VI. 79.

Implere legem, parere legibus, observare, sequi legem; *betölteni a törvényt.* Wagn.

Impletio, confectio, completio; *teljesités.* Pel. Pom. L. X. P. I. Art. I. Secunda (ratio) propter precepti *impletionem,* quia ipsa omnia precepta evangelica et consilia perfectissime tenuit.

Impletor, nutritius, (Du C. fullarius); *nevelő atya.* Batty. Ger. 149. Achillis *impletor* sc. Colophon centaurus.

Impletura, æ, pulvis nitratus in sclopetum immissus; *töltés* (fegyveri). Ger. Ladung. Reg. Türm. Præf. 109. Explosiones denique debiliores tum cum perfecta *impletura* fiant.

Implicantia, æ, impedimentum; *akadály.* Pázm. Dial. 192.

Implicite, comprehensus in aliquo; *beleértve, bennfoglalva.* It. implicitamente. Vern. Log. 82. Si compositio alicuius propositionis adeo evidens sit, ut expositione (explicatione) non indigeat explicite, secus *implicite* composita audit. Cf. Cic. Inven. 2, 23, 69.

Imploramentum, *imploratio.* Ac. Com. Sopr. p. 20: licebat . . . nostra repetere . . . absque tamen Turcorum armorum *imploramentis* rehabere.

Impœnitens, (Du C.) cuius animus in vitiis obfirmatus, voluntas obstinata est, qui nullo criminum sensu tangitur; *nem bűnbánó, nem vezeklő.* Wagn. Cf. Hieron. in Jesaia 12, 40, 27.

Impœnitentia, æ, (Du C.) peccandi pertinacia, obstinatio in flagitiis; *bűnbánat nem tartás.* Serm. Cat. 291. Alia contra Spiritum Sanctum, dum quis ex mera fere malitia peccat et talia difficulter remittuntur, sunt autem sex; 1. Præsumptio de misericordia Dei, 2. Desperatio, 3. Agnitæ veritatis impugnatio . . . 5. Obstinatio, 6. *Impoenitentia.* Hieron in Jesaia 18, 65, 23.

Imponderabilis, qui ponderari nequit; *megmérlelgethetlen, sulytalan.* Vern. Met. II. 34. proinde id, quod *imponderabile* est, non esse etiam grave, minime sequitur.

Imponderabilitas, proprietas rei, quæ ponderari nequit; *megmérlelhetlenség, súlynélküliség.* Vern. Met. II. 34. Neque gravitatis universalitatem *imponderabilitas* quarundam materiarum infringit.

1. **Imponere,** adiudicare; *odaitélni.* Georch. H. T. IV. 153. Néha magok a Felek határozzák meg, mellyik tegye le az önkéntvaló hitet. T. i. vagy maga részéről ajánlja *(offert)* azt valamelyik Fél és a másik vagy megengedi *(permittit)* vagy ellenzi *(controvertit)*; vagy egyik a másiknak odaengedi azt *(defert)* és megkinálja őtet, hogy esküdjék meg, emez pedig vagy elfogadja *(acceptat)* és leteszi *(praestat)* vagy nem fogadja el *(recusat)* vagy amannak visszaengedi *(refert),* hogy esküdjék meg inkább ő vagy pedig mind a két fél a Biróra hagygya *(submittit),* hogy itélje azt oda *(imponat)* akármellyiknek.

2. **Imponere,** deponere; *letenni, terhelni.* Batty. Leg. T. II. 207. (Decr. Col.) Si quispiam falsum testimonium alicui *imposuerit.*

3. **Imponere,** mirationem facere; admirationem movere; *nagy hatással lenni, imponálni, tekintetet parancsolni.* Ger. imponiren. Vern. Met. II. 16: neque enim Chymici cordatis viris veræque sapientiæ studiosis facile *imponent.*

Imponere in palos, adigere stipitem per medios homines; *karóba huzatni.* Mon. Comit. Trans. I. 88. an. 1540. Qui more prædonum res et bona Nobilium . . . acciperent, hos tales *in palos imponere* faciant.

Imponere se hostiliter, petere, adgredi; *megtámadni.* Cod. Dipl. And. V. III. p. 249: cum . . . arreptis lanceis se mutua vicissitudine *hostiliter imponere* voluissent.

Impopulare, frequentare (incolis) incolarum numerum augere; *benépesiteni.* Fej. X. I. 349. Idem Sigismundus possessiones M. M. Joannis ac Petri... *impopulat.* Törvt. Msz.

Imporcionatus, 3., portione privatus; *részétől megfosztott.* Haz. Okl. 247. an. 1347.

Importabilis, (Du C.) quod sufferri non potest; *elviselhetetlen.* Fej. IV. 1., 115. onera gravia et *importabilia,* quæ nemo potest adimplere, non habentes. Száz. XXX. 2 f. 105. Cf, Tertull. adv. Marc. 4, 27. med.

Importans, (Du C.) magni momenti; *fontos.* Ljub. Mon, Sl. XXI. 395. an. 1451. que nobis occurrunt in his partibus *importantissima.*

1. **Importantia,** æ, (Du C.) res magni momenti; *fontosság.* It. importanza. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 111. an. 1472. Existimamus vehementer *importantiam* . . . castelli. Arch. Rák. VIII. 253. Tör. Tár. 1887. p. 756: magnæ *importantiae* negotia. Reg. Mil. p. 62. Hist. Zerm. Cobencz. 124.

2. **Importantia,** utilitas, fructus; *haszon, jövedelem.* Pár. Páp.

Importatio, actus importandi; *behozatal, bevitel.* Cod. Zi. Vol. V. 552: ab *importatione* huiusmodi bledæ . . . prohibuissent.

Importatura, æ, vectura, subvectio. Fr. Lib. Rt. I. 106. pro *importatura* lapidum dati sunt.

Importunizare, (Du C. importunari) importune instare, lacessere; *nyugtalanitani.* Haz. Okl. 210. an. 1337. universos crudelitate temerarie rebellionis *importunizantes.*

Imposans, admirationem movens; *impozans, feltünő.* Germ. imposant. Száz. XI. 714.

Imposicio, idem quod *imposita,* vectigal, tributum; *adókivetés.* Gall. impôt. Szék. Okl. I. 123.

Imposita, æ, (Du C.) tributum impositum civibus; *kivetett adó, adófölvetés.* Cf. Arany: Hogy *teszik* az adót a szegény emberre. Száz. XIV. 128. Arch. Rák. IX. 378. Tisztb. Ir.

Impositio, V. *Imposicio* (Du C. al. s.); *adókivetés.* Tract. Comm. 3. A Mastarie, Cassabie aliisque *impositionibus* et iuribus autem omnimode immunes sint. Schwart. Scult. 163. Reg. Mil. an. 1709. p. 10. Kronst. I. 148.

Impositio annualis, tributum annuum; *évi adó.* Arch. Rák. I. 60.

Impositionalis, ad tributum pertinens; *valakire rótt.* Magy. Jogt. Eml. I. 429.

Impositive, iussu, mandando; *parancsszóra.* Rozsny. D. 116. Ez a translatió az akkori fővezér Aly pasa udvarában az egész vezérek, mufti, ázsiai és európai itélőmesterek, gyalog generális és kapitányok és minden látott s hallott öreg emberek előtt, kik is mindenfelől *impositive* is messzünnen gyüjtettek vala.

1. **Impositor,** accusator, qui deposuit; *bevádoló, terhelő.* Batty. Leg. T. II. 207: (Decr. Col.) *impositor* culpe . . . . pensas solvat.

2. **Impositor,** qui imponit, qui auctor est; *felállitó, szerző.* Kat. Hist. VIII. 318. quæ villa seu possessio ante suam nativitatem carebat propria locatione et fundatione, sed post locationem eius et fundationem nomine proprio ab *impositoribus* Kohak nunc est baptizata seu vocitata.

Impositor vinorum, V. *Assedarius.*

Impossessionatus, 3., (Du C.) pauper, inops, possessione privatus; *birtoktalan, vagyontalan.* Cod. Zi. I. 583: ne . . . pater . . . et avus . . . ipsum *impossessionatum* effecissent. Tör. Tár. 1893. p. 21. Cod. Dip. And. V. 261., 24. Fej. X. 3., 37.

Impossessionatus nobilis, bonis carens nobilis; *vagyontalan nemes.* Opinio. Deput. 12. Ne vero Articuli 15. 1649. dispositio per Articulum 127: 1659. uberius declarata collisionibus ansam præbeat, illa relate quidem ad *Nobiles impossessionatos* velut non ubique locorum usuroborata, ita restringenda, ut hi intuitu Auszugalium Debitorum, relate vero ad suspectæ Nobilitatis personas eo sensu explicanda videbatur . . .

Imposterare, (fors. ab ital. imposta) tributum imponere; *megsarczolni.* Arch. Rák. IX. 657. minden bizonyosan Lévát is meg akarja szállani s a Garam mellyékét valamelly helyen másutt is *imposterálni.*

Imposterum, in posterum; *jövőre, azutánra.* Dip. Alv. I. 417. II. 131.

Impostor, (Du C.) circumscriptor, homo fraudulentus; *csaló.* Wagn. Cf. Ulp. Dig. 21, 1, 4; Hieron. Ep. 38. fin. 54, 5; Paul. Nol. Carm. 21, 338.

Impostura, æ, fraus (Du C.) (Dief. betrieg, verclag); *furfang, gonoszság.* Ker. Nap. 351. Cod. Alv. I. 392. Oláh. Cod. Ep. 459. Cf. Ulp. Dig. 47, 20, 3; Trebell. Gallien. 12.

Impotentia, æ, (Du C.) imbecillitas coëundi; *nősztehetetlenség.* Kon. Egyh. 485.

Impotentia antecedens, matrimonium præcedens imbecillitas coëundi; *házasságot megelőző nősztehetetlenség.* Kon. Egyh. 485.

Impotentia extrinseca, ex infirmitate orta imbecillitas coëundi; *későbbi betegségből eredő nősztehetetlenség.* Kon. Egyh. 486.

Impotentia intrinseca, e corporis nævis orta imbecillitas coëundi; *szerves bajban rejlő nősztehetetlenség.* Kon. Egyh. 486.

Impotentia perpetua, incurabilis, insanabilis imbecillitas coëundi; *tartós és gyógyíthatlan nősztehetetlenség.* Kon. Egyh. 485.

Impotentia putativa, impotentia ficta; *képzelt, vélt tehetetlenség.* Eingebildetes Unvermögen. Törvt. Msz.

Impotentia respectiva, personam spectans imp. *a hitvesre nézve fennálló tehetetlenség.* Törvt. Msz.

Impracta, æ, fraus, dolus; *fogás, csel.* Gall. pratique. Tör. Tár. 1888. p. 480. ibique secreto ad palatum fecissemus omnia et tantum sciam ea in parte mentem Illsttis vestræ etiam incognito patebit transitus et, nisi hoc fiat, finis imponetur tantæ *impractae (?)* nulla siquidem literarum vel mutuæ collocutionis datur securitas.

Impractibilitas, via invia; *járhatlanság.* It. impraticabilità. Kuk. Jur. II. 101. Quantumvis hactenus ob iniuriam temporis, seu *impractibilitatem* viarum, Ablegatio illa, quæ pro salutanda sua Maiestate sacratissima erat ordinata . . . Dip. Alv. I. 36.

1. **Impracticabilis,** invius; *járhatatlan.* Arch. Rák. VIII. 251. *impracticabiles* montes.

2. **Impracticabilis,** quod effici, perfici non potest; vanus, irritus; *kivihetetlen, eredménytelen, hiábavaló.* Rák. Ön. p. 182. l. 16—19. (19.): Deerat Germanis peditatus sufficiens ad aggrediendam eam (sc. arcem), deerant tormenta, quorum si nec unum nec alterum quoque defuisset, ipsamet statio anni reddebat aggressum *impracticabilem.*

Impræcisus, 3., non accuratus, negligens; *nem pontos.* Phil. Műsz. 28. cognitio *impraecisa.*

Imprægnatio, (Du C.) graviditas; *terhesség.* It. impregnatura. Cher. Jus. Eccl. II. 196. Si argumentis evincat, se prius nullam *impraegnationis* notitiam habuisse.

Impræmeditatè, (Du C.) sine prævia meditatione; imprudenter, extemplo; *meggondolatlanul.* Marc. Chr. II. 60.

Impræparantia, æ, conditio eius, qui non est satis præparatus; *készületlenség.* Pel. In cena Domini s. III. c. 7.: Multi propter *impraeparantiam* non sentiunt eius (communionis) suavitatem.

Impræsentare, solvere, tradere, reddere; *befizetni.* Kronst. II. 351. an. 1534. 380. III. 27., 38., 39., 59.

Impræsentatio, pensio, solutio; *befizetés.* Kronst. II. 350. an. 1534. 378., 379. III. 38., 81.

Impræsidiare, præsidiis firmare; *őrséggel ellátni.* Kuk. Jur. II. 152. an. 1749: ut . . . Fortalitia non alio quam nationali milite *impraesidiata* sint.

Impræstare, (Du C.) commodare; *kölcsönözni.* It. imprestare. Kat. Hist. IX. 311. et ligna seu vasa nobis accomodare seu *impraestare.*

Impræstitus, us, contributio; *adó.* Luc. Regn. Dalm. 277. De contributionibus autem, quæ in communi Civitatum necessitate fieri solebant, quommodo exigerentur, quæ variis nominibus Coltæ, *Impraestitus* et Taxæ dictæ fuere in Chronico declarantur. (It. imprestito. Ger. Darlehn.)

Imprævise, præter expectationem, opinionem; *váratlanúl, hirtelen.* Rák. Ön. 124: vexillifer arcensis custodiæ . . . tam *impraevise* advenit.

Imprævisus, 3., improvisus, inexspectatus; *előrelátatlan, előre nem látott.* Diar. Com. 1.

Impragmaticus, 3., non pragmaticus; *nem oknyomozó.* Száz. XVII. 697.

Impregnatio, V. *Impraegnatio.* Chr. Dubn. p. 144: considerans et uxoris *impregnacionem.*

1. **Impregnatus,** 3., impletus, stipatus; *teletöltött.* Verancs. IV. 28. De re familiari bene curata, vasisque et locis domus omnibus fructibus redituum meorum *impregnatis* laudo te et multis gratiis expleo atque afficio.

2. **Impregnatus,** 3., saturatus; *telített.* It. impregnato. M. Bel. Prodr. 152. Est vero sal Hungaricus vel fontanus, qui ex aqua salsugine *impregnata* excoquitur.

1. **Impresia,** æ, molitio (Du C. impreysia); *vállalat.* It. impresa. Ljub. Mon. Sl. IX. 93. an. 1410: volendo videre . . . finem *impresie* nostre . . . necesse est . . . claudere cum uno *seraleo* de lignamine circa passuum XLII. locum.

2. **Impresia,** æ, V. s. *Phrenoschema; hős tetteket tartalmazó okmány.* It. *impresa.*

Impressio, pondus, momentum, vis, affectio (Du C. al. s.); *benyomás.* It. impressione. Reg. Turm. Præt. 50.

Impressive, imprimendo; *rányomva.* An. Sc. I. 93. an. 1550: literalia instrumenta... sive *impressive* sive in pendenti sigillare. Magy. Tör. Tár. VI. 36. Fej. XI. V. Un. 508.

Impressor, (Du C.) typographus; *könyvnyomó.* Corp. Gram. 644. *impressores,* qui etiam Christus scripserunt Kristus.

Impressoria ars, (Du C.) Typographia; *könyvnyomó intézet.* Nagy Hier.

Impressorius, 3., ad rem typographicam pertinens; *nyomdai; impressoria ars, nyomdászat.* J. B. Herold De rebus Turcicis Dialogus præf. p. 632. Hanc procrastinationem, in negotiis moræ impatientissimis hominibus tolerabiliorem reddebat amplitudo atque amœnitas nostræ urbis, quæ . . . *artis impressoriae* præstantia toto orbe claret.

Imprestita, æ, mutuum. V. s. *Dada; kölcsön.* It. imprestito.

Imprestitum, res credita; *kölcsön.* It. imprestito. Ljub. Mon. Sl. I. 292. an. 1316.

Imprestitus, 3., commodatus; creditus; *kölcsönzött.* Ljub. Mon. Sl. III. 405.

Imprimere, typis exscribere; *könyvet nyomni, nyomtatni.* Arch. Rák. VIII. 340. Liber culinarius, *impressus* Græcy.

Imprimis, pro: potius; *inkább.* Batty. Ger. 8. caminus, quem Sancti sibi eligunt *imprimis,* quam faveant jussis Nabuchodonosor.

Imprisonare, (Du C.) in carcerem claudere; *fogságba vetni, bebörtönözni.* Gall. emprisonner. Új Magy. Muz. III. 199. Nullus liber homo capiatur vel *imprisonetur* aut dissaisiatur aut utlagetur aut exuletur aut aliquo modo destruatur.

Improbabilitas, ratio parum probabilis; *valószinütlenség.* It. improbabilitá. Vern. Log. 172. *Improbabilitas* denique est ille status mentis, in quo pro falsitate cognitionis plures rationes pugnant, quam pro veritate.

Improductus, non productus, non creatus; *nem teremtett.* Imre Phil. 26. Nonnulli cum Leucippo, Democrito Abderita et Epicuro, atomos seu particulas quasdam subtilissimas, *improductas,* immenso cuidam spatio ab æterno innatantes se seque perpetuo moventes fingebant atque ex harum fortuito concursu Mundum coaluisse asserebant.

Improficuus, inutilis; *haszonnélküli.* Wagn.

Improlis, sine prole; *magzat nélküli.* Kövy El. 308. licet divisus *improlis* moriatur. Irodt. Közl. VI. IV. 456.

Impromulgare, non promulgare; *nem hirdetni.* Funda David. H. 2: Excelsa sedes . . . sententiam *impromulgatam* reliquit.

Improntare, mutuare (Du C. impromptare); *kölcsönözni.* It. improntare. Ljub. Mon. Sl. XI. 270. an. 1347: restituere mercatoribus, qui illud *improntaverunt* et *reschattare* . . . gabellam.

Improperare, verbis castigare, perstringere, irasci, ignominia afficere (Du C. al. s.); *pirongatni, szidni, neheztelni, gyalázni.* Cod. Dipl. Pat. T. II. 138: ammonimus et vobis *improperamus,* cur novitates inducitis abusivas. Kuk. Jur. I. 149. an. 1383. Thurocz. 140. Interea imperatrix Constantinopolitana filia Regis Ladislai nomine Pyrisk nuntiavit regi Stephano, quod imperator ipse videlicet maritus suus in eius opprobrium ipsi regi *improperaret,* dicens: regem Hungariæ esse hominem sævum. Cf. Gloss. Philox. Petron. Sat. 38. Vulg. Paul. ad Roman. 15, 3.

Improperium, (Du C.) obiurgatio, objectatio, dedecus, convitium; *szemrehányás.* It. improperio. Verancs. VII. 10. Si vero ad hoc litteras quoque refugerit, scutica et *improperiis* revocato. Virga enim sanabit animam pueri. Cf. Lactant. 4, 18; Vulg. Paul. ad Roman. 15, 3.

Improportio, inæqualitas; *aránytalanság.* Kuk. Jur. II. 103. Ut necessitas Confiniariæ, virium autem et facultatum Dominorum Regnicolarum erga eosdem *improportio,* suæ Maiestati sacratissimæ demonstretur. Pázm. Dial. 591.

Improportionabilitas, inæqualitas; *aránytalanság.* Germ. Ungleichförmigkeit. Pel. Pom. L. VII. P. II. Art. II.: Hec enim contingunt propter excellentiam et *improportio-*

nabilitatem luminis ad intellectum illuminabilem.

Improportionabiliter, inconvenienter, præter modum; *aránytalanul.* Pel. Serm. Eterne vite . . . Illa beatitudo sicut denarius imo *improportionabiliter* plus quam denarius est desiderabilis. (Hiem. 36. t.)

Improportionate, portionem excedenti modo. Text. v. sub *Improportionatus; aránytalanul.*

Improportionatus, 3., V. *Improportionate.* Kövy El. 348. potest A. perdere id quod *improportionate* usuavit; Probari debet *improportionatus* usus; expensæ per A. factæ eidem terminato processu solvuntur per omnes *proportionate.*

Impropriissimus, 3., valde improprius; *legsajátlanabb.* Severini. 37.

Improthocollare, in commentarios referre; *bejegyezni.* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 376: incumbet iurato notario . . . *improthocollare* nomina.

Improtocollatio, actus in commentarios referendi; *bejegyzés, beiktatás.* Moln. Patv. 25.

Improtocollista, æ, qui perscribit, in acta refert aliquid; *iktató.* Törvt. Msz.

Improvisare ex tempore, subito ex tempore fundare versus; *rögtönözni.* Ger. improvisiren. Jókai Erd. ar. k. 52. et passim.

Improvisator, poëta extemporalis; *rögtönző.* Száz. VII. 595. Jókai Kőszivü. II. 154.

Impubertas, atis, ætas pupillaris; *kiskorúság.* Törvt. Msz.

Impudimentum, (Du C. impudor), labes; *sérv, baj.* Kov. Form. St. 84. prædictus masculus et prædicta mulier in suis membris pudibundis nullum *impudimentum* haberent.

Impugnatio, stimulus; *inger.* It. impugnazione. Serm. Cat. 119. et toties quoties homo sentit in se teporem, languescere in se advertit devotionem, vel sentit aliquam *impugnationem,* statim ad S. Confessionem et SS. Communionem properet.

Impulsare, impellere (Du C. al. s.); *behajtani.* Fej. Jur. Lib. 43.

Impulsio, actus pecora impellendi; *behajtás tilosból.* Kövy El 572. *Impulsio* habet tres species. Nam si ex loco speciatiter et positive tantum prohibito sit *impulsio,* licet nullum speciale aut sub æstimationem cadens damnum sit illatum, nec Jus alterius turbatum sit, vocatur *Impulsio* simplex.

Impulsionalis merces, m. impulsionis; *hajtópénz.* Art. D. 1840. p. 33.

Impulsionalis mulcta, *behajtási birság.* Törvt. Msz.

Impulsiva, æ, impulsus, impulsio; *inger.* Bod. Hist. Eccl. II. 78.

Impulsus Campestris, signum castrense tuba dandum; *tábori harsonázás.* Reg. Turm. Præt. 96. qua propter Instrumenti sui debitam etiam curam gerat et in inflanda musicali modo tuba (musikalische Aufzüge) . . . cumprimis autem in *impulsibus campestribus* (Feldstösse) se exerceat.

Impulsus tubæ pro divinis, signum tuba datum divinis frequentandis: *trombitaszó istentiszteletre.* Reg. Turm. Præt. 151. 2. Hora septima pro sacro Missæ sacrificio *impulsus tubae pro Divinis* vocans (Kirchenstoss).

Impurare, inquinare, polluere; *beszennyezni, bepiszkítni.* Wagn. Cf. Senec. Ep. 87, 16. med.

Impurisate, non nitide, in exemplo; *fogalmazványban.* Magy. Jogt. Eml. I. 407.

Imputabilitas, proprietas rei, actionis, quæ imputari potest; *beszámithatóság.* It. imputabilità. Vern. Phil. Mor. 159. illa *imputabilitatem* actionis tamquam liberi facti sensitivo rationalis entis determinat.

Imputatio, actus imputandi, culpam conferendi in aliquem; *beszámítás.* It. imputazione. Vern. Phil. Mor. 159. *Imputatio* tamen facti et iuris non sunt diversæ *imputationis* species.

Imputatum, quod ascribitur alicui in emolumentum; *beszámítás, betudás, berovatolás.* Tiszt. Ir.

Imputrescibilis, non putrescens; *rothadatlan.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 183. et ad *imputrescibilem* thesaurum iuxta modulum facultatis sue per manus pauperum aliquid debet aggregare.

Imputribilitas, quod corrumpi, putrescere non potest; *rothadatlanság.* Pel. Pom. L. IV. P. I. Art. III. Compingite arcam de lignis sethim, que sunt imputribilia ad figurandum beate Marie *imputribilitatem.*

In, verba eiusmodi, quibus aliquis eligitur, creatur, declaratur pro nominativo præpositione: «*in*» huicque adiecto accusativo utuntur; *-vá, -vé.* Ger. zu. Gall. élire qu. roi. Bod. Hist. Un. Trans. 334. *In Principem* electus Steph. Báthori, p. 335. Ideo unctus es *in Regem,* quia diligis iustitiam.

In cum ablat. pro genitivo. Pel. Hiem. 24. g. Architriclinus mirando de vino tam optimo *in sapore* valoreque dixit (saporis).

In cum ablat. pro: *in* cum accusativo. Pel. Hiem. 2. a. qui prope mare habitabunt *in vallibus* fugient (in valles). Batty. Leg. T. II. 40. an. 837. *in augmento* Sanctæ . . . ecclesiæ.

In cum ablat. pro simplici ablativo. Pel. Aest. 47. n. Animalia *in prima die,* qua nascuntur, habent scientiam et industriam (primā die). Tör. Tár. VI. 40: *in anno* virginalis partus *millesimo.*

In cum abl. pro simplici accus. Pel. Aest. 41. g. Tunc ille faber mane surgens aurum et argentum *in magna copia* repperit (magnam copiam auri).

In, pro dativo; *nak, nek.* It. a. Gall. à. Ger. dem. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 7. Et *in* sancto Grisogono dimitto vinea, *in* sancta Maria uno panno de sirico.

In, pro puro accusativo; *vá, vé, úl, ül, nak, nek.* It. eletto console. Ger. zum. Kass. P. P. I. 207. Publicæ Nominationis N. N. *in consulem.*

In, pro: *ad; -ra, -re.* Batty. Leg. III. 79. *in* animas nostras protestantes (apud nos quorundam loquendi formula est: ad animam dico: *lelkemre mondom*).

In, pro: *cum; -val. -vel.* Batty. Leg. T. II. 259. an. 1169: hostes Regni *in* manu valida . . . fines intraverint.

In, pro: propter; *miatt.* Batty. Ger. 76. Fer *in* insidentibus circa ordinem vociferationis. Sensus: *Fer propter insidentia iuxta ordinem hymni, cantici.*

In, pro: secundum; *mellett, mentében.* Knauz. M. E. Str. I. 273: *In longum* ripe pro: secundum ripam.

In, pro: de, super; *-ról, -ről.* Batty. Leg. T. II. 74. an. 1057: hanc cartam *in* eis petitionibus scriptam.

In abscondito, in occulto; *elrejtve, alattomban.* Wagn.

In amplius, in posterum, posthac; *ezentúl, többé.* Tkal. Mon. Ep. II. 25. an. 1340: *in amplius* nullus vineas sic occupabit.

In antea, deinceps, in posterum; *egymás után, sorban.* An. Sc. I. 7. an. 1412: pollicemur . . . quod ab hoc die et hora *in antea* puram . . . fraternitatem . . . observabit. Szer. Not. p. 118. an. 1498. Fej. X. 3. 193.

In causam contracta, rea; *alperes (nő).* Tör. Tár. 1888. p. 385.

In causam honoris, V. *In factum honoris.* Hajnik Perjog. 64.

In censum locare, locare; *bérbe adni.* Opin. de Venat. *In Censum locare* ius venationis.

In commissum cadere, mercibus vetitis adnumerari; *elkoboztatás alá kerülni.* Ger. als Kontrabant erklären. Vect. Gen. G. §. 36: si legitimatoriæ . . . Schedæ non adfuerint, merces pro clandestine . . . inductis habebuntur, ac proinde *in Commissum cadent.*

In confesso est, constat, manifestum est; *világos, nyilvánvaló.* Fej. Jur. Lib. 433: *In confesso est* regibus et principibus nullam ejusmodi potestatem datam esse.

In continenti, continentia, extemplo; *nyomban.* Opin. Deput. 39. et Causas ex occasione nundinarum exortas *in continenti* diiudicet. Fabr. Urk. 196. an. 1528. illico et in *continentia* verbalem interposuit appellationem.

In contumaciam, actutum, extemplo; *azonnal.* Jókai Uj f. 132. minden az idézett kötvényekből származó kötelezettségek *in contumaciam* semmiseknek és felbontottaknak nyilatkoztatnak.

In ductu, ducibus; *kalauzolása mellett.* Fjp. Anon. 6a. Almus dux et alij principales . . . *in ductu* Ruthenorum venerunt.

In extremis esse, pro: animam agere; *haldoklani.* Wagn.

In facto (armorum), quod attinet arma; *a háborut, harczot illetőleg.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 547. Tartari *in facto* armorum sunt strenui bellatores.

In factum honoris, causæ honorem concernentes; *becsületbe vágó ügyek.* Hajnik Perjog. 63.

In fatuitatem sensatum devenire, deseri a mente; *megőrülni.* Georg. Sirm. I. 51. *In fatuitatem sensatum deveniebat* et fugiebat per campos.

In figura Magistratus, præsente magistratu; *a magistratus szine előtt.* Proj. Leg. Civ. 228. Fassiones coram exmissis Senatoribus interventæ, Magistratui in origine referri, et tam hæ, quam *in figura Magistratus* celebratæ, ac in quantum plenipotentiarii influxissent, etiam Plenipotentiales improtocollari, archivaque inferri debebunt.

In fine, *ad extremum, ultimum; végül.* Wagn.

In fine finali, V. *In fine.* Passim.

In glaciem inducere, (hungarismus) astute labefactare aliquem; *jégre vinni.* Def. bon. p. 10: Sagaciores illi sunt . . . quam *in glaciem* a te se sinant *induci.*

In gladio percutere, ferro atque igni

vastare; *kardra hányni.* Fjp. Anon. 23. a. Saxoniam . . . *in gladio percusserunt.*

In gratiam alterius, alterius causa; *más kedveért.* Wagn.

In grossum, magna mercatura, magna copia; *nagyban.* Gall. en-gros. Han. Mon. Jur. P. I. 206: pisces vendere *in grossum.* II. 205.

In instanti, puncto temporis, e vestigio; *nyomban, menten.* Kass. Prax. I. 36... *in instanti* Physico ordinario relationes præstare (chirurgi debent).

In memoriam ducere, inducere in animum, consilium capere; *eszébe venni.* Fjp. Anon. 14. b. Borsu cum montes . . . aspexisset, *in memoriam duxit,* ut ibi castrum contrueret.

In obversum, contra; *ellenében.* Proj. Leg. Civ. 178. Sua Excellentia Domino Barone Pincernarum Regalium Magistro isthic advolutam sub ·/. separatam Opinionem *in obversum* exhibente.

In originali, in autographo; *eredetiben.* Tök. Lev. 156.

In pacato, bona cum pace; *békén.* Cod. Dip. Brüss. III. 241. *in pacato* vivere etiam nunc renuunt.

In paribus, in transcripto; *másolatban.* Beth. G. lev. 412.

In parvo eundo, modico itinere; *rövid ideig járva.* Tkal. Mon. Ep. I. 81. an. 1244. *in parvo eundo* venit in aquam.

In patulo esse, constare, patere; *nyilvánvaló.* Opin. Deput. 56. Vel in respectu hoc tam nimiæ Causarum accumulationis plurimum remoratam Justitiæ administrationem in præsenti situ non amplius relinqui posse, in *patulo* est.

In præsenti planta astare, præsens adesse; *személyesen megjelenni.* Urk. Sieb. I. 524. an. 1342. Hajnik Perjog. 223.

In primum, in primis, primum; *először is, mindenekelőtt.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 6. *In primum* domum, in quo jussus sum vivere, cum introitu et exitu suo habeat filio meo Andrea . . .

In propriis personis, viritim; *személyesen.* Ker. Inst. Mil. 407.

In publico protestare, promulgare; pronunciare; *nyilvánossá tenni.* Knauz M. E. Str. I. 69., 32.

In quantum, si; *a mennyiben.* Kass. Prax. I. 101. *in quantum* itaque Repræsentationes naturam Relationum imbuunt — regulæ de Relationibus — *in quantum* vero naturam Propositionum sequuntur — regulæ de Propositionibus tenendæ sunt.

In reliquo, ceterum, quod reliquum est; *a mi a többit illeti, egyébiránt.* Thök. Diar. II. 53. *In reliquo* éltesse Isten kegyelmedet. Kass. P. P. II. 108. Arch. Rák. IX. 227.

In sequelam, ex, secundum; *értelmében, következtében, képest, szerint.* Ger. zu Folge des, zufolge. Kass. P. P. I. 239. eo *in sequelam* præcitatæ benignæ Resolutionis Regiæ per expressum declarato . . .

In solidum, *egymásért, egészben.* Kövy El. 451. Si plures debitores vel fideiussores se *in solidum* non obligarunt (idest: unus pro omnibus et omnes pro uno) quilibet tantum partem tenebitur præstare. Art D. 1840. p. 67.

In sortem impositæ, ratione tributi; *adó fejében.* Tisztb. Ir. *In sortem impositae* acceptatum vel imputatum. *A kivetett adó fejében lett beszámlálás.*

In turbido piscari, ex alieno incommodo sua commoda comparare; *zavarosban halászni.* Szilády Tör. Magy. Em. VI. 341. pro lubituque suo posset *in turbido piscari.*

In ultima analysi, V. *In fine.* Passim.

In uno anchelitu, uno tenore, continenter; *egy szuszra, egy lélekzetre, egyhuzamra.* Ger. in einem Athemzuge. Kov. Form. St. XXV. et quia Hercules in uno *Anchelitu* currebat passus 125.

In uno pane vivere, communiter vivere; *egy kenyéren élni.* Kol. Am. II. p. 82.

1. **In unum,** æque, pari modo; *egyaránt.* End. p. 241: planxit eum . . . clerus et populus similiter, *in unum* dives et pauper.

2. **In unum,** in universum, in summa; *egyetemben, összesen.* Fjp. Szám. p. 319. an. 1433: expenderunt *in unum* fl. 12.

In vanum, frustra; *hiába.* Georg. Sirm. I. 84. et sua hasta non ibat *in vanum* de manu sua, sed semper obtinebat.

Inabalienabilis, quod alienari non potest; *elidegenithetlen.* Def. bon. p. 25. (bona) quæ vel natura vel lege stabilia, et *inabalienabilia* sunt. Kuk. Jur. II. 226. Fej. X. 1. p. VIII.

Inabalienabilitas, proprietas rei, quæ abalienari non potest; *elidegenithetetlenség.* Batty. Leg. I. 286: Erubescant, qui *inabalienibilitatem* romanorum ecclesiasticorum novitium criminantur esse institutum.

Inabhominabilis, abominandus, detestabilis; *utálatos.* Kub. D. Hont. I. p. 17. (Ladislaus IV. an. 1276): *inabhomidabile* ac exsecrabile factum.

Inaccitus, 3., non evocatus, non arcessitus; *hivatlan.* Jan. Pan. Poëm. I. 73. Quid? quod castra ille coactus, ille adivit. Hic et *inaccitus,* nedum indeprensus ab ullo.

Inacritus, 3. (fors. *inacutus*) non acutus; *élesitetlen, csorba.* Georg. Sirm. 1., 3. quia biccellus ipsius brevis et sepissime pro defensione sua capitis contra Germanum *inacrita* erat id est *chorba* wala.

Inactare, in acta referre; *beiktatni.* Kuk. Jur. II. 183. Dominus Comissarius Regni Militaris pro *inactandis* Officii sui negotiis, confecto Prothocollo de exacta fidelique officii sui administratione etc.

Jeiunium quatuor temporum, *kántor böjt.* Ger. Quatember. Cher. Jus. Eccl. II. 136. *Jeiunia quatuor temporum* feria quarta, sexta et sabbato post tertiam dominicam Adventus, post primam dominicam Quadragesimæ, post Dominicam Pentecostes et post diem exaltationis Sanctæ Crucis.

Jejunium B. Virginis, jejunium per medium Augustum. V. *Jejunium S. Philippi.*

Jenicerus, i, V. *Janizari.* Nad. Florus Hung. L. IV. C. X. p. 290: Palfius primus in *Jeniceros* invectus est ... sunt hi milites fortissimi, nam et alimenta pueris et patribus pro numero filiorum præmia statuuntur, si patres occiduntur, pupilli stipendia patrum trahunt; animas præterea prælio aut suppliciis peremptorum Turci hoc ipso æternas putant; hinc generandi amor et moriendi contemptus.

Jerarchia, (Du C.) hierarchia, ἱεραρχία; *papi főnökség.* Andr. Pann. 277.

Jerocomium, alias: *gerocomion,* (Du C.) locus, ubi aluntur senes; *elaggottak háza.* Nagy Hier.

Jeroconticon, alias: *Geroconticon,* (Du C.) Liber continens vitas Patrum; *szt. atyák életkönyve.* Nagy Hier.

Jerurgia, missæ sacrificium; *mise áldozat.* Nagy Hier.

Jesovita, Jesuita. Austr. Aust. B. 3—3.

1. **Jesuita,** æ, e societale Jesu; *jezsuita.* It. gesuita. Cod. Ep. Pet. Páz. I. 243: questi sunt Patres *Jesuitas* non quidem malo animo, sed tamen eventu periculoso plurimum retardare progressum Religionis in Hungaria.

2. **Jesuita,** æ, fidelis, sectator Christi, Christi disciplinam professus, a voc. Jesus; *keresztyén.* Veranes. IV. 44. Sultan Sulyman monarcha Ferdinando *Jesuitarum* gubernatori.

Jesuiticus Ordo, ordo, sodalitas Jesuitarum; societas Jesu; *jezsuita-rend.* Wallaszky 467. Tör. Tár. 1890. p. 69.

Jesulus, demin. ex Jesus. Boc. Hung. p. 197.

> Blande puer, mellite puer, mi *Jesule* dormi
> Claude tenelle oculos, *Jesule,* claude tuos
> Bellule somniculum cape, *Jesule* sanctule, [dulcem
> Blandulus eia venit somnulus, eia venit ...

Patr. Const. 10. Tör. Tár. 1890. p. 367. Num. Hung. 77.

Jesuvita, V. *Jesuita.* Thök. Diar. II. 252. Specificationem argenteriæ *Jesuvitarum* scire Dominum Stephanum Udvarhely. Arch. Rák. VIII. 356.

Jesuviticus, 3., ad Jesuitam pertinens; *jezsuitai.* Thök. Diar. II. 236. Aestimatio duorum pagorum *Jesuviticorum* Tamásfalva et Arnódfalva.

Jetton, opus fusum; *öntött emlékmű.* It. getto. Numi Hung. 121. In collectione Med. Doctoris Frank continebatur cupreum *Jetton* anni 1555. ad resignationem provinciarum belgicarum per Mariam Philippo II. Hispaniæ regi factam signatum, cum perigraphe: MARIA. D. G. R. H. et effigie eius.

Joachimicus, i, V. *Cusi* (Du C.) Bel. Comp. Hung. Geogr. 432. 6. *Joachimicus* seu Vallensis, Ein species Thaler, florenis Rhenensibus duobus constat.

Joannita, æ, Zapolyianus; *Zápolya János követője.* Epist. Proc. P. II. p. 42: Tu videris, ut apud Joannitas (Zapolyianos) suspicionem ... possis diluere.

Joannitæ, V. Text. sub *Fratres Teutonici.*

Jobagi primi, Job. primæ classis; *elsőrendü jobbágyok.* Batty. Leg. T. II. 36. an. 1082.

Jobagio, *jobbágy.* Pfahl. Jus. Georg. XXII. Qui nexu feudali adstricti erant Servientes vocabantur; illi vero nexu ministeriali ligati communiter *Jobagiones,* voce ab *Jabad,* quod antiqua orientali hebraica lingua Ministrum significat (Révay Gram. I.) (V. Art. XIII. an. 1222.) V. Akad. Értesitő. 1895. 71. füz. November p. 642. quo loco de jobagionis vocis origine agitur. Pfahl. Jus. Georg. LXXV. ipsa denique humanitas dominorum quorumdam eo contulerunt, ut satis mature servitus in libertatem Transiret servorum adeo nomen exstingueretur, *Jobagionumque,* quibus liberi insigniebantur, in locum illius succederet sæc. XIII.

Jobagio bellator ecclesiæ, armiger ecclesiæ; *fegyverviselő jobbágy, egyházi jobbágy* v. *nemes.* Kandra Reg. 192.

Jobagionalis, ad iobagionem pertinens Sessio iobagionalis; *jobbágyi.* Cod. Dip. Pat. V. 214., 310. Memorie commendamus, quod Petrus de Somlyo Curiam seu domum, in qua prefatus Stephanus nunc residet ac alias quinque *sessiones Jobagionales* misisset, relinquisset. Pesty Ször. III. 237.

Jobagionatus, us, status iobagionum, multitudo iobagionum; *jobbágyság.* Cod. Dip. Hung. Arp. V. III. 154., 257. ymmo translatos dimisimus in ipso eodem *iobagionatu* castri simul cum terris ipsorum perpetuo permanere.

Jobagiones v. **Jobagyones Castri,** *várőrök, várkatonák.* Pfahl. Jus. Georg. XXV. Erant infimæ sortis *Jobagiones Castri,* quos tamen nomine hoc generico insignitos nullibi deprehenderim. Illis dignitate (Rang) superiores erant *Jobagiones Castri;* per antonomasiam quasi ita compellati, quod sub vexillo (Banderio) Comitis Castri militarent. Hi rursus in duos abiverunt ordines; alii nempe erant Jobagiones, aliter *Liberi S. Regis* vel *Naturales, Filii* etiam *Proceres S. Regis* compellati, ex christianis Servis maximam saltem partem libertati asserti. Prisc. Serv. p. 21. *Jobagiones Castri* coloni erant et ruricolæ Castro adscripti. Kelem. Inst. Jur. Pr. 184. Ker. inst. mil. 18: Dupplicis ... ordinis *Jobagyones Castri* erant, alii, quorum Ma-

jores terras a S. Rege cum onere militandi acceperunt, alii vero, qui a posterioribus Regibus eandem ob causam fundis donati fuerunt. Illi *Jobagyones* S. Regis, ii vero *exempti de Castrensibus* vocabantur, parique omnes et libertate gaudebant, et paribus militiæ officiis obnoxii erant, sola honoris prærogativa illi ab his distinguebantur. Kol. Am. II. 76.

Jobagiones de Castrensibus exempti, Kelem. Inst. Jur. Pr. 185. *Jobagiones de Castrensibus exempti,* quos alii Reges post S. Stephanum e Civium classe delectos, in statum militiæ transtulerunt et pari ratione bonis hæreditariis impertierunt, ut adeo a prioribus non tam conditione, quam tempore ac nomine differrent. Prisc. Serv. p. 21. Pfahl. Jus. Georg. XXV.

Jobagiones equites, equestres, *lovas legények, várlovas katonák.* Pfahl. Jus. Georg. XXIV. Jobagiones duplicis erant generis, alii militaribus, alii non militaribus servitiis adstricti. Illi vocabantur *Jobagiones equites, equestres* (Belius ad VII. Reg.) *belligerantes, bellatores,* communiter vero *castrenses,* aut *Castri,* etiam *Milites castrenses* aut *Castri.*

Jobagiones exercituales, V. *Jobagiones castri.* Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 300. quod cum terram Mycon biloti filij Chomon Stephani et Symonis fratrum eiusdem *jobagionum exercitualium nostrorum* de villa Epel, de Comitati Strigoniensi propter diversa incommoda et multiplicia scandala in Regno nostro emergencia quam plures petivissent sibi dari.

Jobagiones honesti v. **cum honore,** V. *Jobagiones Regni; tisztes jobbágyok.* Cod. Dip. Arp. Cont. III. 44. eosdem de huiusmodi statu ipsorum eximentes in numerum et collegium *honestorum iobagionum* eiusdem Castri duximus transferendos.

Jobagiones Naturales, V. *Jobagiones S. Regis.*

Jobagiones S. Regis seu **Naturales,** *királyi (természetes) jobbágyok.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 185. *Jobagiones S. Regis,* aut etiam *Liberi S. Regis,* compellati, quorum Maiores a Stephano terras regias, e pertinentiis Castri, iure hæreditario possidendas acceperunt, sub conditione militandi et nonnulla etiam alia honoratiora obsequia aulæ Regiæ exhibendi. Prisc. Serv. p. 21: *Jobagiones S. Regis* seu Naturales. Liberi sunt per Nativitatem soli Regi subiecti. Bel. Mon. V. p. 233.

Jobagiones Regni, Barones Regni; *ország bárói.* Werbőczi 189. Præter hic recensitos sunt etiam Barones Regni; Cubiculariorum et Curiæ Regis Magistri; nescio qualiter isthic omissi. Hos omnes olim etiam *Jobagiones Regni* aut *Jobagiones cum honore* dictos fuisse patet ex Andr. II. art. 10., 11., 34. Prisc. Serv. p. 21.

Jobagionissa, jobagio femina; *jobbágynő.* Cod. Zi. Vol. V. 304: decem iobagiones . . . nec non providas *iobagionissas.*

Jobagyones, V. *Jobagiones.* Werbőczi 524. Cæterum, habita iurium, civitatum liberarum ac defensionis et offensionis declaratione; iam de villanis (quos *Jobagyones* nuncupamus) tractandum est.

Jobavus, i, V. *Jobagio.* Georg. Sirm. I. 219. Et insuper ultra fluvium Latorcha versus Capos super unum equum me ascendsum explorare fecit cum uno *jobavo* suo.

Jobayo, Jobayonalis, Jobagio Jobagionalis. Haz. Okl. 389. an. 1429.

Jobbadjones, V. *Jobagiones.* Kövy El. 111. in multis Comitatibus, in quibus scilicet non perpetui subditi verum ut 35: 1791. insinuat liberæ migrationis coloni erant incolæ, Taxalistæ vocabantur, non *Jobbadjones,* licet omnia secundum urbarium præstiterint. Hodie pro more antiquo coloni hucdum alibi Taxalistæ alibi vero *Jobbadjones* vocantur.

Jobbagi, hi alii sunt a Jobbagionibus et videntur esse glebæ ascripti; *röghöz kötött jobbágyok.* Batty. Leg. T. II. 85. an. 1082.

Jobbaginus, i, subditus; *jobbágy.* Pel. Serm. Sic principes comedunt proprios *iobbaginos* spoliando. Hiem. 31. d. cet.

Jobbagio, 1. nobilis, 2. rusticus; *1. nemes, főnemes, 2. földön lakó, földmivelő.* 1. Kuk. Jur. I. 57. an. 1232. Száz. XIII. 173. An. 1239. 2. Kuk. Jura I. 250. an. 1501. *Jobagiones* sive rusticos.

Jobbagionatus, us, V. *Jobagionatus.* Cod. Zi. I. 452.

Jobbagiones Regni, V. *Jobagiones Regni.* Molnár Patv. 27. *Jobbagyones Regni* sunt ipsi DD. Archi-Episcopus Strigoniensis, Palatinus, Judex Curiæ; respectu Regnorum Dalmatiæ, Croatiæ et Sclavoniæ, etiam Banus; respectu autem Liberarum, Regiarumque Civitatum etiam Tavernicorum Regalium per Hungariam Magister.

Jobbagiones sessionati v. coloni, *telkes jobbágyok, legalább ¼ jobbágytelekkel birók.* Passim in iure Hungarico.

Jobbagyio, Jobbagyionatus, Jobbagyo, V. *Jobagio* etc. Monm. Comit. II. 608.

Jobbagyones equestres, qui equis stipendia merebantur; *lovas legények.* Batty. Leg. T. II. 404. an. 1265: qui . . . ipsius erant libertini in *Jobbagyones* equestres, qui vulgariter *Lovas legény* nuncupantur, eidem Ecclesiæ ordinavi.

Jocale, (Du C. iocalia) monilia, gemmæ, annuli aliaque id genus pretiosa; *ékszer.* Tör. Tár. 1890. p. 369. unum *iocale* cum saphiro. Samb. Tyrn. Pel. Serm. Aest. 74. qu. Epist. Proc. 15. Kat. Hist. VIII. 613.

Jocasta Aulicus, V. *Joculator.; igricz.* Ger. Spassmacher. Prisc. Serv. p. 41: *Jocasta Aulicus,* qui joculationes cantusque ad aulam exercebat. Száz. XVI. 33.

Jocorydech, idem quod Jokerdech furum indagator; Battyano auctore idem, qui apud Scotos *Tokioderach,* decurio vindictæ a *Toch, Tok* decem et *Rach* vindicta?? *jót kergető, tolvajok üldözője, pandur.* Batty. Leg. T. II. 114. Decr. St. Ladislai rerum furtivarum collector, quem vulgo *Jocorydech* dicunt . . .

Joculatio, Jocus V. *Jocasta aulicus; bohóczkodás.* Ger. das Spassmachen. Cf. Firm. Math. 5., 5.

Joculator, 1. fidicen, 2. mimus, scurra funambulus; *1. igrech, igricz, 2. kötéltánczos, bohócz.* 1. Száz. XVI. 33. villa *Joculatorum* Igrech. 2. Kronst. I. 504. Seiltänzer. Fjp. Anon. 176. credite garrulis cantibus *ioculatorum.*

Jocundabilis, iucundus; *kellemetes.* Pel. In Epiph. s. II. c. 6. Ista stella fuit sanctis amabilis et *iocundabilis.*

Jocundare, (Du C.) gaudere, exhilarari; *örülni.* Urk. Sieb. II. 368. an. 1371. in tuis laudibus delectabiliter *iocundantes.*

Jocundari, delectari; *gyönyörködni.* Vita S. Steph. 21. ut ipse vite celestis cameram cunctis delectamentis refertam inveniens *iocundari* meruit eternaliter. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 166.

Jocunde, libenter; *szivesen.* Knauz M. E. Str. I. 71., 39.

Jocunditas, iucunditas; *öröm, dicsőités.* Kronst. III. 600: dum plebanus . . . die, qua canitur vocem *Jocunditatis,* celebrasset nuptias i. e. dominica Jubilate.

Johannisare, partes Johannis Zapolyæ sequi; *János pártját fogni.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 642. Inter nobiles magnus est *Johannisantium* numerus.

Jokergech, v. *Jokoridech* (Du C. Joccerdegh.) Pfahl. Jus. Georg. XLVI. Ut vero servi profugi tranquillitati et securitati internæ Reipublicæ periculum non creent, constituti fuere rerum fugitivarum Collectores *Jokergech* dicti (Samboky habet *Joccerdech* in Codice; in Catalogo autem vocum insolentium Joccerdegh a voce Hung. Jótkergető Disquisitore Bonorum forte derivatum. V. Decret. Lad. Reg. L. III. c. 13: Rerum fugitivarum collector, quem vulgariter *Jokergech* dicunt, quidquid colligit, ad civitatem eiusdem provinciæ congreget. Prisc. Serv. p. 17.

Jokuscidarius, alias: Jokerdech q. v. End. p. 365. Decr. Colom. 44.: si quis *iokuscidarius* vagum, quem tenet, pro nonaginta denariis alicui dederit aut vendiderit, decem pensas persolvat.

Joppa, æ, vestis species manicis instructa (Du C. caligæ species); *ujjas mellény, ujjas ruha, zubbony, korszovágy.* Batty. Leg. I. 456: nemo utatur . . . strangula vel viridi chlamide, caliga, seu *ioppa,* calceo picto. Nota Batty.: «De femoralibus rite dici potest, errat vehementissime Du Cange, dum voce Joppa, ait caligæ speciem fuisse in Hungaria, non observavit enim sæculo XI. particulam, «*seu*» pro «*vel*» non minus quam «*et*» accipi, quare sensus est: viridi chlamide, caliga et *ioppa.* Idem autem est *juppa,* quæ certe non erat caliga, cum ex diario pateat *juppam* habuisse manicas. Decret. Col. Reg. L. I. nullus, qui clericus existimatur, utatur vestibus laicalibut utpote . . . caliga seu (= et) Joppa. Schläg. 601. Tör. Tár. 1889. p. 379: 1888. p. 566. Item duæ *joppae* repletæ sub arma, item duæ aliæ *Joppae* ex attlacio rubeo. Száz XXIV. 339. Item *joppam* rubei coloris cum caligis.

Josefinismus, regnante Josefo II. studia contra dominatum papæ; *szabadelvüség az egyházzal szemben II. József alatt.* Kon. Egyh. 121.

Josefinisticus, 3., ad sententias institutaque Josephi II. pertinens, humanus; *szabadelvü.* Száz. XI. 315.

Josefista, æ, qui Josephi II. sententias, partes amplectitur; *II. József követője.* Száz. XVI. 529.

Jouanczar, Johannes imperator. Hist. Zerm. p. 14: et voluit se vocari *Jouanczar,* id est Johannes imperator.

Joubagio, V. *Jobagio.* Rit. exp. ver. B. 5: Illi autem . . . dixere se non castrenses esse sed *castri Joubagiones.*

Joubagio tavernicorum reginæ, dapiferorum reginæ præfectus; *a királyné tárnokok elüljárója.* Kandra Reg. 490.
Jovialis, hilaris, lætus; *jovialis, víg.* It. gioviale. Serm. Cat. 189. Ergo *jovialis* Medicus curemus inquit extrahi dentes.
Jovialiter, hilare, læte; *vidáman.* Jókai Mire Megv. II. 19. olyan *jovialiter* tudott nevetni.
Jovinianistæ, *Jovinián követői.* For. Scr. p. 31: Existimabant *Jovinianistae* Sanctissimam Deiparam suæ Virginitatis jacturam fecisse in partu Redemptoris ... Nullam ajebant utilitatis esse jejunium aut obstinentiam a certis cibis ... Peccata omnia censebant esse æqualia.
Jubagio, Vice rex, vicem regis gerens; *király helyettese.* Han. Hist. Eccl. p. 97: Milites vero quingenti intra Regnum et regni expeditionem deputentur; extra vero Regnum centum, si Rex in propria persona ierit. Si vero ex Regno *Jubagionem* miserit, sive in propriis negotiis, quinquaginta tantummodo milites mittere teneantur.
Jubamen, auxilium; *segitség.* Rač. Mon. Sl. VII. 26. an. 999: divino *iubamine* (freta).
Jubilatus, qui servire desiit, rude donatus, (Du C. al. s.); *kiszolgált.* Opin. 1802. e. Jókai Pol. Div. I. 145: *Jubilatus* huszár major.
Jubilerus, i, a Ger. Juwelier. V. s. *Gemmarius; ékszerész.*
Jubileum, annus sollemnis indulgentiarum (Du C. al. s.); *búcsúév.* It. giubbileo. Ger. Ablass. Máty. kir. lev. I. k. p. 320: Verum cum ipsis et *jubileum* promissum sit, licet pro fide unam scélam equo non posuerint.
Jubilosus, 3., lætus, iucundus; *örvendetes, ujjongó.* Pel. Pom. L. X. V. Art. III.: Primo quidem quali gaudio et *iubiloso* cantico in premissis turbis beatorum ad thronum sue glorie deducta.
Jubilus, i, lætitia mira, ingens; (Du C. al. s.); *nagy öröm.* Ger. Jubel. Magy Tör. Tár. IX. 66. Budæ tantus *iubilus* fuit cum campanis omnibus et ignibus. Beng. Ann. Er. Cœnob. 553.
Jucundari, (Du C.) lætum esse, oblectari; *vigadni.* Wagn.
Judæolus, i, demin. ex judæus; *zsidócska, zsidó fiú.* Nill. Symb. p. 1051: Memorabilis venit *Judaeoli* cujusdam ... ad fidem Christi conversio.
Judæus peregrinus, per domos quæstum faciens; *handlé.* Bene Pol. 136.
Judaice, perfide, more Judæ proditoris Christi; *árulón, hűtlenül.* Fej. 1., 130. et eorum, qui *Judaice* ausi sunt rectam denegare fidem, condemnat perfidiam.
Judaizans, (Du C.) Judæorum superstitionis rituumque ad deum colendum pertinentium sectator, Judæorum numinum cultor: *szombatos, zsidózó.* Szirm. *Judaizans* Szombatos. Erdélyben voltak Eretnekek.
Judaizare, (Du C.) Religionem et ritus Judæorum sectari; *zsidózni.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 276. Unde non *judaizat* Ecclesia cum unctionis celebrat sacramentum.
Judex aulæ regiæ, idem quod *judex curiae regiae.* Hainik Perjog 9.
Judex capitalis, iudex rei capitalis; *főbenjáró biró.* Pesty Szőr III. 152. *Judex capitalis* fuerit constitutus.
Judex carinariorum, magister nautarum; navarchus; *hajós kapitány.* Magy. Tör. Tár. XII. 122.
Judex castri, parochiæ, Comes; *várispán, főispán.* Kass. Prax. I. 23. Qui Comitatum gubernabant: Comites, alias *Judices Castri* vel *Parochiae,* ispány, várispány nominabantur.
Judex civitatis, (Du C.) iudex urbanus; *városbiró.* Tör. Tár. 1889. p. 373.
Judex communalis, iudex pagi, populi; *községi biró.* Ger. Gemeinderichter. Cod. Dip. Arp. Cont. VIII. 142. in *Judices* nostros *communales.*
Judex compromissarius, arbiter; *választott biró.* Cod. Dip. Brüss. II. 153. Dno Carolo Romanorum Imperatore etc. Domino et patruo nostro clementissimo tanquam Arbitro et *Judice compromissario* earundem etc.
Judex concordans, irenarches; *békebiró.* Törvt. Msz.
Judex Cumanorum, *a kúnok birája.* Hajnik Perjog. 20.
Judex Curiæ, cubilis præfectus; *udvarmester.* Luc. Regn. Dalm. 96. nam in supradictis Privil. inveniuntur subscripti Camerarius 2. 3. Pincernarius ... *Judex Curiae,* et Slave Postelnik id est Camerarius sive Cubilis præfectus.
Judex Curiæ Regiæ, *ország birája, udvari-király-biró.* Hajnik Perjog 9. Car. Bel. De Archioff. 23. Palatinum vetere instituto sive dignitatem spectes sive muneris procurationem, *iudex curiae regiae* e vestigio sequitur, Hungaris *Ország-Birája* h. e. Regni Judex quandoque et *Udvari-Király-Biró* dicitur. Kat. Hist. Reg. I. 71. Secundus regni báro *iudex Curiae regiae* dicitur, qui principio quidem in aula regia prætor, *udvari király biró;* deinde regno datus iudex, *ország birája* patria lingua dici cœpit sub A. C. 1300. cui stipendium 1500 florenorum, salis 500 fl. olim constitutum erat.
Judex Egyptiorum, V. *vajda, czigány vajda.* Kronst. II. 64. an. 1528.
Judex fiscalis, (Du C.) comes, qui iurisdictionem exercet in fiscis et proprietatibus regis; *kincstári biró.* Tör. Tár. 1887. p. 340.
Judex fori, (Du C.) iudex nundinarum; *vásárbiró.* Tör. Tár. 1889. p. 373. pretium ceparum omnium generum *iudex fori* æstimet. Hajnik. Perjog 87.
Judex generationis, iudex familiæ; *nemzetségi biró.* Hajnik Perjog. 26.
Judex Judaeorum, qui causam inter Judæos dicebat; *zsidóbiró.* Hajnik Perjog. 87.
Judex Judæorum totius regni, *országos zsidóbiró.* Hajnik Perjog. 111.
Judex loci, ruralis, comarchus; *falusi biró.* Dorfrichter. Törvt. Msz.
Judex megalis, *megyebiró.* Prisc. Serv. p. 24: *Megales Judices* erant Comitatus judices, qui lites dijudicabant, inde judicium megæ Regis appellatur. Colom. Decr. libr. I. c. 37.
Judex montanisticus, V. *Docimasta; bányabiró.* Juriev. Jur. Met. 30. verum omnis, qui se læsum esse putat, satisfactionem apud *Judicem montanisticum* quærat.
Judex nobilium, priscis temporibus iudex Servientium Regis; *szolgabiró.* Kol. Am. II. 93: habuerunt ... suum peculiarem *Szolga-Biró* Ungarice, Slavice vero *Szlužni* appellatum, qui ex re ipsa a Latine loquentibus vocabatur *Judex Nobilium,* cum veteri consuetudine *Nobilis* appellatione nemo alius, nisi *Serviens Regius* fuerit designatus.
Judex nundinalis, idem q. *Judex fori.* Törvt. Msz.
Judex parochianus, iudex comitatus; *megyei biró.* Passim in iure Hungarico.
Judex pecuniarum, cui usque ad 40 florenos mulctam imponere licebat; *pénzbiró.* Ger. Geltrichter. Hajnik Perjog. 87.
Judex pedaneus, iudex inferioris ordinis; *alsó biró, kisbiró, megyei biró.* It. giudice inferiore. Germ. Unterrichter. Jogt. Eml. T. I. p. 280. Kass. Prax. I. 33: sententiæ in causis coram *judicibus pedaneis* promotis eo absente (sc. assessore) ferri non possunt.
Judex procedens, qui ius dicit; *törvényt szolgáltató biró.* Törvt. Msz.
Judex quartalis, *negyedes biró.* Mon. Com. Trans. II. 120. an. 1559. judex... regius eciam sine *judice quartali* sua birsagia exigendi habeat potestatem.
Judex Regalis, regius, (apud Siculos); *királybiró (székelyeknél).* Szék. Okl. 1., 121., 205. Hajnik. Perjog. 4.
Judex regis, V. *Bilochus.*
Judex regni ordinarius, *országnak rendelt főbirája.* Hajnik. Perjog. 147. Szegedi Rubr. Pars. I. p. 102: *Judices Regni ordinarii* Tres sequentes declarantur: Palatinus, Judex Curiæ et Secretarius Cancellarius, qui est Archi-Episcopus Strigoniensis: Dicti *Ordinarii,* quia quamlibet causam discutere, et ipsi soli, eorumque Vicesgerentes, ad sedem judiciariam non vocati intrare, et etiam alios, si quos pro testimonio, aut alia re volent, advocare possunt. Decret. Matth. I. 1486. Samb. Tyrn. Georch. H. T. III. 271.
Judex sedis, vicejudex regius; *székbiró.* Benkő. Im. Nat. Sic. 42. Vernaculo nomine vocabantur olim Judices Regii Király Birák, *Judices Sedis, Szék Birák,* Adsessores, Székülők. Hodierno stilo per Judices Regios -Supremi Judices Regii, per sedis Judices autem Vice Judices Regii intelliguntur.
Judex servientium, *Judex nobilium* q. *v. szolgabiró, királyi szolgák birája.* Tör. Tár. 1887. p. 688. Hajnik. Perjog. 14.
Judex terrestris, in cuius locum inde a fine sæc. 16-i vice iudices regii; *vice királybirák,* substituti sunt; *területi biró.* (Székely, Százföld, Szepesföld, Túrmező és Szlavonföld). Hajnik Perjog. 25. et 128. Jogt. Eml. T. I. p. 4.
Judex vice specialis præsentiæ, in locum ipsius regis substitutus; *a királyi különös jelenlét albirája.* Hajnik Perjog. 35.
Judicaliter, V. *Judicialiter.* Törvt. Msz.
Judicancellarius, i, actuarius; *törvényszéki jegyző.* Ljub. Mon. Sl. XXII. 243. an 1463. vicarii, *iudicancellarii* ... scribæ *contestabiles* Barodiorum.
Judicator, iudex; *biró.* Rač. Mon. Sl. VII. 45. an. 1040: Dominicus *iudicator* testis.

Judicatura, æ, (Du C.) iudicatio, iudicatus, iurisdictio; *birói itélet, tiszt.* Fej. IV. 2., 103. Ut in *iudicatura* hominum minime se ingerat..

1. **Judicatus,** i, (Du C.) iurisdictionis territorium, regio; *birói, törvényszéki kerület.* Száz. VI. 44. mansiones in eodem *Judicato.*

2. **Judicatus,** us, iudicium, tribunal; *biróság.* Kronst. II. 393: ad novum *iudicatum* vulgo byrosag. Szer. Not. p. 75. Georch. H. T. III. 20.

Judicatūs condescensio, collapsio iudicii; *a biróság helytelennek itéltetik.* Törvt. Msz.

Judicatus curiæ, (Du C.) actio iudicandi, iudicium curiæ; *kuriai itélet, biróság.* Soos Doc.

Judices perpetuitatum, Judices recuperandis donatis bonis. Száz. XVI. 641. az apát két birótársával az eladományozott várföldek visszaszerzésére lévén kiküldve *(iudices perpetuitatum).*

Judices terrarum, idem ac Judices et Inquisitores Veritatis; *igazlátók.* Száz. VI. 84.

Judicialiter, Du C. per sententiam iudicum, iure, lege; *biróilag.* Vuch. Jur. Feud. 189. Separatio feudi ab allodio fieri potest vel *extraiudicialiter* mutua successorum feudi et allodii conventione vel *iudicialiter* coram foro ordinario. Pesty Ször. III. 231. Ham. Grad. Cons. 9. Nill. Symb. p. 331. Cf. Sidon. Ep. 5., 156.

Judiciarius nobilium, V. *Judex Nobilium.* Hor. Mem. 411.

Judicio stare, se sistere iudicibus; *törvényt állani.* Georch. H. T. III. 364.

Judiciosus 3. **Judiciosior,** consilii plenus, multi consilii; *belátásos.* Tör. Tár. 188. p. 529. observatum est a *judiciosioribus* rerum scilicet hominumque nostrorum peritis. Rák. Ön. 315.

Judicissa, æ, uxor iudicis: *biróné.* Kronst. III. 604. Fjp. Szám. 223. an. 1426.

1. **Judicium,** munus iudicis (Du C. al. s.); *birói hivataloskodás.* Fjp. Szám. p. 38. an. 1402: iudex . . . rationem fecit . . . de collecta sibi commissa tempore *iudicii* sui.

2. **Judicium,** mulcta (Du C.); *büntetés kiszabása, büntetési öszeg, birság.* Tör. Tár. 1893. p. 20.

Judicium aquæ ferventis, V. *Judicium ferri candentis.* Kövy. El. 16. de emendata per Carolum 1. processuali forma (quo etiam plene sublatum *ferri candentis* et *aquae ferventis Judicium,* licet iam antea sub Ladislao IV. prohibitum).

Judicium arbitrativum, V. text. s. *arbitrativus; választott biróság.* Ger. Schiedsrichteramt.

Judicium argentarium, Judicium cambiale; *váltótörvényszék.* Ger. Wechselgericht. Kelem. Hist. Jur. Pr. 461. norma constituitur, Sententias adversus Hungaros, sponte se subiicentes, in *Judiciis argentariis* (Cambialibus) hæreditariarum provinciarum.

Judicium bellicum, iudicium militare, castrense; *hadi törvényszék.* Regul. Turm. Præt. 11. Ad Inquisitionem, aut *Judicium Bellicum* ordinatus Prætorianus veste uniformi debite indutus præscripta hora eo compareat.

Judicium breve, V. *Breve iudicium; kisebb törvényszék.* Hajnik Perjog. 57.

Judicium cambio mercantile, iudicium de causis mercatoriis decernens; *kereskedelmi törvényszék.* Szirm.

Judicium campsorium, V. *Judicium argentarium.* Diar. Com. 110.

Judicium castrense capitaneale, V. *Judicium bellicum; vártörvényszék.* Száz. XV. 324.

Judicium clericale, forum ecclesiasticum (V. *forum spirituale); szentszék, papi biróság.* Ger. Geistliches Gericht. Funda David. B. 6: Perbene enim constat, postquam multi ad hoc *Clericale* comparuissent *judicium* etc.

Judicium Dei, *istenitélet.* Diss. de Ferr. Cand. §. 3. Atque hi demum iuris processus *Judicia Dei* vocabantur, quasi Judice Deo procurata: quando quis testibus carens sive veritatem probaturus sive innocentiam testaturus suam singulares et prorsus præternaturales effectus, coram Judicio et Magistratu edere coactus fuit.

Judicium Dei Canonicum; *egyházi szabványok szerinti isteni itélet.* Diss. de Ferr. Cand. 5., 12. Hæc quidem de originibus *judiciorum Dei* ita habent. Distinguebantur autem eadem in *Canonica* et *Vulgaria.* Illa fuere, quæ in Canonibus et Conciliis admittebantur, ad quorum censum *Purgatio* per *Sacramentum* et *Juramentum,* ut aiunt, *corporate* referri solet.

Judicium Dei Vulgare, *köznépi isteni itélet.* Diss. de Ferr. Cand. § 12. Hæc quidem de originibus iudiciorum Dei ita habent. Distinguebantur autem eadem in *Canonica* et *Vulgaria.* Illa fuere, quæ in Canonibus et Conciliis admittebantur, ad quorum censum Purgatio per Sacramentum et Juramentum à, ut aiunt, corporale referri solet. Hæc vero quæ vulgo fuerant usu recepta et ævo illo ab Agobardo adinventio humana nuncupata. Fuere vero potissimum sequentia: Duellum et *Campiones, Ferrum Candens, Vomeres igniti, Aqua frigida, Aqua fervens* sive *Caldaria, Crux, Corsned* sive *Buccella panis* hordeacei, sortes, cætera.

Judicium delegatum, *judices extra ordinem missi; rendkivüli esetben kijelelt birák.* Körmöcb. főreálisk Ért. Bpest 1895. p. 82. *rendkivüli törvényszék, (judicium delegatum).* Georch. H. T. III. 302.

Judicium duelli, iudicium singularis certaminis; *bajbirság.* Hajnik. Perjog. 273.

Judicium dupli, pœna dupli; *követség.* Fejér III. 2. 147. Item autoritate regia decrevimus, ut neutra pars *iudicium dupli,* quod vulgo *Követségh* dicitur vel aliquod aliud nomine iudicii pretium ac, quod supra diximus, persolvere teneretur.

Judicium ecclesiasticum, V. *Judicium Spirituale.*

Judicium febris, crisis; *döntő fordulat.* Bene. Med. I. 68.

Judicium ferri candentis; *izzó vas által való törvénylátás.* Diss. de Ferr. Cand. Art. II. et III. In Hungariam nostram usus hic *iudicii ferri candentis* serius introductus est. Quamvis enim haud inficiemur ante tempora iam S. Ladislai Regis id est ante annum post Christum natum 1088. quo nostri ad fidem Christianam penitus adlecti fuere, hoc in Patria nostra iudicium invaluisse, quod vel ex eo ducescit, quod in Decretis Sl Ladislai reformata iam et emendata hæc per divum Regem fuerit Consuetudo. Doctissimus certe legum Hung. antistes T. Kitonich origines *iudicii ferri candentis* et ferventis aquæ ab anno inde p. c. n. 969. quo S. Stephanus Rex natus est, deuvat.

1. **Judicium generale,** idem ac *Judicium Palatinale,* in quo Palatinus extra Curiam in Provinciis de causis præsertim Capitalibus ius dicebat; *országos törvényszék, köztörvényszék.* Pelcz. Geisa p. 79—87. Hajnik. Perjog. 66.

2. **Judicium generale,** alias: *pareta,* a scultetis ter annuatim habita iudicia; *közbiráskodás.* Hajnik. Perjog. 103.

Judicium ignis, *tűz által való törvénylátás.* Diss. de Ferr. Cand. §. 32. Generatim hæc, de quo commentamur iudicium (ferri candentis) *Judicium ignis* dicitur, oppido propterea, quod quemadmodum varias ignis species numeramus, ita varie id exercere veteres soliti fuerint et diversa urenti materia, diversisque ignis speciebus, eodem tamen successu in rebus dubiis usi decernendis.

Judicium linguæ, idem ac *emenda linguæ* q. v. End. p. 538. (Matthæi bani iura an. 1273. 9.): si quis in iudicio constitutus alterum servum in iudicis presencia vituperavit, *iudicium linguae* solvet.

Judicium megæ v. megale Regis, V. *Justitiarius summus.* Molnár. Patv. 27.

Judicium montanisticum Districtuale, Judicium montanisticum Substitutum, *kerületi és aljárási bányatörvényszék.* Juriev. Jur. Met. 177. Duplicia sunt *Judicia montanistica* Regni Hungariæ, utpote: *Districtualia* et *Substituta;* illa hodie numerantur universim quatuor, in quovis videlicet Districtu est unum *Judicium Districtuale,* quod uno Præside utpote Judice Districtuali dein 4. Assessoribus et uno Actuario seu Secretario etc. ordinarie constare solet: hæc vero nempe *Substituta,* quæ Districtualibus subordinantur, numerantur octodecim constantque uno Judice substituto et uno Actuario.

Judicium nundinale, forum litibus in nundinis diiudicandis; *vásári biróság.* Ger. Marktgerichtsbarkeit. Opin. Deput. 39. ut tempore anniversariarum nundinarum in Civitatibus peculiare *Judicium nundinale,* durantibus nundinis continuo consideat.

Judicium octavale, *nyolczados itélőszék, oktávás törvényszék* (Mátyás). Kövy E. 59. Denique Prædiales Nobiles in Politicis et Judicialibus propriis Magistratibus, utpote Palatino, Vice-Comite Judlium et Jurassoribus utuntur 14: 1567. atque *Judicium* illud prælati, quod de proprietate et Juris quæstionibus indicat, hucdum *Octavale* dicitur. Georch. H. T. 32.

Judicium pacis, *békebirság.* Hajnik Perjog. 406.

Judicium palatinale, V. *Judicium Generale.* Werbőczi 152. — Hajnik Perjog. 74.

Judicium pantocriticum, iudicium novissimum; *itéletnap.* Funda David. K. 2. 84: Judicaberis . . . olim in *Judicio pantocritico*

Judicium portare, (Du C.) se judicio subiicere; *az itéletnek alávetni magát.*

End. p. 341. (Decr. S. Ladisl. III. 1. an. 1092): si quod non sint culpabiles *iudicium portare* voluerint, iudicium detur illis.

Judicium proclamatæ congregationis, V. *Judicium Generale.* Pelcz. Geisa. p. 87: *Proclamata Congregatio* in actis publicis frequenter etiam Congregatio Generalis dicitur. Intererat huic Judicio universus ordo Nobilium illius Provinciæ, in qua illud exercebatur, non alia de causa quam, ut palam de vi privata Nobilium Palatinus cognosceret læsoque satisfaceret.

Judicium regale, (Du C.) *királyi törvényszék, birság.* Diss. de Fer. Cand. §. 13. In Hungaria nostra hæc fere ævo medio floruere Dei iudicia: *Judicium regale,* Duelli, Ferri Caudentis, Aquæ ferventis, et Aquæ frigidæ. Bonfinius de hoc iudicio hæc habet: Zagrabiæ *Regale iudicium* proceres postularunt, quod breve quidem et formidolosum est. Quicunque hoc tribunal accedunt, hastam subire coguntur: perorata utrinque causa, in cuius caput hasta demittitur, is capitis reus habetur, præsentaneoque supplicio mulctatur. Id propterea factum, quia ex optimatibus et nobilitate multi homicidii, latrocinii et rapinarum plerique, nonnulli peculatus, repetundarum alii postulati.

Judicium regiminis particulare, iudicium militare; *rögtönitélő törvényszék.* Ger. Standrecht. Molnár Patv. 76.

Judicium sedium dominalium, *úri széki biróság.* Ger. Herrnstuhl. Opinio. Deput. 7. Ex his igitur motivis censet Regnicolaris Deputatio *Judiciis Sedium Dominalium* ... causas Jurisdictionatorum inter se ... ultro subordinari.

Judicium spirituale, idem ac *Judicium Ecclesiasticum, forum Spirituale,* forum *Ecclesiasticum.* Szegedi Rubr. Pars. II. p. 66. Anno 1553. art. 22. Regnicolæ statuerunt: Ut *Judicia Spiritualia,* continue secundum Canones, quibus ab antiquo Ecclesia usa est, continuentur in omnibus causis *Forum Ecclesiasticum* concernentibus. Item Ann. 1563. art. 27. ut *Judicia Ecclesiastica* in suis de jure statutis terminis secundum *Jura Canonica* semper judicentur. Et demum Ann. 1567. art. 25: Ut *in foro Spirituali* et *Ecclesiastico* prout antea suis modis et temporibus Judicia eo pertinentia juxta Canones suos semper celebrentur.

Judicia terrarum, ad bona immobilia ecclesiastica pertinens iudicium; *az egyházak fekvőségeire vonatkozó perek.* Hajnik Perjog. 113.

Judicium triduale, idem ac *Forum triduale* q. v. Tag. Magy. Erd. Okl. II. 613: Sciendum, quod fora *tridualia* non solum in Decr. Trip. P. III. tit. 33. expressa violenta sylvorum succisione vel arborum decorticatione verum etiam in potentiosa terrarum subaratione, segetumque depascuatione et aliis actibus potentiariis etc.

Judlium, indecl. Compendiaria scriptura ex iudex vel iudices nobilium, uti incattus ex: in causam attractus. Significat autem præfectum comitatui: *szolgabiró.* Szirm. Ordin. vel Vice Judlium *Fő- all Szolgabiró.* Páriz Pápai: *Judlium* — Iudex Nobilium; *Fő vagy Szolgabiró a Vármegyében.* Fej. VI. 139., 144. Judiciales Magistri Nicolai ... et quatuor *Judlium* de Borsod. VII. 353., 268. Nos Magister-Comes ac *Judlium* Magistratus.

Judria, *Judiciaria.* Text. v. s. *Sententionales Transmissionales.*

Jugalis labor, opera, labor iugo domino præstandus; *igás napi munka, igarobot, igaszakmány.* Kass. Prax. I. 36: et rationes super *laboribus* tam *iugalibus* quam et manualibus ducere. Art. Diæt. Pos. 1840. p. 20.

Jugalista, *Sessionalista* q. v.

Jugamentum, jugum netorium; *ráma.* Ger. Rahmen. Opin. P. II. Sec. II. Cap. V. (dd): pannos — fulloniatos ad *jugamentum* (Rama) extendere teneatur.

Jugarius, 3., iugalis; *pórázra fűzött,* Bárczay. Cf. Hyg. Fab. 183.

Juger, pro: iugerum. Haz. Okl. 25. an. 1252: unum *iuger.*

Jugerum regalis mensuræ, constans e 864 quadratis ulnis; idest: in longitudine 72. in latitudine 12 ulnarum regalium. V. *Quadrata ulna.* Ereki A. — Lukácsi.

Jugiter, a jugis, *constanter, firmiter,* semper; *szilárdan, folyton.* Eszt. Okm. p. 53: Decr. Ferdinandi 1538. *iugiter* custodiri facere. Fjp. Szám. p. 86. an. 1397: si ... non exsolverit, tunc K. debet pratum *iugiter* possidere. Cf. Appul. de Mundo, p. 357. Oud. Cod. Theodos. 16., 7.. 3. Auson. Ep. 19., 9.

Juglandius, 3., ad Juglandem pertinens; *dió.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 224.

Julius, monetæ species. Sim. Num. 44. Valebant nempe iidem argentei byzantii, duas partes e tribus Floreni aurei, valentis olim *Julios* 15.

Jugurro, (Rački: Ann. Tilliani: Princeps gentis chaganus erat, alter, qui cum eo supremam potestatem dividebat, «iugur» dicebatur, post quos primores succedebant, quorum unus tudun erat); *főnök.* Rač. Mon. Sl. VII. 298. an. 796. chagan seu *iugurro* intestina clade addictis.

Jungere, (Du C.) appellere navem, pervenire; *kikötni, eljutni.* Ljub. Mon. Sl. IV. 56. an. 1363: debeant ... galee, cum *iunxerint* ad illas partes, statim nobis notificare. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 212: *jungere* in portum.

Junio finiente, Junio exeunte; *Junius végével.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. IX. 324.

Juniores, (Du C.) minores natu et dignitate, vulgares, quibus opponuntur maiores, meliores, seniores, valentes; alias minores etiam; *alábbvalók.* Tör. Tár. 1887. p. 100.

Junioritas, status, ius, ætas iunioris hominis; *fiatalabb kor.* Cod. Dip. And. II. 212., 231. Kompoldus racione *iunioritatis* sue secundum regni consuetudinem primo eligendi habens facultatem.

Juniperaceus, 3., Juniperi; *boróka...* Lzb. Cod. Med. T. II. 455: grana *iuniperacea.*

Juniperialis, turdus; *húros, húrosmadár.* Gall. grive. Schläg. 1814.

Juniperiosus, 3., iuniperis obsitus, vestitus; *gyalogfenyős.* Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 149. Pervenit ad aliam viam subtus silvam colorosam et *iuniperiosam* mixtim.

Jupa, V. *Joppa.* Tör. Tár. 1893. p. 11. *Jupa* vestis talaris species.

Jupania, æ, regio; *terület.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 179. Parochias Citinæ, Clistæ, cum tota *Jupania* Polici.

Jupanus, alias: Supanus, princeps, præfectus; *fejedelem, elöljáró.* Tör. Tár. 1886. p. 63. *Jupanis* Rassæ. Kuk. Jur. I. 7. an. 892. Luc. Regn. Dalm. 97. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 56.

Jupo, V. *Joppa.* Tör. Tár. 1893. p. 11.

Juppa, (Du C.) regio, districtus, iurisdictio, dominium; *kerület, uradalom.* Batty. Leg. T. II. 81. an. 1078. *Juppam* eam, quam Centenam agunt ... affirmative corroboro. Rač. Mon. Sl. VII. 88. an. 1071. Kuk. Jura I. 16. Luc. Regn. Dalm. 99.

Juppanus, i, V. *Jupanus.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 16. Ego Granchi cum omnibus meis *Juppanis* et Nobilibus Zachulmie do et stabiliter affirmo.

Jupparellum, (Du C. Juparelum) tunica talaris; *zubbony.* Kat. Hist. IX. 396. statim exivit inermis, quodam *iupparello* (tunica talari) indutus et sine *caputeo* (capitis tegumento) caliga tantummodo calciatus.

Juprinus dentosus, pro: cyprinus dentosus, Aspius rapax. V. *Bilizna.* Germ. Schied.

Juramentalis, iuramento confirmatus. Apud Du C. tantum ut subst. plurale invenitur: «iuramentales» iuratores, coniuratores; *esküvel erősített.* Cod. Dip. Hung. And. T. V. 73.; 26. quia idem Ladislaus ipsius *iuramentalis* deposicionis nostre adiudicacioni eo contradiccionis velamine institerat, ut in causis possessionariis *iuramentalem* deposicionem fiendam non annueret. Magy. Jogt. Eml. I. 224.

Juramentalis confœderatio, fœdus iureiurando firmatum; *esküvel erősített szövetség.* Arch. Rák. VIII. 4.

Juramentalis deposicio, iusiurandum dandum, datum, fassio iuramento firmata; *eskütétel.* Pesty Ször. III. 324.

Juramentaliter, modo juramenti v. juramento, iureiurando; *esküvel.* Kövy El. 344. (v. gr. si non *Juramentaliter* sint res mobiles per ipsam revelatæ). Szék. Okl. III. 30.

Juramentarius, 3., iuratorius, iuramento confirmatus; *esküvel megerősített.* Cod. Dip. Hung. Arp. V. III. 122., 187. Cum itaque diligentissima inquisicione facta et recepta *iuramentaria* caucione, ut prediximus. Fej. VII. 228., 295.

Juramentum absolutum et voluntarium, *önkéntes eskü.* Ger. Freiwilliger Eid. Stat. Jur. L. I. p. 20: Si alter ex litigatoribus sine cognitione iudicis *iusiurandum* detulerit, is, cui delatum est, potest id suscipere vel recusare, vel etiam adversario referre idque vocatur *absolutum* et *voluntarium* iuramentum. Est aliud, quod *iudiciale* nuncupatur, quod in iudicio ab actore reo, iudice probante; Tertium vero *necessarium,* quod iudex defert et necessitatem imponit.

Juramentum ad caput, *főeskü.* Ger. Haupteid. Hajnik Perjog. 305.

Juramentum ad caput equi, equi vel pecudis plenum valorem comprehendens juramentum; *ló értékének megfelelő eskü.* Hajnik Perjog. 327.

Juramentum ad caput malefactoris, *gonosztevő fejére való eskü.* Hajnik Perjog. 328.

Juramentum æstimatorium, V. *Juramentum in litem; becsültető hitletétel.*

Juramentum articulare, *törvényszabta eskü.* Molnár Patv. 28. *Juramentum Articulare* sive *Decretale,* quod Decreto Regni sive Corpori Juris insertum habetur.

Juramentum assertorium, *megtörtént tényről való eskü.* Kelem. Inst. Jur. Pr. III. 208. *Juramentum Assertorium,* quo effatum de facto aliquo præsenti vel præterito ; *Promissorium* quo sponsio de futuro firmatur.

Juramentum assertorium delatum, V. *Juramentum assertorium Voluntarium Oblatum ; ajánlott kötelező eskü,* v. *odaengedett eskü.*

Juramentum assertorium necessarium revelatorium, *kötelező, fölfedezhető eskü.* Kelem. Inst. Jur. Pr. III. 208. *Juramentum Assertorium Necessarium* denuo abit in *Revelatorium,* sub quo occulta aliqua circumstantia, secus non enodanda, manifestari debet ; ac *Litis decisorium,* quod in vicem Probæ Parti alterutri a Judice imponitur.

Juramentum assertorium relatum, V. *Juramentum Assertorium Voluntarium Oblatum ; visszaengedett eskü.*

Juramentum assertorium voluntarium oblatum, *önkéntes eskü, önként ajánlott eskü.* Georch. H. T. IV. 154. Kelem. Inst. Jur. Pr. III. 208. *Juramentum assertorium Voluntarium Oblatum* dicitur, quod quis se deponere velle declaravit, *Delatum,* ad quod alterum provocavit, *Relatum,* si provocatus obligationem jurandi in deferentem retorsit.

Juramentum calumniæ, iusiurandum patroni, se bona fide causam acturum esse ; *patvarhit.* Germ. Eid vor Gefährde. Georch. H. T. IV. 162. az ügyésznek a Szent-Szék előtt leteendő patvarhittel *(Juramentum Calumniae)* le kell lenni kötelezve. Jogt. Eml. T. III. p. 5.

Juramentum corporale, (Du C.) quod præstatur protenta manu tactis sive introspectis sacris Evangeliis, cruce Dominica vel Sanctorum reliquiis admotis; *külszerű eskü, testi eskü, személyes eskü.* Szer. Not. p. 233 : sacerdotes, qui deinceps promovebuntur ad beneficium, *iuramentum corporale* faciant de uxore non ducenda. Kövy El. 683 : *Juramenti corporalis* depositio secundum formulam, quæ ad finem Decretorum habetur. *Corporale* vocatur, quia penes actum corporalem elevationem scilicet duorum dextræ manus priorum digitorum fit, viva voce. Moln. Patv. 28.

Juramentum credulitatis, *hitelesítő eskü.* Molnár Patv. 28. *Juramentum Credulitatis,* quod ad confirmandam alicuius testimonii vel facti veritatem . . . quis deponere solet.

Juramentum decretale, formula juramenti lege constituta ; *törvényszabta eskü.* Fej. Jur. Lib. 365. Molnár Patv. 28.

Juramentum diffessionis, *tagadási eskü, visszaengedett eskü.* Cod. Camb. Merc. 103. in plerisque ordinibus Cambialibus inductum est *juramentum diffessionis,* quo realitatis proba in Actorem retruditur.

Juramentum explicitum, *világos, egyenes eskü.* Kelem. Inst. Jur. Pr. III. 207. *Juramentum* varias subire potest divisiones ; est quippe 1., *Explicitum,* in quo directe ad Numen divinum, eiusque vindictam fit provocatio, ut in formula «sic me Deus adiuvet» vel *Implicitum,* quando talis expressa invocatio non adest, virtualiter tamen in formula adhibita latet, vel Creatura nominatur, in qua divinæ perfectiones peculiariter relucent e. g. juro per animæ Salutem, per Sanctam crucem.

Juramentum extraiudiciale, V. *Juramentum Judiciale; a törvényszéken kívüli eskü.*

Juramentum fidelitatis, *hűségi eskü.* Molnár Patv. 28. *Juramentum Fidelitatis,* quod ad servandam Principi fidelitatem . . . quis deponere solet.

Juramentum implicitum, V. *Juramentum explicitum ; nem egyenesen az Istent tanuul hívó eskü.*

Juramentum in litem, ab actore præstitum iusiurandum ; *a felperes által letett eskü.* Kövy El. 709. secus esset, si iam de damni realitate in genere et Actore eius aut qualitas ignoraretur, verum etiam in illo casu non secundum juramentum Actoris, quod *aestimatorium* vel *Juramentum in litem* vocatur, sive sit de veritate, sive de interesse, sive de affectione, verum secundum limitationem Judicis refundi debet.

Juramentum judiciale, *törvényszéki eskü.* Kelem. Inst. Jur. Pr. III. 207. *Juramentum* varias subire potest divisiones quippe 1. . . 2. *Judiciale,* quod in Judicio deponitur et ad litem dirimendam aliquatenus refertur, *Extrajudiciale* in diversis aliis vitæ humanæ adiunctis usuvenit : dum quis militiæ auctoratur, publicum officium adit.

Juramentum justitiæ et pacis, quo reges ecclesiæ iurabant se iuste et in pace recturos esse ; *az igazság és béke esküje.* Passim in iure Hungarico.

Juramentum litis decisorium, V. s. *Juramentum necessarium ; szükségelt perdöntő, perthatározó eskü.* Georch. H. T. IV. 203.

Juramentum necessarium, *kötelező eskü, kényszerített eskűvés.* Kövy El. 705. *Necessarium* Judex imponit estque vel *revelatorium* quod illi, quem vel lex præsumit res alienas vel saltem sibi et aliis communes apud se habere vel ad quem deventio rei aut iure præsumta possibilitas Deventionis probatur, imponitur eo fine, ut occulta res vel quantitas aut qualitas illius resciatur. Vel *litis decisorium,* quod in defectu probarum imponitur per iudicem et finit litem. Hoc si illi imponatur, qui præsumtione vel semiplene gravatur, vocatur *purgatorium,* si ille deponat, qui semiplene probat, *suppletorium.* Georch. H. T. IV. 157.

Juramentum promissorium, V. *Juramentum Assertorium ; igéretes eskü.* Tör. Tár. 1888. p. 696.

Juramentum purgationis v. purgatorium, V. *Juramentum necessarium* et *Juram. Suppletorium ; védmentő eskü, tisztító eskü.* Molnár Patv. 28. *Purgatorium,* quod ad expurgandum sese ab alicuius impetitione . . . quis deponere solet. Proj. Leg. Civ. 172. — Hajnik Perjog. 311.

Juramentum revelatorium, Text. v. s. *Juramentum necessarium ; fölfedezhető eskü.* Georch. H. T. II. 400.

Juramentum Rhodale, iuramentum a hebraeis deponendum, quod in certis stabilitisque formulis fiebat ; *zsidó eskü.* In iure Hungarico.

Juramentum super terram, juram. de terra depositum ; *földre való eskü.* Hajnik Perjog. 316.

Juramentum suppletorium, *pótló eskü, pótoló hit.* Georch. H. T. III. 6. Kelem. Inst. Jur. Pr. III. 208. Litis decisorium Juramentum, quod communiter Actori ad complendam probam demandatur, *Suppletorium,* quod vero Incatto ad refutandam contra se iam pugnantem iniungitur, *Purgatorium* audit. Art. Diæt. Pos. 43. Moln. Patv. 28.

Jurare ad caput in causam attracti, *alperes fejére esküdni, főesküt tenni.* Ger. den Haupteid leisten. Hajnik Perjog. 314.

Jurassor, compositum ex : iuratus + assessor ; *esküdt.* Germ. Jurassor, Stuhlgeschworner. Kass. Prax. I. 24. Comitatus habet suum Magistratum, cuius membra sunt . . . *Jurassores* seu *Adiuncti Judicum Nobilium* et Assessores ordinarii passim salarisati et honorarii. Arch. Rák. IX. 38 : cum tibi adiunctis *Judlium* et *Jurassore* Cottus Strigon. Opin. Deput. 10. Száz. III. 67.

Jurateria, æ, officium munus iurati ; *esküdtszék, tanács.* Szilády Á. Irodtört. Közl. VI. évf. I. f. 99. én 9 után elmentem a Personalis *Jurateriájára* s a Testimoniumaimat egy Jurátusának általadtam.

Juraterius, pro : Juratorius, Jureiurando firmatus ; *esküvel erősített, bizonyított.* Cod. de Sztára Vol. II. 47. Quod . . . per eosdem virtute et auctoritate *iurateria* confessum extitisset et relatum.

Jurates, is, pro : iuratus ; *esküdt.* Quel. Sieb. I. 86. an. 1480. cum villico et aliis *iuratibus* loquebantur.

Jurati cives, *esküdt polgárok.* Ger. Geschworene Bürger. Hajnik Perjog. 87.

Juratoria cautio, Juramento confirmata cautio ; *esküvel megerősített jótállás.* Comp. L. I. D : Similiter qui post *iuratoriam cautionem* in iudicio non comparet : omnem litis impensam debet actori persolvere. Cod. Dip. Arp. Cont. 191.

1. **Juratus,** i, a latere causidici ; *juratus.* Jókai Kárp. Z. 379. Adjunctusok vagy *juratusok,* segédek.

2. **Juratus,** i, civitatis senator ; *városi tanácsnok.* Száz. VIII. 623.

3. **Juratus,** i, (Du C.) consul, scabinus ; *város birája.* Schwart. Scult. 48.

4. **Juratus,** sacramento adstrictus discipulus ; *esküdt tanuló.* Bék. Debr. főisk. törv. 10. Az iskolaszék (sedes scholastica) elnöke rendesen a rector, fontosabb esetekben a curator ; tagja meg a tanárok (professores) és ősi szokás szerint az esküdt tanulók *(iurati).*

Juratus agens aulicus, jur. procurator aulicus ; *udvari hites ügyelő.* Tisztb. Ir. Molnár Patv. 65.

Juratus assessor, iudex iuratus ; *esküdt.* Hor. Mem. 641. *Juratum Assessorem* contracte apud Hungaros Jurassorem.

Juratus montanus, *bányaesküdt.* Juriev. Jur. Met. 116. Quodsi vero declarationem hanc intra legalem 14. dierum terminum interponere Urburarius neglexerit, *Jurati montani* tempore ordinariorum laborum fodinalium quæstionatam Metallifodinam intra octiduum ternis vicibus adibunt.

Juratus parochianus, Jur. territorii; *kerületi esküdt.* Faber. Jur. Met. 139. Quodsi hæc declaratio intra legalem terminum non fiat, Metallifodinæ per *Juratos parochianos* reambulatio instituitur.

Juratus tabulæ regiæ, Notarius tab. reg.; *Királlyi Táblának Jegyzője.* Georch. H. T. III. 102.

Jure perpetuo, literis donationalibus nobilium possessionum in perpetuum concessarum inseri solita formula. Georch. Ért. 133. De már a Nemesi fekvő jószágnak (jus possessionarium) akár minemü örök elidegenítésére mulhatatlanul megkivánja törvényünk, hogy nemcsak először az az eránt tett felvallásba (fassio) ezen kifejezés *örökre (jure perpetuo, perennaliter)* nyilván beiratassék. Az adományevelekbe a *jure perpetuo* kifejezéssel már 1130-ban szokás vala élni.

Jurgio, onis, *iurgium, rixa; perpatvar.* Cod. Dip. And. II. 382., 435. Quæcunque materia *iurgionis* fuisset exorta.

Juridicare, ius dicere; *biráskodni, igazságot mondani.* Tör. Tár. 1887. p. 516. alter *iuridicando* præfuit.

Juridice, (Du C.) legitime; *törvényesen.* Magy. Tör. Tár. IX. 137. sibi *iuridice* pertinentem.

Juridicionaliter, juridice; *törvényszékileg.* Fej. I. 166. videlicet postposita omni contradictione *iuridicionaliter* perpetuo possidendam mediante pristaldo inter eos Poznano de genere Zah.

Juridicus, 3., forensis (Du C.) iuridicialis; *jogi.* Kass. Prax. I. Præf. ut prachabita Praxi *Juridica* ipsa etiam Praxis Politica compilaretur. Cf. Plin. 1., 3., 3. Cod. Theod. 3., 12., 7.

Juri-patronatus, ius patronatus; *véduri, kegyuri jog.* Arch. Rák. I. 6.

Juris militaris, juris peritus; *törvénytudó.* Reg. Vár. 369. (mittat) *juris militarem.*

Jurisdicio, italorum more pro: Jurisdictio; *törvénykezés.* Verancs. II. 312. Quoniam nos Episcopatum istum Agriensem, simul cum omni sua *Jurisdicione* spirituali et temporali Fideli nostro Reverendo Antonio Verancio, alias Episcopo Quinqueecclesiensi... contulimus.

Jurisdictio alta, (Du C.); *felső v. fenyitő törvényhatóság.* Pfáhl. Jus. Georg. LXVIII. Jurisdictionem quidem *sanguineam* seu *criminalem,* quam dicimus *(superiorem, altamque* vocarunt antiqui iurisperiti, oppositam quasi priori, ideoque *bassae* compellatæ) Dominus exercebat Banno Sanguinis gaudens.

Jurisdictio bassa, V. *Jurisdictio alta; alsó törvénykezés, alsó törvényhatóság.*

Luciditas, lux; *világosság.* It. lucidità. Pel. Pom. S. de Temp. Dim. II. Ad. s. II. c. 7. Ideo do ei *luciditatem* ampliorem. Száz. XIII. 114.

1. **Lucifer,** Lucibulum q. v. *gyertyatartó.* Kronst. I. 145.

2. **Lucifer,** proprie φωσφόρος, stella amoris; hic: numen malum; *ördög.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 121. Per Diaconem autem et stellas Cæli intelligi *Luciferum* et malos Angelos. Tör. Tár. III. 122.

Luciferianus, *szabad gondolkozók.* Dr. I. H. Kurtz. Lehrbuch der Kirchengeschichte. Leipzig 1860. p. 370. Die Brüder und Schwestern des freien Geistes (auch Schwestrones genannt) sind die Epigonen der Secte des heil. Geistes. Ihre Grundrichtung ist vollendeter Pantheismus. Jeder Fromme ist ein Christus, in welchem Gott Mensch wird. Die Kirche mit ihren Sacramenten und Institutionen ist eitel Trug und Wahn: Fegefeuer, Himmel und Hölle sind alberne Ammenmährchen. Ihre geheimen Gottesdienste endeten mit Wollustorgien. Die Inquisition vertilgte sie. Verwandte Tendencen verfolgten die Adamiten in Oestreich 1312, di *Luciferianier* in Angermünde 1326. die Turlupinen in der Isle de France 1372. Cher. Jus. Eccl. I. 91.

Lucifluus, 3., (Du C.) lucem spargens; fluens luce; *világosságot árasztó;* Batty. Ger. 94: *lucifluum* gentium sidus; sc. S. Paulus.

Lucifuga, ulula, noctua; *bagoly.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118.

Lucima, nassa; *vész.* It. corda di nassa. Ger. Senkreuse. Kov. Form. St. 270. Item unum *Veyz* vulgo et in latino *lucima* æstimatur pro 1. Marca.

Lucinio, motacilla; *billegény.* Ger. Bachstelze. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118.

Luciper, Sathanas. Száz. XVIII. 38.

Lucivovus, 3., lege; lucivomus; lucem spargens; *világosságot szóró, hányó.* Batty. Ger. 137. festinavit Luna occupare *lucivovam* Solis mensam. Ib. 157.

1. **Lucrare,** victoriam reportare, vincere; *csatát nyerni, győzni.* Fjp. Szám. p. 398 an. 1438: famulo ... pro expensis, quod equitavit ad castrum ... ad experiendum utrum sit *lucratum* an non.

2. **Lucrare,** mereri; *zsoldért szolgálni.* Ljub. Mon. Sl. III. 306: *lucrare* soldum.

Lucro, onis, pro; lucrio, lucri cupidus; *haszonkereső.* Tör. Tár. 1881. p. 456. Tot *lucrones,* tot ventres, tot ganeones aluntur.

Lucrum, nude pro: *lucro camerae,* proventus cameræ; *kincstári jövedelem.* Batty. Leg. T. II. 346. an. 1233: Nullas collectas et nullum *lucrum* imponemus.

Lucrum cameræ, *kamarai nyereség, kincstári jövedelem.* Kereszt. Inst. Mil. 430. Origo vocis *Porta* ad Carolum Robertum, Regem Hungariæ, referenda videtur, qui Decreto suo anno 1342. edito constituit: ut de singulis *Portis,* per quas currus cum fœno vel frugibus oneratus intrare potest vel exire, id est de qualibet Curia seu sessione colonicali, *lucrum camerae* exigatur. Ker. Inst. Mil. 123. (Carolus Robertas) abolitis veteribus tributis, quæ Divus Rex Stephanus constituit, quæve sub Regimine Successorum ejus jam aucta, jam imminuta fuerunt et modo *Denarii libertatis,* modo *Mardurinae,* modo *Collectae* vocabantur, constituit unicum sub nomine *lucri Camerae* tributum, denarios nempe 18 (qui iuxta opinionem scriptorum tribus marianis æquivalent) de singulis portis. Numi Hung. 1555. *Lucrum Camerae,* exteris *Monetagium* dictum, erat emolumentum illud, quod ex annua monetæ permutatione in ærarium redundabat, alias Contributio per Comites Camerarum hoc titulo quotannis exigi solita (Pray Hist. Reg. Hung. T. I. Not.) omnes regnicolæ ad hanc solutionem adstringebantur, nisi speciali privilegio exemti fuissent. — Andreas II. A. 1224. disposuit, ut Collectoribus in Transsilvania fungentibus pro singulis exactionis diebus tres semiunciæ argenti persolvantur, sub Stephano V. autem iis e qualibet marca unum pondus (48 marcæ pars) obveniebat; quo tempore in Sclavonia septem denarii banales titulo *lucri Camerae* exigebantur.

Lucrum cessans est damnum emergens, cessante lucro oritur damnum; *a megakadályoztatott nyereség, annyi, mint a megesett valóságos kár.* Georch. H. T. III. 19.

Luctina, pro: lutana, testudo cithara; *lant.* Schläg. 2012.

Luctum portare, lugere; *gyászolni.* Lzb. Cod. Med. T. II. 226.

Lucula, æ, parva lux; *szerény világosság.* Epist. Proc. Præf. XX. Continent enim sæpe quædam, quæ rebus alias obscuris aliquid *luculae* possint affundere.

Luculentare, in lucem proferre; *napvilágra hozni.* Lzb. Cod. Med. T. II. Prœm.

Luculentus, 3., serenus; *derült, tiszta.* Bék. Maros. 30. Funera generalia negligentes tribus ... numis privabuntur; interim, habita ratione temporis *luculenti* aut frigidi hæc pœna exasperabitur.

Ludel, is, pro: Aludel vox hisp. arabicæ originis, vas purgando (sublimando) æri; *föllengítési edény.* Kol. Cod. 14: Figura vero vasis *ludelis* hec est.

Ludere ad azardum, V. *Azardum* alea ludere; *hazard játékot űzni.* Han. Mon. Jur. II. 67. si ... maritus ... incipiat ... dissipare bona ... *ludendo ad azardum.*

Ludicius, 3., ludicer 3; *játékszerű.* Száz. XXII. 526. Hinc ridicula est pene illa Ducis Venetorum cum Mari quotannis istituta ad *ludiciam* Pompam desponsatio.

Ludimoderator, ludi-magister: *iskolamester.* Száz. XXII. 557.

Ludirector, idem ac *Ludi magister.* Cod. evang. T. I. p. 94.

Ludus carbonossiorum, ludus personatus; *álarczos játék.* Ljub. Mon. Sl. XI. 257. an. 1347: *ludus carbonossiorum* possit incipi die dominicha resurrectionis domini et non ante, et possit durare usque ad sequentem dominicam et non plus.

Ludus litterarius, schola: *iskola.* Székesf. főgimn. Ért. 1894/5. p. 9.

Ludus sachorum, ludus latrunculorum; *sakkjáték.* Ger. Schachspiel. Epist. Proc. P. III. p. 119: Venit ... doctor quidam Hieronymus Oliverius ad nos, *ludi sachorum* sive latrunculorum adeo peritus, ut ex multis urbibus ... ejus scientiæ palmam reportaverit.

Luere, pecuniā redimere; *kiváltani.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 77. an. 1421. ad *luendum* ... pignora.

Lues comitialis, morbus caducus; *nehéznyavalya, nehézkór, nyavalyatörés.* Verancs. VI. 112. urgereque videretur ad extrema præsertim *lue comitiali* valde confectum.

Lues Gallica, lues venerea; *bujakór.* Ger. Die Franzosen. Verancs. X. 14. De obitu Vincentii Grisantii etiam gratulandum est re-

lictæ eius, si is ille fuerit, quem *lues* fregerat Gallica.

Lugentes, *Hyemantes* q. v. (Du C.)

Lugia, *logia.* q. v. Ljub. Mon. Sl. XVII. 7. an. 1420. in cancellaria . . . iuxta *lugiam* et viam publicam.

Lugubra vestis, pro: lugubris vestis, vestis sordida; *gyászruha.* Verancs. XI. 322. omnibus servitoribus meis, qui huc me secuti sunt, *vestes lugubras* ex panno bono.

Lugubritas, (Du C.) luctus, molestia; *gyász, szomorúság.* Pel. Serm. Discernuntur per iocunditatem, que erit in bonis et per contrarium per planctum et *lugubritatem,* que erit in malis (Pasch. 12. i.).

Luicio, redemptio (pecuniā); (Du C. pensio, solutio); *kiváltás.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 77. an. 1421: pro *luicione* (sc. pignorum) magnam habemus molestiam a . . . *providatore.*

Lukna, contributio parocho præstanda, ab Hungar. *lukma*; *papi illeték.* Thök. Diar. II. 97. Közlöndis posztó uln. 8. Búzája *lukna* nro 1. Rozs *lukna* nro 4. Borondzája *lukna* nro ½. Vaja just. 9. Cf. Ball. *lukma* die dem Pfarrer zu entrichtende Getreide- und Weingebühr.

Lumbale, thorax lumbos tegens; *pánczél.* Schläg. 572.

Lumbalis, ad lumbum pertinens; *ágyék*... Bene. Med. I. 181.

Lumbarium, (Du C.) apud sanctos patres: *lumbare,* quod lumbis adnectitur; *ágyékkötény, katrincza.* Ger. Lendenschurz. Piszter. Szt. Bernát. I. 49.

Lumbrius, (Du C. lumbrus) pro; lumbricus (Schläg. lumbus 796) *ἕλμινς; féreg.* (Schläg. kecsege). Ger. Schill. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118.

Lumicus, i, lemniscus; *szalag.* Tör. Tár. 1889. p. 379. Fimbrias *lumicis* et aliis vestibus virilibus nemo sartorum apponere audeat.

1. **Luminare,** is (Du C.) candelæ, lucernæ; *lámpa.* Gall. luminaire. Batty. Leg. III. 70 an. 1309. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 81. XI. 97. Cf. Hieron. adv. Vigil. 3.

2. **Luminare,** lucescere, illucescere; *megvirradni.* Ger. tagen. Kat. Hist. IX. 377. *Luminante* vero XIII. die mensis Augusti.

Luminarium, (Du C.) officium vespertinarum precum, quod vesperæ occaso sole peragi solet, quando scilicet accenduntur lumina, lucernæ. V. s. *Antefenarius.*

Luminator, (qui lumine accenso 5-ta matutina signum campanula dabat et orabat.); Teut. Schul. I. 234: *Luminatoris* munus ex ordine obeundum ab Extraordinariis consistitque in eo, ut hora V-a matutina audita signum det suscitatorium, temporeve hiemali simul lumen per musæa circum gestet... Száz. XXII. 563.

Luminificus, 3., lumen efficiens; *világosságot gerjesztő.* Batty. Ger. 281. Ubi splendor, ibi umbra non solum tetra, sed et *splendifica,* quamquam obscurifica.

Luminositas, (Du C.) claritas, splendor; *fényesség, ragyogás.* Pel. Serm. Ideo et ipsis (sanctis) claritatem do et *luminositatem* pulcherrimam (Hiem 6. x.) Cf. Pom. Dom. II. Adv. s. II. c. 7.

Lumon, V. s. *Confectio zuccari* it. lumia, lomia eine Art kleiner süsser Pomeranzen. (Lumie.)

Luna, æ, argentum: *ezüst.* Vern. Log. 49. voces enim, quæ usurpantur ad res aliquas aut cogitationes quasdam designandas, potuissent ab hominibus ad exprimendas res alias aut cogitationes omnino diversas adhiberi e. g. vocabulum *luna,* quod planetam vulgo significat, apud chymicos *argentum* denotat.

Luna Ottomanica, signum Turcarum simul cum cauda equi; *török hold.* Otia. Bachm. 591. Sub exortu itaque syderis nocturni *Lunae* videlicet *Ottomanicae* regimine venit hora illa et potestas tenebrarum.

Lunacio, menstruum; *havi bér.* It. lunazione, mesata. Georg. Sirm. 1., 95. qui petebant ab ipso *lunaciones* a tribus annis antequam obsidionem arcis predicti p. 97. ecce ego hodie tibi centurionem dabo ante centum pedites et pecuniam accipias *lunaciones.*

1. **Lunaticus,** 3., sub signis luna ornatis stipendia merens, turcicus; *török.* Ke. Or. Keglev. A. 3., 2: cuius robur *Lunaticae* ingemuere acies.

2. **Lunaticus,** i, (Du C.) *σεληνιαζόμενος* V. *Somnambulus* (quia morbum hunc efficientiæ lunæ tribuebant); *holdkóros, lidérczes.* It. lunatico. Curios Misc. 57. Cur *Lunatici* symptomatum suorum principem causam in Luna agnoscant. Vern. Met. II. 347. Kecsk. Ötv. 157. Cf. Paul. Dig. 21., 1., 43.

Lunatio, menstruus lunæ cursus (Du C.); *holdforgás.* Curios Misc. 429. Atque hic Mensis (Mensis Synodicus vel Coniunctivus) vocatur etiam *Lunatio* (subintellige integra, nam alias singuli Quadrantes Lunæ, partiales Lunationes dici possunt) . . . hic Mensis Lunaris numerat dies 28, horas 23 et minuta 24.

Lunchus, i, (Du C.) lancea, hasta ex gr. *λόγχος; lándzsa.* Nagy Hier.

Luniger, cujus insignia luna decorata sunt, Turca; *török.* Boc. Hungar. p. 7.
Heu quoties audax nostrum victricibus armis
Limen inerme modo *Luniger* hostis adit.

Luosicsag. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 219. jobagiones Monasterij Sancti Benedicti iuxta Granum servientes in equo proprio, qui wlgo *luosicsag* dicuntur.

Lupatum, lupata, scharpysern (Scharfeisen) Dief.; *kelevéz.* Schläg. 633.

Lupibulareum, (a *lupus,* frenum lupatum) retinaculum lupi; *erős zabola tartó.* Ger. Stachelzugel-Brechzaum-Halter. Magy. Tör. Tár. XI. 134. Item duo *Lupibularea* argentea lego lectori Eccl.

Lupo, lupatum, scharffer tzam (scharfer Zaum) Dief. *fék.* Schläg. 1390.

Luppulus, Humulus lupulus (Linn.); *komló.* Bene. Pol. 115.

Luppus, (Du C. lupus), carcinoma; *fene.* Bene. Pol. 215.

Lupuletum, hortus lupis colendis; *komlós (kert).* Ger. Hopfengarten. Urb. Reg. pass. Pomaria et *lupuleta* utilesque horti cauletorum et viridariorum.

Lupulus, Humulus lupulus (Linn.) V. s. *Malderum* (Du C. al. s.); *komló.*

1. **Lupus,** i.; *nagy ágyu.* Tör. Tár. 1889. p. 33. Tormentum ingens, *Lupus,* fusum est. Szamosk. IV. 460.

2. **Lupus,** lupum proclamare; *farkast kiáltani.* Gall. crier au loup. Thurócz. in Alberto Rege cap. 27.: Hungari vero ex longa campestralis hospitii mora tædio affecti, . . . *lupo* iuxta antiquam ipsorum consuetudinem *proclamato,* invito rege sparsim et confuse regiis castris recedentes abierunt. Zsigm. Hist. 216. proceres cum copiis impudente rege castra dese.uerunt, quin et reliqui clamantes «*lupus*» (erat a Colomanni tempore fugæ signum) dilapsi sunt.

3. **Lupus,** lucius; *csuka.* Galeoti. 15., 16, Inter cœteros pisces habet bonos et grandes eos, quos antiquitas primo Turnos postea *Lupos* a vi, quam exercent, ut putat Varro, nos vero a similitudine dentium et voracitatis dictos putamus. Sed hic piscis vocabulo adaucto *Lucius* dicitur. Lycos enim Gracce lupus et y transit sæpe in u unde Sullam dicimus et Syllam.

Lurcare, luxuriari; *tobzódni.* Simonyi Magy. Ny. 118.

Lurco, stultus, socors, truncus, homo nequam; *gazember, lurko.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. VIII. 285. et iste asinus Stephanus Dæso, qui merus *Lurco* est.

Luscitare, (a lusco) limis spectare; strabonem esse; *kancsalitani.* Ger. schielen. Poor J. Zsebsz. 90.

Lustra, æ, lustratio militum; *katonai szemle, megvizsgálás.* Jogt. Eml. T. II. p. 97: Siquis nobilium . . . sive in congregationibus, sive in locis et temporibus *lustrae*... contumeliosis verbis affecerit. Arch. Rák. I. 4. Rák. Ön. 174.

Lustralis aqua, aqua benedicta; *szentelt víz.* Nagy Hier.

1. **Lustrator,** qui lustrat, censor, qui cives contributionis pendendæ causa conscribit; *adókivető.* Ger. Steueranleger. Monm. Comit. II. 398. Et ut experiatur Maiestas Sua, qui se paratos exhibebunt et qui Rem negligent, decrevit Maiestas sua *Lustratores* habere, qui utriumqne Ordinis gentes recenseant et conscribant.

2. **Lustrator,** qui lustrat exercitum; *szemlét tartó.* Ger. Mustrherr. Tör. Tár. 1881. 209. 1891. p. 475.

Lustrica pecunia, munus, donum baptismale; *keresztajándék.* Ger. Pathengeld-geschenk. Pár. Páp.

Lusum dare, per lusum latitare, lacessere; *incselkedni.* Ger. verstecktspielen, necken. Teutsch. Schulord. I. 8: *Lusumque* abstrusis angulis furtim *dans.*

Lusus cartarum, chartipholiorum, cum chartis, lusus scidarum; *kártyajáték.* Rák. Ön. 228. Cod. evang. I. 183. Bene. Pol. 159.

Lusus hastarum, V. *Hastiludium.* Ge. Lanzenbrechen. Oláh Cod. Ep. 174. Quarto die celebrati sunt in civitatis theatro *lusus hastarum,* qui dicuntur *rumpere lanceas.*

Lusus hazard, sortitio, *vesztegető játék.* Szirm. Glos. 114.

Lusus ollæ fortunæ, sortitio (Omnium versatur urna. Horatius) *sorsjáték, lutri.* It. Lotto (Glückstopf, Lotterie). Szirm. 114.

Lusus pyramidum, conorum, metularum lusus; *tekejáték, tekézés.* Bene. Pol. m. 67.

Lusus schachicus, a voc. persica Schach, quod regem significat et lusum regium; *sakkjáték.* Vern. Met. II. 180. Kempelen efformavit machinam, quæ in *lusu Schachico* versatissima erat.

Lusus tabulæ viridis, ludus, in quo super mensam oblongam, panno viridi instratam globuli eburnei varie clavis impelluntur et

in cava detruduntur; *billiardjáték.* Rák. Ön. 24.

Lusus theatralis, spectaculum; *színjáték.* Rák. On. 20.

Lusus trusilis eburneorum globorum, V. *Lus. Tabulae viridis; tekejáték.* Rák. Ön. 230., 241.

Lutamen, lutum; *sár.* It. loto. Mem. Pauli. 430. cadaver... in puteum iecerunt... cum *lutamine* illud cooperientes.

Lutamentum, opus luteum; *sárból való tapasz.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. III. 28. tum luto, plaga illa oblinitur ac *lutamentum* massa et cortice obligatur.

Lutana, æ, (Du C.) testudo, cithara; *lant.* Gall. lut. Szil. Régi Magy. Költ. T. III. 409.

Lutanare, defendere; *védekezni.* Gall. lutter. Ljub. Mon. Sl. IV. 189. an. 1382. Et... hiis et aliis verbis et racionibus *lutanemus* ab hoc facto.

Lutanista, Lutinista, (Du C.) citharista; *lantos, hegedős.* (Tinódi S.) sl. lutna. Szil. Régi Magy. Költ. T. III. 409.

Lutea habitatio animæ, corpus; *test.* Rák. Ön. 92.

Lutearius, i, zonarius, chirothecarius; *keztyűs, zacskócsináló.* Kronst. II. 539. III. 100., 106., 109., 122.

Lutens, fors. pro: *lucens,* laterna; *lámpás.* Schläg. 1033.

Lutheranicus, V. *Lutheranus.* Brezny. II. 164. feladja az ev. lelkészt *(lutherinici* gregis ministrum). Fabó. Monm. Evang. II. 423.

Lutheranismus, Lutheri doctrina; *luteránus vallás.* Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 274. Et *Lutheranismum* iam inductum in Regnum. Passim.

Lutherano-Mastyx, Lutheranorum persecutor. Text. v. sub *Myriotechnites.*

Lutherani molles, Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 113. Hoc anno 1525. exorti videntur *Molles Lutherani,* cum Philippus Melanchthon, Philippum Hassiæ Landgravium ad hæresim traduxisset eidemque persuasisset, ut nihil de ritibus Ecclesiæ mutaretur.

Lutherani rigidi, Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 114. Altercantur præterea inter se graviter Semi-Lutherani, qui postea *Adiaphoristae* et Confessionistæ sunt dicti et *Rigidi Lutherani* aliter *Illyricani,* a Matthia Flacco Illyrico nuncupati.

Lutheranus, i, Lutheri assecla; *luteránus.* Cod. Dip. Brüss. IV. 156. et passim.

Lutherianus, 3., V. *lutheranus;* Verancs. Hist. I. 46. eruditionis summæ, imbutus tamen peregregie *lutheriana* persuasione.

Luthericola, æ, assecla Lutheri; *Luther követője.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 376. tum carnivorus hic *Luthericola* sacra illa tabella ad scindendas desuper carnes ausu sacrilego abusus est.

Lutherista, Lutheri discipulus; *Luther tanitványa.* Simonyi Magy. Ny. 127. Pázm.

Luthinista, V. *Lutanista.* Szil. Régi Magy. K. T. III. 410. Fr. Lib. Rat. II. 25.

Lutifigulus, (Du C.) figulus; *fazekas, göröncsér.* Kronst. I. 494. Pesty Ször. III. 71. Fjp. Szám. p. 202. an. 1424. Tör. Tár. 1889. p. 384.

Lutivigulus, i, pro: lutifigulus; *cserepes, fazekas.* Arch. Ver. Sieb. XI. 341.

Luto, onis, *loto* q. v. Kronst. III. 91., 597. *(luto)* gravioris ponderis: 91., 95., 432.

Lutositas, solum luto plenum; *saras volta.* Cod. Dip. Hung. And. V. 271. 10. lapideam ecclesiam intenderent edificare, sed quia propter nimiam lutositatem ecclesia construenda in ipso loco fieri non valeret, petentes nos, ut in eadem villa ipsorum alium locum pro ipsa ecclesia lapidea eisdem construenda concedere dignaremur.

Lutranus, i, V. *Lutheranus.* Kaz. Lev. I. p. 73.

Lutria, æ, pellis lutrina. (Du C.) V. s. *Paratura; vidraprém.*

Lutuositas, tis, V. *lutositas:* abstr. a lutosus — abundantia luti, cœnositas; *vizenyősség, sáros volta.* Cod. Zi. III. p. 61., 67... propter gravitatem inaquositatem et *lutuositatem* ipsam possessionem darouch reambulare, dividere... nullo modo valuissent.

Lutum, lacus; *tó.* Kol. Am. I. p. 93: Vetustissimi scriptores nostri domestici, ut Belæ Notarius et vetera diplomata, Moschoniensem paludem, vulgo *Ferto,* parvum *lutum* et Balatonem ipsum magnum *lutum* appellavere. Fjp. Anon. 12. b.

Lutum Musun, *fertő tava.* Ker. inst. mil. 8: ultra *lutum Musun* sive lacum *Neusiedler See* vocatum.

Lutum sapientiæ, ex sic dicto pulvere sapientiæ confecta massa; *bölcseség porából készült vegyülék.* Kol. Cod. 14., 17.

Luxus, us, luctus; Aquæ luxus = lachrymæ (Du C. al. s.); *könnyek áradata.* Ke. Or. Arist. B. 3., 4. Ulysses... latuisset, si *luxūs aquas* in pectus effudisset, ac otioso liquore venas implesset.

Lyhinus, i, *(hűbéres földbirtok).* Idem est ac Laana ex theutonico Lehen derivatum. Integrius retinuit formam originalem. Usurpatur in litteris Capituli Jaurinensis, quæ regio finitima est finibus theutonici sermonis. Fej. VIII. 1., 71. Septem *lyhinos* suos in eadem villa Cylygenthal existentes pro viginti sex marcis... confessus est pignori obligasse. VIII. 3., 651. quicunque... dictum *lyhinium* integrum ab eisdem... repetere attemptaverint.

1. **Lymbus,** i, miscellanea tabularii; *a levéltár elegyes tárgyai.* Száz. XVII. 363.

2. **Lymbus,** i; *előmenny.* It. limbo. Ger. Vorhimmel. Serm. Cat. 44. Est et infernus aliter *lymbus* dictus, in quo animæ sanctorum ante Christi adventum excipiebantur, at ibi sine ullo doloris sensu spe redemtionis sustentati quieta habitatione fruebantur.

Lymphatico-serosus, lympha et sero abundans; *nyirkos-savós.* It. limfaticosieroso. M. Bel. Prodr. 147. et qui abundantia corruptorum humorum *lymphatico-serosorum* laborant.

Lynnyng, terebellum; *kis fúró.* Ger. kleiner Bohrer. Kronst. I. 299. terebellum vulgo *lynnyng.*

Lyripipium, utriculus: *duda.* Gros. H. Ph. I. 172: opiliones passim tibiis et utribus modulantur; vulgo *lyripipia* vocant.

Lyscitus, pro: lyciscus; *vizsla.* Fin. B. 46.

Lytania, æ, preces et supplicationes in sacris synaxibus (Du C.); *litánia, letenye.* Ger. Litanei. Oltv. Act. Synod. 57. ut Dominicis et Festis diebus post meridiem ipsimet in Ecclesiis Vesperas aut *Lytanias* servent.

Lythinus, i, a gr. λίθος, ex lapide confectus, lapideus; fors. metalis lapis; *határkő.* Fej. VIII. 441. Si vero aliqui Nobiles vel Jobbagiones in eadem possessione *lythinum* vel *lythinos* habere voluerint.

Lytrare, imperare pecunias cum comminatione mortis, incendii etc.; *megsarczolni.* Ger. brandschatzen. Ac. Com. Sopr. p. 65: incolas... vinctos abducere, et nec aliter, quam bene *lytratos* dimittere nil pensi ducunt.

Lytratio, exactio pecuniæ sub incendii, mortis comminatione; *sarczolás.* Ac. Com. Sopr. p. 79: exactiones, *lytrationes,* deprædationes... inferrent.

Lytrum, (Du C.) pretium redemptionis; *váltságdíj.* Szamosk. I. 239. Cum ad præstitutam diem Turca nec *lytrum* remisisset, nec ipse redijsset.

M.

Maasa, æ, alias: *Masa,* centenarius; *mázsa.* Szék. Okl. III. p. 117. Item pulveres duabus *Maasis.*

Maccecharius, i, (Du C. maccecarius) magnus coquus; *főszakács.* Rač. Mon. Sl. VII. 16. an. 892: *maccechario* iupano (testis).

Maceconici, (Du C.), ecclesiastici inferioris gradus et subsellii; *karszolgák.* It. mazzacronici. Nagy Hier.

Macedoniani, *Szentlélek ostromlói.* Lampe. Hist. Eccl. p. 194: Tertio errant *Macedoniani* cum Eunomianis et ejusdem farinæ hæreticis, qui Hypostasin Spiritus Sancti cum sua proprietate nolunt distinguere ab Hypostasibus et proprietatibus Dei Patris et λόγου, dicentes, eundem esse Spiritum Sanctum et Patrem, non autem Spiritum Dei substantialem ab æterno in essentia Dei subsistentem. Item qui motum divinum creatum et hominibus communicatum contendunt, adimentes ipsi æternitatem et divinitatem. Not. Rel. I. 222. For. Scr. 26.

Macedonianismus, doctrina, secta macedonianorum seu pneumatomachorum sæc. IV. qui Macedonio, Constantinapolitano episcopo auctore tertiam personam, spiritum sanctum deum esse negabant; *szentlélek ostromlótan.* Kon. Egyh. 23.

Macelacio, Macellatio, ius vendendi in macellis; *húsvágási jog.* Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 36. Item decimarum maiorum et minorum percepcionis carnium *macelacionis*... usuantur. Fej. I. 285.

Macellare, (Du C.) mactare; *húst vágni.* It. macellare. Kass. P. P. II. 283. Et quia commercium civile in educillando et *macellando*... nemini in civitate aut eius territorio competit.

Macellarium, macellum, laniena; *mészárszék.* Schwart. Scult. 43.

Macellarius, i, (Du C.) qui carnes interim etiam obsonia lautiora in macello vendit; *hentes.* Tör. Tár. 1889. p. 375. Cf.

Varro R. R. 3, 4, 2; 11. Svet. Cæs. 26. Vesp. 19.

Macellator, (Du C.) carnifex, lanio; *hentes.* Tör. Tár. 1889. p. 373. lanii seu *macellatores.*

Macellinæ sedes, loca, ubi carnes animalium venduntur; *mészárszék, vágószék.* Fej. VII. 92., 93., 62. Törvt. Msz.

Maceracio, onis, macerie, muro aliquid cingere; *fallal való körülvevés.* Cod. Dipl. Pat. T. I. p. 314: tres porcij ... obissent propter non *maceracionem* sui fonti (= fontis).

Macerius, i, (Du C.) Apostolici palatii officialis, qui Papam associabat in equitatione; *pápai lovász.* It. mazzieri. Nagy Hier.

Macheropægus, i, faber gladiarius; *kardcsiszár, kardgyártó.* Ger. Schwerdtfeger. Tab. Conscr.

Machiavellizare, sententias Machiavellii sequi; Machiavellum agere; *Machiavel tanait követni.* Tör. Tár. 1888. p. 534. Resp. Cast. 34. a.

Machiavellizatio, V. *Machiavellizare.* Resp. Cast. p. 34. a. et passim.

Machina ad conscindendam tabacam, *dohányvágó szerszám.* Száz. XI. 214.

Machina catoptrica, *tükörgép.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 234. quomodo construi possit *Machina Catoptrica,* in qua homo speculum planum intuens videat iam Leonis iam equi aut cuiuscunque animalis suam autem minime cernat? Id efficitur, si fiat rota octogona aut quotlibet angulorum et in singulis eius lateribus depingatur aut formetur vultus variorum animalium ac speculum planum expositum taliter situetur, ut horum saltem laterum species ita incidant in speculum, ut in oculis intuentis reflecti possint.

Machina contusoria, machina pinsendis metallis; *érczzúzó gép.* Wallaszky 320.

Machina pro clysteribus iniiciendis, clyster; *állövő.* Bene Pol. m. 271.

Machina hydraulica, sipho ad incendium compescendum; *fecskendő.* Bék. Debr. főisk. törv. 170. festinent *machinam hydraulicam* ad locum incendii deportare.

Machina major, tormentum. Textum v. sub *Fistula ferrea.*

Machina muralis, tormentum; *ágyú.* Pray. Dext. D. Steph. p. 98: *machinae murales* circum quoque per mœnia explodendæ erunt.

Machina pœnalis, puniendi, castigandi apparatus; *kinzó eszköz.* Lzb. Cod. Med. III. 406.

Machina rotatoria, machina versatilis; *forgó gép.* Ger. Drehmaschine. Poor Zsebsz. 51.

Machina serraria, machina truncis arborum in asseres secandis constructa. V. s. *Latta; fűrészgép (malom).*

Machina tractoria, machina extrahendis rebus e terra, puteo; *gépely, bányabeli gép.* Ger. Göpel. Kecsk. P. Ötv. 149.

Machina trituratoria, machina granis frugum excutiendis, tribulum; *cséplőgép.* Száz. XI. 214.

Machina vaporea, machina, quæ inclusis vaporibus ferventium aquarum agitatur; *gőzgép.* Eszt. Okm. p. 112: ope *machinae vaporeae.*

Machinamentum, versutia, conatus, consilium (Du C. 1.); *cselfogás, szándék* Chr. Dubn. p. 70: Andreas timens illius *machinamenta* filium suum ... transmisit ad imperatorem. Marc. Chr. II. 51. Cf. Cod. Theod. 6, 28, 6.

Machinare, impugnare, petere a gr. μάχη (Du C. al. s.); *lövöldözni, támadni.* Obs. Jadr. 404. ac balistarum sagittas coniectant, ut aër lucidus atra putabatur infectus nube, *machinat* pars partem, ictus ictum, non parsimonizant, multi partium corruunt vulnerati.

Machinative, furtive; *cselfogással.* Cod. Telek. X. 428. petendo ab eis *machinative* iura eorum super huiusmodi exemptionibus ipsis data coram vobis exhiberi et produci.

Machinator, faber sclopetarius, bombardarum (Du C. al. s.); *puskaműves.* Ger. Büchsen-Meister. Fal. Arch. Mil. 146.

Machinicus, ad machinam pertinens; *gép* ... Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 253.

Machinista, æ, machinarum peritus; *gépész, műszerész.* Pest. Vár. Lev. Törvt. Msz.

Machinistæ, discipuli baculis et variis instrumentis ad exstingnendum incendium armati; *felsőbb tanulók társasága, botokkal, fejszékkel, lámpásokkal, fecskendőkkel fölszerelve tűzoltásra.* Száz. 31., 3. p. 255. Bék. Közokt. 45. V. *Gerundium.*

Machometicola, cultor, assecla Mahometi; *Mahomed követője.* Fej. X. 1. 568. temerariamque superbiam *Machometicolae* Lamoratti.

Machumetanus, Machumeteus, Machumetista, Mahomedanus. Andr. Pann. 211., 214., 218. Tör. Tár. 1888. p. 556.

Macia, æ, (Du C.) clava; *buzogány.* V. s. *Bracera.*

Macies, clava (macia Du C.) *buzogány.* Fragm. Chron. Rhythm. Temp. Ludov. I. Engel: Mon. Ungr. Bécs. 1809. p. 27.

Macillentia, æ, macies; *soványság.* It. macilenza. Fej. III. 266. dum quibusdam eorum aliquando propter infirmitatem, quamquam propter religionem, interdum propter pingnedinem plerumque propter *macillentiam.*

Macinare, (Du C.) pinsere, molere; *őrleni.* It. macinare. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 500. Molendina vero sunt in Salona, in quibus molunt octo molæ et debet percipere dictus Sabbe a *macinantibus* in eis duodecim et non plus.

Macinasparium, parvum molendinum; *kézi malom.* V. s. *Archiscamnum.*

Macinatura, æ, 1. molendi pretium, 2. mola; *1. őrlési díj, 2. malom.* 1. Ljub. Mon. Sl. II. 217. an. 1344: comes ... et futuri ... debeant solvere *macinaturam* bladi. 2. Ljub. Mon. Sl. IV. 312. an. 1393.

Macis, (Du C. 2.) flos nucis aromaticæ; *szerecsendió virág.* Ger. Muskaten Blüthe. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118. Quel. Sieb. I. 326. an. 1505. Cf. Plaut. Pseud. 3, 2, 43.

Maco, onis, fors. ab hung. *mankó,* quod *baculum* significat. Cod. Zi. I. 318: quod ipsum bis cum *macone* (alibi mocone) non percussisset.

Macra, (a Gall. macre) clava; *sulyom.* Tör. Tár. 1889. p. 381. Aurifabri accipiant pro labore de *macra* cum floribus *elmarum* vel excussis deauratis.

Macropiperis, (Dief. macropipe); *hosszú fehér bors.* Ger. langer Pfeffer. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118.

1. **Mactare,** dissecare (Du C. al. s.); *szétvágni.* Ger. zerhauen. Chr. Dubn. p. 43., 44: Ipsum vero Cupan beatus Stephanus ... in quatuor partes fecit *mactari.*

2. **Mactare,** cædere (Du C. al. s.); *vágni.* Batty. Leg. T. II. 373. an. 1242: ligna ad ædificia *mactare.* Endl. 472., 7. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 475.

3. **Mactare,** (Du. C. diffringere) perfringere, ad nihilum redigere; *megsemmisíteni.* Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 240. an. 1371: (sigillum viciatum) *mactari* iussimus.

Mactatilis, matura macello; *érett a levágásra, levágható.* Jogt. Eml. T. III. p. 22: statutum est, quod de duabus portis unam vaccam *mactatilem* ... pendant.

Mactatorium, (Du C.) laniarium, locus ubi mactantur pecora; *vágóhíd.* Fjp. Szám. p. 247. an. 1427.

Mactilia, pecora mactanda; *vágó marha.* Száz. XXX. 2. f. 105. Mensibus æstivis annone et *mactilia* præstari debent.

Macularium, V. *Maculatorium.* Urb. Reg. 22. Processum celeritatis causa in ipso crudo etiam *Maculario* submittere possit.

Maculatorium, charta lituris obsita, exemplum; *fogalmazvány, piszkázat.* Ger. Makulatur. Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 596. Officees pene omnes, unicum tantum librum servant utpote, quorum negotia tam ampla non sunt; at Fabricantes et Mercatores ordinatum quæstum exercentes duplici utuntur: *Maculatorio* seu *Strazza,* in quem singula credita illico inseruntur et *Principali* ... singula credita munde inscribuntur. Tör. Tár. 1889. p. 199.

Maculatura, æ, V. *Maculatorium.* Wagn.

Macumetista, æ, mahomedanus; *mohamedán.* Georg. Sirm. I. 84. quod vaivodam cum fide sua *Macumetista* vinculasset.

Maczur, idem quod *Mazul,* homo inferioris conditionis; *közember.* Tör. Tár. 1881. p. 634. Primus iste vezerius multum sibi timet, ne in officio mutetur et *maczur* fiat.

Madatus, a mado, madare, non occurrit, sed madeo, ere. Græc. μαδάω, humidus madidus sum, apud Cic. Verg. et alios invenitur. Itaque: Manus gestabat madatas pro: manus g. madentes vel maculatas; *beszennyezett.* S. de Kz. Chr. A. 1., 1: Quia manus gestabat sanguine humano *madatas.*

Madefactio, actus madefaciendi; *nedvesítés.* Arch. Rák. VIII. 357.

Madere, comburere, coquere (Cf. Du C. *madit* = exurit, coquit); *tüzelni.* Ljub. Mon. Sl. I. 94: causa *madendi* nec auferendi ligna.

Madidacio, Madidatio, actus madefaciendi, humectandi; *megnedvesítés.* Batty. Leg. T. II. 400. an. 1263: aquarum *madidatione.* Knauz M. E. Str. I 474., 618. Tör. Tár. 1888. p. 574. Cod. Telek. XI. 110.

Madium, statio navium; *révpart.* Ger. Rhede. Obs. Jadr. 407. navium composuerunt etiam inextimabilis pulcritudinis quamdam *radam,* quam Italici nuncupant *Madium* seu *Castram,* in qua erant stabilita quædam lignea et ingens turris.

Madius, i, (Du C.) Maius; *május hó.*

Ljub. Mon. Sl. I. 20. an. 1201. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 36.

Madregna, æ, noverca; *mostoha anya.* It. Madrigna. Prot. inq. 301. Ego et *madregna* mea, uxor dicti patris mei.

Mæstro, *főkönyv, számlakönyv.* Cod. Camb. Merc. 60. Ipsæ Rationum positiones e masculari (maculari) Libro vulgo prima nota seu Strazza in Diarium vulgo Giornale seu Journal — ab hoc vero in *Summarium* vulgo *Maestro* vel *Haupt-Buch* (si illum quoque Negotiator teneat) seu propria manu sua seu medio ad id destinati periti, probatæ tamen fidei Ratiocinantis, absque ulla variatione vel correctione ita illatæ sint.

Mafortæ, (Du C. Maforite, Mavorte) matronale operimentum capitis; *fejtakaró.* Pár. Páp.

Magarca, *Marca.* Georg. Sirm. I. 42. et ad expensas duo milia *magarcas.*

Magazinalis, ad locum, cellam, horreum pertinens, ubi merces depositæ servantur; *raktári.* Törvt. Msz.

Magazinarius, (Commissarius), armamentarii præfectus; *tárügyelő, csűrszolga, sáfár.* It. magazziniere. Szirm. Glos. 42. et Hung. in Par. 61. *Commissarii* autem *Magazinarii* Perillustres vocantur. Nos ipsi *Magazinarium* quemdam *Commissarium* conquerentem audivimus: az illyen adta czinczi finczi Mágnássa tsak így ír szegény Nemes embernek = Gro Dno mihi obsvando.

Magazinarius mercantilis, horreorum ad mercaturam pertinentium curator; *kereskedelmi rakodó felügyelő.* Pest Levt.

Magazinum, *horreum, receptaculum; tárház.* Opin. P. I. §. 7. Kass. Prax. I. 35. Cod. de Delict. 359.

Magazinum armadæ, armamentarium; *katonai szertár.* Arch. Rák. VIII. 195.

Magazinum frugum, horreum: *gabonatár.* Diar. Com. 1796. p. 14.

Magazinum militare, horreum, receptaculum m. armamentarium; *katonai raktár, szertár.* Diar. Com. II. 123.

Mageira, æ, coqua (gr. *μαγείραινα*); *szakácsnő.* Kronst. III. 482.

Magena, æ, maceria, (weingart mawr Weingartenmauer Dief); *szőlőmegye.* Schläg. 1493.

Magestas, pro: majestas. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 90: Regiam instanter rogans *Magestatem.*

Māgirus, i, *μάγειρος,* coquus; *szakács.* Bel. Cell. 827. Cf. Lamprid. Heliog. 10.

Magis principalior, *főbb bűnös.* Szilády Tört. Magy. Eml. II. 191. Rationi itaque ex prævia vellet memorata domina Helena Kökény et conquerens annotatum Petrum Urházy *magis principaliorem I.* et *Assumentem* vigore Articulorum novissimarum publicarum regni constitutionum, si mater autem Art. 23. Anni 1613. et aliorum passim de et super quibusvis violentiis et Actibus potentiariis in Jus convenire, sibique a me Vice-Comite tam ex parte præmentionati Nobilis P. Urházy *magis Principaliori I.* et *Assumentis* quam vero *Assumptorum* Complicum suorum et *minus Principalium I.* per eundem magis Principaliorem I. iuristatuendorum et præmissis omnibus ius et iudicium debitumque iuris et iustitiæ complementum cum *seorsiva* pœnæ violentiæ convictione enervationisque virium refusione realique et finali executione impendi et administrari lege regni admittente.

Magis vellent, pro: mallent. Fjp. Anon. 46.

1. **Magister,** *mester.* Car, Bel. De Archioff. 7. Quid *Magistri* nomen de viris principibus usurpatum medio ævo designavit, paucos fugit; quid in Hungaria indicarit vocabulum, graphice describit Adamus Raicsanius: Priscis temporibus, titulo *Magistrorum* functos Hungariæ regni heroes, ab aliis Regni Nobilibus ita distinctos extitisse, sicut hodie distingnuntur *Magistri* Protonotarii ab aliis in Regno officium notariatus gerentibus; item Magister Causarum Regalium Director ab aliis Advocatis et Procuratoribus; ac alicuius Capituli Præpositus ab aliis Canonicis. Præterea ad distinctionem ab ordinariis Regni nobilibus usi fuere Titulo Magistrorum, etiam Baronum et Comitum Regni filii, qui defunctis parentibus sequaciter eciam officiis eorundem ad statum nobilitarem deveniebant. Et in primævis Regiminis Hungarici temporibus ipsi Palatini solummodo titulo *Magistri* honorabantur.

2. **Magister,** V. *Protho-Notarius, Causarum regalium Director; itélő mester.* Szirm. Hung. in Par. 89. *Magistri* vocabantur filii in officiis publicis Baronum Regni aut comitum positorum. Nunc Protho-Notarii et *Causarum Regalium Director* vocantur. Molnár Patv. 73.

3. **Magister,** etiam apud scriptores Byzantinos occurrit et significat litterarum et legum peritum. Apud nostros ita vocantur scribæ in judiciis. Auctore G. Fejér: Magistrorum nomen Baronibus secundariis fuit proprium; *tollvivők a törvényszékben.* Tör. Tár. 1887. p. 342.

Magister agazonum regalium, *lovászmester.* Prisc. serv. p. 16; *Agazonum Regalium Magister,* Lovász Mester, Comes stabulorum seu stabuli præfectus nuncupatus. Præter stabuli Regii curam, illius erat hospitia in comitiis regni et itineribus Regis curare et pretium Victualium definire.

Magister annonæ, præfectus annonæ; *buza commissarius; gabonafelügyelő; élelmezési mester.* Magy. Tör. Tár. XI. 168. Arch. Rák. VIII. 392. Jogt. Eml. III. 16.

Magister summus regii archivi, præfectus summus tabularii regii; *kir. főlevéltáros.* Verancs. Hist. I. 280. Nicolaus Olabus *summus regii archivi magister.*

Magister arcularius, lignarius, intestinarius (műasztalos); *asztalos-mester.* Pest. Vár. Levt. Kass. Jur. Civ. I. 256.

Magister armamentariorum, præfectus arm.; *hadszertár felügyelő, fegyverőr.* Száz. XVI. 543.

Magister artelariorum bellicorum, cohortis tormentariæ præfectus; *tüzérmester, tüzérparancsnok.* Illésh. Dialog. 305. Præfectus Comaromiensis, Gall, *magister artelariorum* bellicorum.

Magister artellariæ generalis, V. *Mag. artelariorum bellicorum.* Sziládi Tör. Magy. Eml. III. 472.

Magister artis digladiatoriæ, rudibus batuendi magister (apud Romanos) lanista; *vivómester.* Reg. Turm. Præt. 142.

Magister artis restiariæ, magister restionum; *kötélverő mester.* Pest. Vár. Levt.

Magister artis sartoriæ, sartor; *szabómester.* Priv. Ceh. Pesti. *Vékony* Szabó Czéhnek Artikulussi *Artis Sartoriae Magistri, Magister Sartorum Hung.*

Magister asciarius, (Du C. mag. asciæ) carpentarius, faber lignarius; *ácsmester.* Kass. Jur. Civ. I. 256.

Magister aulæ, præfectus famulicii aulici; *udvarmester, hopp-mester.* Corp. Gram. 326. Sziládi Tör. Magy. Eml. III. 472.

Magister auriga provincialis, *vidéki bérkocsismester.* Ger. Land-Kutscher-Meister. Cehales Articuli *Magistrorum Aurigarum Provincialium.* Pest Vár. Levt.

Magister aureus, Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 170. Quum nos *Aureus Magister* Petrus Dei Gratiæ Venetiarum, Dalmatie atque Croatie dux . . .

Magister bombardarius, mag. pyrobolarius; *bombavető mester.* Kronst. I. 748.

Magister cæmentariorum, (DuC.) qui cæmentariis præest; *kőművesmester.* Bék. Pil. P. I. 77.

Magister cameræ regiæ, Marceschallus Curiæ; *kir. főudvarmester,* Száz. XVII. 535.

Magister camerariorum, (Du C.) magister cubiculariorum; *Fő-Komornok Mester.* Pelez. Geisa. p. 53. Car. Bel. De arch. 49.

1. **Magister capellæ,** symphoniacorum, concentus aulici magister, moderator; *karnagy, karmester, zeneigazgató.* Ger. Capellmeister. Szamosk. IV. 77. Franciscus *magister capellae,* musicus, Anconitanus Italus.

2. **Magister capelle,** Magister Capellæ, qui cæteris Capellanis præest (Du C.); *kápolnaőr, mester.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 38. per Becen Notarium scribi et per *Capelle Magistrum* Vidonem sigillari precepi.

Magister capillamentarius, capillamentorum textor; *parókás.* Priv. Ceh. Peruquen-Macher Privilegien 1778. Pest Vár. Levt.

Magister carbonariorum, præfectus, curator carbonariorum; *szénégető mester.* Con. Max. C. 111. an. 1565.

Magister causarum patronus, summus defensor, cognitor civitatis; *főügyész.* Tör. Tár. 1881. p. 466.

Magister cehæ, magister contubernii, collegii opificum; *czéhmester.* Ger. Zunftmeister. Mon. Comit. Trans. I. 413. Kov. Form. St. 442.

Magister cellariorum, cellarum præfectus; *pinczemester.* Nov. Calend. 127. *Cellariorum Magister* D. D. Martinus Kovács.

Magister chausiorum, turcicorum tabellionum præfectus; *főhirnök.* Han. Hist. Eccl. p. 197: per *Chausiorum magistrum* Solymannus Reginæ nunciabat.

Magister chirurgiæ et obstetriciæ, *sebész és szülész.* Abelsb. 1.

Magister cirolicus, chirurgus. Száz. VIII. 491.

Magister civium, (Du C.) primus ædilium, prætor; *polgármester.* Szék. Okl. II. 89. Circumspectorum *Magistri civium* Judicis Regij et Juratorum Consulum civitatis Cibiniensis. Tör. Tár. XI. 135. an. 1524. Száz. XV. 619.

Magister complodendi, tormentarius; *tűzmester*. Ger. Feuerwerker. Dip. Alv. II. 313: Tormenta bellica cum peritissimis *complodendi magistris.*

Magister computi, calculator, rationarius; *számvevő tiszt, számadó mester.* Ger. Rechnungsführer. Monm. Comit. II. 32. *Computi Magistrum* solvat ex pecunia, quam vocant Racionis, id est, que excipi solet ex militum solucione.

Magister conversorum, qui curam gerit novitiorum monachorum; *a megtért testvérek mestere.* Bék. Pil. P. I. 79.

Magister coquinæ, coquus; *szakácsmester.* Verancs. Hist. I. 174. Dominus *Magister coquinae*, quando erat illi vel prandium vel cœna paranda, cogebatur ipse quærere ligna et, quicquid habuit obvium, cremabat . . .

Magister coquinæ principis, (Du C.) principis coquorum præfectus; *fejedelmi konyhamester.* Száz. XIII. 80. Szil. Tör. Magy. Tör. Eml. III. 473.

Magister cordarum et funium, *restio, restiarius; kötélverő mester.* Tör. Tár. 1889. p. 384.

Magister coriariorum, coriarius; *timármester.* Ger. Lohgerber-Meister. Mon. Comit. Trans. II. 179. ut hoc *coriariorum magistris* indicato talis de negligencia et versucia sua digne mulctetur.

Magister corrigipar, opifex lora et habenas conficiens; *szíjgyártó.* Magy. Tör. Tár. XII. 79.

Magister cothurnarius, crepidarius; *csizmadiamester.* D. Ráczk. 248. Pest Vár. Levt.

Magister cruciferorum, militiæ melitensis magister; *keresztesek mestere.* Száz. VI. 673. Johannes *cruciferorum Magister* domorum hospitalium ordinis. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 490.

Magister cubiculariorum regalium, (Du C.); *főkomornyik mester.* Pris. Serv. p. 16: *Cubiculariorum Regalium Magister*, Fő-Komornyik Mester, id est, moderno more Supremus Camerariorum Magister, anno primo 1595. in numerum Baronum regni relatus. Munus ejus ex appellatione patet. Bel. in Comm. pag. 50. existimat olim ejusdem officia per Regalium Janitorum Magistrum præstita fuisse. Benz. I. H. 156.

Magister culinæ, culinarum, præfectus rei culinariæ; *konyhamester.* Száz. XVI. 543. Szilády Tör. Magy. Eml. III. 472.

Magister curiæ, (Du C.) qui præsertim in curia militari iudicis munere fungebatur; præfectus famulitii aulici; *kir. főudvarnok, udvari kapitány, királyi udvarmester.* Diar. Com. II. 17. Monm. Comit. Trans. II. 55. Benz. J. H. 158. et passim. Georch. H. T. I. 53. Verancs. III. 359. Hajnik. Perjog. 47.

Magister cursorum, præfectus cursorum; *kengyelfutók főnöke.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. III. 473. VII. 92.

Magister cusorum, præfectus monetæ; *pénzverő mester.* Ger. Münzmeister. Nov. Calend. 227. D. Carolus Rebay, *Cusorum Magister.*

Magister dapiferorum, *tálnokmester, asztalnokmester, főtálnokmester.* Pris. serv. p. 16: *Dapiferorum magister.* Tálnok Mester, culinæ et mensæ regiæ providet, aliis minoribus Officialibus imperat et fercula ferentes Baronum filios præit. Dip. Alv. I. 178.

Magister dapiferorum reginalium, *a királyné étekfogó mestere.* Bék. Pászt. III. 232.

Magister ephipiarius, stragulorum opifex; *nyereggyártó.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. III. 473. Priv. Ceh. Sadler Articuln 1778. Pest. Vár. Levt.

Magister epistolarum, *irómester, kanczellár.* Prisc. Serv. p. 37: *Magistri Epistolarum* erant, qui in Regis atque Ducis Curia rem scripturisticam curabant. Bel. Dec. I. Mon. V. p. 211.

Magister epistolarum atque annuli, V. *Cancellarius.* Szamosk. II. 4. assumit in societatem mentis suæ Stephanum Josika, *epistolarum atque annuli magistrum*, quem *cancellarium* vocant, quod munus secundum principalem dignitatem et maiestatem pene summum est in Transylvania honorum omnium fastigium et tamquam reliquorum magistratuum apex.

Magister equatii, præfectus equariæ; *fölovászmester.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 296. His accedunt: Geometra, Orphanorum Tutor, Physicus . . . Mororum Plantator, *Equatii Magister*, Faber, Hortulanus.

Magister equitum, præfectus, ductor equitum. V. s. *Campi Mareschallus; lovas kapitány.* Ger. Rittmeister. Molnár Patv. 52.

Magister faber serarius Hungaricus, V. *Faber Serarius; lakatos mester.* Pest. Vár. Levt.

Magister fabrinæ, faber ferrarius; *kovácsmester.* Nov. Calend. 213. *Fabrinae Magister* D. J.

Magister factor horologiorum, artifex horol.; *óraműves mester.* Kronst. I. 736.

Magister falconarius, præfectus falconariorum; *solymászfőnök.* Szék. Okl. IV. 147.

Magister fori, V. *Annonarius; piaczmester.* Tört. Tár. 1889. p. 611. per *magistros fori* aut annonarios solvantur.

Magister fossor, qui præest fossoribus; *ásómester.* Száz. IV. f. 341. *Magistris Fossoribus* fl. 18. Portariis Bibalia fl. 1.

Magister gausapeorum, vestium e gausape confector; *szűrszabó.* D. Ráczk. p. 221.

Magister gemmifrisorum, gemmis ornandi peritus; *gyöngyöző mester.* Kov. Form. St. 208. Item si fuerit *Magister Gemmifrisorum*, tunc talis debet facere portiones formales, scilicet filare imaginem cum serico et unam imaginem cum elevatura debito ordine, prout pertinet ad gemmas, ex hoc perficere teneatur quantocitius potest.

Magister generalis quartiriorum, summus hospitiorum militarium curator; *főkvártélymester.* Arch. Rák. VIII. 205.

Magister gladiator, rudibus batuendi magister; *vivómester.* Kov. Form. St. 436. Placuit etiam nobis decernere et pro rato teneri, quod quicunque inter ipsos Confratres et *Magistros Gladiatores* lusor taxillorum, et noctivagus inventus fuerit, omnis talis Magisterio privetur.

Magister grangiæ, (Du C.) officium in monasteriis ordinis præsertim Cisterc. qui villam seu prædium aliquod curat; *udvarmester.* Bék. Pil. P. I. 79.

Magister gazarum, præfectus officinæ ferrariæ; *vashámor-főnök.* Tör. Tár. 1881. p. 496. *Magister Gazarum* vulgo hamor dictarum.

Magister graphidis, magister artis linearis, delineandi; *rajzmester.* Wallaszky 573.

Magister hortulanus, *kertész.* Priv. Ceh. 1767; Privilegien Gartner. Pest. Vár. Levt.

Magister hospitiorum, designator *hospitiorum; vendéglős, gazda, vendégmester.* Wagn.

Magister infusor campanarum, M. fusor c.; *harangöntőmester.* Magy. Tör. Tár. I. 85.

Magister janitorum regalium, *királyi ajtónállók főmestere,* Fej. Jur. Lib. 121. Lege Uladislai II. decr. II. art. 25. cautum est, ut *Janitorum Regalium Magister* imposito omnibus silentio singulorum suffragia exquirat. Prisc. Serv. p. 17. *Janitorum Regalium Magister* in Palatio Regum adita custodiebat, in comitiis olim legebat suffragia, lites exortas sopiebat, ac Silentium, ubi necessum esset, imponebat. Bel. appar. ad Hist. Hung. Decad. I. Monum. V. p. 211. et 212. Isthv. XV. 266.

Magister laminarius, faber bractearius; *bádogos mester.* Ger. Klempner, Spängler. Pest. Vár. Levt.

Magister lanius, lanius; *mészáros mester.* Ger. Metzger. Jogt. Eml. T. I. p. 179.

Magister lapicida, qui statuas conficit, sculpit; *szobrász.* Száz. VIII. 36. Pest. Vár. Levt.

Magister lapicidarius, magister lapicidarum; *kőfaragómester.* Tör. Tár. 1886. p. 443.

Magister lignicidarum, qui lignicidis præest; *famester.* Besztb. Levt.

Magister liberalium artium ac philosophiæ, *a szabad művészetek és bölcsészet tudora.* Tör. Tár. 1888. p. 264.

Magister lignorum, præfectus, curator lignorum; *fafelügyelő.* Con. Max. B. 11. an. 1565.

Magister lorarius, opifex lora et habenas conficiens; *szíjjártó mester. Lorariorum* et Politorum *Magistrorum* hujatum Cehalia Privilegia 1779. 8. oct. Pest. Vár. Levt.

Magister machinarum, (DuC.) magistris ingeniorum præfectus; *gépmester.* Ger. Maschinenmeister. Nov. Calend. 210. Machinarum Officiales D. And. Marini, Primarius *Machinarum Magister* . . .

Magister Magnus, (Du C. Magister Ordinis, Magister Militum et equitum). Hoc loco significat principem seu præfectum ordinis equestris, qui ungarice *nagy mester* vocatur. Ger. Grossmeister. 1. *főudvarnok,* 2. vmely rendnél *Nagymester.* Grossmeisterthum; *nagymesteri méltóság.* Isthv. VII. 101.

Magister malleaturæ, *elsőrendű kovács.* Juriev. Jur. Met. 46. In malleaturis ferri (Eisen Hammerwerk) sub directione unius Fabri primarii sic dicti *Magistri Malleaturae* (Vorschmid), qui videlicet omnes labores in Malleatura dirigit et quid agendum aut omit-

tendum habent operarii, præcipit, sequentes sunt Operarii 1. Fabri furni maioris.

Magister militiæ templi, magister Templariorum; *templariusok mestere.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 209. Regis vel Patriarchæ aut Jerosolimitani Hospitalis vel *Militiae Templi Magistri.*

Magister molendini serræ, M. machinæ truncis arborum in asses secandis; *fűrészmalommester.* Kronst. I. 714.

Magister montanorum, metallicæ præfectus; *bányászmester.* Ger. Bergmeister. Monm. Comit. III. 197. ut constituatur aliquis *magister montanorum,* qui præsit culturæ fodinarum.

Magister montium, rei metallicæ præfectus; *bányászmester.* Ger. Bergmeister. Juriev. Jur. Met. 48., 80. Judex seu *Magister Montium* Collationem obiecti mutungati nemini absque gravibus et legitimis rationibus denegare aut prorogare audet. Nov. Calend. 236.

Magister murarius, qui præest cæmentariis; *kőmüvesmester.* Kass. Jur. Civ. I. 256.

Magister nauta, præfectus navis; *hajósmester.* Ger. Schiffmeister. Priv. Ceh. 1770. Pest. Vár. Levt.

Magister obiecti desolati, *elhagyott bányák gondviselője.* Juriev. Jur. Met. 116. Ad præcavendas maleversationes atque defraudationes legibus montanisticis præcipitur: ut *Magister* seu *Curator obiecti desolati,* quamprimum Urburarius cultivationem eiusdem Obiecti montanistici tempore, lege præscripto intermittit, idque, ceu desolatum deserit, *desolationem* hanc officio montano referat.

Magister oculator, qui servat opifices; *látómester.* Opin. P. II. Sec. II. Cap. III. Art. 3.

Magister officinæ liquatoriæ, officinæ ærariæ præfectus; *olvasztómester.* Besztb. Levt.

Magister opifex aurifaber, aurifex, aurarius; *ötvösmester.* Száz. 798.

Magister pellio, pellarius, pellionarius; *szücsmester.* Ger. Kürschner. Priv. Ceh. 1696. Privilegia *Magistrorum Pellionum.* Pest. Vár. Levt.

Magister philosophiæ, laurea philosophiæ ornatus, inauguratus; *bölcsészeti doktor.* Tör. Tár. 1888. p. 204.

Magister pileator Hungaricus, pilearius, pileorum confector; *kalapmester.* Priv. Ceh. Privilegien deren Hung. Huthmacher Meistern. 1775. Pest. Vár. Levt.

Magister pincernarum, pincerna princeps (Du C.); *főpohárnok.* Car. Bel. De arch. 43. Agmen hic ducat *Pincernarum Regalium Magister* . . . ministrabant Regi prægustata pocula, fideque omni cavebant, ne quid his noxii admisceretur: Hungaris eapropter *Pohárnok Mester* seu *Pocillatores* dicti. Star. V. 185. an. 1521. Francisco de Batthyan, *pincernarum regalium magistro.*

Magister piscator, Mag. piscatorius; *halászmester.* Priv. Ceh. Articuli Cehales Piscatorum 1776. *Magistrorum Piscatorum.* Pest. Vár. Levt.

Magister pistorum, qui pistoribus præest; *pékmester.* Kat. Hist. VIII. 595. quod Stephanum agazonum magistrum, in hoc diplomate *pistorum Magistrum.* (Beckermeister) legam. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 535.

Magister politor, faber gladiarius; *csiszár.* Tör. Tár. 1887. p. 399.

Magister ponderum, qui præest mercibus pendendis; *mázsamester.* Ger. Wagmeister. Nov. Calend. 233. D. J. B. Fodinalis Officialis. D. Franciscus Meják Contralcrisans *Ponderum Magister.*

Magister postæ, qui postam, i. e. stationem curruum dirigit et equos mutandos suppeditat; *postamester.* Rák. Ön. p. 127. I. 36—37. (36.): Oportuit igitur ebrium esse *postae magistrum* et pecunia egere propter rariorem cursorum frequentationem . . .

Magister postarum, V. *Magister postae.* Száz. XVI. 543. Art. Diæt. Pos. 33.

Magister probarum, qui præest explorando æri; *kémlemester.* Ger. *Probir-Meister.* Nov. Calend. 228. D. Franciscus Feueregger, *Probarum Magister.*

Magister protonotarius, Judex curiæ; *ítélőmester, országbiró, nádorispán.* Probst. Comitiol. p. 156: *Magister Protonotarius* Regnorum Dalmatiæ, Croatiæ et Sclavoniæ, non solum in Comitiis, in tabula Regia, verum etiam in cæteris judiciis ordinariis et extraordinariis, locum, votum et Diarium habeat. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 12. Georch. Ért. 134.

Magister pustæ, chirurgus ruralis; *pusztai orvos.* Lzb. Cod. Med. T. II. 634: Pharmacopolis aut *pustae magistris.*

Magister pyrotechnices, pyrotechnus; *tűzmüvész.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 372. Casus hic fatalis præcipue fuit principali *Pyrotechnices Magistro.*

Magister quartaliciorum, *negyedmester.* Germ. Viertelmeister. Besztb. Levt.

Magister quartiriorum, hospitiorum militarium designator; *kvártélymester.* Ger. Quartiermeister. Fabó. Monm. Evang. II. 78. sub colonello Andrea Radics stationem *quartiriorum - magistri* administrabat. Arch. Rák. VIII. 392.

Magister racionalis (Curie), magister a rationibus C.; *számtartó.* Száz. XIII. 211.

Magister rasor, tonsor; *borbélymester.* Kov. Form. St. 454.

Magister rationalis, (Du C.); *számtartó.* Prisc. Serv. p. 38: *Magistri Rationales,* qui rationibus seu ærario Principis præerant. Bel. appar. Dec. I. Mon. V. p. 211.

Magister rationum cameræ, (Scepusiensis), redituum publicorum magister; *kamarai számtartó.* Ger. Rentmeister. Tör. Tár. 1890. p. 792. Molnár Patv. 68. Szilády Tör. Magy. Tör. Eml. III. 472.

Magister requestarum, (Du C.) libellorum supplicum magister V. *Requesta; a kérelmi levelek mestere.*

Magister restiarius, restio; *kötélverő mester.* Priv. Ceh. Sailer Articuln 1724. Pes. Vár. Levt.

Magister rotarum, a Germ. *Rotte; csapatvezér.* Ger. Rottenführer. Epist. Proc. p. 10. quo circa singulis capitaneis . . . *Rotarum magistris* . . . mandamus. Kov. Form. St. 501. Szend. Misk. tört. III. 113. an. 1478. *Magistri rotarum* peditum.

Magister saltus, saltandi magister; *tánczmester.* Reg. Turm. Præt. 142.

Magister sartor, (Du C.) qui præest sartoribus; *szabómester.* Kov. Form. St. 454. dicta Universitas *Magistrorum Sartorum* et *Rasorum* panni.

Magister sartor Germanicus, Priv. Ceh. Privilegien der deutschen Schneidern zunft. *Magistri sartores Germanici.* 1778. Pest. Vár. Levt.

Magister sartorum Hung., *magyar szabómester.* Priv. Ceh. V. s. v. Magister Artis Sartoriæ. Pest. Vár. Levt.

Magister scholæ equestris, domitor equorum, equitandi magister; *lovász, lovászmester.* Ger. Bereiter. Reg. Turm. Præt. 28.

Magister scholasticus, ludi magister; *iskolamester.* Ger. Schulmeister. Kronst. I. 723.

Magister serarius, faber claustrarius; *lakatos, lakatgyártómester.* Tör. Tár. 1887. p. 399.

Magister silvarum, sylvarum, rei saltuariæ præfectus; *erdőmester.* Ger. Forstmeister. Mon. Max. G. 111. an. 1565. Monm. Comit. III. 197.

Magister solutionum, quæstor; *fizetőmester, pénztáros.* Ger. Zahlmeister. Szilády Tör. Magy. Eml. III. 472. *Solutionum Magistri* . . . nro 2. Verancs. IV. 11.

Magister stabuli, dignitas præcipua in aula regia; stabuli præfectus; *lovászmester.* Ger. Stallmeister. Isthv. VIII. 127.

Magister succentor, (Du C.) Cantorum duo sunt in arte musica genera. Præcentor scilicet et *Succentor.* Præcentor vocem præmittit in cantu, Succentor canendo subsequenter respondet; Concentor vero, qui consonat. Durandus lib. 2. Ration c. 2. n. 1.; *al-éneklőmester.* Szer. Not. p. 119: *Magistrum* . . . *Succentorem* . . . citaverat ad Urbem.

Magister tavernicorum, thavernicorum, (Du C.); *tárnokmester.* Tavarnicorum Magister-aurario, monetæ cudendæ, salinis item civitatibus et villis ad Cameram regiam pertinentibus et latifundiis Regum præerat. Car. Bel. De Archioff. 39. Nam alii quidem ab Illyrico sarmaticove Dwur seu Dwor, quod aulam significat, nomen derivant, ut sit ipsis Dwornick quasi Aulæ Præfectus. Alii a Slavica itidem voce Tábor, quomodo castra exercitumque adpellant, idem repetunt, ut tantundem notet atque Tábornik . . . Proinde rationibus rite subductis ita existimo e lingua Hungarica dignitatis hoc nomen arcessi oportere. Nempe priscis illis Hungaris Tár sive Tavar, thesaurum significabat, inde natus Tarnak Mester, *Tavernicorum Magister,* Thesaurarius. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 173.

Magister temonis, auriga maior, qui præest aurigis; *öreg kocsis.* Verancs. VII. 13. *aurigam* imprimis *maiorem,* quem *temonis magistrum* appellamus, deinde Martinum, de quo nuper apud te non perinde laude digna, postremo omnes alios pertraxit.

Magister tormentariæ artis, tormentarius; *tüzérmester.* Szamosk. II. 364. Idemque Emericus Lazar, Franciscus cognomento Magnus, Michael Karacionius, *tormentariae artis magister* peritissimus.

Magister tormentorum, rei tormentariæ præfectus, peritus; *tüzérmester.* Ger. Oberfeuerwerker. Curios. Misc. 408. non egent tanto pulvere tormentario, et sclopeta-

rio, nec tot *tormentorum Magistris.* Isthv. IX. 148.

Magister ustrinæ, rei metallicæ, officinæ magister; *kohómester.* Ger. Huttenmeister. Nov. Calend. 228. Faber. Jur. Met. 44. Cum ærarium mineras ab Urbariis reluat, suoque periculo liquefieri curet, huic quoque obiecto et operationi speciales personæ curando præficiuntur et admoventur. *Ustrinae Magister* œconomiæ liquefactoriæ et Carbonariæ intendit, moderatur labores ustrinales, ducit rationes Ustrinarum, materialia inspicit, advectas mineras ... classificat.

Magister venatorum, venatorum præfectus; *vadászmester.* Száz. XVI. 543.

Magister veredariorum, præfectus rei vehiculariæ, veredariæ; *főpostamester.* Diar. Com. 27. Princeps Paar per Ditiones Suæ Maiestatis hæreditarius *Veredariorum Magister* stipatus Cursorum publicorum Præfectis. Oláh. Cod. Ep. 276.

Magister victualium, annonæ præfectus; *élésmester.* Ger. Proviantcommissär, Proviantmeister. Monm. Comit. II. 256. prout *Magister victualium* iusserit.

Magister vietor, *kádár, bodnár.* Ger. Böttcher, Binder. Priv. Ceh. Pest. Vár. Levt.

Magister vigiliarum, qui vigiliæ præest, vigiliæ præfectus; *őrmester, őrparancsnok.* Cf. Præfectus vigiliarum. Rák. Ön. p. 126. l. 37. — p. 127. l. 1. (127. 1.): Redulæ rusticanæ, ut dixi, insidebamus ego et ephebus, qui superiorem agebat officialem, ego *magister vigiliarum* eram. Arch. Rák. VIII. 392. Kass. P. P. II. 280.

Magisteria, orum, liquefacta; *oldatok.* Lzb. Cod. Med. T. II. 424: 16 pars de *magisteriis,* mellis = 16 Theil, die Aufgelöste, die Hönig.

Magistericus, 3., ad magistrum pertinens; *mester...* Száz. XI. 804. *mensa magisterica.*

Magisterium, (Du C.) artificium; *czéhbeli mesterség.* Georch. H. T. I. 282.

Magisterium philosophicum, laurea philosophiæ; dignitas ac nomen philosophiæ doctoris; *bölcsészeti doktorság.* Tör. Tár. 1888. p. 204.

Magistralis, (a magister: ventus caurus, corus) inter septentriones et orientem spectans (Du C. al. s.); *éjszakkeleti.* Ljub. Mon. Sl. XXII. 198. an. 1461: a parte sirocali versus *magistralem.*

Magistralis gradus, magistri gradus; *magisteri tisztség.* Oltv. Act. Synod. 101. Etsi annulum gestare Parochis concessum sit, iis duntaxat, qui in aliqua facultate doctorali seu *magistrali gradu* sunt insigniti.

Magistralis vinea, vinea magistris vinearum elocata; *szőlőmesternek bérbeadott szőlő.* Batty. Leg. II. 86. an. 1082.

Magistralis vinitor, qui vineis præest; magister vinearum; *szőlőmester.* Batty. Leg. T. II. 85. an. 1082.

Magistrandus, in magistrorum numerum assumendus; *mesterré avatandó.* Szend. Misk. tört. III. 166. an. 1521. omnes... *magistrandi* confratres non debeant esse divagi sed coniugati.

Magistrantia, æ, procuratio; *felügyelet.* Ljub. Mon. Sl. IV. 44. 356. an. 1396: habebat portum, navigia, lignamina et *magistrantiam* pro galeis.

Magistrari, tolli honore magisterii, magister fieri (Du C. academica laurea ornari); *mesterré lenni.* Kov. Form. St. 208. Item quicunque Auricusor *magistrari* voluerit...

Magistratualis, is, magistratu fungens; *tiszti személy, tanácsbeli.* Ger. Magistratsperson. Urb. Reg. Cim. Benigna Instructio pro *Magistratualibus.* Georch. H. T. II. 122. IV. 69. Fej. I. 455.

Magistratualiter, per magistratum; *hatóságilag.* It. di ufficio. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 415.

Magistratus capellæ, jus præficiendi Magistros capellæ seu præcipuos Rectores Capellarum; *a kápolnák fölött való gondnokság.* Batty. Leg. T. II. 221. Decr. Col. an. 1109. Ultra Danubium cum triginta mansionibus et *Magistratibus Capellae.*

Magistratus capellarum, rectoratus cap.; *kápolnák felügyelősége.* Batty. Leg. T. II. 389. an. 1255.

Magistratus tavernicorum, *kincstári törvényszék.* M. Bel. Geogr. 501. Forum Urbanum, in liberis regiisque civitatibus, imum quidem apud Prætorem; sub alternum, coram Senatu, sedem habet. A quo, caussæ dubiæ, partim ad *Magistratum Tavernicorum* partim ad Personalem Præsentiæ Regiæ adpellantur.

Magistratus universitatis, intelligitur Universitas literarum; *tudományegyetemi elöljáróság.* Száz. XIII. 86.

Magius, (Du C.) species navis dicta, a forma vasis, in quo farina subigitur. Ljub. Mon. Sl. II. 89: quod deberent dare sexaginta homines ... pro quolibet *magio* causa portandi et reducendi nostros comites.

Magmedus, Mahomedanus; *mahomed.* Cortes De Virt. Matth. 684.

1. **Magnalia,** orum, magnifici actus (Du C.); *magasztos tettek.* Eszt. Okm. p. 3. (Decr. Ladisl. 1274): Offerunt se nostris regiis obtutibus progenitorum nostrorum regum Hungarie *magnalia* erga sanctam Strigoniensem Ecclesiam. Illésh. 316. Rák. Ön. 73. Cf. Tertull. ad Uxor. 2, 7. Id. adv. Marc. 1, 54.

2. **Magnalia,** mysteria. Pel. Pom. V. sub *predotatus.*

3. **Magnalia,** honores; *kitüntetés.* Ger. Ehrenbezeigung. Chr. Dubn. p. 156: Quem rex gratissime recepit et *magnalia* sibi pro servicio suo repromisit.

4. **Magnalia,** res fortiter gestæ; *hőstett.* Chr. Dubn. p. 154: Diffusa ergo fama strenuitatis Stephani fily Laczk ... et usque ad Lodovicum et Johannam ... hec *magnalia* pervenerunt.

Magnalis, e, (Du C.) magnificus; *nagyszerü.* Thurócz. 199. *Magnalia* enim regum gesta exiguos autores non expostulant.

Magnalitas, magnitudo, amplitudo; *nagyság, nagyszerüség, magasztosság.* Cod. de Sztára: Virtutum *magnalitate,* consilii maturitate ... studuit complacere.

Magnarius, (Du C.) negotiarius, qui mercimonia omnis generis in solidum vendit; *nagykereskedő.* Pest. Vár. Levt. Kass. P. P. I. 204.

Magnarius negotiator, V. *Magnarius.* Szamosk. II. 46. partim fidei Emerici Bognerii Chiliani *magnarii negotiatoris* credidit.

Magnates, (Du C.) vasalli maiores; *az ország nagyjai, mágnások.* Molnár Patv. 28. *Magnates* sunt Comites et Barones. Marc. Chr. II. 47.

Magnifacere, exaggerare; *nagyitani, túlozni.* Tör. Tár. 1887. p. 638.

Magnifestus, manifestus; *nyilvános.* Knauz. M. E. Str. II. 629., 696. propter *magnifestos* excessus *eiusdem* Nicolai.

Magnificare, metonymice est laudare, extollere, augere, amplificare (Du C.); *magasztalni, növelni.* It. magnificare. S. de Kz. Chr. II. 2., 1.: Dominus *magnificavit* misericordiam suam cum B. rege Stephano. Andr. Pan. I. Cf. Plaut. Stich. 1, 2, 44.; Men. 2, 3, 19. Terent. Hec. 2, 2, 18.

Magnificentia, titulus honoris; *nagyság, nagyságosság, fenség.* It. magnificenza. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 4. ad ipsius conservationem et promotionem in tuis oportunitatibus *Magnificentie* Regie promptitudinem Apostolici favoris offerimus ...

Magnificus vir, idem est quod Hung. *nagyságos.* (Titulus honoris). Marc. Chr. II. 77.

Magnites, magnes; *mágnes.* Kov. Carm. 53:

Quin neque *Magnites* blandis ita viribus ad se Attrahit arcani miro spiraminis actu.

Magnivolus, qui magna vult; *nagyratörő.* S. de Kz. Chr. II. 5., 2. Ladislaus rex illustris animosus ac *magnivolus.*

Magnus Vezier, Summus exercitus Dux apud Turcas; *nagyvezér.* Bel. Geogr. 547.

Magranculum, (Du C. magrancules herbæ species a gr. *μακρόκαυλος).* Diss. de Ferr. Cand. §. 120. Accipe calcem dissolutam cum aqua fabarum calida et aliquantulum *Magranculis* et aliquantulum Malvavici sive Althææ et permisce illa cum his bene et deinde line cum eo palmam tuam et fac siccari et pone in eam ignem et non nocebit.

Maguder et **Maguderis,** (Du C. magudaris secundus caulis, qui nascitur in thyrso abscisso, vel ipse thyrsus abscissus) (Dief. colstock, koltorso, koppesstorse). Schläg. 645. maguderis; *torzsa.* It. torso. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118. Schläg. 945.

Magulator, magister ponderum; *mázsáló mester.* Opin. 1802. c. 2.

Magyarismus, sermo Hungaricus; *magyarság.* Tör. Tár. 1881. p. 368. konyhán költ *magyarismussal* ték egy néhány jegyzést magamnak. Száz. VII. 636.

Mahomeria, (Du C.) *Meschita, Moschea* q. v.

Mahometanus, Mahometicus, *assecla* Mahometis; *mahomed...* Rozsny. D. 37. Datum Constantinopoli circa initium July Anno 969. ab egresso *Mahometico* (1562. aug. 2.) p. 38. Ab egressu *Mahometico* in anno 1000.

Mahometigena, æ, V. *Mahometanus.* Illésh. Querela ad Cæsarem p. 314. pepulere Trecentos Allemanos *Mahometigenae* bis quinqua vel octo.

Mahometismus, doctrina Mahometis; *mohamedán vallás.* Rozsny. D. 97. Interim császárságoknak sietőbb s titkosabb conditiói szerint csak nem szüntek a *mahometismus* ellen holtig hostilitást mutatni.

Mahometista, Mahumetista, æ, V. *Mahometanus.* I. Rák. Gy. 418. Bod. Hist. Eccl. I. 330. Tör. Tár. 1892. p. 433.

Mailandis, Mediolanensis; *milanói.* Vect. Ref. C. 2.

Mainieris, modus, agendi ratio; *mód, modor.* It. maniera. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 1316. si quis . . . *mainieribus* contraveniret huic parti.

Majalis, vernalis excursio voluptatis causa; *majális.* Csurgói ref. főgymn. Ért. 1894/5. 112. Ez évtized közepe táján kezdődtek meg az u. n. «*Majales*» (tavaszi mulatság az erdőben).

Maiestas, imperatorum et regum titulus proprius (Du C.); *felség.* S. de Kz. Chr. II. 5., 1.: confidens erecto banerio regia *maiestas*...

Maiestaticum ius, ius maiestatis regis; *felségjog.* Ger. Hoheitsrecht. Kass. P. P. I. 341. *iurium maiestaticorum* . . .

Majolica, ab ant. it. pro: Maiorca insula, in qua eiusmodi vasa conficiebantur; *kőedény.* Arch. Rák. VIII. 350. Patinæ pro Postpast apponendo laboris porcellani Nro 4. Item una *majolica.*

1. **Major,** nude pro: major natu; *idősebb.* Batty. Leg. II. 473. an. 1282: *majoris* Reginæ Hungariæ cancellarius.

2. **Maior,** tribunus; *őrnagy.* Ger. Major. Fej. IV. 1., 16. Congenerationales Joannis, qui in exercitu *Maior* fuit.

Maior castri, præfectus arcis; *várnagy.* Tör. Tár. 1893.

Maior Domus, (Du C) Prima olim in Francorum Palatio ac præcipua dignitas. Iis erat et Palatii et regni et rerum publicarum cura, sola regiæ dignitatis specie Principibus ipsis remanente; *major domus.* Car. Bel. De Archioff. 6. Taceo Angliam atque Galliam regna maiestati Regum in maius provebendæ, maximopere intenta: nota sunt in vulgus *Maiorum Domus* et his gemina munerum dignitatumque nomina.

Maior exercituancium, primipilus Siculorum; *hadnagy.* Szék. Okl. III. 27.

Maior exercitus, *főhadnagy* (priscis temporibus, nunc: *hadvezér* (dux). Prisc. Serv. 26: *Major Exercitus* militibus castrensibus, qui cum Domino expeditionibus Regni interesse atque pro eo dimicare solebant, cum potestate præerat, sicut Major Domus domui, seu famulis. Bel. appar. Dec. I. Mon. V. p. 217. Kelem. Hist. Jur. Pr. 43. Koll. Am. II. 68. *Had* enim Ungaris bellum, exercitum, *Nagy* autem magnum significat. Szék. Okl. I. 42. III. 26. — Hajnik Perjog. 124.

Maior potentia; maior vis; *czégéres hatalmaskodás.* Törvt. Msz.

Maior præconio, V. *Archipraeco.* Kandra Reg. 444.

Maior ville, præfectus villæ, iudex villæ; *polgármester, biró.* End. p. 444. (Colom. Ducis Libertas an. 1238): 4. statuimus... ut in *maiorem ville* unum ex ipsis, quem voluerint, eligant. Kelem. Inst. Jur. Pr. 184. Batty. Leg. II. 461. an. 1279.

Maiorare, (Du C. 1.) augere, meliorare; *nagyitani, javitani.* Kronst. I. 553. Cod. de Sztára II. 524. vinea . . . fuisset plantata et *maiorata.*

Maioratio, amplificatio, auctio, (Du C. auctuatio); *nagyobbitás, növelés.* Cod. de Sztára Vol. II. 529. Emericus eandem vineam simul cum plantatione, *maioratione* ipsius... filiis remisisset et relaxasset.

1. **Maioratus,** us, vel *Primogenitura,* ius natu maioris in familia; *elsőszülöttség.* Vuch. Jur. Feud. 139. *Majoratus* in specie in feudo est ordo succedendi specialis, quo successio feudalis in omni successionis casu ei soli in familia defertur, qui defuncto gradu proximior vel inter proximiores gradu æquales ætate maior est. Georch. H. T. II. 46. Kövy El. 324. Species fidei commissorum apud nos in usu sunt duæ: *Maioratus* et Senioratus. *Maioratus* lineali successione pro ratione et ordine geniture transit ad posteros v. gr. acquisitor *maioratum* instituens habet 3 filios, primogenitus adipiscitur *maioratum,* illi succedet æque primogenitus et sic porro. Kass. Jur. Civ. Lex. 40.

2. **Maioratus,** us, prædium, quod tantum major natu in familia possidet; *elősz̈uleti jószág, majoratus.* Ger. Majorat. Moln. Patv. 24. *Maioratus* et *Maioresco* bonorum in unam massam, per divisionem nunquam frangendam coniunctorum Administratio, et Possessor. Art. Diæt. Pos. 69.

Maiorennis, qui e curatorum tutela excedit. (Du C. suæ tutelæ); *felserdült, nagykoru.* Georch. H. T. I. 140. Wagn.

Majorennitas, plena, iusta et legitima ætas; *nagykoruság.* Ger. Majorennität. Tör. Tár. 1890. p. 600. donec ad *majorennitatem* pervenerit.

Maiorentes, qui baculos in manibus tenentes papæ viam patefaciebant, homines in ordinem cogebant; *pálczával kezükben rendet tartók,* Piszter Szt. Bernát II. 202.

Maiores, (liberi); *ország nagyjai.* Pfahl. Jus. Georg. XXI. Liberi præter Prælatos . . . distinguuntur . . . in Legibus S. Stephani in Comites Milites (alicuius virtutis) et Vulgares, alibi generatim magis in *Maiores,* Minores et Vulgares. Inter *Maiores* censentur Episcopi, Abbates, Comites.

Maiores ministri regis, V. *Comites, Magistri.* Pfahl. Jus. Georg. XXXI. Etiam *maiores Ministri Regis* (Colomanni Regis L. I. C. 9.) Serius *Barones Regni* appellabantur.

Maiores regni, *az országnagyjai, előkelők.* Car. Bel. De Archioff. 9. Officiales Hungariæ *Maiores Regni* et Barones fuisse vocatos . . . qui archiofficia illa administrabant, Barones regni et quidem *maiores* vocabantur, ut a minoribus discernerentur. Tör. Tár. 1887. p. 100.

Majoresco, maximus natu filius. V. *Majoratus* 2.; *örökhagyományos, előfi.* It. majorasco. Ger. der älteste Sohn. Kövy El. 323. Hinc propter debita post publicatum fidei commissum licet per ipsum fundatorem eo minus per eius successores contracta aut propter ulla delicta *Majoresconis* bona non possunt auferri, prout alia avita auferuntur, verum tantum usus fructus sequestrari, idque tantum vita *Majoresconis* debitum contrahentis durante. Jókai Régi jó Tbl. II. 191. Georch. Ért. 168.

Maiorista, æ, V. *Maiorennis; nagykoru.* Vuch. Jur. Feud. 113. Alia est ratio Clericorum secularium, qui si *minoristae* sint, quum statui suo renunciare possint, successionis feudalis capaces sunt; ast si *maioristae* sint, obtenta saltem dispensatione ad statum secularem redeundi capacitatem iuris succedendi consequuntur.

Maioritæ, Lutheri quidam sectatores, qui docebant infantes sine bonis operibus beatos fieri non posse; *majoriták.* Nagy Hier. Száz. XXIX. 233.

Maiusculæ, literæ maiores; *nagybetűk* (A.). Corp. Gram. 665.

Mala, æ, equestris sarcina, pera viatoria (Du C.); *málha.* Ger. Felleisen. Kol. Kov. Chron. Templ. p. 34: neque conceduntur *mala* et saccus cum firmatura. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 126. duo paria hosarum, due *male,* refacie, ferra.

Malaca, locus paludinosus; *mocsaras hely, mocsár.* Sl. mláka. Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 54. Inde itur usque ad locum, ubi exit per unam *Malakam* et vadit usque ad viam magnam p. 90. Inde vadit per unam *mlacam* ad rivulum.

Maladeria, (Du C.) Nosocomium leprosorum; *bélpoklosok háza.* Gall. maladerie. Nagy Hier.

Malagaya, ilex; *magyalfa.* Cod. Dip. Arp. IX. 205. an. 1279. ad quasdam arbores, quæ dicuntur *Malagaya.*

Malagma, atis (Du C.) emplastrum molliens; *enyhitő ír.* It. malagma. Cod. evang. T. I. p. 221: funes exorbitationis . . . falce charitatis rescindamus et vulnus ipsius *malagmate* pietatis oblinamus. Cf. Cels. 5, 17, 2; Colum. 6, 17, 3; Plin. 22, 24, 56; 25, 13, 95.

Malata, æ, tudes; *sulyok.* V. s. *Bracera.*

Malatasca, (Du C.) dæmon; *ördög.* Nagy Hier.

Malatolta, ab It. *malatolta* idem ac *Tolta* q. v.

Malcontentus, 3., (Du C. Malecontentus) seditiosus, factiosus; *elégedetlen, lázadó.* Arch. Rák. II. oszt. II. 390. Duces *Malcontentorum* Ungarorum. Thök. Diar. 267.

Malderum, (Du C. maltra, maltrum, maldrus, maldrum, malter) mensura germanica continens quatuor modios; *mérő.* Vect. Ref. O: De *Maldero* Lupuli.

Maldratum, (Du C. Maltra) mensura germanica continens quatuor modios; *mérő (mérték).* Quel. Sieb. I. 4. anonæ 2 *maldrata.*

Maldrum, mensuræ aridorum species; *gabonamérték.* Ger. Malter. Arch. Ver. Sieb. XI. 340. pro censu XX *maldra.*

Maleactum, maleficium, malefactum; *rossztett, gonosztett.* It. maleficio. Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 285. et in cæteris rebus *maleactorum* suorum Vindictam Magni. Vræ tribuimus.

Male affectus, æger; *beteg.* Reg. Turm. Præt. 97. ita pro horum accurata applicatione et *male affectorum equorum* (marode Pferde) resanatione omnis cura convertenda est.

Male conditionatus, male præparatus, coctus; *rosszul készült.* Reg. Turm. 26. Quodsi enim victus *male conditionatus* foret, casu hoc per Secundarium Vigiliarum Magistrum Coquus moderate commonendus.

Maledictrix, maledicens (fœmina); *átkozódó.* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 179.

Male dispositus, male animatus; *rossz kedvü.* Wagn.

Malefactor, (Du C.) maleficus; *gonosztevő.* Marc. Chr. I. 3. Cf. Plaut. Bacch. 3, 2, 11.

Maleficiarius, i, V. *Malefactor.* Szék. Okl. II. 152. Monm. Comit. Trans. II. 119. sontes autem et *maleficiarij* per leges publica sententia condempnati . . . supplicio affici debebunt.

Malefictor, V. *Malefactor.* Cod. Dip.

Arp. Cont. VIII. 141. et expensas inde factas vel faciendas convenientes vel *malefictorum* dare personas.

Maleferiatus, 3., insanus, væcors, luxui deditus; *piperevágyó, dőre.* Can. Ecc. LXXXIV. Bod. Hist. Eccl. I. 182. Wagn.

Maleloquentia, æ, obtrectatio, maligna criminatio; calumnia; *rágalmazás, gyalázás.* Jan. Pan. Poëm. II. 34: Aut curiositatem *maleloquentia* necessario consectatur.

Malemeritus, 3., (semper conscribitur), qui pœnam meretur; *büntetésre méltó.* Fej. VIII. 1., 228. ab ipsis tamquam infidelibus nostris et *malemeritis* auferendo.

Maleversatio, perversa administratio, malignitas, fraus; *helytelen eljárás, gonoszlelkűség, csempészet.* Gall. Malversation. Urb. Reg. 9. Si quis eorum supina cum *maleversatione* in manifesto deprehensus fuerit. Juriev. Jur. Met. 116.

Malgarissum, Margarisium, q. v. Ljub. Mon. Sl. XI. 87. an. 1323.

Malha, æ, (idem quod Gall. malle) fascis sarcina (ap. Du C. annulus catenæ); *szekrény, táska, málha.* Opin. 1802. b: Procreatus cuiusvis sortis Sal in *Malhis* laqueariis vel pelliceis medio corbis tractarii . . . extrahebatur. Pel. De s. Jacobo ser. IV. c. 5: In illorum *malha* cyphum argenteum abscondit.

Malignare malignari, (Du C. nocere) hoc loco: peccare, mala committere; *gonoszul tenni, gonoszat akarni.* Rák. Ön. 118. eripuisti me e societate *malignantium.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 12. Georg. Sirm. I. 81. quoniam, qui *malignantur,* exterminabuntur. Cf. Ammian. 22, 15; Vulg. Psalm. 73, 3.

Maliloquus, i, detrectator; *gonosz nyelvű.* Ljub. Mon. Sl. I. 305. Cf. Arnob. in psal. 11.

Malitiare, depravare, vitiare; *megrontani.* V. s. *Accipere ad aquam.*

Mallare, (Du C.) *in* ius vocare (a mallus = publicus conventus); *törvény elé idézni.* Nagy Hier.

Malleabilitas, proprietas rei, quam malleo fabricari potes; *kovácsolhatóság.* It. malleabilità. Vern. Log. 51. Sic infans in metallo, quod audit aurum compellari, nihil observat præter fulgentem quendam colorem flavum; alius præterea gravitatem specificam maiorem, tertius *malleabilitatem;* quartus ductilitatem, quintus solubilitatem in aqua regia et forte plura eiusmodi cognoscit.

Malleacio, actus tundendi; *verés, ütés.* Knauz. M. E. Str. II. 556., 598: in incudem tirannice *malleacionis* obvertens.

1. **Malleator,** *aurifaber; ötvös.* Kecsk. Ötv. 160.

2. **Malleator,** monetæ opifex; *pöröllyel (pénz)verő.* Knauz. M. E. Str. I. 273., 310. Cf. Martial. 12, 57. Inscr. Orell. nro 3229.

Malleatura, officina æri contundendo; *zúzó.* Ger. Stampfe. Pochwerk. Nov. Calend. 220. D. Franc. E. simul Ustrinarum et *Malleaturarum* Præfectus.

Malleatura ferri, *vas zúzó.* Juriev. Jur. Met. 46. In *mallcaturis ferri* (Eisen Hammerwerk) sub directione unius Fabri primarii sic dicti Magistri Malleaturæ (Vorschmid) qui videlicet omnes labores in Malleatura dirigit, et, quid agendum aut omittendum habent operarii, præcipit, sequentes sunt Operarii.

Malleus, i, officina ferraria (Du C. al. s.); *hámor.* Ger. Eisenhammer. Sup. An. Sc. II. 410. an. 1563: *Malleum* . . . in quo ferrum cudi solet . . . iam diu exstructum.

Malleus calybeus, officina ferraria; *hámor.* Ger. Hammerwerk. Tör. Tár. 1881. p. 497. ex quolibet *Malleo Calybeo* . . . in einem Hammer . . . *Calibeum,* so gebieret von einem jeden Fewer dem Pfarrherr ein Riegel Stoll 1622. parochiæ Dopschensis.

Malleus stuparius, *frangibulum cannabinum* q. v.

Malliatorauri, cusor monetarum; *malliare monetam,* cudere, fabricari (Du C. s. v. malliare); *pénz, aranyverő.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 487. filia Danielis uxor quondam Laurencij Latini, *auri malliatoris* de Strigonio.

Mallum, i, (Du C.) publicus conventus, congregatio (cum idem significet quod *diaeta* fors. non erraverim, si id a Germ. *Mahl.* Angl. *Meal* deductum esse pulem); *közgyülés.* Tör. Tár. 1893. p. 27.

Malluvium, i, (Du C.) vas, in quo manus lavantur; *kézmosó edény.* Magy. Tör. Tár. XX. 170. pelvis cum malluvio. Cf. Festus p. 160; ed. Müller.

Malmatica, V. *Malmaticum.* Pel. Serm. In statu innocentie tanta fuit delectatio . . . de gustu minimi fructus sicut nunc solet in optimis saporibus delitiarum de potu aquæ sicut de *malmatica.* Hiem. 38. x.

Malmaticum, (ap. Du C. *Malmasetum)* = Arvisium vinum; *malvázsiai bor.* Gall. Malvoisie. Pel. De s. Phil. et Jac. s. 1. c. 3.: Non tamen omnes appetunt *Malmaticum* vel aliquem sapidum cibum. Fr. Lib. Rat. II. 25., 17., 103. pro emenda una pinta *malmatici* ad mensam. Száz. III. 636.

Malosia, malvasia V. *Malvaticum* (Du C. Malvaxia); *malvaziai bor.* It. malvagia. Ger. Malvasier. Georg. Sirm. I. 89. bonum liquorem bibebant de *malosia.*

Malsanus, 3., ægrotus; *beteg.* Ljub. Mon. Sl. II. 97: nemo audeat bestias *malsanas* tenere.

Malta, æ, (Du C.) cæmentum; *malter.* Kronst. II. 1528. 75: *maltam* (mörtyr) præparanti.

Maltum, hordeum aqua perfusum siccatum atque tostum (Du C. al. s.); *maláta.* Ger. Malz. Kov. Oec. 140: *maltum* hordaceum (Gerstenmalz). Bene Pol. 115.

Malum in cineribus suffocare, primo tempore opprimere; *a bajt csirájában elfojtani.* Reg. Turm. Præt. 128.

Malus, adulterinus; *rossz, hamis.* Kronst. III. 362: dedi in *malis* asperis et *mala* moneta.

Malus cotonea, pyrus Cydonia; *birsalmafa.* It. cotogno. Curios. Misc. II. 217. Ex insitione pomi in *malum cotoneam* dulcia et optimi saporis poma progenerantur.

Malvaticum, V. *Malmaticum.* Kronst. I. 84.

Malvendula, æ, fors. quæ tenuem mercaturam facit; *kicsinyben kereskedő (nő).* Han. Mon. Jur. II. 178: nulla mulier neque *malvendula* . . . presumat filare . . . res, que possent contaminari . . . rivarii teneantur frangere *caniculas.*

Mamaluchus, Mammalucus, i, ex parentibus Christianis natus, sed in religione Mahometana educatus servus et miles prætorianus Sultani Aegyptii; significat etiam Apostatam, qui a vera religione defecit; porro infidelem, simulatorem. Apud Hungaros per ludibrium ita nominantur Ablegati Comitiorum, qui partes eorum amplectuntur, qui gubernaculum Monarchiæ tenent; *mameluk, kormánypárti.* Verancs. II. 256. Curios. Misc. III. Synops. Chronol. X. De progressu Turcarum. 1509. Lusitani Duce Almeida insignem de iisdem Aegyptiis victoriam reportant ingenti edita *Mammalucorum* strage.

Mamaluki, V. *Mamaluchus.* Epist. Proc. p. 58. *Mamaluki* dicuntur, qui fidem abnegaverunt christianam.

Mamillare, castula; *fűző.* Ger. Mieder, Büste, Schnürleibchen. Verancs. VI. 151. Joannis filium cæsaris orphanum ac pupillum esse, non sine valido fletu protulisse, eundemque recluso *mamillari* et exerta papilla, coram lactavisse . . . Cf. Martial. 14, 66 in lemm.

Mammaluchus Hungarus, (Du C.) idem qui *Mameluchus; magyar mameluk.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 71.

Mammonalis, e, ad mamonam, res venales pertinens; *kereskedelmi czikkel ellátott.* Fej. VIII. 1. 507. per plurimos currus rebus *mammonalibus* oneratos.

1. **Mamona,** æ, (Du C.) thesaurus, divitiæ, pecunia (vox chaldaica); *kincs, gazdagság.* It. mammona. Gall. Mammon. Ger. Mammon. Obs. Jadr. 387. quod non solum *mamonam* temporalem . . . verum etiam, quod deterius est, corpore et vita cupiebat privare decus. Tör. Tár. 1893. p. 23. Cf. Vulg. Matth. 6, 24; Luc. 16, 9; August. Serm. Domin. 2, 14.

2. **Mamona,** æ, merces, res, quas possident; *portéka.* End. p. 495. (Belæ IV. an. 1255): 12. statuimus . . . qui ad forum mercandi causa venerint, de *mamonis* suis . . . ad solucionem teneantur.

Mamur, in vulgari sermone Turcarum *Mamuz* = clavus in cothurno, calcar (auct. Vámbéry ex *Mich,* clavus et *Mus,* cothurnus) *sarkantyú.* Magy. Tör. Tár. XX. 178. unum par calcarium antiquorum «*mamur*» *dictorum.*

Mana, (Du C. vox familiaris veteribus Gallis notos mane salutantibus: *dies)* Batty. Ger. 24. Iterum in Mana tuus theoricis circa dictum ducenda est contemplatio.

Manalis, ad Manes pertinens, acutus; *pokoli, éles.* Bocat. Hungar. p. 425: Sed quoniam gnarus *manaleis* pellere morbos. Cf. Festus p. 128. ed. Müller.

Manare, parum declinare; *eltérni, különbözni.* Brut. Hist. XII. 293. 5.

Manaria, (Du C.) batillum, falcula; *sarló.* It. manarino. Han. Mon. Jur. P. I. 92: insulanus possit accipere *manarias* et zelinas quibuslibet forensibus lignamina incidentibus.

1. **Manatio,** sensus sacræ scripturæ; *a szentirás értelme.* Batty. Ger. 50. eloquiorum sagacem . . . *manationem.*

2. **Manatio,** actus manandi; *csepegés.* Germ. Triefen. Fej. IV. 1., 49. illa siquidem *manatio* omnipotentis Dei sincera dominus noster Jesus Christus salutaris dei liquorem producens iusserat emanare.

Manca, V. *Mancusa.*

Mancer, alias: *manzer,* filius spurius;

zabgyermek. Pár. Páp. Cf. Sedul. Carm. 5, 256; Venant. Carm. 5, 5, 75. Vulg. Deuter. 23, 2.

Mancipare effectui, ad effectum adducere, perficere; *foganatosítni.* Kass. Prax. I. 24. objecta ad præscriptum legum assumuntur, deciduntur et *effectui mancipare* ordinantur.

Mancipator, servus; *szolga.* Georg. Sirm. I. 78. illico *mancipatores* divisit cum germano suo Georgio.

Mancipatus, us, (Du C.) servitus; *rabszolgaság.* Georch. Ért. 57.

Mancipium, pretium redemtionis (Du C. al. s.); *megváltási díj.* Száz. XIII. 120.

Mancitas, tis, ab ital. *manco,* defectus; *hiány.* Jogt. Eml. T. I. p. 164. Szék. Okl. I. 2. Opin. de Foris Jud. P. I. C. III. §. 4.

Mancusa, Mancusus, (Du C.) Sim. Num. 136. erat *Mancusa* seu *Mancusus* sæpe idem ac *Manca* seu Marca aut *Selibra* alias etiam pro Moneta accipitur aut pro pondere æquivalente monetæ, ita, ut alicubi VII Mancusi unam unciam auri conficerent (V. du Cange Glossar.) Sed huic monumento amplior lux affunditur ex universali Historia edit. Halee 1783. Die Sächsischen, ait, Goldmünzen hiessen *Mancus* et *Ora.* Primo (Mancusa) olim tuebantur aurifabri pro pondere armillarum etc. Hæc vox *Mancus* peregrina et ex latino detorta, quasi manu cusus, quam vocem medio œvo præsertim in Italia aureis numis adiungere consueverunt. Valor eius respectu ponderis *Romanis milliarensibus* æquabatur.

Mandacio, onis, mandatum; *parancs.* Georg. Sirm. I. 322. et semper efficax erat omnibus *mandacio* sua.

Mandalis candela, magna candela; *vastag gyertya.* Ger. Stabkerze. Arch. Ver. Sieb. X. 1., 348. pro quatuor lignis ad *Mandales candelas* dedi.

Mandans, alicuius arbitrio alqm rem gerendam committens, tradens; *megbizó, felhatalmazó.* Ger. der Vollmachtgebende, Committent. Kövy El. 796. Etiamsi *Mandans* ante rem, quam mandavit, peractam moriatur, tamen velut ex officio datum, non exspirat *Mandatum* Judiciale, eo minus *Grationdle.*

Mandarda, pro: *bombarda.* Tör. Tár. 1881. p. 591.

Mandarinus, i, administer regni; *kormányzó.* It. governatore rettore. Gall. gouverneur. Germ. Regierer. Bel. Geogr. 624. Administrantur regna diversa per Administros, qui in Tunquetana regione *Mandarini* vocantur (India).

Mandatariatus, us, potestas faciendi, agendi alicui data; *meghatalmazottság, ügyvédi megbizatás, ügyész vallás.* Ger. Bevollmächtigung. Art. Diæt. Pos. 29. Ut eis, qui extra Regnum constituti essent, de medio ac modo in Causis ac Negotiis intra Regnum hocce habitis *Mandatariatus* valide constituendo prospici queat, statuitur. Törvt. Msz. Cher. Jus. Eccl. II. 396. Georch. H. T. IV. 259. Bék. Pászt. III. 643. an. 1700. Procurator cum sufficienti *mandatariatu.*

Mandatarius, i, (Du C.) plenipotentiarius, curator rei, negotii; *felhatalmazott.* It. mandatario. Pris. p. 81: *Mandatarius* enim, qui in nostro iure consuetudinario Plenipotentiarius nominatur, aliena negotia ex mandato Domini suscipit. Kass. P. P. I. 303. Illésh. 132. Cod. Dip. Brüss. Burg. 284. Cf. Ulp. Dig. 17, 1, 10. §. 11.

Mandatarius feudi, *hűbéri megbizott.* Vuch. Jur. Feud. 78. Ceterum a provasallo secerni debet *Mandatarius* feudi, qui ad unum alterumve negotium expediendum a vasallo constituitur.

Mandatarius urburarialis, Plenipotentiarius in rebus montanisticis; *bányamegbizott.* Juriev. Jur. Met. 36. De *Mandatario Urburariali* sequentia præscribuntur. Inter cæteras Urburarii obligationes est hæc: ut quivis Urburarius, a fodina sua longiori tempore absens, *Mandatarium* seu Plenipotentiarium in loco fodinæ habeat.

Mandatotenus, ex mandato; *parancs, meghagyás szerint.* Kov. Form. St. CXCI. Intimatum, dum in Causa Liquidi Debiti, Sententiæ ante adhuc annum *Mandatotenus* præcepta pronunciatio quantocius fienda Procedenti Magistratui committitur.

Mandatorius, 3. Mandatoria, æ, Mandatoriæ litteræ, quæ mandatum continent; *parancslevél.* Száz. XXIV. 345.

Mandatum, (Du C.) breve vel edictum regium, decretum; *rendelet.* It. mandato. S. de Kz. Chr. A. 2., 1. regi Stephano dedisse dicitur firmiter in *mandatis,* ut spolia non committerent. Kövy. El. 792. Sunt *Mandata,* quæ siquis habere velit, nomina tantum personarum et locorum debet in cancellaria Judicis Regni ord. indicare, ceterum Textus et Tenor eorum semper est idem v. gr. talia sunt: *Requisitorium, Compulsorium, Prorogatorium* etc. quædam vero v. gr. *Evocatorium, transmissionale* etc. per artis peritum debent elaborari et ita Expeditio peti.

Mandatum acceleratorium, *sietető parancsolat.* Kövy El. 788. *(Mandatum) Acceleratorium* ut lis cito definiatur v. gr. si iam antiqua esset, aut periculum esset de substrato aut majores involutiones metuantur.

Mandatum admonitorium, *intő parancsolat.* Kövy El. 789. M. *Admonitorium,* quo quis ad levandam dotem quartalitiam vel summam pignoratitiam admonebatur.

Mandatum adursorium, V. *Mandatum accelcratorium;* Törvt. Msz.

Mandatum arestatorium, literæ de malefico carceri includendo editæ; *elzáratási parancs.* Magy. Tör. Tár. XV. 148.

Mandatum brachiale, *hatalomkart rendelő parancsolat.* Kövy. El. 791. *M. Brachiale:* quo sententia, vi mediante, executioni dari iubetur. Arch. Rák IX. 75.

Mandatum captivatorium, *letartóztató parancs.* Kövy El. 789. *M. Captivatorium,* quo quis in persona capi iubetur.

Mandatum cassatorio-inhibitorium, m. quod sententiam rescindit executionemque inhibet, prohibet, vetat; *ítéletsemmisítő s tiltó parancsolat.* Kövy El. pass. Törvt. Msz. 241.

Mandatum cassatorio reexecutorium, *semmisitve visszafoglaltató parancs.* Kov. Form. St. CLXV. Kövy El. 787. (*Mandatum) Reexecutorium,* sed non simplex, verum *Cassatorio-Reexecutorium,* quod sententia vel citatio vitiosa fuit vel nec fuit ulla aut sententia aliunde ipso Jure nulla fuit, ergo ratio debet dari in Mandato et factum prius cassari, ita reexecutio cum fructibus et deteriorationibus D. 3. p. 44. imponi vi 30: 1681-et, si necessarium esset, Processus continuari.

Mandatum cassatorio-reexecutorio-inviatorium, *semmisítve és visszafoglalva utasító.* Törvt. Msz.

Mandatum collocatorium, V. *lit. Collocatoriae;* (a levéltárba való) *elhelyezést parancsoló rendelet.* Opin. P. II. de ordine Jud. C. XIX. §. 3.

Mandatum comprehensorium, quo quis prehendendus iubetur; *elfogatási parancs.* Coll. I. 61.

Mandatum compulsorium, ad testes examinandos editum; *vallató parancs.* Kövy El. 784. (Mandatum) *Compulsorium,* sonare solet Jurato Tabulæ Regiæ vel Judici Nobilium et Jurassori eius Comitatus, ubi inquisitio peragenda est, ut fassiones testium, per exponentem denominandorum sub iuramento excipiant. Kon. Egyh. 402. Jogt. Eml. I. 389.

Mandatum continuatorium, *folytató parancs.* Kövy. El. 787. *(Mandatum) Continuatorium:* quo causa ob aliquam rationem suspensa vel interrupta continuari iubetur vi 37: 1723. sæpe cum Cassatione prioris proceduræ vel sententiæ, si nullitatis vitio laboret; vel lis præcipitanter fuit decisa.

Mandatum correctorium, *végrehajtást igazító parancs.* Kövy El. 787. *(Mandatum) Correctorium:* quo errores in executione commissi prævia citatione corrigi iubentur.

Mandatum declinatorium, ad aliud forum invians mandatum; *mellőztető parancs, más törvényszékhez utasító parancs.* Cher. Jus. Eccl. II. 354. — Szirm. Glos. 116. Kövy El. 785. (*Mandatum) Declinatorium,* quo iubetur causa ab uno foro v. gr. Ecclesiastico vel vicissim transferri. Post parium receptionem aut latam in foro Ecclesiastico sententiam locum non habet; causæ, quæ clare ad *Eccles. forum* pertinent, nec ad Mandatum debent transmitti ad aliud forum, ut sunt Matrimoniales ...

Mandatum delaxatorium, ad sententiæ mutationem invitans mandatum; *megmásoló parancs.* Szirm. Glos. 118.

Mandatum delegatorium, iudicem constituens mand.; *képviseltető, bíró-rendelő parancs.* Kövy. El. 791. *M. Delegatorium,* si causa ordinario, legali iudice careat.

Mandatum dilatorium, *halasztó parancs.* Kövy El. 784. *(Mandatum) Dilatorium,* ut causa extendatur ad alium terminum, si requirendis Literalibus longiori tempore opus esset, aut legitima partis exponentis absentia exposcat, aut id genus aliæ rationes adsint 2-dæ: 59. simpliciter acceptari debet nec potest ad *forum contradictorium* relegari 19: 1715.

Mandatum evocatorium, *perbehívó v. idéző parancs.* Kövy. El. 784. Mandatorum usitatiores species sunt sequentes: *Evocatorium* seu *Praeceptorio-Evocatorium.* In Tabula Regia valet pro actione et *certificatoriis,* uti alias dictum: dare solet Personalis veluti Præses Tabulæ Regiæ et quidem ex praxi solis Juratis sonat, non Judicibus Nobilium vel Jurassoribus.

Mandatum executionale, executorium, *végrehajtó parancs.* Kövy El. 787. *(Mandatum) Executorium:* quo executio iubetur 1563: 78. v. gr. Sententiarum S. Sedis. Tör. Tár. 1887. 592.

Mandatum executorio-correctorium executionem corrigens mandatum; *végrehajtást igazító parancs.* Törvt. Msz.

Mandatum explanatorium, in quo aliquid interpretatur; *magyarázó leirat.* Beszterceb. ág. gymn. Ért. 1875—76. 15.

Mandatum exspiravit, cessavit mandatum; *parancs erejét vesztette.* Törvt. Msz.

Mandatum extrajudiciale, V. *Mandatum extraseriale.* Törvt. Msz.

Mandatum extraseriale, *sorkivüllevő parancs.* Kövy. El. 789. *M. Extraseriale:* quo aliqua causa præ ceteris assumi et revideri ordinatur 1729: 48. Quædam causæ sunt ex lege scripta vel non scripta Extraseriales v. gr. Criminales... causæ Fisci activæ... nec non oppositionales, repulsionales, causæ piæ.

Mandatum fulminatorium, *fenyegető, dorgáló parancs.* Kövy El. 789. *(Mandatum) Fulminatorium* datur post M. Superabundans cum minis, verum vix est necessarium, quia, si legale fuit primum Mandatum, etiam illi obediet Judex. Prohibetur 1646: 15. Recon. an. 1647. 437: *Fulminatoria mandata* contra iudices sæculares... expedita nullius sint valoris.

Mandatum grationale, quod gratiam principis continet; *kegyelmezvényi parancs.* V. s. *Mandans.* Kövy El. 796.

Mandatum inhibitionale simplex, V. *Mandatum inhibitorium; fejedelmi tiltó paranes.* Jogt. Eml. T. I. p. 21.

Mandatum inhibitorio-suspensorium, *eltiltva felfüggesztő parancs.* Kov. Form. St. CLXII. Testimoniales super præsentatione certi *Mandati Inhibitorio-Suspensorii,* quatenus Testamenti executores ab Executione tantisper supersedeant.

Mandatum inhibitorium, *ítéletsemmisitő v. eltiltó parancs.* Kövy El. 785. *(Mandatum) Inhibitorium* propter incompetentiam Judicatus vetat causam decidi; fundari debet in lege, ut discuti possit. Si incompetentia est manifesta, simpliciter acceptari debet 1715: 19.

Mandatum interpretatorium, *magyarazó parancs.* Kövy. El. 789. *(Mandatum) Interpretatorium* v. gr. Legis (et quidem solus Rex dat tale) aut contractus vel transactionis ex 1715: 16. verum vix est necessarium, nisi in rebus ad viam Politicam pertinentibus, quia in Processu ipso Curia Regia, via appellatæ interpretabitur.

Mandatum introductorium et statutorium, quo quis in bona restitui iubetur; *birtokba helyeztető parancs.* Száz. XVII. 329. Arch. Rák. IX. 48.

Mandatum, judiciale, *törvényszéki parancs, birói parancsolat.* Kövy El. 782. *Mandata Judicialia* dant. 6: 608. p. cor. Rex, Palatinus, Judex Curiæ vel illorum Protonotarii 15: 1647 sub nominibus et sigillis Principalium suorum: Personalis sub nomine et sigillo Judiciali regis; Banus vel Vice-Banus Croatiæ, Tavernicorum Regalium Magister. Georch. H. T. IV. 263.

Mandatum missile, clause confectum: *zárt levél.* Kövy El. 783. Mandata debent iuxta leges expediri. Illegitima sunt: 1. quæ expresse lege prohibentur v. gr. *Missialia,* idest clause non patenter confecta.

Mandatum moratorium, *késleltető parancs.* Kövy El. 788. *(Mandatum) Moratorium* Debitoribus (raro quidem, sed tamen) dari solitum 1647: 89. præcipue si debitor creditoribus suis edictaliter convocatis statum suæ substantiæ exhibuerit, Libros suos illis remonstraverit, Juramento confirmaturum semet obligaverit, qui si dolo utatur vel creditores aliquos clam exsolvat, induciæ cessant, imo debitor cum suis collusoribus punietur.

Mandatum novi cum gratia, a principe emanatum gratiam renovandi processum continens; *kegyelmi perujitási parancs.* Kövy El. 791. *M. Novi cum gratia,* semel tantum potest dari 11: 3-tiæ. idque a Principe. Georch H. T. IV. 261. Jogt. Eml. I. 20.

Mandatum occupatitium, in negotio occupatorum bonorum editum; *birtokba való visszahelyezési parancs.* Kov. Form. St. LII. Mandatum pro restitutione bonorum *occupatitiorum,*

Mandatum perceptorium, modum exequendi continens; *behajtási meghagyás.* Arch. Rák. 1., 16. Conceptus *Mandati perceptorii* sententiæ prothonotarialis executorii ad Comitatum Abauj et Zemplén.

Mandatum peremptorio citatorium, ad diem dictam citans mandatum; *véghatárnapra idéző parancsolat.* Törvt. Msz.

Mandatum præceptorio appellatorium, *utasitva felebbezési parancs.* Jogt. Eml. T. I. p. 294.

Mandatum præceptorio-correctorio-executionale, *utasítva a végrehajtást kiigazitó parancs.* Kov. Form. St. CXCV. *Mandatum Praeceptorio-Correctorio-Executionale,* ut Tabula exmittat Assessorem pro Executionis conformitate, Sententiæ Correctione fienda.

Mandatum præceptorio-delegatorium, quo modus delegandi iudicis continetur; *biró kiküldetési utasitó parancs.* Arch. Rák. IX. 51.

Mandatum præceptorium, quo præceptum continetur; *utasító parancs,* Arch. Rák. VIII. 46. Vjestnik I. 212.

Mandatum promotorium, *előmozdítási, elősegitési parancs.* Kövy. El. 788. *(Mandatum) Promotorium,* ut appellatum Processum Sedria cito revideat, transmittat etc.

Mandatum prorogatorium, *perállító, perhalasztó parancs.* Kövy El. 785. *(Mandatum) Prorogatorium,* beneficium prorogationis continens ex 2-dæ 59. datum ad determinatum tempus. Arch. Rák. VIII. 45.

Mandatum protectionale, *oltalmazó parancs.* Kövy. El. 789. *M. Protectionale,* quo quis contra iniustam molestationem defendi et manu teneri iubetur 30: 1638.

Mandatum reambulatorium, *határjárató parancs.* Kövy El. 789. *(Mandatum) Reambulatorium;* circa metas. Olim valde in usu erat, sed iam hodie raro. Georch. H. T. II. 464.

Mandatum reexecutorium, sententiam mutans mandatum; *visszafoglaltató parancs, a végrehajtást megmásító parancs.* Kövy El. 783. Prohibentur etiam *Reexecutoria (Mandata)* simplicia 30: 1681. — Szirm. Glos. 116.

Mandatum relaxatorio-continuatorium; *tágító, feloldó folytató parancs.* Kövy El. 786. (Mandatum) *Relaxatorio-Continuatorium:* — quo sententia ex rationibus alias dictis, annullatur et ea non obstante, convictus, ad defensam admitti, et Processus continuari iubetur.

Mandatum relaxatorium, *feloldó parancs.* Kövy El. 788. *(Mandatum) Relaxatorium,* quo quis ab alio priori Mandato relaxatur.

Mandatum relegatorium, *elutasító parancs.* Kövy El. 788. *(Mandatum) Relegatorium* coincidit cum Declinatorio ob incompetentiam scilicet judicatus, cum falcem in alienam messem immittere non liceret etc.

Mandatum renovatorio-executionale, *újolag végrehajtató parancs.* Kövy El. 725. Renovatio Sententiæ præcipue pro foris inferioribus potest fieri vel per *Mandatum Renovatorio-Executionale* in 31: 1574 ... vel vero penes Libellum in iisdem legibus fundatum.

Mandatum renovatorium, *ujító parancs.* Kövy El. 787. *(Mandatum) Renovatorium,* quo sententia post annum pro renovata declaratur et penes Termini insinuationem executioni dari iubetur.

Mandatum repositorium, quo quis in bona reduci iubetur; *visszahelyeztető parancs.* Kövy El. 787.

Mandatum requisitorium, *levélokmánykerestető parancs.* Jogt. Eml. II. 1., 103. Hajnik Perjog. 359. Kövy El. 784. (Mandatum) *Requisitorium* ad locum aliquem authenticum sonat pro extradandis sub authentico literalibus instrumentis v. gr. ad Capitulum, Conventum, Comitatum, Districtum, Civitatem. Capitula et Conventus, si Mandatis requisitoriis non pareant, toties quoties in 500 fl. convincuntur, licet literalia, quæ petuntur, Capituli bona tangerent.

Mandatum reseratorium, *zárnyitó parancs.* Kövy El. 788. *(Mandatum) Reseratorium,* quo sequestrum reseratur.

Mandatum resuscitatorium, litem renovandam imperans mandatum; *fölélesztő, feltámasztó parancs, a pert felelevenitő parancs.* Kövy El. 787. *(Mandatum) Resuscitatorium* idem quod Continuatorium.

Mandatum salvi conductus, *szabadmenetelt engedő parancs.* Kövy El. 789. *M. Salvi Conductus,* quo incusatus, qui ex lege capi posset, aut nefors ad pœnam capitis citatus et non comparens vel per non venit in pœna capitali vel saltem corporali convictus et capi iussus in libertatis statu conservari iubetur, ut ita se defendat a Rege solet peti vel Palatino; dabitur vero accepta a Comitatu informatione 113: 1723.

Mandatum sequestratorium, *zárrendelő, zárvető parancs.* Kövy. El. 788. *(Mandatum) Sequestratorium* v. gr. si quis in præjudicium prolium vel fratrum bona avita illegaliter aut irrationabiliter in-

volveret vel secus res, cui metuitur, prætensioni alterius subsit.

Mandatum sequestri reseratorium, sequestri reserationem continens m. *zárt oldozó parancs.* Törvt. Msz.

Mandatum statutorium, quo quis in bona reduci iubetur; *beiktató, beavató parancs.* Kövy El. 789. Georch H. T. II. 115.

Mandatum superabundans, *fölös sürgető parancs.* Kövy El. 788. *(Mandatum) Superabundans,* quo prius iam datum Mandatum urgetur, debet ab illo dari, qui prius dedit, uti relaxatorium.

Mandatum suspensorio-inhibitivum, V. *Mandatum Suspensorium.*

Mandatum suspensorium, *felfüggesztő parancs.* Kövy El. 786. *(Mandatum) Suspensorium* vel *Suspensorio-Inhibitorium:* quo Judex Pedaneus a decisione causæ supersedere et illam suspendere iubetur v. gr. si ad implementum contractus ageretur et iam idem contractus sub invalidatorio Processu esset, aut impetitus quis quoad bona, et Literalia sua ad defensam necessaria alio Processu quærere incepisset, prior Processus suspendi potest.

Mandatum transmissionale, quo documenta ad forum superius transmitti iubentur. Kövy El. 786. *(Mandatum) Transmissionale,* si Judex appellatam, ubi admitti deberet, non admittat vel non intra Dominium admittat, ubi lex extra Dominium appellare non præcipit vel causa, secus, aut prorsus non, aut extra Dominium appellabilis, ob aliquas incidentias graves intra Dominium transmitti iubetur v. gr. interpretatio obscuræ literæ vel validitas eius aut Juris disquisitio vel aliæ quæstiones subversantur, quarum discussio activitatem fori Pedanei excedit vel manifeste contra legis dispositionem erraverit Judex procedens et convictus appellaverit.

Mandatum transsumptionale, quo quid transsumi iubetur; *el- átvállalási parancs.* Kov. Form. St. CLVII. Dum vero Processus erga *Mandatum Transsumptionale* ad appellatam deducitur, per Civilem Magistratum expediri solet hoc modo.

Mandatum valvale, valvis ecclesiæ affixum mandatum; *egyház ajtajára függesztett parancsolat.* Törvt. Msz.

Mandelio-onis, manipulus, *kalangya.* Ger. Mandel. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 460.

Mandelium, V. *Mandilum.*

Mensura regalis, cubitus, idem ac *amplexus regalis* quod vide. Cod. Dipl. Pat. T. I. P. 265: per spacia septuaginta *mensurarum Regalium* sive cubicorum (lege: cubitorum) in longitudine veniendo.

Mensurabilitas, proprietas rei, quæ mensura comprehendi potest; *mérhetőség.* Pázm. Dial. 304.

Mensurate, moderate, rationi convenienter; (Du C. mediocriter); *mérsékelten, rendje-módja szerint.* Reg. S. Ben. 31., 18. Omnia *mensurate* faciat, neque avaritiæ studeat neque prodigus sit et stirpator substantiæ monasterii. Ibid. 48., 17. Omnia tamen *mensurate* fiant propter pusillanimes.

Mensurator, dimensor, metator; *mérő.* Wagn.

Mensuratus, commodus, accomodatus; *megmért, reászabott.* Reg. S. Ben. 55., 13. Ut non sint curta ipsa vestimenta ... sed *mensurata.*

Mensurella, æ, parva mensura; *kis mérték.* Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 161. an. 1343. recipiantur singule *mensurelle* sive *metretelle.* Tkal. Mon. Ep. II. 21. an. 1340.

Mensus, us, mensura (ap. Apull. de Mundo p. 294. Oud. tantum in Ablat.); *mérték.* Vern. Met. 41. Quantitas, ut unitas ad determinatam aliam usurpata, *mensus* seu mensura dicitur atque cum quantitate mensuranda homogenea esse debet.

1. **Mentalis,** ad mentem pertinens; *gondolatbeli, szellemi.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 111. levamus vigilis more pastoris tam corporeos quam *mentales* oculos.

2. **Mentalis,** *(a mentum)* menti formam habens; *hosszú állú.* Magy. Tör. Tár. XX. 172: annuli pro patinis *mentales.*

Mentaliter, mente, animo, cogitatione; mente atque animo; *gondolatilag, szellemileg.* Andr. Pann. 116. Wagn.

Mente, is, toga, tunica Hung.; *mente, köpeny.* Historia arcis Szigeth p. 733. tunicam ex serico non latam *Mente(n)* ipsi vocant.

Mentemotus, mente captus; *őrült.* Lzb. Cod. Med. I. 591.

Mentialiter, (Du C.) alta mente, attente; *vigyázva, gondosan.* Nagy Hier.

Mentiare, mentiri; *koholni, hazudni.* Arch. Rák. IV. 148. az (hír) *mentiatum,* elhiszem — setko ollyan.

Menticulare, (Du C.) dolis et fallaciis attentare vel divinare; *elménczkedni, jósolni.* Nagy Hier.

Mentionare, (Du C.) mentionem facere; *említést tenni.* Cod. Dip. Arp. V. 226.

Mentionatus, 3., cuius mentio facta est; *említett.* Fej. VII. 128., 104.

Mentiri in collum, mera fundere mendacia; *nyakra-főre hazudni.* An. Sc. II. 183. an. 1536: *mentitus est in collum* suum, quia nihil restituit.

Mentualis, ad mentem, cogitationem pertinens; *lelki, gondolati.* Fej. X. I. 564. ad vos pre ceteris, quos *mentualis* sensualitas intellectualiter irradicavit.

Menutum, V. *Minuatim.* Vjestnik II. 90. an. 1640. nullum vinum forense potest vendi ad *menutum.*

Mephiticus, 3., ad mephitim pertinens, pestilentia plenus; *dögleletes.* It. mefitico. Tomts. 207. cum D. van Marum metalla in *mephiticis* aërum generibus ac sub ipsa aqua liquefecerit.

Mephium, alias: *metheum* (Du C.) sponsolitia, nuptialis donatio; *jegyajándék.* Nagy Hier.

Merascus, 3., (Du C. *meratus)* brunus; *barna.* Thök. Diar. II. 338. Toga tertia muliebris ex holoserico, *merasci* coloris, cum quinque ordinibus fimbriarum aurearum fl. 120.

Merasinus, 3., V. *Merascus.* Thök. Diar. II. 387. Unum pallium *merasini* coloris, gemmis ornatum una cum veste fœminea, Germanice mieder, Hungarice *váll* vocata.

Merasium, vel merasius, species quædam arboris, forsitan idem, quod *merangène, tojáscsucsor* Gallis. In glossario dipl. Brinckmeieri *merusae,* vielleicht eine Sorte Kirsche. Cod. Zi. V. 430: Arbores salicum ac *merasiorum* et cinorum.

Mercacio, merx; *árú, portéka.* It. mercanzia, merce. Cod. Dip. Arp. Cont. X., 102. si disscarcaverint suas *mercaciones* in Ancona.

Mercadante, pretio dignus, egregius; *jeles, értékes.* Ljub. Mon. Sl. III. 230: dabunt . . . tres partes salis, . . . qui sit bonus et *mercadante.*

Mercancia, Mercantia, 1. merx, 2. mercatio, mercatura, (Du C.): *1. áru, 2. kereskedés, üzérkedés.* 1. Dip. Reip. Rag. 15. Kass. P. P. II. 252. nundinas . . . cum omnibus rebus et *mercantiis* . . . accedatis. Tör. Tár. IX. 129. Száz. II. 153., 154. 2. Fej. X. 4., 196: omnes dispositiones . . . circa *mercantias* servatæ permaneant.

Mercanciones, merces; *árú.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 154. an. 1422. res et *mercanciones* conducere.

Mercantialia, ium, merces: *kereskedelmi czikkek.* Wallanszky 394. manufacturæ et *mercantialia.*

Mercantialis, ad mercaturam pertinens; *kereskedői.* Wallanszky 394.

Mercantiles libri, codex accepti et expensi in mercatoris taberna; *rováskönyvek.* Georch. H. T. IV. 132.

Mercantilisticus, 3., ad mercaturam pertinens; *kereskedelmi.* Száz. XXI. 660.

Mercatantia, æ, merx; *árú.* Ljub. Mon. Sl. XI. 189. an. 1345: omnis *mercatantia,* quæ vadit cum conduris.

Mercatorculus, dem. ex *mercatore,* qui tenuem mercaturam facit tabernarius; *szatócs, kis kereskedő.* Pár. Páp.

Mercatrix, mulier merces emens et vendens; *kereskedőnő.* It. mercantessa. Ger. Handelsfrau. Jogt. Eml. T. I. p. 522: Quod *mercatrices* . . . ad fora hebdomadalia . . . libere debeant proficisci.

Mercatum, mercatus, i, (Du C.) forum, seu locus ipse, ubi mundinæ sunt; *vásárhely, vásárpiacz.* It. mercato. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 22. et nullus iudex nullum theloneum . . . exigere presumat . . . nec in *mercatis* nec in quibuslibet locis. Tör. Tár. 1893. p. 27.

Mercenarius Martis, miles; *katona.* Teut. Schul. I. 56. 371.

Merces forficibus subdividi solitæ; *rövid árú.* Ger. Schnittwaare. Vect. Gen. Eee.

Merces frustatim vendi solitæ, merces delicatæ; *disz-, rövid árú.* Ger. Galanterie u. Kurzwaare. Opin. P. III. Sec. III. §. 4.

Merces ornatus, V. *Galanteria.*

Merces transeuntes, merces per aliquam terram vehendæ; *átszállító árú.* Ger. Transito-Waaren. Vect. Gen. I. 2. §. 53.

Merces, quæ ulna metiuntur, panni ad ulnam vendendi; *rőfös árú, singárú.* Ger. Schnittwaare. Opin. P. III. Sec. III. §. 4.

Merces ulnæ subiectæ, V. *Merces forficibus subdividi solitae.*

Merces vecturalis, vectura; *fuvarbér.* Ger. Fracht-Fuhrlohn. Kass. P. P. 1., 241. *mercedem vecturalem.*

Mercificare, mercaturam facere; *kereskedni.* Magy. Tör. Tár. IX. 142. ante omnia apperiri et disligari ac vendi cambiarique et aliter quomodolibet *mercificari* deberent.

Mercimonalia, ium, merces; *árúczikk.* Georg. Sirm. I. 49. Semper et ipsi *mercimonalia* largiter habebant et vehebant ad Hungariam.

Mercimonalis, venalis; *eladó.* Magy. Tör. Tár. IX. 129. rerum *mercimonalium.* Knauz. M. E. Str. I. 207., 208.

Mercimonialis, ad mercaturam pertinens; argentum mercimoniale; *ezüst váltópénz.* Ger. Silberne Scheide-Münze. *kereskedelmi.* Szék. Okl. IV. 198. Fej. X. I. 152. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 168: obligavit se soluturum . . . marcas in argento *mercimoniali.* Cod. Dip. And. I. 64., 71., 78. Arch. Rák. I. 18.

Mercimoniarius, i, mercator; *kereskedő.* Cod. Zi. V. 591: terram . . . pro triginta sex marcis argenti . . . *mercimoniariis* . . . dedisse.

Mercimonium, (Du C.) mercatura, negotiatio; *kereskedés, vásár.* Pel. Serm. Sollicitudo inducit ad multa vitia . . . ad sabbata dei violandum per *mercimonia.* Aest. 41. u. Tör. Tár. 1893. 27.

Mercipotus, us, arrha emptionis V. *Aldomasium; áldomás.* Georch. H. T. III. 194. Samb. Tyrn. Werbőczi 550. neque hospitem vel alium quempiam, qui *mercipotum,* hoc est victimam emptionis et venditionis, more solito benedixisset, producere, patibulo reus erit.

Mercurialis, *Merkur csillagzata alatt született.* Curios. Misc. 63. Cur quosdam *Mercuriales* vocamus (homines)? Mercurius modicum frigus, siccitatis plus habet. *Mercuriales* itaque sunt similiter constituti. Quæ sint indolis huius indicia. Tales solent esse corpore altiore sed sicco, oculis parvis, barba rara, capillis extensis, frontis strictæ, membris improportionatis, manibus longis, sed ingenii subtiles.

Mercurium, mineræ argenti vivi V. s. *Mortalicium 2.; higanybánya.* Fjp. Szám. p. 85. an. 1398. Száz. 621. laboratores in *mercurio.*

Mercurius, argentum vivum; *higany.* It. mercurio. Fej. T. XI. V. Un. 213. super cupro ac *mercurio.*

Mercurius Veridicus ex Hungaria, ephemeridum sic dictorum Kuruczonum inscriptio; *kurucz hirlap.* Száz. VI. 428. Arch. Rák. VIII. 186., 207.

Merdatio, merdum; *szar.* Otia Bachm. 46. qui sermones suos non sale prudentiæ et affabilitatis, sed stercore, *merdatione* et similibus scurrilibus condit et piperat.

Merescacia, æ, idem ac *Mareschalcia,* equistratium; equaria; *ménes.* Gall. etable à chevaux. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 23. similiter et decimas proprii laboris omnium dominorum quoquomodo laborancium et croacarum, bovariarum, jugerum, coloniarum, nemorum, saginatorum, sischalie, *merescacie,* brolii, ancingiarum et decimum nummum pascinacii decimamque omnium animalium.

Mereschalcus, i, V. *Mareschalcus.* Magy. Tör. Tár. XI. 110.

Meretricatorius, 3., ad meretrices pertinens; *kéjhölgy* . . . Bene Pol. m. 18.

Mergium, mergus; *vesszők, ágak kihajlása.* Ger. Rebengesenk. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 188. Si inter vineas . . . hortos fuerit *meya* vel *mergium,* illa *meya* vel *mergium* sit communis inter patronos dictæ possessionis.

Mergulus, (Du C.) demin. ad mergus; *búvár.* Ger. Taucher. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118. Cf. Vulg. Levit. 11., 19.

Meribibulus, potor meri vini; *tisztaborivó.* Fej. Jur. Lib. 174. (Pázmány).

Merica, (Du C.) nemus, silva, interdum terræ circumquaque adiacentes; *berek, puszta.* Ger. Haide; Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118.

Meridiare, collucere; (Du C. al. s.); *delelni, fényleni.* Ker. Ov. Theat. Sap. C. 2: Archi-Præsuleæ gloriæ . . . prognati fulgores, mediis etiam in tenebris, *meridiare* Te faciunt.

Meridiari, meridianum somnum capere; *déli álmot élvezni.* It. meriggiare. Wagn. Cf. Catull. 32., 3. Cels. 1., 2. Suet. Cal. 38.

Meridiei debita hora; *kellő óra, hatodik óra délután.* Batty. Leg. III. 448. an. 1444: *hora debita meridiei* est illa pars officii, quam sextam dicimus a meridie, in quam incidere solebant.

Meridietenus, ad meridiem; *dél felé.* Ger. südwärts. Thurócz. 51. Deinde vero Scythæ Asiaticæ *meridietenus* Candesia, Mardia, Hircania.

Meritalis, ad rem ipsam pertinens, alicuius momenti; *érdemleges.* Ger. meritorisch.

Opin. P. II. de ordine Jud. C. II. §. 2. responsio *meritalis*. Cod. Alv. I. 171. II. 272. Thök. Lev. 84. *meritalis* dolgok. Cod. Evang. T. I. 279.

Meritalis pœna, debita p.; *megérdemlett büntetés*. Száz. XXII. 360.

Meritantaribus, fors. scribendum: secundum morem evi fautoribus. Georg. Sirm. I. 225. In illo tempore fuit fidelis *secundum more meritantaribus,* attamen nunc est professus in religione suarum inter heremitarum.

Meritoria defensa, defensio summæ causæ; *derék illető védelme*. Törvt. Msz.

Meritoria sententia, in re summa lata sent, *érdemleges itélet*. Törvt. Msz.

Meritorialis, ad caput rei, causæ pertinens; *a dolog velejét érdeklő, érdemleges*. Kass. Jur. Civ. I. 7. Ad deliberationem Judicis pertinent Sententiæ interlocutoriæ et *meritoriales*.

Meritorium, (Du C. al. s.) caput, genus, summa; *födolog, érdem, veleje*. Ger. Hauptsache. Kass. P. P. 1., 329. Partes collitigantes nihil dein *meritorii* ad processum induxissent.

Meritorius, 3., ad rem pertinens; *érdemleges*. It. meritorio. Kass. P. P. II. 123. exactam uberiorem et *meritoriam* informationem præstare non morabitur.

Meritum, i, (Du C. al. s.) argumentum, res, caput, genus, vis, natura; (az ügy) *érdeme, a fődolog, veleje*. It. capitale, *merito*. Ger. Hauptsache. Kass. P. P. I. 279. *meritum* instantiæ ad sinistrum, votum vero ad dextrum marginem collocatum veniat. Pest. Vár. Lev.

Meritum causæ, summa causæ; *per sarkalatja*. Georch. H. T. IV. 226.

Meritum causæ reparare, periclitantem summam causæ reparare; *orvosolni az elvesztett ügy sarkalatját*. Georch. H. T. IV. 231.

Meritum quasi castrense, quod quis civis meruit; *polgári érdem*. Törvt. Msz.

Merkedonius dies, dies intercalaris, a *Mercha*, quod clarigationem, compensationem significat. Gall. *marque; szökő nap*. Nad. Florus Hung. L. IV. C. IX. p. 276.

Merlus, i, (Du C.) summus murus; *falteteje*. It. merlo. Ljub. Mon. Sl. V. 245. an. 1334: murario et . . . famulo pro III. diebus, quibus laboraverunt ad *merlos* et ad faciendum salexatam platee.

Mernicus? Rač. Mon. Sl. VII. 134. an. 1080: comparavi servum . . . pro uno *mernico,* qui fuit per manupriso de Ludino.

Merosium, cerasum Apronianum; *meggy*. Schläg. 1548.

Merosius, alias: *merasus*, i; *meggyfa*. It. marasca. Ger. Weichselbaum. Schläg. 1547. Cod. And. IV. 249: Nemus *merasorum,* quod vulgo Kuzmugy dicitur.

Merum, ut Subst. totum (Du C. territorium, districtus); *az egész*. Cod. Dip. And. I. 296., 328. equalem unus et alter habebit porcionem, *meri* dimidietate omnium utilitatum uterque perfruendo.

Merum jus, plenum jus; *teljes jog*. Batty. Leg. T. II. 426. an. 1276: assignavimus . . . possidenda . . . *mero jure*.

Merx materialis, merces odorum; *füszer*. Gall. épicerie, Ger. Spezerei. Pfahl. Jus Georg. 162 qui cum mercibus sericeis, panno subtilioris et mediocris qualitatis vel *materialibus* (Specerey Waaren) commercium exercent.

Merzæ, Mirza, titulus principum; *herczeg*. Szamosk. III. 196. Akj quoque et Kazj Tatarum *Merzae* cum suis, cavendis, quam cominus lacessendis hostibus diligentiores trepida fuga ad Mosem evasere.

Merzaria, æ, (Du C.) merx, minutæ merces; *áru*. Ljub. Mon. Sl. XXI. 367. an. 1450: qui conduxerunt . . . mercimonia seu *merzarias*.

Mesa, æ, dimidia pars; *fél*. It. mezza. Rač. Mon. Sl. VII. 131. an. 1080: pro VII. galetas vini et *mesa*. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 53., 55.

Meschita, æ, (Du C.) templum Mahumetanorum; *mecset*. Ger. Moschee. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 177. Constantinopolis ad tertiam partem per festivitates natalitias filii Sultani concidit in cineres, quo incendio ad nonaginta millia domorum et centum *Meschitae* incensæ dicuntur.

Mesclum, (Du C. mesclatus pannus) pannus varii fili et coloris; *különböző fonalú és szinű kelme*. Rač. Mon. Sl. XIII. 152. an. 1356: asportavit . . . 1. duplam de *Mesclo* . . . *faganelum* I.

Mescor, pro: messor, falx messorum: *kasza*. Ger. Sense. Monm. Comit Trans. V. 200 et 100 falcibus *mescorum* f—20.

Mesetaria, æ, fors. idem quod ap. Du C. *Messegaria*, tutela, costodia; *őrizet*. Ljub. Mon. Sl. IV. 44. an. 1362: quando aliquis debebit solvere nostro communi tam nomine datii, *mesetarie*, quam aliter.

Mesonoctium, nox media; *éjfél*. Bene Med. III. 314.

Mesquita, Mesquitis, ædes turcica (Du C. meschita, mesquita); *mecset*. Fer. Mon. Sl. XVIII. 259. an. 1659: Profanata fuit a Turcis in *mesquitim* vulgo moscheam. Pár. Páp.

Messaliani, *könyörgősdiek, Messalia utódai, folyvást imádkozók*. Not. rel. I. 237: *Messaliani,* alias Euchitæ vel Enthousiastæ, anno 360 in Mesopotamia nati docebant, quemlibet hominem habere comitem Dæmonem, ad malas actiones impellentem, cui precibus fugato, succedit Spiritus S. ut ne ieiunio nec exhortatione opus sit. Laborem manuum damnantes mendicitate vivebant, continuo orandum esse dicentes. For. Scr. p. 28.

Messitatio, mutuæ messes; *közös, kölcsönös aratás*. Ljub. Mon. Sl. I. 120: volumus, quod homines . . . possint . . . habere societates et *messitationes* ad invicem.

Messorialis, messorius; *aratási*. Kövy. L. 653. Feriæ humani Juris sunt 1. Ordinariæ, puta: *messoriales* a Festo Sancti Ladislai ad festum S. Stephani. Batty. Leg. I. 547. de pecuniis . . . *messorialibus*. Kass. Jur. Civ. I. 257. Jogt. Eml. III. 304.

Messorialis operarius, messorius, *arató*. It. mietitore. Ger. Schnitter. Jogt. Eml. T. III. p. 304: in tritico . . . octava pars *operariis messorialibus* in recompensam diurni laboris extradetur.

Messorialis pecunia, pecunia pro messe solvenda; *sarlópénz*. Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 288. secus enim ex tali etiam quota exigitur, aut *messorialis pecunia* (Sarlópénz) solvenda est.

Mesta, æ, capsa (Du C. al. s.); *skatulya*. Fjp. Szám. p. 222. an. 1426: pro *mestis* seu scatulis.

Meste (a roman. mest), tibialia e corio facta; *bőrharisnya*. Kronst. III. 248.

Mestrancia, æ, navale, navalia; *hajóépítő hely*. Ger. Schiffswerfte. Dip. Reip. Rag. 16.

1. **Met,** ipse; *maga*. Fjp. Szám. p. 85. an. 1398: medietatem debet *met* solvere.

2. **Met,** coniunctum cum numeralibus ordinalibus: *met secundo*; *másodmagával*. Ger. zu zweit. Kronst. III. 87., 178. 579: *met* septimus. Fjp. Szám. 182. an. 1419. *met* quartus.

1. **Meta,** æ, canalis farinæ (Du C. al. s.); *lisztválu*. Comen. 63. Molæ ventosæ sive alatæ ubi *metā* et catillo molunt.

2. **Meta,** quod sibi aliquis proposuit, vult. V. s. *Curia* 3.; *czél*.

Meta cursoria, V. *Meta cursualis*. Arch. Rák. VIII. 343.

Meta cursualis, meta (limes) continua; *futó, közben eső határ*. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 412. inde ad viam, qua ex villa Varina itur ad civitatem Gaurinensem, eundo pervenissent ad *metam cursualem* non procul a via versus meridiem.

Meta bladi, acervus frumenti V. s. *Copa*. 2; *buza-, gabonahalom*.

Meta initians, limes, qui incipit; *kezdő határ*. Törvt. Msz.

Meta intercalaris, limes in medio situs; *közben fekvő határ*. Törvt. Msz.

Meta terminans, limes in fine situs; *végső határ*. Törvt. Msz.

Metalepticos, amicus, socius; *részvevő*. Ger. theilnehmend. Br. Resp. p. 54: Et longe ab impiis salus, sive Salvator *Metalepticos*.

1. **Metales,** termini; *határkő*. Száz. XI. 686. *Metales* territoriarum inter Dévény . . . Récse.

2. **Metales,** literæ metas spectantes; *telekkönyv, határlevél*. Ger. Grundbuch. Besztb. Levt. Száz. VII. 640.

Metalis, e, ad metam pertinens; *határkői*. Szék. Okl. 1., 110.

Metalis, girus, obambulatio, lustratio finium; *határ, forduló*. Gall. détour d'une lisière. Ger. Grenzwende. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 619. idem eciam Johannes Litteratus prescriptum privilegium ipsius domini Bele Regis non in gravamen et preiudicium ipsorum filiorum Johannis et Pauli filij Nicolai, sed in huius declaracionem, ut sub quali et quanto *metali giro* ipsa possessio Kun existat, exhibuisse.

Metaliter, per metas, termino, metā; *határjelek kitűzése által*. Kub. Hont. I. p. 274: *metaliter* sequestrando. Cod. Zi. V. 482. Pesty Szőr. III. 55. Szék. Okl. III. 66.

Metallica urbs, oppidum metallicis habitatum; *bányaváros*. Magy. Tör. Tár. VI. 227.

Metallaria, aurifodina; *bánya*. Ger. Erzgrube, Bergwerk. Szamosk. II. 73. ut abalienatis a fisco fundis, villis, pagis, oppidis, vectigalibus, redemturis, scripturis, fodinis, *metallariis,* salariis, quæ antea iuris publici fuerant, vix superesset.

Metallaria salis, salinæ, metalla salaria, salis; *sóbánya*. Ger. Saline, Salzwerk. Szamosk. III. 193. Itaque iubente Mose ad De-

sum Samusiani tractus opidum *salis metallariā* celebre consederant.

Metallarius, (Du C.) metallicus; *bányász.* Passim.

Metallica opera, fodinæ; *bányák.* Faber. Jur. Met. 3. *Metallica opera.* (Bergwerke) adpellantur loca, in quibus mineris exquirendis adquirendis et ulteriori usui eformandis labor impenditur; quare et malleaturæ, ustrinæ, *Tussoriae, lotoria* etc. huc referuntur, ab his differunt tamquam species a genere = Metallifodinæ.

Metallicola, æ, qui colit, fodit metalla; *bányász.* Faber. Jur. Met. 22. eodem 44 Lapicidæ, Carbonarii, *Metallicolae,* in Silvis exstirpatis agros et prædia sibi vendicantes, medio Commissionis corrigantur.

Metallifodina, æ, V. *Metallaria.* Passim.

Metallifodinalis, rem metallicam spectans; *bányászati.* Ger. zum Bergbau gehörig. Kövy El. 131. Investitura *metallifodinalis* a Rege debet peti.

Metallifossor, metallicus; *bányász.* It. minatore. Fabó. Monm. Evang. II. 51. sub initium reformationis *metallifossores* plurimos ex Germania in Hungariam evocatos.

Metallifusor, qui fundit æra; *ércz-öntő.* Bene. Med. II. 407.

Metallinus, 3., et metallo, ære factus; *ércz.* Kat. Hist. Duc. 357. iussit Bothond cum dolabro suo (bipenni) pergere contra portam urbis, quæ erat *metallina.* Marc. Chr. II. 34. Thurócz. in Steph. rege. cap. 26.

Metallista, æ, rei metallicæ peritus; *bányász.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 146. Nomina Scriptoruu . . . Georg. Agricola, insignis *Metallista.*

Metallo-Hydroscopia, *ὑδροσκοπέομαι,* aquam latentem quærere putei fodiendi causa vel metalla, thesauros latentes quærere. V. s. v. *Rhabdomantia; érczkeresés.*

Metallum foliatile, met. foliaceum; *levél-ércz.* Arch. Rák. VIII. 352. *Métallum foliatile* in chartis Nro 16.

Metallurgia, æ; *ércztan.* Juriev. Jur. Met. 17. *Metallurgia* seu cognitio Metallorum et Minerarum: Leges enim metallicæ versantur circa Metalla et Mineras, proin ad eas debite intelligendas et facilius comprehendendas necessariam cognitionem Metallorum et Minerarum nemo sanus dubitat.

Metallurgicon, libri de cultura fodinarum auri; *bányászati könyvek.* Hor. Mem. 308.

Metallurgus, i, metallicus; *bányász, ércztudós.* M. Bel. Geog. 501.

Metanastes, æ, *μετανάστης,* vagus, nomas, qui sæpe temptans agros alia deinde alia loca petit; *más helyre költözködő, vándor, nomád. Wernherus.* De adm. Hung. aquis. p. 847. Tenent enim totam Jazygum *Metanastarum* regionem, quam Ptolomæus fluminibus Danubio, Tibisco ac montibus Sarmaticis finit.

Metaneus, 3., vicinus, confinis, contermiuus, idem ac commetaneus; *szomszéd.* Fej. V. 2. 597. ubi ex meridie est *metaneus* Nicolaus B.

Metangi, v. *metangismonitae* (Du C.) a *meta* et *ango,* hæretici sic dicti, quod Verbum in Patre, tanquam unum vas in altero esse delirabant; *igevégesítők.* Nagy Hier.

Metania, v. metanœa (Du C.) pœnitentia peccatorum; *vezeklés.* Ger. Busse. Nagy. Hier. Pár. Páp. Cf. Auson. Epigr. 12.

Metaphysicatio, subtilis scrutatio, meditatio, scrupulus; *magasztos, mély bölcselkedés.* Szentiv. Curios. Misc. Præf. Non expeto autem doctissimos quosve Lectores, apud hos enim utpote subtilissimis *metaphisicationibus* et ingeniosissimis formalitatibus . . . assuetos fortassis minus gratiæ habiturum est.

Metarius, i, Colonus, qui metariam (prædium rusticum Gall. metairie) excolit; *telkes gazda.* Tkal. Mon. Ep. I. 19. an. 1209. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 92. ubi edificavit ecclesiam Sancti Georgii, cuius meta, quam hostendit *metarius* nomine Nesdist pristaldo nostro p. 93. cuius meta incipit iuxta rivum Zelnik, quam monstravit Boyla *metarius* et vadit ad caput supradicti Zelnik, ubi fuit alius *metarius* nomine Gerizlau.

Metastrophe, *(μεταστροφή)* retorquere, convertere in aliquem; *fordulat, visszavágás.* Irodt. Közl. VI. évf. I. f. 89. Ut ad me devenit, cernens post eius Antistrophen pagellam vacuam eam subito replevi *Metastrophe* brevicula, ut ille est promeritus, hoc Musarum probrum.

Metatim, de meta ad metam (ad normam catervatim); *határjelek mentében.* Batty. Leg. T. II. 300. an. 1242: vadit *metatim* ad montem. Cod. Dip. Hung. Pat. VII. 184. Cod. Dip. And. II. 108., 121., 265 . . . Cod. Zi. III. 54.

1. **Metatio,** (Du C.) actus agros terminandi et metis i. e. terminis, lapidibus in terram infixis designandi; *határozás* (határjelölés, határigazítás együtt). Georch. H. T. II. 449. Fej. III. 357. A Ch. 1222. Capitulum Strigoniense de *metatione* pro parte Uriæ, Abbatis montis Pannoniæ inter villam Hecze et S. Viti etc. e mandato Andreæ Regis peracta testatur.

2. **Metatio,** alias: *metatus, metatum,* (a metare = divertere, hospitari) hospitatio; *vendéglátás,* (auct. Battyano) hospitalitas itaque necessaria idem est ac ius *Metatus,* seu gistii, *metatus* autem et metatum et metatio promiscue usurpantur pro hospitatione, et hinc metare est divertere et hospitari, et *Metator* vocatur, qui hospitia disponit . . . gistum pariter et gista dicitur, nomen a germanis mutuatum, quasi dicerent geste, vel gaste, quod hospitem sonat, laudat memoratus etc. V. «*Mansionnatica*». Batty. Leg. T. I. 484.

Metator, (Du C.)) qui hospitia disponit. V. s. *Metatio; vendéglátó.*

Metator castrorum regni, finitor castr. Regni; *országos tábori mérnök.* II. Rák. Gy. 558.

Meteoretice, (a gr. *μετέωρος*); elevate; *felduzzadva.* Bene Med. I. 230.

Meteoricus, 3., (Du C.) elevatus; *felemelkedett.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. 1. p. 190.

Meteorismus, i, tumor ventris; *szélkórság.* Gall. pneumatose. Heyse: *Meteorismus:* Bauchgeschwulst, Bauchschwellung in Faulfiebern. Törvt. Msz. Bene Med. I. 88.

Methaneus, commetaneus; *szomszéd, határos.* Cod. Dip. And. I. 205., 224.

Methodianistæ, auctore Batty. curialistæ, sive curiæ regiæ familiares. Methodus enim dicebatur liber legum, seu compilatio legum; *udvarnokok.* Batty. Ger. 99. nam quorundam, nisi fallor, intentio est, quo Ecclesiastica virtus suffragantibus *methodianistis,* atque dignitas apud nos circa hæreticorum libitum tota quandoque infirmetur.

Methodice, certa ratione ac via; *módszeresen.* It. metodicamento. Ger. methodisch. Urb. Reg. 3. Ut. Conscriptores isti *methodice* et uniformiter operari possint.

Methodista, æ, *rendszeresen kutató.* Cher Jus. Eccl. I. 77. Illi, qui sæculo hoc (XVI). et sequentibus in perficienda Jurisprudentia ecclesiastica operam conferebant dici solent *Humanistae,* Realistæ, *Methodistae* et Reconcinnatores legum vel Canonum, prout vel humaniores literas . . . felicius præ ceteris perficerent vel meliorem docendi discendique methodum sequerentur vel concinniorem legum dispositionem facerent.

Methodistæ, auctoribus John Wesley et prædicatore Whitefield an. 1729. constituta societas christiana; *methodisták.* Not. rel. II. 245. Jókai. Uj f. II. 106. Pallas.

Methodus, i, liber legum, textum v. s. Methodianistæ; *törvénykönyv.*

Meticulositas, animus timidus, fractus; *félénkség.* Magy. Tör. Tár. XVI. 102. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 17. præfati Regis *meticulositas* non valens latere diutius. Pár. Páp. Rák. Ön. 323.

Metochium, 1. (Du C.) cella monachi, 2) caupona prope ecclesiam; *1. szerzetes czella; 2. templom melletti korcsma.* Pár. Páp. Nagy Hier.

Metoscopia, *(μέτωπον + σκοπία); homlokszemlélés.* Vern. Phil. Mor. 254. *metoscopia,* quo ex frontis configuratione . . . futura tamquam certo eventura prædicuntur.

Metreta, æ, (Du C.) liquidorum et aridorum mensura; *mérő, mércze, véka.* Batty. Leg. III. 294 an. 1394. *metretae* hæ sunt *metretae* illæ Parochorum, alibi lecticales dictæ, parocho partim pro singula lectica, seu pari coniugum, partim pro numero domorum præstare solitæ. Kass. P. P. I. 159. Cf. Colum. 12., 22. Cato R. R. 100. Martial. 5., 16.

Metretella, æ, parva metreta V. s. *mensurella; kis mérő.*

Metrice, es, fors. idem quod *matrica matricula.* Registrum; *jegyző-, anyakönyv.* Ger. Matrikel. Beng. Ann. Er. Cœnob. 544. quæ inscriptio dein per acconsensum Regiæ Maiestatis roborata, et ad acta *Metrices* Regni suscepta, iisdemque authentice introserta est Varsaviæ.

Metrificare, ad numeros redigere, versus facere; *mértékre szedni, verselni.* Walaszky. 169.

Metrista, (Du C.) poëta; *verselő.* Pel. Serm. Misit patriarchas . . . prima etate mundi, que fuit ab Adam usque ad Noe continens duo millia CCXL. annos, ut dicit *metrista* in versibus, qui labentur communiter. Hiem. 37. p.

Metroçium, fors. receptaculum; *rakóhely.* Ger. Lager. Rač. Mon. Sl. XIII. 253. an. 1358: si fratres minores . . . emerunt vinum ad *metroçium,* et de *metroçio* fecerunt ipsum portari ad barcham.

Metropolia, æ, sedes archiepiscopi; *érseki székhely.* Konek Egyh. 110.

Metropolicus, 3., ad metropolim pertinens; *érseki.* Luc. Regn. Dalm. 90. ibidem quoque *Metropolica* iura translata fuerunt.

Metropolita, æ, *μητροπολίτης,* archiepiscopus; *érsek.* It. metropolitano. Cher. Jus.

Eccl. I. 146. uti sunt: Patriarchæ, Exarchæ, Primates et *Metropolitae.* Kass. P. P. II. 236. Száz. XIV. 174. Konek Egyh. 268.

Metropolitanus, 3. (Ecclesia) (Du C.) archiepiscopalis; *érseki.* It. metropolitano. Kass. P. P. I. 398. et passim *Metropolitanae Ecclesiae.*

Metropoliticus, 3., (Du C.) V. *Metropolitanus.* Cher. Jus. Eccl. 68. Jus eligendi liberum conceditur in Ecclesiis *Metropoliticis,* Episcopalibus et monasteriis. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 34. Knauz. M. E. Str. II. 720., 813.

Metroza, æ, fors. idem quod *metreta.* V. s. *Assa maza.*

Metuenter, reverenter; *hódolatteljesen.* Ger. ehrfurchtsvoll. Cod. Zi. V. 359: Litteras . . . Sigismundi . . . regis honore, quo decuit, *metuenter* recepimus. Fej. X. I. 54.

Metueriter, adv. derivatum a metuo, reverenter. V. *Metuentcr.* Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 421. Ad universorum noticiam volumus pervenire, quod cum nos visis *metueriter*que receptis litteris.

Meya, V. *Mergium.*

Mezaninus, i, (Du C.) monetæ species ab it. *mezanus,* medius, mediocris; Ljub. Mon. Sl. VI. 147. an. 1462: quicunque stronzaverit . . . grossos, *mezaninos* et soldos venetos.

1. **Mezanus,** 3., mediæ magnitudinis (Du C. al. s.); *közép nagyságú.* Ljub. Mon. Sl. III. 294: *traves mezane.*

2. **Mezanus,** i, intermediator (Du C. al. s.); *közvetitő.* It. mezzano. Ljub. Mon. Sl II. 95.

Mezencius, Turca; (allusio ad Verg. Mezentium); *török.* Ru. Pan. Præf. p. 4. Sacra iusque profanant *Mezencii* illi sceleratissimi.

Mezolanum, pannus laneus tenuioris fili; *kétnyiretü gyapju.* It. mezzo lano. Vect. Ref. D. 2: Petia *Mezolani* Italici.

Micatio, (a micando) fulgor; *csillogás, villogás, ragyogás.* Szentiv. Cur. Misc. 68. Patet id ex ipsarum *micatione* seu *scintillatione.*

Michaelati nummi. Sim. Num. 44. *Nummi Michaelati* sunt Michaelis Præc. Imp. *Romanati* autem Romani Imp. Notabile hoc monumentum communico ex M. S. Cl. Caroli Koppii.

Michi, mihi (Du C.) Száz. XIII. 815. XXIV. 342. et passim.

Micula, æ, dim. a mica; *egy cseppecske.* Otia Bachm. 388. si *miculam* conscientiosæ honestatis habueris. Cf. Cels. 2., 5. Arnob. 2., 77.

Miculum aureum scapulare, *amiculum; vállkendő.* Száz. VI. 366.

Migrare ad dominum, (Du C.) mori; *elköltözni.* S. de Kz. Chr. II. 2., 1., 41., 5. et passim.

Migratorius, vagus; *költöző, vándorló.* Ger. wander. Hist. Nat. 46. Ut ut in multis migrationes hæ indubie observatæ fuere, ita aliæ a rudiore plebe et venatoribus *migratoriae* habentur.

Miles, nobilis. V. s. *Antrustio,* Vasallus; *nemes vitéz.* Batty. Leg. T. II. 206: (Decr. Col.) nullus comitum vel *militum* in ecclesia presumat sibi vendicare potestatem.

Miles continuus, miles perpetuus; *állandó katonaság.* Ger. stehendes Heer. Jogt. Eml. T. III. p. 8: ad solutionem *militis continui* de singulis portis . . . quinquaginta denarii contribuantur.

Miliarisium, i, species nummorum (Du C.). Cornid. Relig. Vet. Hung. 35. Erant autem Hunni idolorum cultores; hæc itaque sibi sumentes (ex argento cum fuerint et electro) refundunt massasque eorum Bospori pro *Miliarisiis* (Miliarisium nummi genus est a Militia sic dictum, ut vult Cedrenus) permutarunt.

Miliatus, 3., *milio,* in mille partes distribuo, inde sales miliati; *porsó.* Cod. Telek. XI. 358. Quod licet antiqua libertatis eorum prerogativa a divis Regibus Hungarie nostris scilicet predecessoribus ipsis concessu requirente, tribus vicibus de dicta camera nostra, sales *miliatos,* ad coquinam ipsorum recipere possint.

Milifolium, millefolium; *egérfark.* It. *millefoglie.* Schläg. 908.

Milimundrum, (milimindrum, bilse Dief.); *beléndek, bolonditó csalmatok.* Schläg. 886.

Militale, vectigal, tributum pro vaccis mulgendis pendi solitum, deriv. a vocab. Ger. «*Milchtheil*»; *tejadó.* Gall. impot du lait. Fej. IV. 2. 79. ab omni liberamus exactione, præter *militale* a vaccis. 2., 350. præter *militale* a datione casei.

1. **Militare,** valere (Du C. al. s.) *járni, érvényesnek lenni.* Teutsch. Schulord. I. 65. an. 1620: Scholastici, qui vacant ab officiis . . . intra spacium duorum annorum pro Ecclesiasticis habeantur; ulterius beneficium non *militat.*

2. **Militare,** certare; *vitatni.* It. militare. Kass. Prax. I. 22. una cum motivis pro et contra *militantibus.*

Militare normale, lex militaris; *katonai rendszabály.* Ger. Militär-Vorschrift. Reg. Turm. Præt. 46. Cæterum autem Turmæ Capitaneus se hoc in passu ex integro præexistenti circa concedendam absentiæ veniam *militari Normali* conformet.

Militares, milites. Száz. VI. 293. Item antequam *militares* irent ad bellum, fecit disponere *timpanos* et *corigeas* de novo dedit fl. 1.

Militares ordonantiæ, milites duci a ministerio; *katonai parancsvárók, parancsvivők.* Törvt. Msz.

Militaris, V. *Juris militaris.*

Militarismus, status reipublicæ, in quo milites prævalent, regnant; *katonai uralom.* Száz. VII. 467.

Milites, valentes; *tehetősek, előkelők.* Pfahl. Jus. Georg. XX. Liberi præter Prælatos . . . distinguuntur in Legibus S. Stephani in Comites *Milites* (alicuius virtutis) et Vulgares, alibi generatim magis in Maiores, Minores et Vulgares . . . Comites et *Milites* communi nomine valentes etiam . . . vocantur.

Milites Castri, V. *Jobagiones castri.* Prisc. Serv. p. 35: *Milites Castri* erant partim præsidio in Castro, partim belli tempore pro Castri dominio militabant et propterea fundos in Castri Dynastia liberos possidebant. Hinc Prædialistarum in Hungaria origo. Bel. Dec. I. Mon. V. p. 193.

Milites consistentes, mil. stabiles; *állandó katonaság.* Germ. das stehende Heer. Verancs. VII. 131. *Consistentes milites* exigunt confinia non temporarios.

Milites limitanei, (Du C.) Qui sunt in limitibus, id est in finibus imperii, in præsidio constituti ad incursus vicinorum arcendos; *határőrök.* Isthv. IV. 63.

Milites Regis, Prisc. Serv. p. 27: *Milites Regis* intelligebantur, qui ad Regium pertinebant Banderium. Charta Andreæ II. an. 1291.

Milites Sancti Johannis, ita nuncupati milites ecclesiæ cathedralis agriensis. Száz. VI. 293. egyházmegyének állandó lovas fegyveresei az illető székes egyházak védszentjei után . . . az egriek *Szent János vitézeinek (Milites Sancti Johannis)* szoktak volt neveztetni.

Milites temporarii, qui ad tempus scribuntur; *ideiglenes katonaság.* Verancs. VII. 131. Consistentes milites exigunt confinia non *temporarios.*

1. **Militia,** æ, exercitus, copiæ; *katonaság, sereg, hadnép.* It. milizia. Kass. P. P. I. 36. et pass. in locis stationalibus, per quæ *militia* transit. Cf. Justin. 32., 2. Plin. 4., 27.

2. **Militia,** (Du C.) labor, industria, opera; *fáradozás, szolgálat.* Batty. Leg. T. II. 78: ut . . . nulli homini subiugemini nisi Deo summo, cui vestram *militiam* devovistis.

Militia Banderialis, *banderialis katonaság.* Kereszt. Res. Mil. 423. Ex omnibus his deducitur, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates aliosque Banderiatos Prælatos triplicem suo sub Banderio *militiam* habere solitos fuisse et quidem: 1-mo. *Praedialem* ex primævo instituto semper subsistentem 2-do *Banderialem* stricte talem, quæ ratione Decimarum pro Defensione Regni æque semper ali debuit; 3-tio. *Communem,* quam nempe tempore belli instar aliorum Dominorum Terrestrium de Bonis pro ratione Portarum statuere oportuit.

Militia clericalis, ordo clericorum; munus sacerdotis; *papság, papi tisztség.* Verancs. II. 224: cum adolescere cœpisset, *clericali militiae* adscribitur. Urk. Sieb. II. 524. an. 1380. clericos . . . volentes *militia clericali* decorari.

Militia communis, V. s. *Militia banderialis.*

Militia portalis, V. s. *Porta; telekkatonaság.*

Militia prædialis, V. s. *Militia banderialis.*

Militia Templi, milites S. Crucis; *templariusok.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 206. Magistrorum Jerosolimitanorum Hospitalis et *militiae Templi.*

Milito, onis, miles, militia; *vitéz, katona.* It. militante, militatore. Georg. Sirm. I. 253. quod Rex Joannes non esset decorus cum *militonibus.*

Milleartifex, præstigiator, artium fabricator; *ezermester.* Ger. Tausendkünstler. Pel. Pom. L. XI. P. I. c. 4: Potuit ergo et virgo beata tentari saltem ab extrinseco occasione accepta per quinque sensus, vel a diabolo, qui est *milleartifex* in tentando.

Millecuplus, 3., maximus, largus; *számtalan.* Tör. Tár. 1892. p. 232. in *millecuplum.*

Millenarij, (Du C.) (gr. *χιλιασταὶ*) Papias Hierapolitanus Episcopus St. Joannis de millenario Regno Xti false interpretando causa fuit falsæ illius opinionis Xtum post resurrectionem universalem 1000 annos regnaturum

esse; hinc nomen sectatorum. Idem docebat Cerinthus quidam, qui tamen hos mille annos secundum carnales voluptates futuros fabulabatur. Szentiv. Cur. Misc. III. Catalogus V.

Millenarium, mille continens; *ezret tartalmazó.* Száz. XIV. 1.

Millenarius, (Du C.) qui præest cohorti mille militum; *ezredes.* It. colonello. Pri. sæc. I. p. 151. Reliqui ductores agminum capitanei, castellani, *millenarii,* centuriones, decuriones erant.

Millenus, 3., mille; *ezerféle, számtalan.* It. mille volte tanto. Act. et Doc. Rákóczy p. 60: *millenam* vovet prosperitatem.

Millepeda, (Du C.) genus vermis pilosum, multis pedibus innixum; *ezerlábú.* It. millepiedi. Vern. Met. II. 348. Ipse S. Aug. narrat *millepedam* a se et studiorum sociis in multas partes concisam, cum una parte pungeretur, doloris signum edidisse. Cf. Plin. 20., 2., 6.

Millerista, æ, V. s. *Pannisatus; kiszámító, rovó legény* (a sóbányáknál). Ger. Anschlager, Stürtzer.

1. **Milliarius,** numerus millenarius; *ezred, ezer.* Passim.

2. **Milliarius,** i, mensuræ species. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 382. quod navis, que erit *milliariorum* quingentorum debet habere quinquaginta marinarios.

Millics, pro: *Millus,* ligamen cani inserviens; *kutyakötő.* Száz. VIII. 138. ligamina pro cane seu *millics.*

Millio, onis, (Du C.) decies centena milia; *millió.* Diar. Com. II. 52. in Summa quatuor *Milliones* tercenta.

Millionesies, sexcenties; *számtalanszor.* Tomts. 172. Fluidum enim electricum e columna exiens, *millionesies* maiori cum difficultate per eam aquam vadet.

Millus, i, (Du C.) Festo: collare canum venaticorum; *nyakkötő.* Gros. H. Ph. I. 293: Colla canum *millo* ferreis etiam clavis horrido armantur. Bárczay.

Milon, cucumis melo (Linn.); *dinnye.* It. mellone. Han. Mon. Jur. P. I 219: ficus... pomos, *susinas, milones* et omnes alios fructus petentes.

Mimars, tis, fors. a gr. *μίμαρκις,* intestina leporis sanguine farta. V. s. Faliscus; *borsporos nyúl- s más állataprólék; hurka.*

1. **Mina,** (Du C. 3.) medius modius. V. s. *Dishonerare; félvéka.* It. mina.

2. **Mina,** (Du C.) fodina v. pulveris pyrii scrobs.; *akna, lőporakna.* Ger. Mine, Pulvermine. Szirm.

Minabundus, 3., minans; *fenyegető.* Verancs. IX. 291. Exsaturatique tanto facinore, *minabundi* ubi rediissent graviora, discesserunt.

1. **Minare,** (Du C.) suffodere, cuniculos fodere; *kiásni.* Ger. miniren. Ljub. Mon. Sl. XXI. 83. an. 1435: domus ... destruantur et funditus *minentur* ita ... quod nihil ... habitacionis illic ... remaneat.

2. **Minare,** agere; *hajtani.* Kronst. III. 177: pro castratis ... Pastoribus, qui eos *minaverunt* ad Brendorff.

Minella, æ, rata pars; *illeték.* Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 251: item ... de *minellis* et patrociniis advocatorum et procuratorum elevant aliqui cartulinas suas a die latarum sententiarum ad annos non paucos. 252: mercedem, ratham seu *minellam.*

Mineorum liber, alias: *Miney,* liber ecclesiasticus; *egyházi könyv.* Star. VIII. 13. an. 1772. V. *Menaeum.*

Minera, æ, fossile; *ásvány, ércz.* It. minerale, metallo. Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 12. prout sunt *minere* qualescunque fuerint crude vel combuste ... etc.

Minera, arum (Du C.) fodina; *bánya.* Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 341. in quo fit mentio de *mineris* sive *montanis* reginalis Mattis domine Mariæ.

Minera combusta, *kénet.* It. minerale combusto. Ger. das Lech. Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 12. singula eciam earundem Instrumenta necnon ea, que in Domibus Craticulorum continentur, precipue *mineram combustam* vulgariter *lech* dictam.

Minerale, (Du C.) fossile; *ásvány.* It. minerale. Vern. Psych. 199. Rem quampiam detegimus e. g. novus planeta, nova terra, novum *minerale.*

Minerales aquæ, aquæ æris particulas continentes; *ásványvizek.* Szentiv. Cur. Misc. 228. *Minerales aquae* produnt se maxime sapore.

Mineralizare, *érczitni, fémitni.* Gall. minéraliser. Tomts. 97. Tales vero in aliis sunt: Carbonum nonnullæ species, Plumbago, Minera stanni vulgaris, Nicolum *mineralizatum* cupro, Pyrites ferri etc.

Minerarum coacervationes, *tuskó.* Beszt. Levt.

Minerosus, mineris abundans; *ásványokban gazdag.* Ger. Erzreich. Decret. Ludovici Regis an. 1351. cap. 13. Si possessiones ipsas *minerosas* regia maiestas pro concambio habere nolit, ex tunc ius regale seu urburas iuri regio pertinentes suscipere suo nomine faciant. Magy. Tör. Tár. III. 224.

Minerva, (Du C. al. s.) lucubratio doctorum, quæ *minuit nervos; erőfogyasztó, ideggyengitő gyertyázás, éjszakázás, tudós dolgozás.* Máty. 482.

Miney, V. *Mineorum liber.*

Miniatura, æ, modus picturæ minutus; *kis festés, kicsiben festés.* It. miniatura. Gall. miniature. Arch. Rák. VIII. 320.

Minimista, infimæ classis alumnus. Körmöcb. főreálisk. Ért. Bpest 1895. p. 118. parvisták *(maiores,* declinistæ és *minimistae)* alosztályokkal.

Ministellus, sectariorum ita dicti sacerdotes, (Du C. scurræ, mimi); *papocska.* Wallaszky 255. Init. Cas. p. 30. Kat. Hist. Reg. I. 212. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 167. Verum is Georgius Rakoczius ita suadentibus *Ministellis* Calvinianis hanc oblationem respuit. Poloni eius filio Regnum offerunt, si illis auxilio vellet esse et filium a se in catholica educari religione permitteret.

Minister, sacerdos, qui dicitur evangelicus, *Verbi Divini Minister; evangelikus pap.* Ger. prot. Prediger. Urb. Reg. 86. quod Parochi *Ministri* et Popones Locorum excessivum asservare soleant ovium numerum.

Minister bellicus, præfectus rerum bellicarum; *hadügyminiszter.* Rák. Ön. II. p. 224. l. 34 — p. 225 l. 2. (214., 38.): Nunciavi interea debito cum respectu regi adventum per ablegatum meum et rex per introductorem legatorum primo, postmodum per *Ministrum* suum Secretarium Status *negotiorum extraneorum,* Marchionem Torsi, me invisere fecit, quem *Minister bellicus* et plurimi principalio... conciliaveram, oportebat igitur curam habere horum, nequid his derogarem.

Minister cabineti, a consiliis sanctioribus; *a király személye körüli miniszter.* Törvt. Msz.

Minister conferentiarum, conferentiæ ac cabineti, V. *Minister cabineti.* Germ. Conferenzminister. Kass. Prax. l. C. habet sibi adlateratos suos Status et *Conferentiarum Ministros* ac Consiliarios. Diar. Com. II. 7.

Minister curialis, V. *Udvornicus.* Fej. V. III. 6. Sed et inter Castrenses, *ministros Curiales* (nostros Vdvornicos) ac Dominiorum colonos aliqui distinguebaniur.

Minister financiæ, cui summa ærarii cura tradita est; *pénzügyi miniszter.* Törvt. Msz.

Minister generalis, (Du C.); *szerzetfőnök.* Ger. Ordens-General. Pesty Ször. III. 122. fratrum minorum Regulariorum Rev. in Christo patris *Ministri Generalis.*

Minister internorum, cui summa rerum internarum regni tradita est; *belügyi miniszter.* Törvt. Msz.

Minister justiciæ, cui summa rei iusticiariæ tradita est; *igazságügyi miniszter.* Töivt. Msz.

Minister negotiorum extraneorum, præfectus rerum extranearum; *külügyminiszter.* V. s. v. *Minister bellicus.*

Minister politiæ, morum præfectus; *rendőri főnök.* Törvt. Msz.

Minister provincialis, (Du C.) sacerdos provincialis; *falusi pap.* Ger. Landprediger, Landgeistliche. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 4. ne ad prædicationem *Ministri Provincialis* eiusdem ordinis populus conveniret.

Minister rei ærariæ, V. *Minister financiae.* Törvt. Msz.

Minister rei maritimæ, cui cumma rei maritimæ cura tradita est; *tengerészeti miniszter.* Törvt. Msz.

Minister religionis, curio sacer; *pap.* Bene Pol. m. 19.

Minister verbi dei, sacer curio; *pap.* It. ministro. Ger. Prediger. Monm. Comit. Trans. II. 78. ubi presentibus piis *ministris verbi dej* et aliis prestantibus viris nobilibus collaciones sincere doctrinæ fiant.

Ministeralis, ad officium, ministerium pertinens; *tiszti, szolgálati.* Ker. Nap. 140. indictatio functionum *ministeralium* matriculis catholicis.

Ministeriales, *udvornikok.* Kol. Am. II. 116: Hi (sc. servi Regis vel Reginæ conditionarii) dividebantur in *ministeriales* et *beneficiarios. Ministeriales* mancipati erant servilibus operis aulæ, quam ob rem *Udvornici* vocabantur. Servi Regales vel Reginales beneficiarii erant beneficiis seu prædiis ad beneficium datis addicti, qui in iis *servi glebae* erant et cum gleba et capite ad Regem pertinebant. Pfahl. Jus. Georg. XI. Tam Superior quam Inferior Nobilitas vel libera erat nullo nexu, præterquam subditi erga imperantem adstricta vel serviebat et quidem aut iure beneficiali (nach Lehenrecht). aut iure Curiæ (nach Hofrecht, Ambachtsrecht). Priores Vasalli, posteriores *Ministeriales* (Ambachts-

leute, Ministerialen, Dienstmænner) vocabantur.

1. **Ministerialis,** e, publicus; *szolgálati, hivatalos.* It. ministeriale. Ger. Dienst... amtlich. Fabó. Monm. Evang. II. 397. sive alia quæcunque *ministerialia* aut privata negotia peragenda.

2. **Ministerialis,** is, (Du C.) minister, minor officialis, udvornicus; *alárendelt, szolgálati viszonyban levő személy.* Száz. XXIV. 217. Kandra Reg. 246. *Ministerialis* ecclesie. ib. 194. *Ministeriales regis.*

Ministerialitas, *szolgálati viszony.* Pfahl. Jus. Georg. XII. *Ministerialitas* sensu lato est ille nexus, quo quis ad servitia cuiuscunque generis alteri præstanda obligatur, sensu stricto vero est correlatio servitii, qua nobilis inferioris ordinis adversus superiorem et utrique erga Imperantem Supremum, Prælatos etiam Maiores constituitur.

Ministerialiter, officio (Du C. virtute ministerii); *hivatalosan.* Gall. officiellment. Ger. ämtlich. Br. Resp. p. 41: Minister enim Ecclesiæ physice porrigit panem et poculum. Res autem spirituales non distribuit nisi *ministerialiter* seu officio. Pel. De S. Pet. et Pau. s. I. c. 3. Sacerdos remittit peccata *ministerialiter.*

1. **Ministerium,** diaconatus; *az isteni tisztelet körüli szolgálatokat teljesítő rend* (Nagy) egyházi sáfárkodás. Kon. Egyh. 132.

2. **Ministerium,** cœtus sacerdotum; *prédikátori kar.* Száz. XXIX. 230.

3. **Ministerium,** dignitas civilis in regno summa, qua res illius regni aliqua dirigitur. *miniszterium.* Cfr. H. M. 55.; *főkormánytanács.* Rák. Ön. p. 66. l. 35—38. (36.): . . . affligebat multum patriæ miserias circumspiciens, de qua agitata consilia *ministerii* Viennensis in frequentatis Germanorum societatibus melius noscebam, quam congregati magnates.

Ministerium rerum exterarum, cui summa rerum exterarum tradita est; *külügyministerium.* Cod. Camb. Merc. 94. Sua vero Maiestas Sacratissima in favorem Commercii benigne dispositura est, ut scripturæ in exteris Regnis exhibendæ, *praesidialiter* Cancellariæ Regiæ Aulicæ substernantur, inde vero via *Ministerii rerum exterarum* ad suam destinationem promoveantur.

Ministralis, Ministrallus, i, minister minoris conditionis officialis; *alárendelt, szolgálati viszonyban lévő személy.* Száz. XXIV. 217.

Ministrans v. **famulus,** *szolgalegény, hetibérös ifjulegény.* Kecsk. P. Ötv. 141.

Ministrarius, i, V. *ministralis.* Száz. XXIV. 217.

Ministratio, actus ministrandi. It. ministrazione; *kezelés.* S. de Kz. Chr. II. 2., 1: Cum itaque sanctissimus pater cura *ministrationis* gubernandi filio sanctissimo committere intenderet. Cf. Vitruv. 6., 9.

Ministratorius, 3., ad ministeria, officia sacra pertinens, ad cultum divinum administrandum; *istentiszteleti.* M. Flor. Fontes. 141. Vasa quoque *ministratoria* et cetera utensilia eidem basilicæ necessaria . . . donavit. Thurocz. 95.

Ministrellus, i, V. *Ministralis, Ministrallus.* Száz. XXIV. 217.

Ministrerius, i, V. *Ministralis.* Száz. XXIV. 217.

Ministrialis, V. *Ministerialis* 1). Ker. Nap. 127. functiones *ministriales* Ludi Magistris et Cantoribus non competentes.

Ministrissimus, superl. e *minister,* intimus minister; *benső, meghitt szolga.* Pinx. Apod. p. 114: ad *ministrissimos* Cæsareos difficulter aliquis ex nobilibus, nisi Comitis aut Baronis gerat axioma, admittitur.

Minorare, minuere; *kisebbíteni.* Batty. Leg. T. II. 77. an. 1059. III. 29. Fidei devotio *minoratur.* Andr. Pann. 34. Cf. Tertull. Anim. 43.

Minoratus, us, Jus ætatis non maturæ imperio; *kiskorusági jog.* Vuch. Jur. Feud. 140. Rarior quidem neque tamen plane incognitus est, qui in familiis nonnullis illustribus viget, *Minoratus,* seu ille ordo succedendi, quo successio in certa et determinata parte bonorum ultragenito et eius successoribus defertur.

Minorennis, (Du C.) minor annis, minor natu; *kiskorú.* It. minorenne. Kass. Prax. I. 58. ipsam conjugem et *minorennem* sobolem postponendo.

Minorennis ætas, ætas nondum matura; *kiskorúság.* Moln. Patv. 27. *Minorennis aetas* est pupillorum.

Minorennitas, (Du C.) ætas pupillaris, ætas nondum matura imperio; *kiskorúság.* It. minoranze. Ger. Minderjährigkeit. Cher. Jus. Eccl. II. 261. Præscriptio suspenditur effectuque caret . . . 2. contra minorennes tempore *minorennitatis.* Art. Diæt. Pos. 20.

Minores, minores natu et dignitate, vulgares, viri alicuius ubertatis, juniores; *alsóbbrendü.* Tör. Tár. 1887. p. 100.

Minores conventuales, (Du C.) religiosi Ordinis S. Francisci, qui sectatoribus suis id nominis indidit, Regulæ a se scriptæ c. 6: Nullus vocetur Prior, sed generaliter omnes vocentur Fratres *Minores.* Oltv. Act. Synod. 7. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 14.

Minores parvistæ, Maiores parvistæ, Új Magy. Muz. III. 272. Scholæ nostræ in tres classes (*minores parvistas, maiores parvistas,* ac principistas) divisæ unus præerat magister. Új Magy. Muz. III. 270. Solebat moderator ad fovendam et acuendam discentium diligentiam *minor-parvistas* cum *maior-parvistis,* hos cum principistis atque omnes cum advenis e classis suæ studiis in disputationem committere. Nill. Symb, 658.

Minorissa, virgo Deo sacra sub regula S. Claræ (Du C.); *Klarissa.* Kat. Hist. 172. Quum igitur dilectæ in Christo filiæ, abbatissa et conventus monialium inclusarum sive ord. S. Claræ, sive S. Domiani seu *minorissae* dicantur. Fej. X. 3., 297.

Minoristæ, (Du C. minores) nulla dignitate conspicui, qui inde promiscue *minores* vel *privatae personae* dicuntur; *alsóbb rendüek az egyházi személyek közt.* Kon. Egyh. 133. Cher. Jus. Eccl. II. 128.

Minoritas, (Du C.) defectus, decrementum; *hiány, csökkenés.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 73. Eodem modo Scriptura Sacra maiorem et minorem beatitudinem *maioritati* vel *minoritati* meritorum adscribit.

Minuatim, (Du C.) minutim, particulatim; *apró, kis részletekben.* D. Ráczk. p. 7: determinamus . . . quod nullus . . . mercator quemvis pannum cum ulnis seu *minuatim,* nisi cum integris petiis seu staminibus vendere possit.

Minui capite, securi feriri, percuti; *lefejeztetni.* Wagn.

Minus, sine, exempta parte; dempta parte; *híján.* Száz. V. 679. que ponderat marche tres *minus* piseti undecim.

Minus principalis, secundarius; accessorius, minoris momenti; *mellékes.* Georch. H. T. III. 175.

Minus venire, deesse; *hiányzani.* Reg. S. Ben. 18., 34. Et quia *minus veniunt* tres psalmi.

Minusculæ, parvæ litteræ; *barátbetűk.* Száz. XI. 721.

1. **Minuta,** æ, lineamentum literarum, exemplum, conceptus (Du C. al. s.); *fogalmazvány.* It. minuta. Georg. Sirm. I. 42. Et istam *minutam* et dedit ad manus Regine. Törvt. Msz. Magy. Tör. Tár. XX. 108. Kass. Jur. Civ. l. 107. sed Conceptum seu *Minutam* . . . elaborare tenetur advocatus Actoris. Arch. Rák. I. 30. VIII. 220.

2. **Minuta,** æ, momentum temporis; *percz.* Máty. 66.

3. **Minuta,** æ, particula; *részecske.* Kuk. Jur. III. 12., 2. Particulas seu *Minutas* salium, auferre non valeant.

Minutarius, i, mercator minutarum mercium; *apró, kis v. réfes kereskedő, szatócs.* Ger. Kleinhändler. Törvt. Msz.

Minutio, (Du C.) exactio tributi, quod in minutis seu minutissima moneta solvitur. V. *Minutum; adószedés.* p. Kronst. I. 335. II. 693. an. 1540: tabula *minutionis* ad consistorium.

Minutiositas, res minuta, res nulla; *aprólékosság.* Száz. XXII. 267.

Minutor, (Du C.) venæ incisor; *érvágó.* Pel. Serm. Excusatur (a peccato) Si fiat pro necessitate vel pro bono communitatis, exemplum de medicis *minutoribus,* aromatariis, quia sunt necessaria. (Aest. 50. k.)

Minutta, æ, (a minuere), immunitio; *kisebbités.* Ljub. Mon. Sl. XI. 216. an. 1347. non audeant . . . facere *minuttam* vel violentiam . . . *ortariis.*

Minutum, i, Minuta, v. moneta minutissima, quam Græci λεπτὸν vocabant (Du C.); *apró pénz.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 387. oblaciones autem et obvenciones ac mortuaria et cetera *minuta* libere et integraliter ipsi sacerdotes percipiant.

Minutus, i, (Du C.) cui vena incisa; *érvágott.* Bék. Pil. P. I. 56. ha . . . szolgálattevőkkel vagy az érvágottakkal (*minuti*) ebédel (sc. subprior), mint elüljáró szerepel.

Miora, rectius: *Melliora,* quod agnam significat (vox Valachica); *nősténybárány.* It. agnella. Monm. Comit. Trans. I. 241. an. 1548. ex viginti quinque ovibus una ovis cum agnello danda erit, ex quinquaginta una ovis cum agnello et *miora;* et septuaginta quinque dues oves cum agnellis et *miora.*

Mira, æ, (Du C.) specula; *kém-, őrhely.* Han. Mon. Jur. P. I. 89: possit proiicere . . . immunditias extra civitatem . . . a porta nova, usque ultra ad *miram* communis.

Mirabiliarius, i, miraculorum auctor; *csodatevő.* Ger. Wundermann. Piszter Szt. Bernát. II. 418. Cf. Augustin. tract. in Joannem 13.

Miraculositas, modus mirabilis (Temesv.) miraculum; *csoda.* It. miracolo. Pel.

Pom. S. de Temp. Dom. 1. Adv. s. III. c. 2. Ratione *miraculositatis* erit certum signum iudicii.

Miraculosus, 3., mirabilis. It. miracoloso; *csodálatos*. S. De Kz. Chr. II. 5., 2: Aliud quoque *miraculosum* prælium Ladislaus rex adolescens habuit cum Comanis.

Mirari super aliquid, pro: mirari aliquid. (Germanismus, Hungarismus); *csodálkozni valamin*. Ger. sich wundern über etwas. Mon. Com. Trans. I. 156. an. 1542: *miror* super gentes Christianorum.

Mircus, pacificus, nomen inditum S. Emerico. Princ. Ang. p. 6: Alii *Mircum* dixere, quod Illiris est pacificus.

Miricia, æ, (Du C.) locus incultus vepribus et dumetis abundans V. s. *Gayae; miveletlen föld*.

Mirificare, (Du C. mirum facere) reddere mirificum, potentia, facultate miracula faciendi ornare; *csodatevővé tenni*. Vita. S. Steph. 11. et miraculorum insigni potentia, virtute deifica *mirificavit*.

Mirificatio, miraculum, mira agendi ratio; *csodamüvelet*. It. miracolo. Ger. Wunderwerk. Pel. Pom. In vig. Nativ. c. 1. Secundum mysterium notabimus de *crastina mirificatione* et revelatione maiestatis divinæ.

Mirum naturæ, miraculum; *természet csodája*. Rozsny. D. Diarium 465 . . . nimia ventriculositással (mely majdnem *mirum naturae* vala).

Misalum, missale V. s. *Antefenarium*.

Misandria, æ, odium viri; *férjutálás*. Ger. Männerhass. Törvt. Msz.

Miscela, æ, mixtura; *keverék*. S. Benkő. Top. Misk. 53. Vina et sapore et odore ingrata sequenti *miscela* corrigi creduntur.

Miscibilis, quod misceri potest; *keverhető*. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. III. 18. Habet itaque hic humor sive succus multas heterogeneorum *miscibilium* partes. F. Balassa. Casula Steph. App.

Miscula, æ, farrago; *kétszeres*. Ger. Mangkorn. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 177. de quolibet stario avenæ, segalæ et *misculae*.

Miserabile depositum. *szükségbeli letétemény*. Nagy. Jus Transil. Sax. 140. Est et *depositum*, quod vocatur *miserabile*, quod in angustiis constituti, ob imminens incendii, belli, ruinæ, tumultus, rapinæ periculum tertio alicui, apud quem illud tutius esse potest, servandum tradimus.

Miserabiles personæ, viduæ et egentes homines; *özvegy és gyámoltalan egyének*. Hajnik Perjog. 116.

Miserabilitas, (Du C.) miseria; *nyomorúság*. Pel. De S. Ladisl. s. I. c. 3: Duo extremæ vitæ humanæ sunt nimiæ paupertatis ac flebilis *miserabilitatis*.

Miseria cum aceto, summa egestas Text. v. s. *Sublegere; keserü nyomor*.

Miseratio divina, (Du C.) misericordia divina; *isteni könyörület, irgalom*. Száz. VI. 681.

Miserator, misericors; *könyörületes*. Moln. Patv. 43. Quam misericordiam ut misericors et *Miserator* Dominus Maiestati Vestræ Sacratissimæ in omnem Augustam Generationem retribuat. Cf. Juvenc. 2, 295.

Misericordia, (Du C.) pœna seu mulcta de quovis crimine, nullis definita legibus sed iudicis derelicta arbitrio; *törvénytől meg nem határozott birság, büntetés*. Incidere in misericordiam nostram = *vétséget elkövetni, melyért a király önkényes büntetést szabhat*. Új Magy. Muz. III. 196. si *inciderint* in *misericordiam* nostram et nulla predictarum misericordiarum ponatur, nisi per sacramentum proborum Arminum de visneto.

Misericordialis, misericors; *könyörületes*. Fej. V. 1. 40. gloriosissimam Virginem, cuius *misericordialis* interventus lapsus hominum apud Deum corrigit. Cod. Dip. And. II. 431., 502.

Misericordianus, misericordiæ fratres; Ordines ad fovendos pauperes et ægrotos sine discrimine sexus et religionis instituti. *Fratrum misericordiae* auctor erat an. 1540. *Juan di dio* Granadæ. Approbatus hic ordo a rom. pontifice 1572. sub conditione observandarum regularum. Sti. Augustini. *Sorores misericordiae* originem debent Vincentio de Paula in Gallia an. 1625. Ad normam harum sororum institutæ sunt a protestantibus in Germania sorores, quæ hodie *diaconissae* appellantur; *irgalmas barátok, nők*. It. fratelli (sorelle) fate ben. Gall. frères (sœurs) de la charité. Ger. Barmherzige Brüder (Schwester). Törvt. Msz. Száz. XI. 606.

Misericordiosus, 3., (Du C.) clemens misericors; *könyörületes*. Prot. inq. 342—3: «O sancta Margaretha, tu es *misericordiosa* omnibus».

Missa Chori, magna Missa, cantata missa; *nagy mise*. Batty. Lcg. III. 153. an. 1316.

Missa conventualis, missa publica; *gyülmise, káptalanmise*. Batty. Leg. III. 327. an. 1397.

Missa de Beata, V. *Beatista*.

Missa ferri candentis iudicii, *az izzóvas törvénykezés alkalmával mondott mise*. Diss. de Ferr. Cand. §. 103. Impositum ita igni ferrum, dum eodem ad candendum urgetur, reditum interea ad altare est, ibique *Missa ferri*, ut vocabant, *candentis iudicii* celebrata, quæ absolvebatur: introitu, oratione, lectione Esaiæ Prophetæ, Gradatione, Lectione Evangelii Marci, Offertorio, Secreta, Communio tum post a Sacerdote assumptam Eucharistiam Adiuratione personæ ferrum portaturæ, inde Porrectione Sacramenti et Oratione.

Missa matutinalis, V. *Beatista; reggeli mise*.

Missa Summa, V. s. *Beatista*.

Missam dicere, facere rem divinam, sacris operari, cœlestem hostiam immolare, sacrificium facere; *misézni*. Wagn.

Missale, (Du C.) liber complectens formulas precum et cantuum ecclesiæ catholicæ; *misekönyv*. It. messale. Vita S. Steph. 91. E *missali* quinqueecclesiensi Anni 1499. Száz. XXVII. 344. Verancs. XI. 321.

Missans, missam celebrans; *misézö pap*. Magy. Tör. Tár. XII. 68. *Missantes* ad parvas.

1. **Missare**, missam audire; *misét hallgatni*. Pel. Serm. Homines . . . quando communicare aut *missare* deberent ac ad devotionem se disponere, minus devoti sunt. (Hiem. 32, o).

2. **Missare**, missam celebrare; *misézni*. It. celebrare la messa. Ger. Messe lesen. Lampe. Hist. Eccl. p. 81: quod regressus a Vittenberga non *missavit*. Tör. Tár. XII. 68.

Missarius, 3., missam celebrans, sacerdotalis; *miséző*. Funda David. 3.: Hinc ibant *Missarii* Satellites, Sedis Romani Episcopi . . .

Missaticum, V. *Missa; mise*. Fabó. Monm. Evang. II. 290. Evangelici sacro, quod *missaticum* adpellant . . . interesse iubebantur.

Missaticus, 3., adi. deriv. ab. abstr. missa: qui frequenter canit missam (Du C.); *miséző*. Bod. Hist. Un. Trans 344. Sacerdotem *missaticum* non audivit.

Misseta, æ, officialis; *tisztviselő*. Ljub. Mon. Sl. II. 98., 99., 100: nemo possit esse *misseta* vel officialis in pago, nisi pagensis.

Misseteria, æ, officium missetæ. V. *Missetus; küldöttség, ügynökség*. Ljub. Mon. Sl. II. 100.

Missetus, pararius, proxeneta; *ügynök*. Ger. Mäkler. Ljub. Mon. Sl. II. 96. an. 1341. Super . . . officialibus . . . sensariis sive *missetis*.

Missi, more It. duplicatum pro: misi, sicut fecci pro: feci, reggere pro: regere. Száz. IV. 681.

Missificus, 3., sacerdos sacris operans; *miséző*. Mol. Sis. C. 3.: Sed Christum iam glorificatum, a *Missifico*, incruente vel cruente immolari, cum qui in cœlis est immortalis, ab homine, qui in terra est, mortali mactari, ut crudele et sævum in Christum figmentum execramur.

Missile Regium, litteræ a rege missæ; *királyi levél*. Verancs. IX. 289. *Missile Regium*, tenore cuius Transilvaniensis, Agriensis et Varadiensis Episcopi causu tractandorum certorum negotiorum Viennam advocantur.

Missiles, litteræ circummissæ; *küldött levél, körözvény, körlevél*. Arch. Rák. VIII. 308.

1. **Missio**, V. *Vocatio* (Du C. al. s.); *küldetés, hivatás*. Verancs. XI. 4. Qui omnes magnis plagis affecti sunt, quod in Divina sese officia sine ulla *vocatione* et *missione* partim ingesserint.

2. **Missio**, procursio Apostolica; *küldetés, térités*. It. missione. Gall. mission. Ger. Sendung, Mission. Kaprin. Eloq. I. 340. In procursionibus vero Apostolicis, quas vulgo *Missiones* appellamus.

Missio sigilli, quo tantum signum aliquod, quod in iudicium vocato mittebatur, intelligendum; *pecsétküldés*. Passim in iure Hungarico.

Missio stabilis, domus stabilis legationis religionis propagandæ causa; *állandó missió*. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. I. p. 129. Catalogus Residentiarum Societatis Jesu et *Missionum stabilium* sub Corona Hungariæ . . . *Missiones*: Alba-Regalensis, Canisiana, Eperjesiensis, Eszekiensis etc.

Missionarius, i, qui aliquem ad sacra religionis veræ perducit; *téritő, pap*. Rák. Ön. 137. Kon. Egyh. 262.

Missitalius, 3., furtim invectus, importatus, advena; *idegen, becsempészett*. End. p. 88. (Simonis de Keza): centum enim et octo generaciones pura tenet Hungaria et non plures, alie enim, si que ipsis sunt coniuncte, advene sunt, vel ex captivis oriundi: quoniam ex Hunor et Mogor in palude Meotida centum et octo progenies, absque tamen *missitalia*, fuere generate V. End. p. 101. Hunorum nobilitas ipsum (t. i. Chabam) contemnebat asse-

rentes eum non esse alumnum regni Scithie, sed quasi *missitalium* extere nacionis.

Missiva, æ, tabella, codicilli; *levél.* Ger. Sendschreiben. Wagn.

Missus, i, **Missi,** orum, (Du C.) vir ad aliquod negotium expediendum missus, oratores, nuntii, legati; *kiküldött, kirendelt.* It. *mèsso.* Gall. messager. Szirm.

Misterium, arcana; *titok.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 60. in crucis patibulo tam dire mortis subiit passionem, *misterium* redemptionis nostre perficiens.

Mistice, pro: mystice, pie, modo arcano; *rejtélyesen, áhitatosan.* It. mistico. Máty. kir. lev. I. k. p. 73: beatitudo vestra ... dignata est ... admonere, ut ense ipso *mistice* accinctus eo pergerem.

Mistricus, i, pretio conductus; *bérelt munkás.* Con. Max. G. an. 1565: *Mistrici* seu conducti. G. 1. j. codnuctitij, quos *Mistricos* appellant.

Mitallum, pro: metallum. V. *Scrigna.*

Mitas, (Du C. miticitas) mansuetudo, benignitas; *szelídség.* Pel. Serm. Quecunque virtutes pulchre, ut castitas, *mitas,* pietas et iustitia non sunt formosa sine luce charitatis. (Aest. 37, n.)

Mititas, ab mitis: clementia, lenitas; mite ingenium; *szelídség.* Chr. Dubn. 154., 143. O feminarum iniquissima ... contra communem morem odiosa, contra *mititatem* fastuosa.

Mitrati abbates, infulā insignes abbates; *süveges apatók.* A pápák követei, kiknek joguk volt a püspöki jelvényeket viselhetni. Decr. Col. Reg. Hung. II. 37.

Mitridatus, 3.; *méreg ellen való terjék.* Ger. Mitridat, Gegengift enthaltend. Cod. Evang. T. I. p. 101: Si sub alis, vena media in opposito brachio ... deinde *mitridato* potu erat natura juvanda.

Mixtim, pro: mistim (Du C.); *elegyesleg,* (fűnosztás). Gazd. tört. szem. I. 224. *mixtim* cum terris aliorum. Cod. And. I. 503. Inter terras et alia jura aliorum hominum *mixtim* sitas. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 502. Preter terram ... que *mixtim* et pro indiviso possidebantur. Knauz M. E. Str. II. 195. *Mixtim* quod vulgariter fyn dicitur. Zalam. Okl. I. 7.

Mixtum, hora decima sumptum jentaculum (Du C.); *tiz órakor való étkezés.* Bék. Pil. P. I. 43: Tertia után «*mixtum*»-ot vesznek ... az ebédlőben. Vagyis 1/1 font (libra) kenyeret esznek és 1/2 hemina bort isznak.

Mixtura, æ, V. s. *Fleta.* Mischzug, ein verstärktes Orgel-Register. Tör. Tár. 1889. p. 607.

Mlaca, Mlaka, æ, lacus, palus, udis; *mocsár.* sl. mláka. Tkal. Mon. Ep. I. 42. an. 1217. per ... *mlacam* tendit ad viam. Mon. Civ. Zag. I. 18. an. 1242.

Mlatna, æ, lutum, immundities, sordes; *sár, piszok.* Prot. inq. 201: purgabat necessaria Conventus et usque ad genua stabat in *mlatna.*

Mnemosynon, nota, memoria (Du C. monumentum); *emlékeztető jegyajándék, emlék.* It. memoria. Gall. souvenir. Nill. Symb. p. 279: velleque Suam Majestatem hoc gratiæ suæ *mnemosynon* ad posteros transire. Verancs. IX. 222. Cf. Catull. 12, 13.

Moarcium, moarium, mohère, mouaire, moire, ein festgeschlagener seidener oder halbseidener Stoff; *fátyolfőfedél.* Schläg. 1184.

Mobile, adi. subst. loco adhibitum, non eodem sensu, ac apud Du C. sc. mobilia significante, verum — incitamentum; *inditó ok, rúgó.* Rák. Ön. p. 139. l. 22—24. (24.): Ego proinde filum narrationis continuabo pro hominibus, tibi soli detegendo primum *mobile* eorum, quæ subsecuta sunt.

Mobilia, (Du C.) supellex, res mobiles; *ingóságok, bútor, háznemű.* Ger. Meuble. Regul. Turm. Præt. 78.

Mocenica, Pecuniæ Venetæ genus. Isthv. XII. 190.

Mochmetista, sectator Mohamedi prophetæ; *mohamedán.* Andr. Pann. 58.

Mochula, æ, lacus, palus; *mocsár.* Sl. močidlo. Sup. An. Sc. I. 91. an. 1258: ad unam paludem, que *mochula* (mocsár, Močidlo) dicitur.

Mocia, æ, idem quod ap. Du C. *Mozina Mozitia* = repositorium, arca. Fej. V. II. 36. et velimus, quod pecunia ipsa per te eidem *mocie* pro parte dicte Camere nostre solvatur; devocioni tue districte precipimus, quatenus prefato *Mocie* Raynaldi seu accurso Bonasi de habitatore Salerni nomine et pro parte ipsius *mocie* predictas uncias auri quadraginta novem nostre Camere solvere procures.

Mocio, seditio, motus; *mozgalom, felkelés.* Szék. Okl. I. 221.

Modalis, ad modum pertinens; *feltételes.* Pázm. Dial. 434.

1. **Modalitas,** modus, ratio; *módozat.* Rák. Ön. 30. amicabilem accordum præferam aliis *modalitatibus.* Fej. VI. 163. Thök. Lev. 36. Törvt. Msz. Arch. Rák. I, 6.

2. **Modalitas,** modus, quo aliquid fit, lex, temperamentum; *törvényes eljárás.* Ger. Modalität. Kövy El. 683. In testibus requiritur *Modalitas,* idest testis rationem debet dare sux scientiæ, hinc testis auritus, qui tantum ex auditu fatetur, non meretur fidem.

Modela, (Du C.) forma, specimen; *minta.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 165. Ut plurimum lapides figuram suam accipere a casu pro diversitate scilicet spatii vel loci, in quo velut in matrice et *modela* concrescunt.

Modella, æ, V. *Modela.* Wallaszky 402. varias artis Hydraulicæ et Architecturæ *Modellas.* Törvt. Mszt.

Modellum, V. *Modela.* Ljub. Mon. Sl. VIII. 64. an. 1530. Verancs. VIII. 196.

Moderamen, inis, conditio, (Du C. temperamentum); *feltétel.* Eszt. Okm. p. 120. (Capitulum Eccl. Budensis an. 1352): partes ... permutaverunt ... *moderaminibus* talibus interiectis.

Moderativus, 3., moderatus, lenis; *enyhe, mérséklő.* Kov. Form. St. 300. nonnullisque nobilibus Regni pro faciendo *moderativo* Judicio causam in Sede nostra Judiciaria. Pesty Ször. III. 258. Fej. XI. 351. Beng. Ann. Er. Cœnob. 129. vi illius paragraphi *moderativi.* — Cod. Zi. V. 365.

Moderator Gymnasii, alias: Director, rector; *gymn. igazgató.* Wallaszky. 295.

Modicitas, atis, penuria; *hiány.* It. mancamento. Máty. kir. lev. I. k. p. 356: *modicitas* aque et gelua prohibuerunt.

Modificabilis, certa ratione mutabilis; *módosítható.* Gall. modificable. Ger. modificirbar. Vern. Met. II. 167. et utramque esse subiectum per durabile et *modificabile* esse censuerunt.

Modificatio, mutatio modi (Du C. al. s.); *módosítás, változtatás.* It. modificazione. Vern. Met. I. 109. Mutatio modi *modificatio* dicitur. Bene Med. 253.

Modificativus, vim modificationis habens; *módosító.* It. che modifica. Beng. Ann. Er. Cœnob. 127. Unde procurata eatenus Constitutione altera seu Decreto *modificativo* mox illud in Provinciam transmisit.

Modificatorius, 3., immutans. temperans; *módosító, változtató.* Kuk. Jur. III. 196. in sequelam huiusce clarificatoriæ et *modificatoriae* legis pro continuatione ad legale Tabulæ Banalis Judicium illico transponantur.

Modiores, mortarium V. s. *Archetus; vakolat.* It. modio, mognio. Ger. Malter.

Modius Pestiensis, (pesti) *mérő.* Kov. Oec. 30. Modius Pestiensis est 1/8 maior Posoniensi (V. *Modius Posoniensis).*

Modius Posoniensis, *mérő* (pozsonyi). Kov. Oec. 30: Modius Posoniensis est modius Viennensis = 48 Mediis (Quart) = 3072 pollicibus cub. Vien. Medias has dicunt maiores pro rebus siccis, quarum singula 3 Sextarios complectitur, Minores Mediæ pro rebus liquidis constant 2 Sextariis; talesque 72 mediæ constituunt unum Modium etiam *Metretam* vulgo dictam.

Modofatus, 3., supra dictus, memoratus; *az imént emlitett.* Art. Diæt. Pos. 42. Ut Moneta Marchionatus Moraviæ Gröschl dicta eum, quem in *modofata* Provincia habet Cursum, etiam in Regno Hungariæ obtineat. Arch. Rák. IX. 30.

Modulus, *Protoplasma* q. v. (Du C. al. s.) Ger. Modell.

Mœnianum, rectius: Mænianum gr. ἐξώστρα, tabulatum vel lapis extra parietem projectus et ad prospiciendum aptus (Forc.); *erkély.* It. profetto, balkone. Gall. balkon. Ger. Erker. Kat. Hist. VIII. 655. arcem ... fieri procuravit ... ut omnibus aliis Turribus præemineret, quam cum solario et *moeniano* roborans, ut omnium intuentium appareret oculis, mirabiliter venustavit. Cf. Festus p. 134 ed. Müller. Val. Max. 9, 12, 7.

Moftius, i, primarius antistes apud Turcas; *főpap, mufti.* P. *Bizarus* De Bello Pannonico p. 704. eique primus, honoris causa obviam venit *Moftius,* primarius antistes apud Turcas, quem aiunt descendere ex Mahumeti linea.

Mogilatus, homo impeditæ linguæ, balbus, blæsus; *alig szóló (dadogó).* Germ. Stammler. Pár. Páp.

Mohametista, æ, assecla Mahometis; *mohamedán.* Simonyi Magy. Ny. 127.

Mohammedanismus, doctrina Mahomedi; *Mahomed vallása.* Száz. X. 716.

Mohar, (ant. gall. *mouaire, mohère,* angl. *mohair.* It. *moerre, amoerre,* hisp. *muer, mué.* Conf. hindost. *māghar.* species serici undulati; *habos selyem.* Monm. Comit. Trans. V, 196. Ab una pecia *Mohar* fl. 20.

Mohatra, contractus *mohatrae, mohatrae* pactum. (ab arab. *muchâtarah,* periculum, a *chatara,* rem vendere, quam non possidemus) significat pactum, instrumentum litterale in speciem factum ad celandum pactum legitime factum; *hamis szerződés.* Pár. Páp.

1. **Mola,** cos (Du C. al s.); *köszörü.* It. mola, pietra da arrotare. Ger. Schleifstein. Schläg. 1288.

2. **Mola,** mortarium; *mozsár.* It. mortajo. Ger. Mörser, Mörsel. Schläg. 1126.

3. **Mola,** (Du C. 2.) instrumentum, quo res eonterimus (sensu translato); *megőrlője, megsemmitője valaminek.* Régi Magy. Költ. Tár. I. 383. Nostra criminis purgatrix et *mola.*

Mola alata, seu *pneumatica,* ventorum impetu versatilis; *szélmalom.* Germ. Windmühle. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 254.

Mola chartaria, officina chartaria; *papirmalom, -gyár.* Tag. Erd. II. 339. an. 1770.

Mola chartularia, V. *Mola chartaria.* Curios. Misc. II. 266. Magna etiam provenit utilitas ex *molis chartulariis.*

Mola cochlearia, mola cylindris mota; *hengermalom.* Ger. Walzmühle. Kuk. Jur. III. 192. taxis molaribus in Comitatibus Posega, Verőcze et Szerem hactenus vigentibus, quæ in specie a *mola cochlearia* in uno — reflexe vero ad alias ordinarias fluviales molas, a singula rota in duobus . . . census titulo domino terrestri quotannis pendendis florenis defixa sunt.

Mola contusoria, mola æri contundendo; *zúzó.* Juriev. Jur. Met. 45. Lotores Montanistici (Mühlenarbeiter) vocantur generatim omnes illi operarii, qui in *Molis contusoriis,* iisque Adiunctis *Loturis* operas præstant.

Mola corticum, mola comminuendo cortici coriario facta; *csermalom.* Germ. Lohemühle. Urk. Sieb. II. 290. an. 1367. cerdonum *molam corticum.*

Mola crisealis, fullonica; *kalló.* Tör. Tár. 1890. p. 486. molendinis et *mola* trusatili seu *criseali* vulgo *Karlo* appellata.

Mola farinaria unius lapidis, mola farinæ parandæ: *lisztelő malom egy kövön járó.* Schwart. Scult. 133.

Mola frumentaria manualis, mola trusatilis, manuaria; *kézi malom.* Wallaszky. 334.

Mola Jumentaria, quæ iumentorum et quandoque etiam hominum opera circum agebatur; *száraz malom.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 254.

Mola pneumatica, V. *Mola alata.* Patr. Const. 297. *Mola Pneumatica.*

Mola serraria, machina truncis arborum in asses secandis constructa; *fűrészmalom.* Tag. Erd. II. 192. an. 1762. Nov. Calend. 225. Arch. Rák. VIII. 364.

Mola sulcatoria, V. *Mola crisealis.* Tör. Tár. 1890. p. 490.

Mola trusatilis, V. *Mola Crisealis.* Tör. Tár. 1890. p. 486.

Mola tusoria, V. *Mola Contusoria.* Juriev. Jur. Met. 116. *Molae tusoriae* et Ustrinæ tamdiu pro desolatis non habentur, neque possunt a Judice montano mutunganti conferri, quamdiu ferreus annulus et codax axi inest, item axis in suo loco iacet.

Mola vaporaria frumentaria, mola, quæ inclusis aquæ vaporibus movetur; *gőzmalom.* It. mulino a vapore. Ger. Dampfmühle. Kass. Prax. II. 287.

Molare, (Du C.) molere; *őrleni.* Tör. Tár. 1890. p. 479. Item concessimus ipsi in super nominato Ladislao vajwodæ et ubicumque idem poterit molendinum *molare* et sulcaturas prope dictam possessionem construere.

Molarium, lapis molarius, (Du C. molendinum); *malomkő.* Cod. de Sztára. II. 92. Significare curavit, quomodo . . . quendam iobagionem suum, videlicet Sandorem . . . pro comparatione *molarii,* vulgo *malomkev* ad Sech destinasset.

Moldán, pannus laneus mollior; *molton* (lágy, gubanczos szőrkelme). Ger. Molton, Multam. Vect. Ref. C.: de . . . una ligatura *Moldán.*

Moldinator, molitor; *molnár.* Quel. Sieb. I. 2.

Molendina, æ, (Du C.) molendinum; *malom.* Kronst. I. 701.

Molendinalia, ium, reditus e molis; *malomjövedelem.* Quel. Sieb. I. 338. an. 1501. percepta . . . ex parte *molendinalium.*

Molendinalis, ad molendinum pertinens, molendinarius, molaris; *malom* . . . Cod. Dip. Pat. V. 145., 197. Cum omnibus terris vineis, locis *Molendinalibus,* Collectis et utilitatibus . . . memorato Capitulo et Ecclesie ipsorum prelibate dedissent.

Molendinaria, æ, fœm. ad molitor, molendinarius; *molnárnő.* Han. Mon. Jur. P. I. 89.

Molendinarius, i, magister molæ, molarius; *molnár.* Schwart. Scult. 159. molitorum seu *molendinariorum.* Fej. I. 297. Tör. Tár. 1889. p. 384. Cf. Inscr. Grut. 1114, 6.

1. **Molendinator,** molitor, molendinarius; *molnár.* Kub. D. Hont. p. 281. an. 1379: curiam *molendinatoris.* Kronst. I. 453. Fjp. Szám. 30., 31. Quel. Sieb. I. 3.

2. **Molendinator,** faber lignarius; *ács.* Tör. Tár. 1888. p. 396.

Molendinium, Idem ac molendinum, mola; *malom.* Fej. VIII. 2., 312. a metis illis transit *molendinium* directe versus meridiem.

Molendinum, (Du C.) moletrina; *malom.* Schwart. Scult. 159. *molas* seu *molendina* habentes. Cf. Augustin. in Psalm. 132, 4. ib. 36, 2.

Molendinum farinarum, moletrina far.; *lisztmalom.* Tört. Tár. 1890. p. 489.

Molendinum pilatorium, pistrinum; *kölyümalom.* Ger. Stampfmühle. Kat. Hist. IX. 178. Item adhuc duo *molendina pilatoria* vulgariter Kolov dicta. Buny. Vár. tört. II. 489. duo *molendina pilatoria* vulgariter korlo dicta.

Molendinum sulcatorum, fullonica; *kalló.* Tör. Tár. 1890. p. 489.

Molendinum de super pellens, Molendinum, quod aqua de super fluenti pellitur; *föllyül csapó malom.* Cod. de Sztára. II. 521. Dempto solum uno *molendino* in facie possessionis Ewrdewgporwbka *de super pellente* . . .

Molendinus, i, mola; *malom.* Rač. Mon. Sl. VII. 29. an. 1000 dedimus duos *molendinos.*

Molendynarius, V. *Molendinarius.* Cod. Dip. Arp. Cont. X. 341. Ceterum in die Pentecosten quendam *molendynarium* eiusdem venerabilis patris . . . in naso orribiliter vulnerarunt.

Molentinum, molendinum, mola; *malom.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 253.

Moleri facere, commolendum curare; *őröltetni.* Kronst. III. 36: fecimus . . . *moleri.*

Molestatio, onis, (Du C. ægritudo) actus molestiam afferendi, gravandi; *terhelés, alkalmatlankodás.* It. molestare, molestia. Verancs. V. 324. commisimus illico Ladislao Keretschem, ut Zygethienses, qui sunt Agriæ applicati, sine mandatis aliisque *molestationibus* amplius non urgeat. Cod. Dip. Arp. Cont. V. 33. Knauz M. E. Str. I. 206., 207.

Molestator, (Du C.) qui molestiam alicui exhibet; *alkalmatlankodó, nyugtalanító.* Tör. Tár. 1890. p. 489. turbatores *molestatores.* Szék. Okl. IV. 181. Pesty Ször. III. 205. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 106. Star. XXI. V. 208. an. 1247.

Moletrina, æ, V. *Moletrinum* 2. Fej. I, 406 ut pro expiatione ac salute animæ . . . eidem Cœnobio traderem locum *moletrinae.*

1. **Moletrinum,** *pistrinum,* instrumentum ad molendum; *malomszerszám.* Sentiv. Cur. Misc. II. 266. Mola quam plurimis instruatur Rotis, habeatque varia *moletrina* seu pistrina pro millio, hordeo, panico etc.

2. **Moletrinum,** molendinum; *malom.* Szer. Not. p. 155: in causa . . . quæ mola fuit super medietate *Moletrini.*

Molidva, preces, oratio; *imádság.* Nill. Symb. p. 550: *Molitva* (vox slavica) δέησις, oratio, προσευχή, ἔντευξις, preces. Cihac, *Dictionnaire* V. molében p. 201—202.

Molile, instrumentum ad molendum pertinens; *őrlő szerszám.* Freund: Mühlseil. Pár. Páp.

Molimen Sisyphium, labor inutilis; *hasztalan erőlködés.* Száz. VII. 140.

Molinellus, i, instrumentum ad effringendas portas, claustra; *betörő szerszám.* It. mulinello. Ljub. Mon. Sl. XXI. 195. an. 1444: balistas . . . cum suis *molinellis* et *sucetas* centum. Ljub. Mon. Jur. P. I. III. 408. an. 1444.

Molinista, æ, partes Molinæ, hispaniensis Jesuitæ 1501 mortui sequens, qui docebat tantum eos, qui merentur, gratiæ divinæ participes esse posse. Coll. I. 65.

Molinum, quo aliquid molitur (Du C. al. s.) V. s. *Manganum* 2.; *mozgony.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 57. *molinum,* quem dedit Crivali Rex.

Molitio, actus mola contundendi; *őrlés.* Bene Pol. 100.

Mollicellus, 3., effeminatus; *elpuhult.* It. molle, effeminato. Patr. Constant. 110. Ad discentem *mollicellum.* Cf. Catull. 25, 10.

Mollificatio, (Du C.) actio, qua aliquid molle efficitur; *meglágyitás.* Pel. In fest. circumc. s. III. c. 3: Figura regia per sigillum non imprimitur in ceram, nisi cera sit per *mollificationem* debitam disposita.

Mollis, (Dief. mullis et mullus) lagopus (Plin). Tetrao bonasia (Linn.); *császármadár.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118.

Molnar, is, molitor; *molnár.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 374. et ex eadem magna via incipiunt octo mete terræ et protendunt se usque *molnarum* aquam Ida et ex parte meridionali iuxta metas premissas pertinet ad partem populorum de Zyna.

Molochinus, 3., pro: *melocineus,* (Du C.) (a gr. μολοχή: malva) malvæ colo-

rem referens; *biborszinü.* Bárcz. Cf. Cæcil. ap. Non. 548, 14.

Molosus, molossus (Dief. *rúd*), (Lexer rude = grosser hatzhund); *nyomon járó (kan)kutya, szelindek.* It. molòsso. Ger. Bullenbeister. Schläg. 1470.

Molula, æ, rotula calcaris; *sarkantyú-taraj.* Bárczay.

Molum, (Du C.) agger, portus; *révpart.* It. molo. Ljub. Mon. Sl. X. 243. an. 1334.

Momentanee, adv. a momentaneus — momentaliter, momento temporis; *egy pillanat alatt, azonnal, egy pillanatra.* Rák. Ön. p. 357. l. 7—9. (9.): . . . tu voluisti, ut talis sim, vas scilicet inane et frangor; absit a me nolle, quod tu vis; sed vere non vis, ut *momentanee* frangar . . . Törvt Msz.

Momentaneus, 3., brevissimi temporis; *igen rövid idejü.* Wagn. Cf. Tertull. adv. Marc. 3, 17.

Momentosior, maioris momenti; *fontosabb.* Abelsb. 22.

Momentosissimus, 3., maximi momenti; *legfontosabb.* Brunner. 21.

Momentositas, momentum, pondus; *fontosság.* It. importanza. Ger. Wichtigkeit. Vern. Psych. 204. Illæ multorum hominum mirabilia naturalibus præferendi propensiones, superstitiones et præiudicia, ambitio huicque coniunctum studium sibi per eam iactationem, quasi revera hac potestate gauderent, gloriam quamdam et *momentositatem* conciliandi... communes illi fontes sunt.

Momentosus, 3., magni momenti; *fontos, jelentős, nyomós.* Kass. P. P. I. 30. Ordinarius Notarius, qui plerumque *momentosiora* objecta manipulat. Cf. Pseudo-Quintil. Decl. 13, 12.

Momentum, primitiæ ætatis vel conversionis (Du C. al. s.); *zsenge, kezdő kor.* Batty. Ger. 162. Aliter in *momento* de vita exeuntes, aliter, qui a primo mane usque ad undecimam horam laboraverunt in vinea Domini.

Monacha, æ, (Du C.) sacerdos femina, sanctimonialis, monialis; *apácza.* It. monaca. Szamosk. III. 198. apud Apaczam pagum, quod si interpreteris, *Monacham* significat. Cher. Jus. Eccl. I. 300. Fej. I. 250.

Monachalis, e, ad monachum pertinens; *szerzetesi, baráti.* It. monacàle. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 170. *monachalem* habitum se professus est assumpsisse.

Monachare, (Du C.) monacham facere; *apáczává tenni.* Rač. Mon. Sl. an. 1076: medietatem donavit nobis . . . cum sorore sua, quam *monachavimus.* Vjestnik I. 252. an. 1289 sorori... dotem... ad *monachandum.*

Monachatus, us, (Du C.) status, conditio monachi, ordo monachicus; *szerzetesség.* Kronst. II. 652. Kon. Egyh. 373. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 14.

Monachi grisei, Franciscani Observantes. Mon. Comit. Trans. II. 78. duo claustra, quorum in altero *monachi* nigri, in altero *grisei* tuto inhabitarent. Szer. Not. 193.

Monachi nigri, 1. Benedictini a nigro habitu sic appellati; 2. monachi ex ordine Dominicanorum; *1. benczések; 2. domokosok.* 1. Monm. Comit. Trans. II. 78. duo claustra, quorum in altero *monachi nigri,* in altero grisei tuto inhabitarent. 2. Kronst. III. 183.

Monachicus, 3., ad monachum pertinens; *szerzetesi.* It. monacale. Arch. Rák. VIII. 337. vestitu *monachico.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 74. Cf. Justin. Novell. constit. 133, 5.

Monachilis, V. *Monachicus* (Du C.); *szerzetesi.* Vita S. Steph. 93. Et «ad S. Bonifacium *monachilem* vestem accepit».

Monachismus, V. *Monachatus; szerzetesség, szerzetes rend.* It. monachismo. Czvit. Spec. 154. an. 1537. vero pietatis et Thelogici studii desiderio *Monachismum* suscipere cogitavit communicato consilio cum Baldo Lupatino . . . qui cum *monachatum* ipsi dissuasisset.

Monachologia, historia rerum monasticarum; *szerzetek története.* Hor. Mem. 542.

1. **Monachus,** solitarius, qui vitam vivit solitariam; *szerzetes.* It. monaco. S. de Kz. Chr. II. 3., 4.: A. 1., 5.: et passim. Cf. Sidon. Ep. 22., 34.

2. **Monachus,** pure pro: Georgius Frater; *Fráter György.* Arch. Ver. Sieb. VI. 1. 315. et passim.

Monachus hospitalis, hospitalarius, mon. qui hospitum curam gerit; *vendégfogadó barát.* Bék. Pil. P. I. 67.

Monarchatus, us, dominatus unius; *egyuralom, önúrság.* It. monarchia. Verancs. VII. 101. Tantum autem abest, ut illud tertium in me suspectum esse possit, ut *monarchatu* etiam quopiam maximo divelli abs te nunquam velim.

Monarchialis, ad monarchiam i. e. regnum unius pertinens; *egyeduralmi.* It. monarchico. Chr. pict. Vind. 110. De eleccione Atyle regis hungarorum et de victoria eiusdem *monarchiali.* Marc. Chr. I. 4.

Monarchica lingua, lingua publica, forensis; *állami nyelv.* Ker. Nap. 83.

Monarchici, (Du C. Monarchiani) = Hæretici, qui Praxeam sectantes . . . Deum unum fatebantur, Trinum negabant; *egy Isten vitatók.* Szentiv. Cur. Misc. III. Catalogus V. Hæreses et Hæresiarchæ primorum quinque sæculorum . . . *Monarchici.*

Monasteria, æ, monasterium; *monostor.* Száz. VII. 541.

Monasterialis, (Du C.) ad monasterium i. e. claustrum, domum, vitam solitariam agentium pertinens; *monostori, klastromi.* Ger. klösterlich. Vita S. Steph. 16. ubi usque hodie congregatio *monasterialis* disciplina regulari pollens, temporalium sustencione copiarum superhabundans. Luc. Reg. Dalm. 103.

Monasteriensis, ad monasterium pertinens; *kolostori.* Tör. Tár. 1887. p. 421.

Monasteriologia, liber historiam monasteriorum continens; *zárdák történetkönyve.* Száz. IV. 618. Magy. Tör. Tár. VII. 24. Fej. I. 331.

Monasteriolum, i, (Du C.) parvum monasterium; *kis kolostor.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 149. Atque ita succedentibus annis crevit *Monasteriolum* Argerhartense. Cf. Not. Tir. p. 192.

1. **Monasterium,** locus, in quo monachi degunt, claustrum, (Du C.); *kolostor.* Isthv. XII. 262. et passim. Cf. Sidon. Ep. 4., 25.. 7., 17. August. ad Casul. Ep. 86.

2. **Monasterium,** ecclesiæ cathedralis domicilium; *székes káptalan.* Buny. Vár. tört. I. 40.

Monasterologia, æ, V. *Monasteriologia.* Beng. Ann. Er. Cœnob. Præf.

Monastice, es, disciplina monachorum; *szerzetesi élet.* Fabó Monm. Evang. 341. ad altiora eluctatus, *monasticen* inter eremitas s. Pauli professus fuit.

1. **Monasticus,** i, monachus; *szerzetes.* Tör. Tár. 1881. p. 456. *Monastici* et Spirituales.

2. **Monasticus,** 3., ad monasterium pertinens; *kolostori.* It. monàstico. Cod. Ep. Páz. I. 254. unde sequeretur infinita insolentia et irremediabilis ruina omnis *monasticae* disciplinæ.

Monaula, monautus, aulœdus; *fuvolás.* Ger. Flötenbläser, Flötenspieler. Szamosk. II. 14. Plerosque insanis profusionibus alebat; cantores, citharœdos, psallocitharistas, *monaulas,* choraulas, sacerdotes ad sacra decantanda apprime vocales.

Mondare, purgare. V. s. *Sentinare; tisztogatni.*

Mondoura, æ, ornatus vestitusque militaris; *katonai egyenruha.* Ger. Montur. Kass. Ench. I. 207. *Mondourae* militaris venditio Legionibus, emtio vero Provincialibus quam severissime interdicitur. Norm. Ordin. an. 1779. 29. Nov.

Mondura, æ, V. *Mondoura.* Reg. Mil. p. 56: *Mondurae* seu vestiariæ res.

Monealis, monialis, virgo sacra; *apácza.* Bene Pol. nr. 20.

Monela, æ, (Du C. monella) monitio; *intelem, intés.* Tör. Tár. 1888. p. 535. ad principum nostrorum *monelam.* Cf. Tertull. Pat. 8. adv. Marc. 4., 34.

Moneta, (Du C.) quod monetæ domino seu Principi obvenit; tributum, exactio, *collecta; adó.* Batty. Leg. T. II. 90. an. 1091.

Moneta banalis, Moneta regalis, *báni, királyi pénz.* Numi Hung. 124. distinctio facta est inter *monetam regalem* et *banalem,* quum sensus verborum privilegii sit: regalem i. e. hungaricam monetam ante Andream in Sclavonia non fuisse signatam; *banalem* e contra, seu Sclavonicam iam sub Emerico invaluisse ostensum est.

Moneta Cæsarea, V. s. *Moneta polonica.*

Moneta conventionalis, V. *Conventionalis moneta; pengőpénz; convencziós pénz.* Törvt. Msz.

Moneta cuprea, nummus æneus cupreus; *rézpénz.* Diar. Com. II. 95.

Moneta currens, quæ in communi usu est; *folyó pénz, kellő pénz.* Törvt. Msz.

Moneta clangens, præsens, parata pecunia; *pengő pénz.* It. moneta sonante. Gall. argent comptant. Ger. klingende Münze. Kass. Jur. Civ. I. 268. et reliqua in *Moneta clangente* Conventionali percipiuntur.

Moneta falsa, nummus adulterinus; *hamis pénz.* Wagn.

Moneta polonica, Cod. Alv. II. 232. *Moneta Polonica,* quæ vulgo duodecim polturarum vocatur, valeat triginta sex nummos hungaricos, sive sex grossos germanicos. *Moneta Caesarea,* quæ decem polturarum vocatur in Transylvania, valeat triginta nummos hungaricos, sive quinque grossos cæsareos.

Moneta rubra, moneta cuprea, ærea; *veres rézpénz.* Arch. Rák. I. 23.

Moneta Saracheni, Numi Hung. 38. caput Mauri seu Saraceni in numis Ludovici

regis exhibitum esse insigne gentilitium dictorum Cameræ Comitum Szerecsen, ad nomen vel originem eorum alludens, obtenta indubie a rege caput idem pro principali monetæ typo exprimendi facultate; unde denarii eorum in diplomatibus «*monetae Saracheni* et *Zerechini*» nomine veniunt.

Moneta Solden, solidus, Cod. Dipl. Pat. T. II. p. 331 : non cum *Moneta Solden* wlgariter nuncupata, qua ab antiquo solvere solitum fuisset, sed cum alia moneta videlicet vyennensi . . .

Moneta Zerechini, V. s. v. *Moneta Saracheni.*

Monetám exercere, monetam cambiare, permutare; *pénzváltással foglalkozni.* Batty. Leg. T. II. 304. an. 1217: nec . . . ad aliquod forum Episcopi causa *exercendae monetae* accedere . . . . præsumat.

Monetare, (Du C.) signare aurum, argentum, monetam; *verni* (pénzt arany és ezüstből). An. Sc. I. 334. an. 1445 : auri, argenti *monetati* et non *monetati.* Numi Hung. 157. Arch. Ver. Sieb. VI. 1. 186. an. 1456. monetam cusam, *monetatam.*

Monetaria, æ, moneta; *pénzverő intézet.* Gall. monnaierie. Arch. Rák. I. 16. *Monetaria* Cassoviensis.

Monetarius, i, (Du C.) qui monetam cudit; *pénzverő.* Magy. Tör. Tár. IX. 154. Cf. Aurel. Vict. Epit. Eutrop. Inscr. ap. Muret. 968., 5.

Monetatio, (Du C.) actus monetæ cudendæ; *pénzverés.* Magy. Tör. Tár. IX. 153. quod in camera Crempnicziensi *monetatio* in huiusmodi *liga,* pondere et valore absque ulla diminucione inviolabiliter observetur. Numi Hung. 16.

Moniales Anglicæ, idem ac *Herulae Anglicae* quod vide.

Moniales Benedictinæ, *benczés szüzek.* Cher. Jus. Eccl. II. 60., 5. *Moniales Benedictinae* a S. Gilberto Sempringamensi a. 1148. institutæ et ab Eugenio P. confirmatæ regulam S. Benedicti sequuntur; apud nos Flumine existunt et pariter educatione sexus sequioris occupantur.

Moniales Carmelitæ, *karmelita szüzek.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. Oct. Synops Chron. VI. *Monialium Carmelitarum* ex reformatione S. Teresiæ 1560.

Monialis, (Du C.) virgo Deo sacra, dicata; *apácza.* S. de Kz. Chr. II. 4., 13. Fej. V. I. 278. et passim.

Moniliformis, formam monilis exhibens; *nyakláncz alakú.* Alexy 24.

Monitium scriba, in domo monetaria; *pénzverői iródeák.* Tör. Tár. 1881. p. 376.

Monitiuncula, æ, dem. ad *monitionem; kis intés, észrevétel.* Batty. Leg. I. 143: in formula adpareret *monitiuncula* de papyri et pergameni discrimine. Száz. XXII. 529.

Monitor, in scholis Bell-Lancastericis magister, præceptor; *tanító.* Vern. Log. 286. Scholaris proin hic (*monitor* vocatus) exiguam scientiam suam decem aut quindecim prolibus illis ita communicat. . . Cf. Stat. Silv. 5., 3., 147. id. Theb. 12., 205.

Monitorium, (sc. scriptum) (Du C.) citatio iuridica; *intő parancsolat.* Kov. Form. St. CXXIV. *Monitorium* tertiam Citationem in se amplectens. Száz. VIII. 662.

Monitrix, quæ monet, alicui auxilio est; *intő, tanácsadó, gyámolító.* Jan. Pan. Poëm. II. 12; quibus deest *monitrix* benevolentia, iis sustinendus est sermo malevolentis inimici. Patr. Const. 145. Consultam despice mentem Pectoris igniculos hac *monitrice* scies.

Monoceros, otis; *egyszarvú.* Ger. Einhorn. Star. XVII. 63. an. 1667. *monocerotem* dispositis . . . pedibus. Cf. Plin. 8, 21, 31.

Monoculus, i, unoculus; uno oculo captus; *félszemü, egy szemére vak.* Tör. Tár. 1888. p. 389. *monoculus* factus. Thurócz. 52. Cf. Firm. Math. 8., 19.

Monogramma, (Du C. μονόγραμμα) nomen compendio descriptum et certis litterarum complexionibus concinnatum; *szórejtő jegy.* It. monogramma. Törvt. Msz.

Monogrammatica, ars monogrammata concinnandi; *szórejtőjegy ismeret.* Gall. monogrammatique . . . Ger. Monogrammlehre. Törvt. Msz.

Monographus, i, qui de aliqua re librum separatim conscribit; *tanulmányiró.* Száz. III. 277.

Monomachia, (μονομαχία) (Du C.) certamen singulare; *párviadal.* Arch. Rák. IX. 7. præliis, pugnis, hastiludiis, Torneamentis, Duellis, *Monomachiis.* Cf. Cassiod. Variar. 3., 24.

Monophisita, æ, μόνος + φύσις, ita nominantur ii, qui doctrinam Archimandritæ Constantinopolitani, Eutychæ secuti sunt, quo auctore Christus unam tantum naturam habuisse et corpus eius corpori nostro non simile esse perhibetur. an. 448.; *egytermészet vitatók.* Kaprin. Eloq. II. 78. ut ea re profitemur: duas esse in Christo naturas in unitatem personæ coniunctas; humanam scilicet et divinam, adversum Hæreticos *Monophisitas,* qui unam in Christo naturam dari blasphemantes teste Nicephoro uno solum digito crucem effingebant. Not. rel. I. 230.

Monopola, æ, V. *Monopolista.* Törvt. Msz. Cf. Mart. Capell. 3. p. 55.

Monopolista, æ, qui solus sibi ius vendendi comparavit; *nyerekedő, egyedárus.* It. monopolista. Ger. Monopolist, Alleinhändler. Törvt. Msz.

Monopolium, arbitrium emendi et vendendi pecunia comparatum; *egyedárusság, egyedkereskedés.* It. monopólio. Ger. Alleinhandel, Monopol. Bel. Cell. 829. *Monopolium* nr. 2. Sueton. Plin. die privilegirte Handlung, das Recht etwas allein zu kaufen oder zu verkauffen. Tulajdon árunak boltja, melyet egyedül egy árul és másutt ember nem vehet stb. Kövy El. 824. et passim. Cf. Sueton. Tib. 71. Plin. 8., 37., 56.

Monopolium tabaccæ, herbæ nicotianæ vendendi arbitrium; *dohányegyedárúság.* Bel. Geogr. 51.

Monopolizare, monopolium exercere; *egyedáruskodni.* Törvt. Msz.

Monos, unus; *egy.* Obs. Jadr. 319. Arietum intesticulatorum copia haberi non poterat pro uno, nec pro infinito obolo; Taurorum et vitulorum libra quælibet argenteo bino et semis, Caballorum ac mulorum quaterna deca, pro unica solvebatur numis ternisdeca et sex valebat, *Monos* ovum gallinæ æreis duodecim, Pullus eius pro argenteis *bistetras* fiebat concambium, genitrix pulorum vel Capo aureum *Monos* et semis venundabatur et omnium horum grandissima Urbs gerebat penuriam.

Monospes, unius pedis; *egy láb hosszú,* Obs. Jadr. 408. Quorum aliqui murum fodebant, aliqui spicula balistrarum tam *monospedis* quam duobus et giraculorum arcuum et spingardarum ac aliarum specierum bellicarum armorum in hostes prosiliebant.

Monotheleticus, ad monothelitas pertinens (a μόνος et θέλειν) V. *Monothelitae.* Czvit. Spec. 185. Heraclii Ecthesin sive Expositionem et Hæresin *Monotheleticam* damnavit.

Monothelitæ, alias: Monothelani (DuC.) qui quidem in Christo duas naturas (divinam et humanam) sed tantum unam voluntatem esse docebant; *egyakarat vitatók.* Not. rel. I. 232. Cher. Jus. Eccl. I. 161. Kaprin Eloq. II. Præf. Nill. Symb. 879.

Monotonia, μονοτονία, oratio omni varietate vocis carens; *egyhangúság.* It. monotonia. Kaprin. Eloq. I. 731. Vitium est *monotonia* varietati contraria cum eodem insulso vocis tenore prope nulla flexione utitur Orator.

Monoxylus, 3., (linter.) (Du C.) ex uno trunco constans. *csónak egy fatörzsből.* Heyse: Monoxylon, Monoxyl. eig. Einholz, ein Stammkahn oder aus einem Baume bereitetes Fahrzeug. Szamosk. II. 192. Quibus ita constitutis secunda militum voluntate navigiis et *monoxylis* lintribus mille quingentis ad eum usum antea præparatis, Danubium improvisus traiicit. Cf. Plin. 6., 23., 26.

Mons pietatis, domus pignoratitia; *zálogház.* It. monte di pietá. Gall. mont. de piété. Ger. Leihbank, Leihhaus. Cher. Jus. Eccl. II. 300. A crimine usurarie pravitatis immunes esse censentur *Montes pietatis,* domus fiduciariæ, auctoritate regia apud nos tum Pestini tum Posonii erectæ eum in finem, ut pecunia mutuo detur indigenti ea lege, ut si præfixo tempore non fuerit reddita, pignus, quod in securitatem eius pecuniæ depositum est, vendatur, *monsque* ipse *pietatis,* pecuniam mutuo datam ex pretio rei Divenditæ et aliquid supra recipiat, reliquum vero debitori restituatur.

Monstra, æ, (Du C.) militum recensus; *katonai szemle.* Ger. Musterung. Ljub. Mon. Sl. II. 441 : videant . . . *monstras* . . . stipendiariorum. S. de Kz. Chr. II. 1., 19.

Monstram videre, recensere; *megvizsgálni, szemlét tartani.* Han. Mon. Jur. P. I. 125 : regimen teneatur . . . in fine . . . anni de his armis facere descriptionem et *videre monstram.*

Monstrantia, æ, (Du C.) Monstrantiæ phylacteria seu arculæ, in quibus reconduntur Reliquiæ, atque adeo sacra Eucharistia, quomodo *Monstrances* in Belgio etiamnum vocantur; *szentségtartó.* Heyse: *Monstranz* = das Zeigebehältniss od. prächtige Gehäuse der geweihten Hostie in der Kath. Kirche. — Cod. Ep. Pet. Páz. I. 245. Quod *monstrantia* pro processione Corporis Christi, una cum casula, unionibus, masgaritis et auro intexta cum calice aureo judæis Viennæ oppignorata vel vendita Ecclesiæ B. restituatur. Otia Bachm. 75.

Monstratorium Eucharisticum, V. *Monstrantia;* Beng. Ann. Erem. Cœnob. 79. Fulget nunc pretiosus hic lapis in aureo *Eucharistico Monstratorio,* cuius fronti insertus est.

Monstrator viarum, itineris dux, ductor; *útmutató.* Reg. Mil. an. 1726. p. 20: omnes labores angarios pro Officialium culinis . . . *viarum monstratores* . . . imposterum . . . cassatos, mortificatos . . . esse volumus.

Monstratrix, quæ monstrat, docet; *tanítónő, útmutató.* Jan. Pan. Poëm. I. 418: Tu sis *monstratrix,* tu mutua fœdera junge.

Mōnstrificus, 3., horrendus, formidolosus; *szörnyü.* Tör. Tár. 1888. p. 532. loquatur iam præsens apud nos in hoc regno eventus *monstrificus.* Cf. Val. Flacc. 6., 152. Plin. 21., 5., 13., 28., 8., 27.

Monstruale Examen, (a *monstrare); examen exemplaris instar; mintavizsgálat.* Székelyudv. ref. koll. Ért. 1894/5. 166.

Monstruositas, atis, inusitata forma; *szörnyetegség, éktelenség.* It. mostruosità. Wagn.

Montana, æ, (Du C.) metalli fodina; *bánya.* Magy. Tör. Tár. IX. 54. de factis urburarum seu *montanarum* nostrarum. Cod. Dip. Brüss. Burg. 8.

Montana cristallus, pro: crystallus montanus; *hegyi kristály.* Arch. Rák. VIII. 354. Unum frustum *cristalli montanae.*

Montanea, æ, *Montana* q. v. Magy. Tör. Tár. IX. 37. participum *Montanearum* a Ramine (æs, æramen = ércz).

Montaneæ, (auctore Battyáno turres archivis destinatæ. Auct. Kukuljević: codex). Batty. Leg. T. II. 215. Decr. Col. an. 1103): quæ in Privilegiis litteris vel antiquis *montaneis* ipsius Ecclesiæ conscripta habentur. Kuk. Jur. I. 25. an. 1103. quæ in literis vel antiquis *montaneis,* id est codicibus conscripta habentur.

Montania, æ, regio montana; *hegység.* Knauz M. E. Str. I. 493., 637.

1. **Montanista,** metallicus; *bányász.* Magy. Tör. Tár. XX. 282. Monm. Comit. Trans. VI. 382. Kov. Form. St. 510.

2. **Montanista,** qui in vineis habitat; *szőlőhegy lakos.* Ger. Weinbauer. Urb. Reg. passim.

1. **Montanistæ,** (Du C.) alias *Cataphryges* a Montano Hæresiarcha sic dicti sub Arcadio imperatore, quod tempore persecutionis in montibus latuerunt, unde se diviserunt ab Ecclesia Catholica. For. Scr. p. 10: Hic *Montanus* Paracletum se esse prædicabat... *Montanistae* Baptismi formulam corrumpebant et suam Eucharistiam conficiebant ex infantium eam ob rem interpunctorum sanguine farinâ permixto etc. Kaprin Eloq. II. 583. Not. rel. I. 140.

2. **Montanistæ,** dicti proceres quidam, in quorum territoriis montes erant, in quibus mineræ auri et cupri reperiebantur, de quibus decimas Regi pendebant. V. Decreta Reg. Hung.

Montanistico-metallicus, ad res metallicas pertinens; *bányászati.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 277. De voto vero et desiderio SS. et. OO. Causæ *Montanistico-metallicae* a Judiciis montanis ad Sedem Tavernicalem et tum ad Curiam Regiam promovendæ essent.

Montanistico-Judicialis, Montanistico-Judiciarius, ad ius et leges metallicas pertinens; *bányász jogi.* Faber. Jur. Met. 11. c) Instructio Manipulationis *Montanistico-Judicialis* de anno 1783. d) Systema *Montanistico-Judiciarium* de anno 1789.

Montanisticus, 3., montis, in monte situs; *hegyi.* Art. Diæt. Pos. 106. prævia etiam Vinearum *Montanisticarum* ac Vineolarum ad vineas degentium conscriptione.

Montano-monetarius, ad monetam montanisticam pertinens; *bányász pénzverő.* Juriev. Jur. Met. 176. Supremum Cæsareo-Regium Inspectoratus Officium *montano-monetarium* Nagy-Banyense.

Montano-œconomicus, ad rem familiarem montanisticam pertinens; *bányagazdászati.* Faber. Jur. Met. 48. Immediate Resolutiones suprema Officia edunt, in quibusvis *Montano-Oeconomicis* obiectis.

Montanum, i, fodina; *bánya.* Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 28. ut ipsi alia aurea vel argentea *montana* colant propter illas fodinas cupreas. Cod. Dip. Árp. Cont. VII. 464.

Montanus, i, urburarius, metallicus; *bányász.* Fej. X. 2., 105. Quare Vestræ mandamus Universitatis fidelitati per præsentes, quatenus a modo in antea præfatos *Urburarios* et *Montanos* nostros in nullis causis et causarum Articulis in vestris tenutis, possessionibus, honoribus seu vestri in medio iudicare vel alterius iudicatui nisi ipsius Judicis et Juratorum de dicta Kremniczia adstare compellere præsumatis. 105. Referentibus nobis *Urburariis* et *Montanis* nostris de Kremniczia percepimus.

Montanus cameralis medicus, *bányaorvos.* Ger. Cameralischer Bergwerksdoctor. Kass. P. P. I. 57. in qualitate *Montano Cameralis Medici* . . .

Myrtus, Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 145. Canere ad *Myrtum* debet. Id est: homo rudis et illiteratus.

Mysnenses, species monetæ. Sim. Num. 35. In exordio æquales erant (Floreni) Talleris et uni Orth, de quibus uti materia exiget, postea fiet mentio. Interim an. 1610. valebant 1. tallerum, gr. 9. 4. *Mysnenses* in Bohemia; etiam Hungaro, ibi moranti aut merces curanti.

Mystacatus, V. *Legatus, Discentes Mystacati.*

Mystax, barbula labium superius vestiens; *bajusz.* Kass. P. P. I. 212. capillorum nigrorum, sed calvus absque *mystacibus* ast sic dicto Backenbart nigri coloris.

Mysteriose, mirabili modo; *rejtélyesen.* Rák. Ön. 95.

Mysteriosus, 3., mysticus; *rejtélyes.* Serm. Cat. 144. osculum hoc *mysteriosum* sequitur introitus.

Mythologia, fabula, parabola; *példázat.* Szil. Régi Magy. Költ. II. 386. De obedientia ac fide uxoria *Mythologia.*

N

Naame, vox Turcica, scripti genus apud Turcas, diploma; *irat, okmány, okirat.* Rák. Ön. p. 325. I. 4—6. (5.): Propositioni huic lubens consentire visus est Vezirius, et ut pax ab utrinque scriptis in hanc rem (*Naame*) seu epistolis confirmaretur, acceptavit.

Nablum, nabilium (Du C.) Phœnicium organum lyræ vel cytharæ simile; *lant.* Ru. Pan. Carm. heroicum: Jamque lyræ, vel *nabla* sonant.

Nabulum, (Du C.) merces nautica; *hajóbér.* Ljub. Mon. Sl. III. 335: accipiendo *nabulum* et omnem utilitatem. Magy. Tör. Tár. XI. 110.

Nador-Ispanus, *nádor ispán.* Kat. Hist. Reg. I. 82. Quod genus ergo inquies nostro *Nador-Ispano?* Hungaris palatinus appellatur Nador (antique Nadur) Ispán. Nadur non est nativum Hungaricum, sed adscititium vocabulum aptum ex duobus (na-dwur) Sclavonicis significans aulæ præfectum vel, ut cum Curtio loquar, virum super aulam positum . . . Quum inquit cel. Timonis *Nador-Ispanum* prisca scribendi ratione *Nadur-Ispanum* scriptum affirmantis sententiam animo expenderem . . . putabam Nadur idem esse, quod nagy-úr; nativo autem Hungarico sermone nagy-úr-ispán audiebant, quod Latine sonat Dominus Magnus Comes ad distinctionem supremorum comitum comitatuum seu provinciarum, qui usque modo fő-ispán vocantur. Cf. *Megaiupanus.*

Næpella, Mentha Pulcium (Linn.); *csombormenta.* It. nepitella. Ger. Ackermünze, Flohkraut. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VIII. 281. Muscas si voles, *Naepellae* abiges odore?

Nanciscíturus, pro: nacturus. Tör. Tár. 1888. p. 61.

Naphta, æ, Pulvis pyrius; *puskapor.* Pár. Páp.

Naphtarius, qui aliquid in pulverem comminuit; *portörő.* Ger. Pulverstosser. Pár. Páp.

Naphtus, i, pro: *naphtha; hegybalzsam, kőszénolaj.* Gall. napthte. Germ. Naphta, Steinöl. Monm. Comit. Trans. V. 198. Ab uno cent. *naphti* f. 50.

Nappa, æ (Du C. napa), mappa, *abrosz.* Gall. nappe. V. *Scrigna.*

Napta, (Du C.) naphtha (arab. *nafth, nifth,* e *nafatha,* coquendo ebullire) bitumen, quod facile accenditur; *naphta, kőolaj.* Batty. Ger. 171.

Napus, i, sciphus; *serleg.* It. nappo. Ger. Napf. Ljub. Mon. Sl. I. 204.

Nara, æ, nares; *orr.* It. nare. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 129: si quis falsum testimonium dixerit, ipsius *nara* dextra scindatur.

Naranchet, *pomum, malum aurancium; narancs.* Ger. Pomeranze. Kuk. Jur. I. 218. iidem de pomis *Naranchet* pomagranatis de pondere denarii duo . . .

Narantius, 3., (color), color pomi aurei, pomorum aurantium; *narancs színű.* Arch. Rák. VIII. 310. Theca pulvinaria floriegata, coloris *Narantii.*

Nardipisticus, 3., nardinus; *tiszta, elegyítetlen pikinard olajból való.* It. nardino. Ger. Narden . . . Pel. Pom. In Parasceve s. I. c. 4. Magdalene accepit libram unguenti *nardipistici.*

Naricula, naris; *orrlik.* It. narice. Ger. Nasenloch. Schläg. 329.

Narina, rostrum navis; *hajó orra.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118.

Narium fluxio, narium profluvium; *orrfolyás.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VII. p. 224. Dum equus *narium fluxione* laborat, formicas cum nido coque et percola et istam aquam bibat triduo.

Narius, pro: *denarius.* Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 251. et pro farina, quod wlgo podlyst dicitur, de quolibet curru duos *narios.*

Narochus (a Croat. narcz); *pótadó.* Steuerzuschlag. Vjestnik II. 91. an. 1620: iudices habent pro salariis primo de *narochis;* ib. 92. quilibet de naucleriis habent ducatos quatuor de *narochis.*

Narracus, i, fors. idem q. *Narochus.* Vjestnik II. 83. an. 1640. esse debeant liberi a solucione *narracorum.*

Narratus, us, narratio; *mende-monda.* Frak. Máty. lev. II. 371.

Narritare, frequenter colloqui; *beszélgetni.* Lampe. Hist Eccl. p. 516: aperte . . . cum Catholicis . . . *narritans* . . . ad Episcopum Agriensem migravit.

Narsalcatus, us, dignitas, munus narsalci, idem quod *Marsalcatus.* V. *Marsalchalis* et *Narsalchalis.*

Narsalchalis, e, pro: Marsalchalis, ad præfectum belli pertinens; *fővezéri.* Illésh. Dialog. 311. Heus puer excurre ocyus ad magistros fori et significa me illis strictissime committere, ut proventum officii mei *Narsalcatus* meminerint, nulli conniveant, ubique a laniis severe exigant carnes et linguas boum

omnes, a curribus vino, pane vel alia venali annona oneratis nec non a singulis navibus littori annexis fl. 6., imo a maiusculis fl. 10. poscant, præterea a quibusvis mercatoribus sua tentoria expandentibus fl. 10. extorqueant, ita, ut nec pharmacopolas intactos relinquant et sedulo vitent, ne lucrum et reditus meæ *narsalchalis* provinciæ vilescant vel negligantur.

Narsalcus, i, pro: Marsalcus, *mareschallus* q. v. Illésh. Dialog. 305. Interlocutores sunt: David Ungnad, Præses Consilii Bellici, Comes Hardek, Præfectus Jaurinensis et *Narsalcus,* Praun, Præfectus Comaromiensis, Gall. magister artelariorum bellicorum.

Nasada, æ, navigii genus; *naszád.* V. *Nasadum.* F. Forg. Comm. 311. sed ex omnibus *bellicae naves,* quas *nasadas* vocant, ternis et tricenis militibus et tormentis æneis bene instructæ numero ducentæ. Isthv. VIII. 121.

Nasatus, 3., nasutus; *orros.* It. nasato. Schläg. 327.

Nascentia, æ, fructus; *termék.* Gall. fruit, fruits. Pfahl. Jus. Georg. XCIX. sed Nonam, quæ hactenus tantum de speciebus Decimæ obnoxiis pendebatur de omnibus terræ *nascentiis* (phrasis hæc primum hic in legibus occurrit nostris) sive metantur sive falcentur adeoque etiam de fœno Coloni præstare obligabantur.

Nascevicus, 3., fors. legendum: *assuescivis,* ab assuetus; *szokott.* Batty. Ger. 77. nisi a *nascevicis* obitionibus irretiemur.

Nasfa, æ, *Naspha* q. v. Magy. Tör. Tár. XI. 134.

Nasfum, iocalia, res pretiosæ. V. s. *Ladiza; násfa.*

Nasibundus, 3., nasutus; *nagyorrú, orros.* Schläg. 328.

Naspha, æ, insigne; collipendium; *ékszer, nyakláncz.* Magy. Tör. Tár. XII. 151. diadema in wlgo *Naspha.*

Nastales, (Du C.) cingulum vel fibula, quæ restringit pallium circa collum. h. l. res pretiosæ; *násfa.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 29. par boum sibi tribuens cum suis culturis, aureosque *nastales,* quin etiam suam vineam.

Nastrucium, pro: *Nasturcium,* cochlearia Armoracia (Linn.); *torma.* Schläg. 946.

Nasturtium naribus contundere, exprobrare alicui aliquid; *tormát törni orra alá.* Verancs. IX. 58. nunc tamen et ipse (inquit) profecto *nasturcium* eius *naribus contundam.*

Nasus, 1. summa pars, 2. promontorium; *1. hegye, vége valaminek, 2. előfok.* 1. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 341. XI. 496. deinde autem iret ad *nasum* insule, ubi similiter essent due mete. 2. Batty. Leg. II. 212. an. 1217: et descendit per vallem ad *nasum* montis. Tkal. Mon. Ep. I. 4. an. 1181.

Nassyncz, pannus spissiore bombyce textus et auro argentove pictus fors. ab urbe Nassovia, quæ textilibus operibus celebris erat ita dictus; *aranybrokát.* Ger. vielleicht Goldbrokat. Kronst. I. 38.

Nasutulus, dim. a «nasutus»; *tudákos.* It. nasuto. Ger. naseweis, Otia Bachm. 17. posteaquam Apostolorum veneranda auctoritas a *nasutulis,* sciolis, sanctulis contemni cœpisset.

Natale domini, (Du C. 2.) natale, γενέθλον in Gloss. Gr. Lat. inde Gall: noël. Hung. *karácsony.* Marc. Chr. II. 61.

Natalitiæ, (litteræ) die natali gratulationem continentes lit.; *születési köszöntő.* Kov. Form. St. CVIII. *Natalitiae* Jacobi Christophori *Natalitiarum* formula.

1. **Natatoria,** (Du C.) piscina pecorum; *úsztató.* Kronst. III. 579. *natatoria* equorum. Cf. Sidon. Ep. 2, 2; Vulg. Interpr. Johan. 9, 7; 11.

2. **Natatoria,** ars natandi; *úszó mesterség.* Ger. Schwimmkunst. Chr. Monac c. 38: Tunc hungari, qui in castro erant, *natatorie* prudentissimum invenerunt hominem nomine Zothmund.

Natatorius, 3., ad natandum aptus; *úszó.* Hist. Nat. 64. pedes... sunt vel ambulatorii vel cursorii vel saltatorii vel *natatorii* vel fossorii. Cf. Isid. Orig. 17, 7, 27.

Nationalis character, ingenium alicuius nationis proprium; populi alicuius mores; *nemzeti jellem, sajátság.* Törvt. Msz.

Nationalis garda, cives ad custodias, vigilias agendas evocati: *nemzeti örség, nemzeti őrsereg.* Törvt. Msz.

Nationalisare, aliquem in numerum civium adsciscere; *nemzetisítni, honosítni.* It. nazionalizzare. Gall. nationaliser. Kass. P. P. I. 230. an extranei ius concivilitatis consecuti pro *nationalisatis* considerandi et impetrandorum bonorum capaces sint. Pest Vár. Levt.

Nationalismus, i, mores atque ingenium civitatis, proprietas nationis; *nemzeti tulajdonság, nemzetiség.* Ger. Nationalismus, Nationalität. Törvt. Msz.

Nationalitas, V. *Nationalismus.* Törvt. Msz.

Nativalis, natalis; *szülő... születési...* Kat. Hist. VIII. 96. qui... ad terram redierunt *nativalem.*

1. **Nativitas,** (Du C. 7.) ortus, origo. It. *nativitá; származás, eredet.* S. de Kz. Chr. II. 5., 1: cuius constellatio conceptioni *nativitatique* eius diei in audacia et ceteris virtutibus naturalibus vim et incrementum subministrat. Cf. Ulp. Dig. 50, 1, 1; Tertull. Anim. 39.

2. **Nativitas,** (Du C. 3.) sinceritas, ingenuitas; *őszinteség.* Ger. das Naive. Batty. Ger. 152. Animarum inquinatio, *nativitatis* immutatio.

Nativum, *naiv.* Gall. naif Ger. naiv. Vern. Psych. 294. *Nativum* (Naiv) consistit in naturali illa simplicitate, quæ conventionali cogitandi et agendi rationi adversatur v. g. cum parvulus in societate naturæ se necessitate urgeri palam pronunciat, de quo ei, si consuetæ urbanitati semet accomodare voluisset, tacendum erat; aut cum puella voluntatem nubendi imprudens aperit, occultura eam procul dubio, si civilitatis rationem observasset.

Nativus, (Du C.) oriundus; *származó.* It. nativo. Gall. nativ. S. de Kz. Chr. A. 1., 7; tres fratres ex gente suevorum de castello Stof sunt *nativi,*

Nativus miles, (ap. Fin. alio sensu) miles gentis alicuius proprius; *nemzeti katona.* Ger. National Soldat. Ac. Com. Sopr. p. 182.

Nativus præsidiarius, unus e civibus ad custodiam finium evocatus; *nemzeti határőr.* Ac. Com. Sopr. p. 65: domos... *Praesidiariorum nativorum,* alias contra hostem Christiani nominis... continuis vigiliis et periculis vitæ excubantium... occupare.

Natragulya, æ, Belladonna; *nadragulya.* It. belladonna, mandragola. Gall. mandragore. Ger. Tollkirsche, Alraun. M. Bel. Prodr. 194., 195. Historia *Natragulyae.* Hæc sunt, quæ de *Natragulya* nostra memoriæ prodita leguntur. Et ad nomen quidem plantæ quod adtinet, depravatum id omnino est ex vocabulo *Mandragorae* more Hungaris familiari, ut ex M. labiali N. faciant.

1. **Naturale,** producta naturæ, uti: corium, sebum; *termesztmény.* Arch. Rák. VIII. 51. és ha szegénység pénzül nem adhatna, tehát *naturalekat* szedjen tőlük. IX. 548. Tör. Tár. 1881. p. 372.

2. **Naturale,** nota, pars naturalis, proprietas naturalis; *természetes tulajdonság.* Vern. Phil. Mor. 389. *Naturale* autem huius contractus est evictio seu satisfactio emtori præstanda, si verus dominus rem emtam iure vindicaret, quia *naturale* est onerosorum contractuum, ut nihil detur gratis.

Naturales iobagiones, V. *Liberi Sancti regis.*

Naturales liberi, liberi non legitimo coniugio orti; *természetes, törvénytelen gyermekek.* Nagy. Jus. Trans. Sax. 103. Præter spurios s. vulgo quæsitos sunt adhuc alii, qui nomine *liberorum naturalium* insigniuntur, suntque ii, qui ex concubina nascuntur, adeoque patrem certum habent. Georch. H. T. II. 355.

1. **Naturalia,** ium, V. *Naturale* 1.; *termék.* It. prodotti naturali. Ger. Naturalien. Kass. Prax. I. 22. circa alias præstationes militiæ in vecturis, *naturalibus* et parato ære faciendas.

2. **Naturalia,** ium, pudibunda; *szemérmtest.* Text. v. s. *semicentenarius.* Cf. Cels. 7, 21. Colum. 6, 27. Just. 4, 2.

Naturalia feudi, *a hűbér természetes folyományai.* Vuch. Jur. Feud. 32. *Naturalia feudi* illa audiunt, quæ in notione et essentia feudi absolute non continentur, sed ex natura feudi consequi videntur, tanquam media ad finem.

Naturalis, (Du C. 2.) proprius domesticus, legitimus; *törvényes.* Marc. Chr. II. 9. in regem Hungariæ tradidit *naturalem.*

Naturalis dominus, (Du C.) legitimus dominus, qui iure dominium obtinet; *természetes, törvényes ur.* Száz. XIII. 226. ante coronationem filii sui *domini* nostri *naturalis.*

1. **Naturalisare,** naturaliter explicare (miracula); *természetes okokból magyarázni.* Imre Phil. 135.

2. **Naturalisare,** ascribere aliquem numero indigenarum; iura indigenæ alicui deferre, concedere; *polgárrá tenni.* Törvt. Msz.

Naturalisatio, onis, actus iura indigenæ alicui deferendi; *honosulás, honosítás.* Törvt. Msz.

Naturalismus, doctrina, qua duce ad cognoscendas veritates religiosas non esse opus supernaturalibus ita dictis revelationibus, sed tantum *ratione;* in arte vero naturam sequendam et imitandam esse; *természetesség.* Hist. Eccl. Ev. 98. Postulant nos inclinationis ad Deismum, *Naturalismum,* Rationalismum.

Naturalista, æ, genus recentiorum phi-

losophorum et poëtarum, qui ex natura et modo naturali omnia explicanda et arte efficienda autumantur; *naturalista; természettől való (tudós).* Imre Phil. 123.

Naturalitas, (Du C. 1.) natura, qua quid naturale est et necessarium; *természetesség.* Fej. X. I. 274. Gratis et meritis ad collaciones beneficas ex debito *naturalitatis* astringimur.

Naturallis, naturalis, sicut artificiallis, (more Italorum). Kol. Cod. 14.

Naturare, (Du C.) creare, res naturales condere, iis naturam donare. Verbum est theologorum schol., quibus dicitur Deus natura naturans, non natura naturata, id est auctor naturæ, seu omnium in rerum natura constantium; *teremtő, létrehozó.* It. che natura, naturante. Pel. Pom. De S. Lucia c. 4. Multo fortius verum est hoc de auctore ipsius naturæ, qui est natura *naturans.*

Natu secundus, natu minor; *ifjabb.* Vuch. Jur. Feud. 139. Hinc patri succedit filius et inter plures solus natu maior, eove ante patrem defuncto, filius *natu secundus,* non vero nepos ex primogenito defuncto: et inter defuncti fratrum liberos, omnes gradu pares, *natu senior* cæteris præfertur.

Natu senior, natu maior; *öregebb.* V. *Natu Secundus.*

Naucherium, proprietas (Du C. nauta); *tulajdon.* Luc. Regn. Dalm. I. 80. et exceptis tribus ... f. grossorum, qui fuerunt *naucheria* ligni, cætera omnia sua fuerunt.

Nauclērus, (Du C.) (*ναύκληρος*) dominus navis; *hajótulajdonos, hajósgazda, hajósmester.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 43. Sed si a *naucleris* nullus ibi aderit, aliquis vel aliqui Pisanorum bonorum hominum, qui illic intus erunt, ad hoc eligantur. Cf. Plaut. Asin. 1, 1, 54.

Naufragatio, naufragium; *hajótörés,* Pel. In Circ. Dom. s. III. c. 6. Hoc verificatur in omnibus periculis occurrentibus scil. *naufragationis.*

Naufragatus 3, naufragium passus; *hajótörést szenvedett.* Star. XIII. 240. an. 1371. galee *naufragate* ad scopulum. Cf. *Naufragare.* Petron. Sat. 76. Sidon. Ep. 4, 21.

Naufretum, navigatio; *hajón való vitel.* D. Ráczk. p. 25. an. 1440: certificamus, quatenus ... cum omnibus rebus ... absque formidine humana, in dicto vado, soluto justæ navigationis tributo, hinc inde toties quoties necesse fuerit *naufretum.*

Naularis, e, ad naulum pertinens, *taxa naularis,* species telonii, quod in naulo persolverunt homines; *révbeli.* Fej. X. I. 402. eximitque cives a solutione taxæ *naularis* et telonii.

Naulium, (Fin. Du C. naulum) proventus carinarum, portorium pro traiectione; *hajóbér.* Magy. Tör. Tár. XII. 28.

Naulizare, navigare (Du C. de naulo convenire); *hajózni.* Ljub. Mon. Sl. I. 120.

Naulum siccum, *száraz vám.* Törvt. Msz.

Naupreda, æ, (Du C. piscis genus ut videtur Lamperta) hoc l. *pirata; tengeri rabló, ki a hajót fosztogatja.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118.

Nautatio, omnia, quæ ad navigationem pertinent; *hajós készlet.* Pel. Serm. *Nautatio* id est omnia ad navigationis artem in mari et fluminibus pertinentia. Aest. 20. g.

Nauticalis, ad navem pertinens. V. s. *Curtina; hajó-.*

Naveta, æ, (Du C.) parva navis; *kis hajó.* It. navetta. Ljub. Mon. Sl. XXI. 452. an. 1452.

Navicella, æ, acerra thuris (Du C. al. s.); *tömjénmilye.* Tör. Tár. 1889. p. 596. Thuribulum unum cum *navicella.*

Naviclarius, (Du C. navicularius) navium fabricator; *hajógyártó.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118.

Navicula, V. *Navicella.* Arch. Rák. VIII. 314. Turribulum cum *navicula* et cocleari ex argento.

Naviger, 3., (Du C. nauclerus) hoc loco: e navibus constructus; *hajókból készült, hajó.* Jan. Pan. Poëm. I. 120: *Navigerum* prendit (sic nuncupat incola) pontem.

Navilium, (Du C.) classis; *hajóraj.* V. s. *Vogator.*

Navis revisoria, quæ merces navi advectas inspicit, pervestigat; *vizsgáló hajó.* Törvt. Msz.

Navisollus, i, navicellus, parva navis; *kis hajó.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 194. quod nullus Venetus neque forinsecus per se vel eius nuntium audeat comperare de rebus vel mercibus Ragusiensium neque de illis, que fuerant in *navisollis* Ragusie, que noviter venerunt in Zadra vel contratis illis.

Navisolus, i, V. s. *Platus.*

Navod (vox Slav.), citatorium; *idézés.* Vjestnik II. 86. an. 1640 debet sibi fieri *navod* usque ad vesperas noni diei.

Nawpicus, *ναυπηγός.* V. *Naviclarius.*

Nazada, æ, celox, lembus. V. s. *Azappus; naszád.* Ger. Korvette. Star. V. 262. an. 1526.

Nazadarchus, i, nauclerus, Voc. comp. ex ‚*nazad*' quod lembum, et ‚*archus,*' quod magistrum, principem, dominum, ducem signif.; *naszádkapitány.* Verancs. IV. 58. Propterea Michaël Jurius unus ex *nazadarchis* classis regiæ, qui nos sunt ad hoc iter comitati, quum sit in meis partibus mihique summa sedulitate operam navat nequeo non eius merita mea liberalitate et grati hominis officio compensare.

Nazadista, æ, nauta; *naszádos.* Fr. Lib. Rt. III. 9., 75., 133. I. 43. II. 199. nunciis mille *nazadistarum* in Waradinopetri serviencium. Verancs. III. 7. Száz. XIII. 690.

Nazadum, V. *Nazada,* vox originis slavicæ V. Miklosich. «Die slavischen Elemente im Magyarischen p. 42. Fr. Lib. Rt. II. 26.

Nazandones, V. *Nazadista.* Georg. Sirm. I, 95. qui peculiariter omnes *nazandones* ...

Nazarei, (Du C. Nazareni); *nazarénusok.* Not. rel. I. 139. *Nazarei* et Ebionitæ orti sunt, dum imminente urbi Jerosolimorum a Vespasiano expugnatione in Pellam civitatem transiissent. Ebionitæ aut a sectæ auctore Ebion (mendicus) aut a miseræ vitæ conditione dicti sunt, una cum Nazareis reiectis N. Testamenti libris divinatem Christi negabant et legis Mosaicæ necessitatem propugnabant.

Nazārenus, (Du C.) alias: Naziræus, qui cum ebionitis præter fidem Christianam Moysis leges sequitur; *Nazarénus.* Cf. *Nazarei.* Kon. Egyh. 349. Fej. I. 374. *Nazareni* carnalem Judæorum munditiam .... servant.

Ne dum, pro: nondum; *még eddig nem.* Knauz M. E. Str. I. 226: *ne dum* obtento pallio.

Ne gry, (a gr. *οὐδὲ γρῦ*) verbum non amplius addere; *egy kukkot sem.* Ger. nicht ein Wort mehr. Szirm. Hung. in Par. 118. *Ne gry. Egy kukkot sem.*

Necessaria, orum et **necessarium,** i, (Du C.) latrina, secessus; *árnyékszék.* Prot inq. 175: serviebat ... libenter et *necessaria* purgabat. Cf. 168.

Necessarior, inusitatus comparativus; *szükségesebb.* Eszt. Okm. p. 119. (Capitulum Eccl. Budensis an. 1352): Capitulo utilior esset et *necessarior.* Cf. Tertull. Patient. 11. Fest. anim. 4. etc.

Necessarissimus, 3., inusitatus superlativus pro: maxime necessarius. Fej Jur. Lib. Suppl. 25. (Leopold. 1660): a teneris autem assuescere non modo decorum ... sed et perquam facillimum et *necessarissimum* est. Fer. Mon. Sl. XVIII. 266. an. 1659. urgentissimis et *necessarissimis* negotiis. Rák. Ön. 248.

Necessarium est, cum abl. opus est; *szükséges.* Monm. Comit. I. 173. In hoc Regno *necessarium esset* tali moneta.

Necessarius, servus familiaris; *szolga.* Batty. Leg. T. II. 363. an. 1258. mittere tenebimur unum ex ipsis cum equo et alio *necessario.*

Necessarius sum, indigeo aliqua re; *szükségem van.* Frak. Mάty. lev. II. 5. an. 1450: Ad repellendos ... Turcorum insultus ... diversis rebus et ingeniis *necessarii sumus.*

Necesse habere re aliqua, alicui opus esse re aliqua; *szüksége van valami dologra.* Wagn.

Necessitari, (Du C.) cogi; *kényszerülni.* Opin. P. II. Sec. Cap. V. §. 7. rebus comestibilibus ... prospicere *necessitantur.* Kass. P. P. I. 289. Törvt. Msz. Otia Bachm. Præf. Ac. Com. Sopr. 18. Nos quoque partem aliquam nostrorum ... gravaminum ... exhibere *necessitamur.* Pázm. Dial. 465.

Necrologium, 1. scriptum, in quo de alicuius morte refertur, 2. oratio funebris; 1. *gyászkönyv,* 2. *gyászbeszéd.* Fej. IV. I. 339. 1. Batty. Leg. T. I. 386. 2. Száz. XIII. 175.

Necromanticus, i, qui necromantiam exercet, manes e sepulcris elicit; *szellemidéző, halottidéző.* It. negromante. Gall. nécromancien. Szamosk. II. 14. Nec defuerunt magi et *necromantici,* quorum nefandissima opera animas Joannis Hunniadis in æde maiore Albensi atque etiam aliorum pridem defunctorum umbras excitaret et ab iis eventa actionum suarum exquireret.

Nectar Ungaricum, vinum Tokajinum; *tokaji bor.* II. Rák. Gy. 139.

Nectare, purgare; *tisztítani.* It. nettare. Rač. Mon. Sl. XIII. 320. an. 1328. pro scovando, *nectando* castellum.

Nefandura, fors. error typi pro nefandum. Teutsch. Schulord. I. LXVIII.

Nefastulus, 3., dem. a *nefastus; istentelen.* Szilády Á. Irodtört. Közl. VI. évf. I. f. 89. Legisti obscuros illos et inficetos versus sub titulo Ünnepi vers, quos *Marsyas Nefastulus obscuriloquus* Poëta *Neoreveren-*

dissimi Trunci Ferocis *Sartorini* infelici procudit Minerva.

Nefors, forte, fortasse; *netán.* Ger. dass nicht vielleicht. Kass. Prax. Præf. et pass. qua me errorem *nefors* commisisse compereris aliquem.

Nefrendus, i, nefrens, porculus; *malacz.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118. Schläg. 1457. *kan.* Cf. Fulgent. Expos. serm. antiqu. p. 559, 32.

Negativa, æ, negatio; *tagadás.* It. negativa. Gall. negative. Wagn.

Neger, 3., niger; *fekete.* Fr. Lib. Rt. II. 105. et pass. pro emendis tribus centenariis plombi *negri.*

Neglicium, tenuissimum velamen; *pókháló, finom fátyol.* Száz. XXVII. 322.

Negotiatio montana, opus metalli; *bányászat.* Ger. Handlung. Besztb. Lvt.

Negotiatura, æ, mercatura; *kereskedelem.* Száz. XI. 686.

Negotiorum gestio, actus sponte subeundi negotium; *önkényt vállalt sáfárság.* Törvt. Msz.

Negotiorum gestor, qui sponte subit negotium. Georch. H. T. III. 17; *fogadatlan prókátor; A ki önként avatta magát valamibe:* az a csekély gondatlanságért is köteles felelni, p. o. az önként vállalkozott sáfár, *negotiorum gestor.*

Nemorem, inusitatus Acc. pro *nemus.* Kub. D. Hont. III. p. 86.

Nemus permissorium, nemus, quod succisum rursus ex stirpibus et radicibus renasciiur; *eresztvény erdő.* Niederwald. Kov. Form. St. 208. Item *Nemus Permissorium* in singulis iugeribus terræ existens pro singulis XL. Marcas.

Nemusculum, demin. a *nemus; kis liget.* Cod. Dipl. And. V. III. p. 153: loca... usque ad *nemusculum* extendencia. Fej. I. 298.

Neo-acquisitum, recenter comparata res (bonum); *uj szerzemény.* Georch. H. T. II. 164.

Neo-acquistica commissio, erat ea, cui mandatum erat, ut possessiones in bello confiscatas inspiceret et eas aut dominis suis v. heredibus eorum adiudicaret et redderet, aut confiscatas esse affirmaret; *telekfelvevő-, határjáró-, kataszteri bizottság, új szerzeményi biztosság. A' Jussoknak ujonnan való megvizsgálásokra kirendeltetett biztosság.* Rák. Ön. p. 65. l. 26—34. (26—28.): . . . suprema gentis imminebat ruina per institutum *Neo-acquisticam commissionem* aut, ut appellare non pudebat, erectum jus Turcicum, quo Imperator Leopoldus immemor juratarum conditionum, quibus juratis corona Hungariæ ei delata est, vi quarum confinia regni a Turcis recuperanda non sibi appropriatura, sed dominis, a quibus ablata sunt, restitutura, et coronæ applicatura promiserat; quidquid sanguine et pecunia Hungarorum e manibus paganorum eripuit, fisco suo attribuenda prætendebat.

Neoacquisticus, 3., vox hybrida a gr. *νέος* et. lat. acquirere; recens, denuo comparatus; *új szerzeményi.* Pfahl. Jus. Georg. 49. Alia contra illorum quæ præsertim recuperatis e manibus Turcarum Comitatibus *neoacquisticis* omni populo destituta, successive impopulata. Georch. H. T. II. 163. Art. Diæt. Pos. 22.

Neoacquisticus comitatus, a Turcis recuperatus comitatus; *visszahódított megye.* Fabó. Mom. Evang. II. 301. *Neoacquistici comitatus* apud hungaros vocantur, qui a iugo turcico, cui subiecti erant, victricibus Leopoldi M. armis recuperati pristino legitimo regi adserebantur.

Neo-adlectus, recenter receptus; *ujonnan választott, felvett.* Reg. Turm. Præt. 120. Quodsi quispiam e Regno Turmæ *neo-adlectus* Prætorianus contumacem se exhibuerit.

Neo-Advena, alienigena; *jövevény.* It. nuovo venuto. Ger. Ankömmling. Otia. Bachm. 590. Facile vero erat *Neo-Advenis* a similibus, qui Hussitismo adhuc fœtebant, assensum extorquere.

Neo-aquisitus, *νεο*-acquisitus: proxime, novissime acquisitus, emptus, comparatus; *ujonnan szerzett.* Fej. VI. 145., 148.

Neoassumtus, 3., recens (in numerum civium) ascitus; *ujonnan fölvett* (polgárok közé). Pest. Vár. Levt.

Neo-Baccalaureus, recens baccalaureus; *ujonnan képesített tanítójelölt. Septemviri Ductae Tyrnaviam Coloniae* Sapientiæ seu grata eorum memoria, quorum Stat Beneficio Universitas etc. ADD. At. SS. et Philosophiæ *Neo-Baccalaureis, Promotore* R. P. Francisco Csepelény. Tyrnav. 1711.

Neobaptizatus, 3., recens baptizatus; *ujonnan megkeresztelt.* Száz. XI. 148.

Neo-Catholici, sic dicti, qui reversales subscribebant V. *Subscriptionista.*

Neo-Censurandus, recenter examini subiiciendus; *ujonnan megvizsgálandó.* Szilády Irodalomtört. Közl. V. IV. 477. a gróf lehivatván a *Neo-Censurandusok* neveit a kezembe adta.

Neo-christianus, recens christ. *ujonnan megkeresztelt, ujdon keresztyén.* Száz. XI. 143.

Neocitare, de novo citare; *ujonnan idézni.* Kass. Jur. Civ. I. 215. Evictione in Contractu sub C. per expressum reservata *neocitatos* EE. Partem I. evincere teneri.

Neo-clementer, *az imént kegyesen.* Ger. jüngst gnädig. Kuk. Jur. 258. velut ad Actum *neo-clementer* resoluti Excellentissimi Domini Comitis horum Regnorum Bani etc.

Neocolonus, V. *Zingarus.* Jogt. Eml. III. 401. Cher. Jus. Eccl. I. 285. Circa Zingaros aliter *neo-colonos* dictos illa emanavit dispositio, ut non secus ad Matrimonium contrahendum admittantur, quam si concernentis Judicis Nobilium testimonium produxerint.

Neo-comparare, recenter comparare; *ujonnan szerezni.* Reg. Turm. Præt. 103.

Neoconditus, 3., recenter latus; *ujonnan hozott.* Fej. T. XI. V. Un. 319. articulus *neoconditus.*

Neo-conducendus, (militia) proxime scribendus; *ujonnan szedendő.* Arch. Rák. IX. 79. *neo-conducendae* Hungaricæ Militiæ.

Neo-coniunctio, recens coniunctio; *ujdon atyafiság.* Ger. neue Verwandtschaft. Száz. VII. 703.

Neoconversus, 3., recens nova sacra amplexus; *ujonnan megtérített.* Száz. XI. 148.

Neo-conscensus, actus proxime adipiscendi; *épen elfoglalt.* Arch. Rák. II. 578. de *neo-conscenso* regio throno eidem cordicitus gratulamur.

Neo-conscriptus, proxime conscriptus; *épen, most összeirt, toborzott.* Arch. Rák. I. 30. Lista regiminis *neo-conscripti* Komiosiani.

Neo-consecrandus, proxime inaugurandus; *a most fölszentelendő.* Cher. Jus. Eccl. I. 181. In Hungaria facultates papales Episcopis *neo-consecrandis* una cum bullis confirmatoriis Roma mitti solent.

Neo-Coronandus, proxime regio insigni ornandus; *ujonnan koronázandó.* Art. Diæt. Pos. 7. toties Hæredes nostri masculi, futuri *Neo-Coronandi* hæreditarii Reges præmittendam habebunt præsentis Assecurationis acceptationem. Dug. Följ.

Neocorus, (Du C.) ædis sacræ æditnus; *egyházőr.* Nagy Hier. Cf. Inscr. Orelli nro 2354. Firm. Math. err. prof. relig. med. id. 3, 7, n. q.

Neo-creatus, 3., denuo, de integro creatus; *ujonnan teremtett.* Rák. Ön. p. 83. l. 8—11. (9., 11.): . . . homo peccavit, homo satisfacere debuit et quidem homo non *neo-creatus,* sed ex semine peccantis procedens, non fuisset enim justitiæ consonum, ut *neo-creatum* innocentem vocasses in judicium . . .

Neodenominatus, V. *Denominatus; ujonnan kinevezett.* Kass. P. P. I. 238. *neodenominatus* Regio-Directoralis Fiscalis.

Neo-efformare, proxime creare; *ujonnan választani.* Kuk. Jur. I. 455. et tam pro hoc Gubernatoris, quam vero Supremi Comitis *Neo-efformandi* ex hoc Districtu Comitatus Severinensis Officio Clementissimam in Personam antelati Egregii Fidelis Nostri etc.

Neo-electus, nuper electus; *a minap választott.* Fej. VI. 166., 173.

Neo-erectus, proxime, nuper erectus; *ujonnan emelt, szervezett.* Ger. neu-errichtet. Beng. Ann. Er. Cœnob. 346. Ubi congregatis utriusque *neo-erectae* Provinciæ Patribus deputatis.

Neo extirpatus, 3., recenter arboribus et dumetis purgatus; *ujonnan irtott.* Opin. 1805. §. 103. J. fundi *neoextirpati.*

Neogami, *νεογάμος* matrimonio nuper se iuncti, coniuges recentes; *új házasok.* Bod. Hist. I. 383. Ker. Nap. 148. Can. Ecc. LXV.

Neo-Imperator, nuper electus Imperator; *új császár.* Szentiv. Cur. Misc. III. Quinta Synops-Chron. 920. Exercetur variorum armis occidens, Saracenis et Hungaris nova molientibus, quibus Henricus *Neo-Imperator* obviare studet.

Neoimplantare, novas plantas inserere; *ujonnan ültetni.* Kass. Jur. I. 198. Vinearum *neoimplantatarum* æstimationale pretium ut sub — facit fl. T.

Neoimpressus, 3., proxime typis excusus; *ujonnan nyomott.* Ger. neugedruckt. Nill. Symb. p. 283: *neoimpressos* orthodoxos sc. catechismos absque pretio gratis distribuam.

Neoincolatus, us, nova sedes habitandi; *új telepedés.* Ger. Neusiedelung. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 442: in favorem augendi fundi intuitu eorum, qui . . . *neoincolatum* . . . assumpturi . . . sunt.

Neoincorporare, denuo attribuere

adiungere; *ujonnan bekebelezni.* Germ. wiedereinverleiben. Kuk. Jur. I. 450. Urbs et portu F. . . una cum Civitate Carolostadio immediate regno Croatiæ reincorporentur et ex *neoincorporatis* partibus novus, Consilio Regio Croatico subordinandus, Comitatus erigatur.

Neolevatus, nove levatus, proxime acceptus; *ujonnan felvett.* Kass. Jur. Civ. II. 132. sincere attingendo in iisdem tam summam auctionalem *neolevatam,* quam et conditiones noviter deobligatas.

Neologista, qui innovat sermonem, format nova vocabula; *nyelvujító.* Gall. néologiste. Ger. Neolog. Kass. Jur. Civ. Præf. adiectum est etiam Lexicon Terminorum Technicorum . . . nec non per Philologos et *Neologistas* Hungaricos actu commendatum.

Neologizare, sermonem innovare studere; *nyelvujitással foglalkozni.* Jókai Rab R. I. 91.

Neonatus, recens natus; *ujonnan született.* Bene Med. I. 35. Abelles 10. Rák. Ön. 93.

Neonominatus, proxime dictus, nominatus; *ujonnan kinevezett.* It. neonominato. Kass. Prax. I. 233. Decretum Officii pro *neonominato* ad cancellariam R. H. A. Secretario Aulico.

Neo-nuptus, 3., nuper nuptus; *új házas.* Szentiv. Curios. Misc. 100. male faustam insignis pompæ ablegationem pro *neo-nupta* Parisios expeditam, ominatus fuerat et exitus fidem prædictioni fecit.

Neooccupatus, 3., nuper novissime occupatus; *ujonnan elfoglalt.* Kass. Prax. I. C. ac pro ordinanda stabili *neooccupatae* terræ administratione otium non multum habuisse.

Neophicus, 3., gr. νεόφυτος, proxime plantatus; *épen most ültetett.* End. p. 213: *neophicam* plantacionem irriga.

Neophylax, V. *Neocorus.*

Neophytus, i, *(νεόφυτος)* novellus; *csak most ujonnan megtért.* Gall. néophyte. Ger. Neubekehrte. Cher. Jus. Eccl. I. 246. Denique ius hoc rigorem Canonum relaxandi ab Episcopis in veteri Ecclesia iam exercitum fuisse ex iis, quæ de permittendis translationibus, de ordinandis *neophytis* et illis, qui vivebant in secundis nuptiis, constituerunt, luculenter patescit. Can. Eccl. VIII. Fej. I. 2., 31. Schwart. Scult. 102.

Neoproditor, qui proxime prodidit; *imént való áruló.* Tör. Magy. Tört. Eml. VIII. 283.

Neoreceptus, V. *Neo assumptus.* Pest Vár. Levt.

Neo-regulare, de novo instituere; *újra szervezni.* Kuk. Jur. II. 153.

Neoresolutus, neo lectus, neo creatus; *ujonnan kinevezett.* Száz. XVIII. 236. Kass. P. P. I. 239.

Neoreverendissimus, (per ludibrium) nuper reverendissimus factus. V. s. *Nefastulus; ujdonsült főtisztelendő.*

Neo-rex, novus rex; *új király.* Rák. Ön. p. 246. l. 14—16. (15.): Princeps . . . me pro benevolo suo in me animo bene sperare jussit de continuatione favoris *Neo-Regis* et amicitia sua.

Neorusticus, zingarus; *czigány.* Opin. 1802. §. 98. Gg: *Neorustici* seu Zingari.

Neosponsa, æ, proxime desponsala; *új jegyes.* Pall. Debr. 92. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 201.

Neosponsus, *új jegyes.* It. *neosposo.* Gall. neofiancé. Ger. Neuverlobte. Fabó. Mon. Evang. II. 93. Num *neosponsi* tribus distinctis vicibus ex cathedra in facie ecclesiæ ante copulam soleant promulgari. Hist. Eccl. Ev. 84.

Neo-statuere, recenter delectum habere; *új ujonczokat állítani.* Ger. neu ausheben. Kuk. Jur. II. 182. demum præside sua Excellentia Locumtenentiali Zagrabiæ 1. Martii, in merito providendorum *Neo-Statutorum* Tyronum, habitarum actis, eadem in publico adprobata atque applacidata sunt.

Neo-suscipere, recenter suscipere; *ujonnan fölvenni.* Regul. Turm. Præt. 10. Prima *neo-suscepti* Prætoriani Militis cum ingressu suo obligatio est.

Neo-templarius, Jesuita; *jezsuita.* Funda David. E. 2., 40: quod Nostrates Regni innixi Privilegiis morem gerere noluerint his *Neo-Templariis.*

Neotericus, novus, recens; *új, újkori.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 250. Distillationem *Neotericorum* appellant inventum.

Neoterius, 3., (vir.), qui renovat; *újító.* It. rinnovatore. Oláh. Cod. Ep. 101. religionem veterem nostram, quam maiores nostri a mille vel pluribus annis sacrosancte observarunt, pluris facerent, quam novas has aliquorum *neoteriorum* virorum nescio quas professiones.

Neounitus, 3.; *ujonnan egyesült.* It. neounito. Ger. neuunirt. Nill. Symb. p. 368: totius *neounitae* communitatis Valachorum nomine.

Neo-Vezirius, proxime creatus dux; *új vezér.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 414. *Neo-Vezirii* Cuperlii.

Nepotismus, i, studium cognatos fovndi, ad honores extollendi; *atyafipártolás.* Gall. nepotisme. Nagy Hier. Ker. Nap. 241. et passim.

Nepotista, æ, fautor cognatorum; *atyafipártoló.* Nagy Hier.

Nequibilis, qui nequit; *nem -ható -hető.* Faber. Jur. Met. 134. puta: exortas nimis copiosas, subitas et machinis exhauriri domarique *nequibiles* aquas fodinales.

Nequiciose et **nequitiose,** nequiter, nequam; *rosszul, igazságtalanul.* Knauz. M. E. Str. I. 418., 545. Fej. VII. 274. quidam adversarii . . . eos . . . *nequiciose* convicissent. Fej. X. I. 427. XI. V. Unic. 150. remanentem *nequitiose* nitebatur opprimere.

Nequitiosus, 3., (Du C.) nequam, improbus; *sémmirevaló, gonosz.* It. nequitôso. Thurócz. in Joanne Hunnyad cap. 48: Sed quid *nequitiosa* rebus in bellicis valeat proditio, tunc patuit.

Neresium fors. pro: *Merasium* q. v. Vjestnik II. 22. an. 1342 aput unum *neresium* iudicis.

Nervinus, 3., nervos firmans; *idegerősitő.* Gall. nervin. Ger. Nervenstärkungsmittel. Otia. Bachm. 37. Adhibebimus, si placet, cordialia, cæphalica, *nervina,* spiritus, Balsamos et quicquid latina Medicorum culina præsidiorum habet.

Nervus-belli, pecunia; *pénz.* Tör. Tár. 1888. p. 672.

Nesacer, 3., profanus; *világi.* Wallaszky 246. doctrinæ et sacræ et *nesacrae.*

Nesk, Nessick, scrupulus; *nehezék.* An. Sc. I. 218. an. 1424: *sex Nesk argenti* Nota Wagneri: *Nesk,* Nessik, Nehezég, vox ut apparet, Hungarica certum pondus indicat. Hanc Lauerentius Hylbrandi de Wagendrüsel, Igloviensium sacer Curio, qui anno 1520. floruit et gesta sui temporis adnotavit, latine compellat *Setinum,* Pisetum, aitque triginta antiquos Denarios Scepusienses, quorum trecenti et viginti unum florenum effecissent, complexum esset. Kronst. l. 174.. 175. 1/60 einer Mark.

Nestalia, (fors. pro: *Nyusztalja)* pellis melis vilis; *hitvány nyestbőr.* Tör. Tár. 1893. p. 27.

Nestoriani, *Nestorius követői.* For. Scr. p. 34: Tertia Officina sit *Nestorianorum,* cujus author fuit Nestorius Constantinopolitanus Episcopus, qui initium dedit anno 428. . . . docuit Jesum Christum ex Maria natum non esse Deum . . . Posita personarum in Jesu Christo pluralitate, ajebat Nestorius in Eucharistia veram contineri carnem non Dei, sed puri hominis, justi ac sancti, qui sit templum ac habitaculum Dei. Not. Rel. I. 227. Szentiv. Curios. Misc. III. 443.

Netare, purgare; *tisztogatni.* It. nettare. Ljub. Mon. Sl. V. 251. an. 1334. mundare et *netare.*

Netio, actus nendi; *fonás.* Pfahl. Jus. Georg. XVI. præprimis panem et cerevisiam coquebant, nebantque et texebant. *Netio* (Netura) igitur origine sua muliebris erat occupatio in curia (aula) Domini.

Netrix, quæ net, stamina deducit; *fonó* (nő). Opin. P. III. Sec. 1. §. 3. Tör. Tár. 1888. p. 658. 1890. p. 598.

Netum, tantum, nihil præter; *tisztán.* It. netto. Han. Monm. Jur. P. I. 212: non debeatis illis dare nisi *netum* salariorum suorum.

Netura, V. *Netio.*

Neugari, Hoc nomine appellabat Ladislaus IV. rex Rumunos, quos ei auxilio Imperator orientalis misit, quique in prœliis contra Cunnos et Tartaros excellebant et a prædicto rege prædiis dotati sunt; *új magyarok.* Sup. An. Sc. I. 158. Nota Bardosyi: Andreas Rex *Neugaros* cum *Cumanis* . . . eosdem facit. Ker. Inst. Mil. 125. *Neugarii* Hungariæ incolæ, religione, ritibus et moribus a cetero populo dispares. Cod. Dip. Hung. Pat. VII. 226. Cum in spoliacione ecclesie nostre per Regem Ladislaum et suos *Neugarios* . . . antiquum sigillum fuisset perditum.

Neumodi, mos, consuetudo nova, usus novus; *új divat* . . . Arch. Rák. VIII. 334. Duo *Neumodi* latietl pro Cave cum rubris Zonis sericeis.

Neutericus, 3., novus; *új.* (Du C. al. s.); Proj. Leg. Civ. 307. Quod *neutericum* hoc Cridale Institutum Legibus Nostris antea ignotum et tantum sequioribus temporibus usu et consuetudine receptum tanti ponderis esse non possit.

Neutralis, (Du C.) nullius partes sequens, nulli adhærens; *semleges.* It. neutrale. Epist. Proc. P. II. p. 100: nolui *neutralis* esse, cum quia id facere non potuissem . . . Thök. Lev. 152. Ljub. Mon. Sl. XXI. 133. an. 1440.

1. **Neutralista,** æ, neutrius partibus adscriptus; *semleges.* Arch. Rák. IX. 109. Selmeczi Uraimék kifizették magokat ennye-

hány ezer tallérokkal, kik *neutralisták* lettenek. Tör. Tár. 1891. p. 41.

2. **Neutralista,** æ, studiosi rhetorices, poëseos interdum syntaxistæ, qui, pauperes, scholæ diversa servitia præstabant et pro his diversis beneficiis fruebantur; *jótéteményes helyen levő.* Bék. Debr. főisk. törv. 57. 138. *Neutralistae* sunto numero viginti alumni, expectantes quinque, privilegiisque, utpote nummis funeralibus, testamento legatis, diurno trium denariorum, libis ex gratiosa dominorum patronorum collatione proventuris, alumni ex æquo fruuntor. Pápai főisk. Ért. 1894/5. 28.

Neutralitas, partes mediæ, neutrius partis studium; *semlegesség, közönyösség.* Arch. Rák. VIII. 239. qui rem Christianam quoque *neutralitate* sua quasi bilance aptius moderari poterit. Rák. Ön. 49.

Nexus feudalis, *hűbéri viszony.* Vuch. Jur. Feud. 33. Nitantur vero hæ naturales proprietates circa feudum partim primario fini feudorum, qui est obligatio agendæ militiæ, partim ipsi *nexui feudali,* qui inter dominum et vasallum intercedit.

Nichil, *nihil.* Pesty Ször. III. 243.

Nichilianistæ, (Du C.) Hæretici, qui negabant Christum esse aliquid, quorum auctor Petrus Abælardus esse dicitur; *igesemmítők.* Nagy Hier.

Nicholaus, Nicolaus. Eszt. Okm. p. 70. an. 1156.

Nicolaitæ, Nicolai, Hierosolymarum sacerdotis, tempore Apostolorum hæretici, asseclæ; qui dissoluto vitæ genere excellebant. Inde veniunt sacerdotes sæc. XII. o. Nicolaitarum nomine conjugio juncti; *Miklós követői.* Fej. I. 373. sicut *Nicolaitae,* carnales nuptias concedunt. Szentiv. Curios. Misc. III. Catol. V.

Nicotiana, æ, tabaca; *dohány.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 264. Tabaca dicitur etiam *Nicotiana* a *Nicotio* Regis Galliæ Legato, qui herbam eam Ulissipone accepit et Floridæ, postmodumque gallis innotescere fecit. Bene Med. I. 59.

Nicromantia, νεκρομαντεία, quæ vox ratione similis soni in sermone Latino in *nigromantiam* mutata est, qui color consentaneus est huic arti: *fekete művészet, garaboncza, varázslat, bűvészet, boszorkányság.* It. negromanzia. Germ. Schwarzkunst. Szentiv. Curios. Misc. 182. Alii enim certis ritibus et execrationibus manes mortuorum ab inferis evocant, quo tempore Dæmon assumpto corpore vel forma hominis defuncti comparet et sciscitantibus responsa de rebus occultis vel futuris dat et hæc species *Nicromantia* nuncupatur.

Nictator, pium simulans, pietatem præse ferens; *szemethunyorgató, szenteskedő.* Ger. Augenverdreher. Frömmler. Rep. Cast. p. 53: stigmate notatos dicis Jesuitas, et hoc mihi, quem etiam *Nictatorem* appellas, ais esse haud levem plagam.

Nicticorax, rectius: Nycticorax; *éjjeli holló.* Ger. Nachtrabe. Rep. Cast. p. 54. a: ibi tu, si *Nicticorax* non eris, in luce videbis veritatem.

Nictitatio, (a nictando), nictatio, nictus; *hunyoritás.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. V. 117.

Nictitor, (a verbo *nictere),* qui odoratu sentit aliquid; *kutya módjára szimatoló.* Germ. Witterer. Rep. Cast. p. 54 a: Seu sis *Nictitor* sive Nictator, en mihi nulla est, et tibi *Nictitori* et *Nictatori* haud levis plaga.

Nifallor, (concretum, coniunctum) pro: nisi fallor, fors; *netán.* Rák. Ön. 208.

Nigella, æ, (Du C.) Melanthium sic vulgo dictum a seminis nigredine; *kerti fekete kömény.* Gall. nigelle. Szentiv. Curios. Misc. II. 254. Culices pelluntur suffitu *nigellae.*

Nigellum, v. *Encaustum nigrum; fekete zománcz.* It. smalto, smaltino nero; Niello. Gall. Nielle. Kecsk. P. Ötv. 146.

Nigellus, dimin. a nigro, subniger; *feketécske.* Szentiv. Curios. Misc. 164. Faciem habent *nigellam* cum adustione (cholerici). Cf. Varr. ap. Non. 456, 8; ib. 550, 6; Pallad. 3, 25. Auson. Ep. 4, 74.

Niger Exercitus, *fekete sereg.* Bonfin. Rer. Hung. lib. 9. exercitus hic idicreo *niger* appellatus, quia Mathiæ iussu sub dio semper hibernare, æstivare solebant, æstu et algore iuxta obdurati et assiduis militiæ laboribus obfirmati, ut nihil esset ita arduum et difficile, quod expugnare non auderent; Verancs. II. 294. Elesse per tanto alcune ordinanze di X. m. fanti di diverse nationi, ma Bohemi per la maggior parte, eletti ad un ad uno da lui per haver homini forti, animosi e patienti alle fatiche et ai disagi, nominandole le *bande nere,* ad imitatione delle quali, il signor Giovanni de Medici a nostri di chiamo forse egli anchora le battaglie de suoi fanti le *bande nere,* che nel vero di ferocità e di valore habbero molta simiglianza a quelle.

Nigere, ningere, nix delabitur; *havazni.* Prot. inq. 201: serviebat . . . quando pluebat et *nigebat.*

Nigra Legio, V. *Niger exercitus.* Kereszt. Res. Mil. 182. Militiæ huic adiunxit Mathias carissimam sibi deinceps Legionem, VI mille capitibus constantem, quæ ab atris thoracibus ac amictu, vultu item per cœli iniurias obfuscato *Nigra Legio* audit.

Nigrare, persecutionibus subiicere, obfuscare; *üldözni, elhomályosítani.* Batty. Ger. 128. Gloria . . . quam præstolatur, sua corona est, ac per hoc tam diu ex parte *nigrabitur,* quamdiu per fidem graditur, speque innititur.

Nigreus, 3., niger; *fekete.* Tör. Tár. 1887. p. 174. de camucato *nigreo* vel subrubeo.

Nigrita, æ, niger; *szerecsen.* Ger. Neger. Bel. Geogr. 723.

Nigritæ, milites a Matthia rege creati sic dicti a nigro vestitu; *fekete sereg.* Nad. Florus Hung. L. III. C. XVIII. p. 198. *Nigritae* milites validissimis et pernicissimis corporibus.

Nigromanta, æ, magus, artis magicæ scientia potens; *szemfényvesztő.* It. negromante, mago. Ger. Schwarzkünstler. Lampe. Hist. Eccl. p. 885: Et hoc non minimum dolorem creabat captivis, quod postquam in Italiam essent deportati, ubique *Nigromantae,* Mohamedani etc. proclamabantur.

Nigromanticus, i, V. *Necromanticus; szemfényvesztő.* Ger. Schwarzkünstler. Huszti. Or. Gymn. 27. Joh. Henr. Bisterfeldius . . . Hic quum Mathes. et Magiæ naturalis peritissimus esset, multaque coram nobilibus mirabilia produceret, titulum *Nigromantici* Professoris a plebe accepit.

Nigromaticus, pro: *Nigromanticus,* q. v. Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 383. an. 1397. Damianus dictus *nigromaticus* et magister bombardarum.

Nigro-punctatus, 3., nigris punctis distinctus; *fekete petyes.* Alexy 26.

Nigro-variegatus, nigris maculis sparsus; *feketepettyes.* Gall. noir moucheté. Hist. Nat. 31. Pili longi et rigiditate ad setam accedentes, albo-cinerei, *nigro-variegati* in dorso.

Nigrum, verba legis aut Canonis, quæ olim atro colore imprimebantur; *fekete nyomatú törvények.* Szegedi Rubr. Præf. 3. Quotiescunque verba Legis aut Canonis, adeoque *Nigri,* obscura, vel ambigua sunt; possunt, ac debent declarari per Rubricam iis præfixam. Kövy El. 588. Vice-Comes ponitur Judex, cuius legis non rubrum, sed *nigrum* respiciendum est.

Nigrum inventarii, rerum nomina, quæ in registro continentur; *a jegyzékben foglalt tárgyak nevei.* Pár. Páp.

Nil Juris, *semmi követelés többé.* Kövy El. 391. Si vero Clausula: *Nil Juris,* inserta et consensus datus est, prout Fiscus bonis apud deficientem repertis, ita superstes acceptis contentus esse debet.

Nihil volitum, nisi præcognitum, ignoti nulla cupido (Ovid); *a mit a szem nem lát, a sziv meg nem kiván.* Imre Phil. 309.

Nihilus, 3., (Du C. homo nihili); *semmirevaló.* Ger. nichtsnützig, nichtswürdig, nichtswerth. Verancs. III. 182. filios vero quos habet reliquos non esse dignos ea maiestate, quod ex meretrice nati sunt, quodque primus ebriosus sit, reliqui duo imbelles et *nihili.*

Nimbatus, 3., nimbo, gloria, diademate, corona radiorum cinctus; *dicsfényövezett.* Numi Hung. 6.

Nimietas, copia modum excedens; *túlság.* Fej. IV. 1. 240. ex *nimietate* laborum et assidua aëris mutatione, in tædium vitæ demersus est. Irodt. Közl. VI. IV. 446. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 13. Cf. Pallad. 6, 7; Eutrop. 10, 9; Appul. Met. 3. p. 190. Oud.

Nisanczi basa, *fő kanczellár.* Tör. Tár. 1892. p. 431. Sequitur et *Nisanczi basa* = subsignator, qui literas mandata ac instrumente publica, quot in fulgidissima porta imperatoris expediuntur, subsignat ac nomen imperatoris subscribit, Cancellarius Supremus nominatur.

Nisantibastia, V. *Nissanczi-bassa.* Adelm. De orig. Turc. 10. At ille, qui est custos Sigilli Imperatoris *Nisantibastia* nominatur; singuli autem principes consiliarii peculiare sigillum habent.

Nischandschi, Minister in sultanicis diplomatibus. V. *Nisanczi-bassa.* Tract. Comm. 2.

Nitide, recte; *helyesen.* Batty. Ger. 68. de aquarum creatione *nitide* non satis quærentibus.

Nitratus pulvis, pulvis pyrius nitratus; *puskapor.* Tör. Tár. 1888. p. 744.

Nivarius, 3., nivalis, nivosus; *havas.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. 60. Cf. Martial. 14, 103 in lemm.

Nivella, æ, libra aquaria, libella; *vízmérleg.* Gall. niveau. Nagy Hier.

Nivellare, aquam librare, ad libellam exigere; *vizirányozva mérni a földet.* Ger. nivelliren. Nagy Hier.

Nivellator, librator aquaram; *vízaránymérő.* Ger. Nivellirer. Nagy Hier.

Nivifer, nivem ferens; *havathozó.* Nov. Calend. Phases Lunæ et Cœli temperies. Dimidium crescens splendebit luna per orbem 19. Decemb. h. 8. m. 46. a. m. nubibus *niviferis* cœlum obducitur. Corp. Gram. 45. Cf. Salvian. D. G. 6, 2.

Nobiles Archiepiscopālēs et Episcopales, V. *Praedialista.* Bel. Comp. Germ. 498., 499. Parem, cum Equitibus Hungariæ prærogativam habent, *Nobiles Archiepiscopales* et *Episcopales,* quos *Praedialistas* dicunt. Inter quos ætate nostra *Nobiles Archiepiscopi Strigoniensis* in duas Vajkensem et Verebeliensem sedes divisi exemtique a Comitatum iurisdictione, peculiares habent magistratus.

Nobiles bene possessiati, nobiles valentes; *jó módu nemesek.* In iure Hungarico.

Nobiles fugitivi, *menekült nemesek.* Hajn. Subr. Publ. 34: *Fugitivi Nobiles.* Ita vocabantur Nobiles ex terris a Turcis occupatis ad tutiora loca semet conferentes.

Nobiles jobbagiones, nobiles portas non habentes; *jobbágytelki nemesek.* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 31.

Nobiles nominati, *judices nobilium; szolgabiró.* Ger. Stuhlrichter. Jogt. Eml. T. III. p. 168.

Nobiles prædiales, nobiles in prædiis ecclesiarum; *egyházi nemesek.* Száz. XV. 555.

Nobiles unius possessionis, V. *Curialistae.*

Nobilior, comparat. adiectivi verbalis a nosco, quod est nobilis, quasi noscibilis; *ismeretesebb.* Pázm. Dial. 120.

Nobilis armalis, V. *Armalista; czimerleveles nemes.* Jogt. Eml. T. I. I. p. 78.

Nobilis fumatus, nobilis domo præditus; *tűzhelybiró nemes.* Kuk. Jur. II. 101. an. 1704: *Nobiles fumati* personaliter et cum suo famulitio, a fumo vero equitem unum et pedites duos producere teneantur.

Nobilis novus, homo novus; *új nemes.* It. nobile nuovo. Wagn.

Nobilis possessionatus, bona possidens nobilis; *jószágos nemes ember.* Ger. begüterter Edelmann. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 41. Bel. Comp. Geogr. 498. Ordo Equitum in Bonorum et Privilegiorum Possessores, id est in *Nobiles Possessionatos* et Armalistas dividitur.

Nobilis prædialista, *egyházi nemes;* V. *Praedialista.* Törvt. Msz.

Nobilis prætensus, qui cupit nobilis fieri; *nemességet áhitó.* Törvt. Msz.

Nobilitare, nobilitate ornare, in numerum nobilium asciscere, (Du C. illustrem, clarum facere); *nemesi rangra emelni.* Kövy El. 47. vel ipse Incattus *nobilitetur.*

Nobilitaria, ium, res nobilium; *nemességbeli tárgyak.* Georch. H. T. IV. 143.

Nobilitaris, a nobilibus inhabitatus, ad nobilem pertinens; *nemesektől lakott, nemesi.* Kov. Comm. p. 2: Oppidorum nomine omnia veniunt, quæ jure celebrandarum nundinarum gaudent. *Possessiones* his destitutæ, quæ, si majores hoc nomine, si minores *pagorum* veniunt, quarum aliæ privatis dominis terrestribus subjectæ sunt, aliæ nobilibus habitantur, a quibus *nobilitares* vocantur. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 79. Cod. Dip. Pat. V. 274., 429. Rák. Ön. 144.

Nobilitarius, 3., iurium nobilium particeps, nobilis; *nemesi.* Fej. I. 218. X. I. 581. titulo *nobilitario* dedimus, donavimus et contulimus.

Nobilitas communicata, *valakivel közölt nemesség.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 188. Nobilitas Civilis quotuplex? 1-o Status... 2-o Officii; 3-o *Communicata* seu participata, per quam Mulieres Viris Nobilibus legitimo Connubio iunctæ, jura et prærogativas Maritorum participant, ut etiamsi ipsæ ignobili loco Natæ essent, donec nobili Viro convixerint, aut viduæ Nomen et titulum Mariti gerendo eum repræsentaverint, omnia iura nobilitaria sortiantur.

Nobilitas gentilitia, *családi nemesség.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 189. *Nobilitas* Civilis quotuplex?... 5-o *Gentilitia* secus etiam *Familiaris, Haereditaria* dicitur, quæ nempe ita cuipiam confertur, ut ad omnem legitimam posteritatem propagetur.

Nobilitas indigenalis, receptiva, extranei, qui in numerum Nobilium patriæ recipiuntur; *honositott nemesek.* Benz. J. H. 233.

Nobilitas inferior, *alsó nemesség, bocskoros nemesség.* Pfahl. Jus. Georg. IX. qui vero illum more avorum purum conservabant seu in Civitatibus degerent seu extra illas, *Nobilitatis inferioris* (milites, etiam militares, mediocres, mediocriter nobiles, Ritterbürtige, Schildbürtige, zum Schildgeborne, Niedere von Adel, Edelleute ævo medio compellati) nomine insigniebantur.

Nobilitas localis, *helyhez kötött nemesség.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 189. *Nobilitas* civilis quotuplex?... 4-o *Localis,* Si cuipiam loco vel communitati tale privilegium concedatur, ut quicunque ei se aggregaverit, usum Nobilitatis consequatur. Rari admodum exempli, non tamen nullius. Tale privilegium concessit Wladislaus II. anno 1494. omnibus incolis Arcis Abbatiæ Petro-Varadinensis 6. Simile quid obtinet apud nobiles de Szent-Gaal, Venatores regios, in Comit. Veszprimiensi.

Nobilitas officii, *hivatallal járó nemesség.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 188. *Nobilitas* civilis quotuplex? Nobilitas Hung. hodierno usu spectato, est: 1-o Status... 2-do *Officii,* dum aliquis idmodi munus gerit, cui lex et communis observantia, ratione suarum functionum, iura et immunitates Nobilibus proprias tribuit. Exemplo esse possunt Excelsæ Cameræ Regiæ Hungarico-Aulicæ officiales, qui si in sua functione actualiter et legitime procedentes lædantur, Maior Potentia committitur. Quin et alias ratione personarum et mobilium rerum suarum, Jurisdictioni nobilitari subiiciuntur, licet generationali nobilitate carerent.

Nobilitas prædialis, ab antistitibus ecclesiæ parta nobilitas; *főpaptól nyert nemesség.* Törvt. Msz.

Nobilitas status, *álláshoz kötött nemesség.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 188. *Nobilitas* civilis quotuplex? Nobilitas Hungarica hodierno usu spectato, est: 1-o *Status,* quæ certæ Civium Classi ita est adtributa, ut quicumque in illam legitima auctoritate cooptatur et donec eiusdem membrum esse perseverat, ratione personæ suæ nobilitate regni perfruatur, quin tamen hanc prærogativam in Successores, si quos habet, etiam derivet. Tali nobilitate gaudent Clerus Regni Hung. nec collective solum sed singilatim quoque.

Nobilitates, titulus honoris; *nemességek.* Szend. Misk. tört. III. 118. an. 1483. vestras *nobilitates*... requirimus.

Nobilitatio, (Du C.) actus nobilitate ornandi; in nobilium ordinem cooptatio; *nemesités.* Kövy El. 47. Bonorum, incapaces sunt extranei ante *nobilitationem.* Recon. an. 1606. p. 8: *Nobilitationes* per Dominum Bocskay factæ maneant. Pel. De s. Anna s. III. c. 2. Magy. Tört. Eml. XXX. 102. an. 1567. Sine ulla spe libertationis atque *nobilitationis.*

Nobilium Judex, *Judex Servientium.* Textum vide sub *Servientes; szolgabiró.* Ger. Stuhlrichter.

Nocere, (cum Accus.) mordere; *sértegetni.* Batty. Leg. T. II. 46: an. 892. qui... donationem dictam *nocere* tentaverit.

Nocibilis, (Du C.) nocivus; *ártalmas.* Fej. X. 4. 522. sed fere cunctis aliis tam Ecclesiasticis quam sæcularibus iacturam multis temporibus *nocibilem* constet incidisse.

Nocitīvus, 3., (adi. verbale a nocere) qui nocet, damnosus; *ártalmas, vészthozó, kártékony.* Cod. Zi. III. p. 3. Demum eciam, cum sepedictus rex Bohemie contra regnum eiusdem domini Ladislai regis gressus suos *nocitivos* dire... (-xisset) idemque dominus rex Ladislaus eidem in Moravia obviasset.

Noclerius, nauclerus; *hajós.* Ljub. Mon. XI. 106. an. 1324.

Noctambulus, V. *Somnambulus; alvajáró.* Vern. Met. II. 347. cum lunatici et *noctambuli* huc illuc nescii feruntur etc.

Noctare, (Du C.) noctem degere, pernoctare; *az éjet eltölteni.* Rák. Ön. p. 128. l. 1—4. (3.): ... nihil ergo amplius requirebatur, quam ut me in domibus postariis, in quibus aut prandere aut *noctare* olim solebam, plus quam in aliis occultarem...

Noctem habere. noctu abesse. V. s. *Lex portaria; az éjet másutt tölten..*

Noctescit, (Du C.) crepusculum ingruit, nox appetit; *éjjeledik.* Ger. dämmern. Wagn. Cf. Furius ap. Non. 145, 11. Gell. 18, 11.

Nocticorax, Nycticorax (Linn.); *éjjeli madár,* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118. Schläg. 1798.

Noctiluca, Lampyris noctiluca (Linn.); *Szt. János bogara.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 65. Sunt etenim ex genere *Noctilucarum,* sic et alias *noctilucas* muscas et inter sepium densitatem vermes quosdam inertes noctu splendescere videmus.

Noctilux, V. *Noctiluca.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VIII. 265. *Cicindela.* Est ex scarabæorum genere. Ab aliquibus nuncupatur etiam *noctilux* vel *noctivigila.* Eo, quod noctu volet et luceat.

Noctivagus, 3., (Du.C.) grassator nocturnus. V. s. *Nycticorax; éjjel csavargó,* (*-kóborló.* Fin).

Noctivigila, V. *Noctilux.*

Nocturnale, liber, in quo nocturna officia seu preces continentur; *éjjeli zsolosmáskönyv.* Knauz M. E. Str. I. 109., 78. Missale unum, *Nocturnale* unum, Psalterium unum, graduale unum. Rač. Mon. Sl. VII. 127. an. 1080.

Nocturnales, (Du C.) libri, in quibus Nocturni, sive nocturnale officium, quod noctu peragitur continetur. V. *Nocturnale.* Cod.

Dip. Arp. Cont. I. 40. — VI. Missales, I. Bibliotheca. VI. *Nocturnales* I. Antiphonaria. IV. Gradualia etc.

Nocturnaliter, noctu, in singulas noctes; *éjjel.* Ger. bei Nacht. Fej. X. 1. 564. quo et alios infinitos ad vos alternatim diurnatim et *nocturnaliter* volitantes protegitis.

Nocturnitas, caligo nocturna; tenebræ mentis; *éji sötétség, tudatlanság.* Ker. Nap. 283. nostri sacerdotes nos ad pristinam *nocturnitatem* volunt reducere.

Nocturna sella, sella familiaris ad exonerandum ventrem; *ürszék, gyalog árnyékszék.* Gall. chaise percée. Ger. Nachtstuhl. Wagn.

Nocturnum, cantus nocturnus in monasteriis; *éjjeli ének a kolostorban.* It. canto notturno. Beng. Ann. Er. Cœnob. 134. sub onere absolvendi quotannis die 12. Julii unius anniversarii cantati cum officio Defunctorum unius *Nocturni.*

Nocumentalis, noxius, damnosus; *ártalmas, káros.* Cod. Zi. III. p. 15. . . quod Rufus . . . semper homo *nocumentalis* invenietur.

Nocumentari, nocere; *ártani.* An. Sc. I. 134. an. 1357: ne . . . antiquitas valeat *nocumentari.*

Nocumentum, (Du C.) damnum, detrimentum; *baj, kár.* Tkal. Mon. Civ. Zág. I. 73. an. 1204. cupientes *nocumenta* a vobis... amovere. Szék. Okl. I. 69. Fej. IV. 3. 162. furta et latrocinia seu *nocumenta* committendo. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 286. Epist. Proc. 6.

Nodularius Germanicus, orbiculorum textor; *gombcsináló.* Ger. Knöpf- und Krepinmacher. Tab. Conscr.

Nodularius Hungaricus, *gombkötő.* Ger. Schnürmacher. Tab. Conscr. Pestv. Levt. Egri Levt.

Nodulatus, 3., in nodos nexus; *csomós.* Arch. Rák. VIII. 320. Fila textilia *nodulata.*

Nodulus, i, dimin. a nodus — quantitas quædam v. species nummi Hungarici argentei. Cfr. ap. Forc. nodus: in metallis est materia durior. Cod. Zi. Vol. III. p. 573., 625. . . ut predictos centum et quadraginta quatuor florenos et sexaginta *nodulos* argenteos ab eadem domina . . . domini sui tulisset.

Nodus, i, tænia in laxiorem modum collecta; *csokor, szalagbokor.* It. nôdo. Ger. Schleife, Band, Masche. Thök. Diar. II. 325. Tunica ex attalico cœruleo itidem sine *nodis* fl. 12. Cf. Martial. 5, 37; Tac. Germ. 38.

Nodus mobilis, tænia, quæ moveri potest; *tolható gomb.* Reg. Turm. Præt. 104. sinistra vero *nodum mobilem* (Schiebknopf) versus equi collum retrahit.

Nola, æ, (Du C.) campanula, tintinnabulum ab urpe Campaniæ, Nola, dictum; *csengetyűke.* Szamosk. I. 234. Alia enim maiora, claro, largoque sonitu *nolas* pulsabant, alia minora exiles tinnitus edebant, mediocria medium inter summum et imum sonabant. Verancs. Hist. I. 313.

Nolarium, (Du C. campanarium) turris, in qua nolæ suspenduntur; *haranglúb, torony.* Nagy Hier.

Nolens volens, invitus; *akarva — nem akarva.* Schwart. Scult. 192.

Nolitio, actus nolendi. nolentia; *nem akarás.* It. non volere. Vern. Psych. 390. Volitio et *Nolitio* a facultate appetendi et aversandi essentialiter differunt.

Nolle-velle, invitus; *kénytelen-kelletlen.* Arch. Rák. IX. 16. énnéköm *nolle-velle* fáradságot szöröztenek. Jókai Debr. lun. 84.

Nollencia, æ, (Du C. *Nollentia)* actus nolendi; *nem akarás.* It. non volère. Georg. Sirm. I. 61. Quum iam intexisset (intellexisset) dominorum principum *nollenciam* eorum contra Turcas. Cf. *Nolentia* ap. Tertull. adv. Marc. 125.

Nollenter, invite; *akarata ellenére.* Batty. Ger. 253. quamquam *nollenter* confiteantur.

Nolula, (Du C.) dem. ad nola, parva nola; *csengetyücske.* Gros. H. Ph. I. 176: *Nolulae* pariter recentioribus appenduntur oviculis, quæ agmen antecedunt.

Noluntarietas, (Du C. noluntas) quod nolumus, aversatio; *akaratlanság.* Nagy Hier. Severin. 9.

Nomadizare, vitam nomadum agere; *nomád, vándoréletet élni.* Száz. XVII. 160.

Nomenclatio societalis, V. *Firma; czímzet.* Art. D. 1840. p. 57.

Nomicus, i, (a gr. νόμιος) legis peritus; *törvénytudó.* Nagy Hier.

1. **Nominalis,** idem ac *Nominalista,* scrutator nominum (Du C.); *névbuvár.* Szerd. Celebr. I. p. 39: Tot unde nomina? negant se scire *nominales.*

2. **Nominalis,** tantum nomine; *névszerinti.* Gall. nominal. Ger. dem Namen nach. Otia Bachm. 116. putasne hypocritas et *nominales* Christianos Christi membra esse posse.

Nominanter, præsertim, nominatim; *nevezetesen, névszerint.* Fej. Jur. Lib. 292. Kuk. Jur. I. 160. Star. VIII. 7. an. 1772. ex monachis duo, *nominanter* . . . Maximus.

Nominascere, in nomen degenerare; *névvé válni.* Corp. Gram. 401. Si quando vero sub declinationem veniunt, *nominascere* seu in nomen degenerare, aut *materialiter* saltem *poni,* ut jaj, jaj*nak.*

Nominatissimus, 3., celeberrimus; *legnevezetesb, igen nevezetes.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. I. p. 17.

Nominetenus, nominatim; *névszerint.* Ger. namentlich. Kass. Prax. 211. ac coram Maiestate nostra *nominetenus* designatum. Beth. G. Lev. 231.

Nomocanon, (*νόμος + κανών)* corpus inris, leges scriptæ; *törvénykönyv.* Cher. Jus. Eccl. I. 72. Unde factum, ut varia opera canonica originem suam traxerint, quippe 1. Pannormia . . . 2. Synopses, Breviaria, Epitomæ . . . 3. *Nomocanones,* qui canones Ecclesiasticos et eisdem correspondentes leges civiles referebant.

Nomomachi, idem qui *Antinomi* = Legem oppugnantes Johannis Agricolæ sectatores an. 1537. o. Nagy Hier.

Nomothesia, (*νομοθεσία*) legislatio; *törvényadás, törvényhozás.* Leges Schol. Schem. 31. hac quoque nostra *nomothesia,* veluti indagine quadam cincta, officii intra cancellos, ne a vero et recto aberret, contineatur.

Nomotheta, *(νομοθέτης)* legislator; *törvényadó.* Leges Sch. Schem. 10. *Nomothetis* etenim secundum philosophorum principis placitum convenire probe meminimus, ut pro reip. ratione leges scribant.

Non absimiliter, eodem modo; *hasonló módon, épúgy.* Tag. Erd. II. 214.

Nonapparenter, non mirum in modum; *nem feltünően.* Tör. Tár. 1888. p. 682.

Non-appellabilitas, natura causæ, quæ non concedit provocationem; *fellebbezhetlenség.* Art. Diæt. Pos. 46. Ideo usque ad ulteriorem Emendationem Legum ob brevitatem etiam temporis Diæta iam ad finem vergente, appellabilitate vel *non-appellabilitate* Causarum et aliis Juridicis Remediis, per Status et Ordines submissis, Judicatuque et Foro Comitatensi . . . omnes illæ Causæ . . . Judicio Tabularum Districtualium subiacebunt.

Non-Articularis, non legis articulis sancitus, acceptus, non in capita legis illatus vel relatus; *törvényczikkbe föl nem vett, nem czikkelyes.* Hist. Eccl. Ev. 44. Iniqua Nostratium fortuna fuit potissimum in locis *Non-Articularibus.*

Nonbranchiatus, 3., sine branchiis, *kopoltyu nélkül való.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. II. p. 152.

Noncaptio, actus non capiendi; *el nem foglalás.* Cod. Ep. Pet. Páz. I. 3. Principio enim post tot M. D. V. et Domini Bani labores, confecto negotio se eo ipso tempore, quo possessionem adire debet, conveniat, pareat, fore, ut aliis deinceps annis, variis item modis differatur, donec post duos tresve annos velut *noncaptione* præscriptioneque nihil se debere fratres iactent.

Non-Cardinalis, *nem sarkalatos.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 204. Prærogativæ Nobilium. 1. Cardinales. Nobilitas Hungarica pretiosas plane continet prærogativas, quarum nomine venit: Complexus eximiorum iurium, honoris, libertatis, immunitatis; quibus Nobiles præ aliis etiam veris regni civibus, excellunt. Sunt autem vel Cardinales, in quibus, tanquam Cardinibus Nobilitas vertitur; vel *Non-Cardinales.*

Non-catholicus, i, acatholicus; *nem katholikus.* Olt. Act. Synod. 30. Assumptio et applicatio extraneorum utriusque sexus educatorum *noncatholicorum* prohibeatur.

Non-comparitio, actus non comparendi; *meg nem jelenés.* Pesty Ször. III. 375. Werbőczi 439. Ideo tempore executionis huiusmodi sententiæ, per responsiones (ut præfertur) Partium latæ vel forsitan per non venientiam et *non comparitionem* alterius Partis pronunciatæ, repulsio prænarrata fieri permittitur.

Non-convenientia, æ, conditio inconveniens; *össze nem illöség.* It. inconvenienza. Ger. Unpasslichkeit. Vern. Log. 60. Materia iudicii sunt repræsentationes illæ, quarum convenientia vel *non-convenientia* seu relatio obiectiva determinate repræsentatur.

Non-cordifer, qui non profert fœnum; *mely nem terem szénát.* Urb. Reg. 77.

Non currere, non valere; *nem jár, nincsen helye.* Georch. H. T. II. 18. Nagy. Jus. Trans. Sax. 76. *Non currere* dicitur præscriptio, dum ob legitimam quampiam causam initium suum habere non potest. *Non currit* e. g. contra pupillos, usque ad ætatem maiorem, 20-mum videlicet ætatis annum, quo anno e tutela exit.

Non diu post, non ita multo post; *nem sokkal azután.* Wagn.

Non-fungibilis, *corruptioni non obnoxius; nem fölemészthető.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 8. Mobilium insuper, aliæ Fungibiles sunt, quarum usus in abusu seu consumptione consistit e. c. pecuniæ, frumenti, vini etc. quæque vice aliarum rerum eiusdem generis funguntur, ut una substitui pro altera possit, ac tantundem, sit idem; c) Aliæ *non-fungibiles,* quarum substantia facto etiam iterato usu, ad quem destinatæ sunt, salva adhuc persistit.

Nonfusibilis, quod fundi non potest; *nemfolyós, szilárd.* Kol. Cod.

Non-habitio, absentia; *hiány.* Arch. Rák. VIII. 324. Cista ferrea ob *non-habitionem* clavis non iuventata.

Non-impensio, actus non impendendi; *nem teljesítés.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 691. Semper autem factas dilationes, cum præfixione novi competentis Termini, tempestive ac legitime, Actori significare debet; si quid horum negligat . . . *Non-impensionis* pœnæ se obnoxium facit.

Noninteressencia, æ, continentia, abstinentia; *érdeknélküliség.* Szék. Okl. I. 252.

Non-levatio, actus non levandi, recipiendi; *fel nem vevés.* Kass. Jur. Civ. I. 121. quo termino adveniente Illustritas Vestra *non levationis* summæ minoris atque non remissionis Bonorum item in omnem casum fructuum post admonitionem fœneratorio modo percipiendorum rationem redditura coram nobis comparere non intermittat.

Non-liquidus, *nem világos.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 577. Unum idemque debitum, respectu Creditoris Activum; intuitu Debitoris passivum a) 2-o Liquidum, cuius realitas, quantitas, aut etiam solvendi locus, tempus, modus, determinatus est; *Non-liquidum,* quod, licet in se verum sit, a Debitore tamen non agnoscitur; sed eius realitas et quantitas velut incerta per probas adhuc eruenda est e. g. quod ex illatis damnis aut Rationum defectibus emergit.

Nonnavigabilis, innavigabilis, qui navigari non potest; *nem hajózható.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 59. Quorum (fluviorum) rursus alii maiores navigabiles: ut Danubius, Tibiscus, Dravus, Savus; alii minores, *nonnavigabiles:* velut Rápcza, Répcze, Ráb, Szala, Zagyva . . .

Non-Originalia, *ἀπόγραφον; másolat.* Kelem. Inst. Jur. Pr. III. 164. Privata instrumenta litteralia: . . , 2-o Originalia (Autographa), quæ circa negotia in ipsis contenta primitus sunt concepta; *Non-Originalia* (Apographa), quæ deinde ex originalibus fuere desumpta.

Non putarem, inopinatus casus; *véletlen eset, meglepetés.* Thök. Diar. II. 114. és tegnap Eszlér nevű faluba szállott, félvén *non putarem*től is és az hajdúknak is hamisságokat experiálván. Thök. Diar. II. 63. Én az mult éjjel az falun kivűl 4 vagy ötöd magammal hálván — az minthogy az más éjjel is nagy vigyázással és alkalmatlansággal ide be félvén *non putarem*túl, az német sem lévén messze és K. B. nevű szathmári magyar hadnagy is ezen falura szándékozván.

Non regalia, (sc. feuda); *nem királyi javadalom, hűbér.* Vuch. Jur. Feud. 50. Regalia Longobardis dicebantur Feuda immediata, quibus intuitu officii regni adnexa erat dignitas publica regni, uti Ducis, Comitis, Marchionis; *non regalia,* quibus eiusmodi dignitas eminens haud adnexa erat.

Non remissio, actus non remittendi; *vissza nem adás, visszatartás.* Kass. Jur. Civ. I. 120. bona erga liquidandam et legitimandam summam remittere, secus *non remissionis* rationem in Judicio dare teneretur.

Non resistentia, actus non resistendi; *ellent nem állás.* Nic. de Mir. 442. Sic nempe prædestinatio includit vel hominem vel angelum cum suæ bonæ voluntatis promtitudine sive *non resistentia.*

Non-scriptus, 3., quod scripto non est mandatum; *nem irott.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 577. Variæ autem sunt Debitorum vel considerationes vel partitiones videlicet . . . 3-o Scriptum vel *Non-scriptum;* Istud, de quo nullum documentum exaratum est, ideoque, si negetur, per Testes aut Juramentum erit probandum.

Non sincerus, qui suffragium non fert; *a ki nem szavaz.* Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 434. an. 1568: Capta fuit per ballottas 44. non obstantibus 23. in contrarium et duobus *non sinceris,* qui assentire et ballottare noluerunt.

Non solutio, term. techn. in iurisdictione Hungarica, sign. præteritionem solutionis pecuniæ (mulctæ); *le nem fizetés.* Cod. Zi. III. p. 525. . . . ad easdem octavas festi beati Mychaelis archangeli nostram in presenciam non veniente nec mittente, seque mediantibus alys literis nostris Judicialibus pro sua non veniencia in premisso facto principali, pro *non solutione* vero dictorum Judiciorum centum et viginti marcas faciencium in dupplo eorundem convinci permittente . . . medelam equitatis in premissis per nos dari postularant.

Non velit, pro: nolit. V. s. *Celare.*

Non Venientia, absentia; *távollét, elmaradás, meg nem jelenés.* Werbőczi 365. Sæpe Sententiæ apud nos specificantur per diversitatem Causarum. Hinc præter hic recensitas, aliæ dicuntur: Facti Honoris aut Infamiæ: Aliæ Violationis Sedis Judiciariæ: Aliæ, Emendæ linguæ; Aliæ, *per non venit,* quæ in eos feruntur, qui legitime citati nec per se nec per Procuratores, in loco Judicii comparent, proinde ob Contumaciam et *non venientiam* ad instantiam actoris comparentis in totali actione convincuntur. Szer. Not. p. 143. onus igitur *non venientiae* fuerint illo tempore sc. an. 1524. 10 marcæ. Kelem. Inst. Jur. Pr. III. 387. Kass. Jur. Civ. I. 154. Cod. Zi. III. 318., 348., 525. Cf. Egy. Phil. Közl. XIV. p. 391.

Nona, pars fructuum nona (Du C.); *kilenczed.* Szer. Not. p. 58: Maria Regina potestatem facit Capitulo (an. 1389), ut idem a suis jobbagionibus *Nonas* percipere ita possit, sicut illæ a Regalibus subditis percipiuntur. Kövy El. 261.

Nonalis, e (vinum, frumentum) ad nonam pertinens; *kilenczed.* It. nono, parte nona del vino e grano, Verancs. V. 339. *Vina et frumenta decimalia* ac *nonalia,* verna, item sementem omnem, census, taxas . . . in manus suas poscant.

Nonalitas, pars nona; *kilenczed.* Ger. Neuntel. Kass. P. P. II. 339. deinceps in subsequo processu repulsionali competentiam illam Tabula hæc nostra Regia ad eiusdem Possessionis T. *nonalitatem* . . .

Nonatio, actus nonas exigendi; *kilenczedszedés.* Pfahl. Jus. Georg. 183. Tempus *nonationis* horum animalium secundum articulum 96., 1647. ad quem Urbarium provocat usque festum S. Joannis Baptistæ est, non ultra illud differendæ.

Nonator, exactor nonæ; *a kilenczed behajtója, szedője.* Pfahl. Jus. Georg. 241. Verum *nonatores* suos ad faciem vinearum exmittere atque ibi partem pro nona vel qualicunque iure montano obventuram designare teneantur. Tör. Tár. 1888. p. 574. dicator, decimator, *nonator.*

Noningentesimus, 3., nongentesimus; *kilenczszázadik.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 29. Ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi anno *noningentesimo* nonagesimo quarto . . .

Noningenti, nongenti; *kilenczszáz.* Fjp. Szám. 124.

Noniter, novies; *kilenczszer.* Verancs. II. 287. Singulis annis *noniter* noni tres creantur iudices.

Nonna, æ, (Du C.) sanctimonialis, monialis; *nőszerzetes, apácza.* Ger. Nonne. Kon. Egyh. 375. Nagy Hier.

Nonnæ griseæ, sanctimoniales ordinis cisterciensis; *zirczi r. apáczák.* Kronst. II. 654., 660.

Nonnullacies, Nonnullocies, nonnunquam, interdum; *egynehányszor.* Dip. Reip. Rag. 552. Star. I. 160. an. 1454. *Nonnullocies* Teucrorum rabies multos fideles corone in fide fecit devios.

Nonnus, i, (Du C.) monachus maior natu, ita vocatus ob reverentiam, paterna reverentia; (Cf. Hier. Ep. 117. 6.); *tisztelendő atyaság.* Reg. S. Ben. 63., 22. Juniores priores suos *nonnos* vocent, quod intelligitur paterna reverentia. Nagy Hier.

Norma Conventionis, *megállapított pénzláb.* Sim. Num. 69. Juxta nostram Austriacam sic dictam *Normam Conventionis* (Conventionsfuss) Proportio auri ad argentum est, ut 1 : $14^{11}/_{71}$ id est: Massa auri certi ponderis, i. e. Marca auri puri vicibus $14^{11}/_{71}$ plus valet.

Normale, is, præceptum, lex, formula: *szabályrendelet.* Pest Vár. Levt. Kass. P. P. I. 182. Reg. Turm. Præt. 18: ad præscriptum existentis eatenus *normalis* stipendio carebit.

Normalis, ad formulam, ad legem; *törvényes, szabályszerü.* Lzb. Cod. Med. III. 183. *normales* dispositiones.

Normalis resolutio regia, *királyi rendszabás.* Törvt. Msz.

Normalis Schola, Schola elementaris, schola primaria; *elemi iskola.* Száz. XVI. 679.

Normaliter, secundum normam; *szabályszerüleg.* Ker. Nap. 34. Szentiv. Cur. Misc. 180.

Normativa, normativum, regula, norma; *szabály, mihez való tartás.* Pfahl. Jus. Georg. II. 27. nam ut singularum quoque et omnium sessionum constitutiva alicuius loci cum *normativo* concordaverint. Urb. Reg. 8. Puncta pro *Normativo* infra continentur. Faber. Jur. Met. 16.

Normativus, 3., ad normam, certam legem revocans; *szabályozó, irányadó.* It.

regolativo. Cod. Evang. V. III. p. 8: anno 1714. die 28. april, emanato regio intimato negotium religionis ad illum statum repositum, in quo ante motus Rákóczyanos fuit, utpote singulæ ecclesiæ, quibus non fuit exercitium anno *normativo*, spe illa potiundi exclusæ, ejulandi causam acceperunt.

Noscibilis, quod cognosci, mente percipi potest; *ismerhető.* Passim. Cf. Tertull. ad Scapul. 2 fin. August. Trin. 9. 5., 12.

Nosocomialis, ad nosocomia pertinens; *kórházi.* Bene Med. 90. aër *nosocomialis.*

Nosocomium, (Du C.) *(νοσοκομεῖον)* locus ægrotantibus curandis; *ispotály, kórház.* Beng. Ann. Erem. Cœnob. 74. pecunias eleemosynas *Nosocomiis* et pauperibus erogatas. Cf. Cod. Justin. 1., 2., 19; 22.

Nosogeneticus, 3., ad ortum morbi pertinens; *kórkeletkezésre vonatkozó.* Abeles 13. Bene Med. I. 336.

Nostrificare, civitate donare; in societatem accipere; *bekebelezni.* Passim.

Nostrificatio, onis; actus civitate donandi; in civitatem recipiendi; *bekeblezés.* Passim.

Nota Bancalis, tessera mensæ publicæ; *bankó.* It. banco nota. Gall. billet de banque. Ger. Banknote. Kövy. El. 357. *Notarum Bancalium* etiam confectores eo pertinere decisum est.

Nota characteristica, proprium alicuius rei; nota; *ismertető jel.* Georch. H. T. III. 254.

Nota conjurationis, V. *Nota infidelitatis.* Jókai Rab R. I. 138. Hát az a másik (trvczikk) a «*nota coniurationis*ról»? Az az 1536-iki 40. t.-cz. — Az összeesküvés egyenlő vétség a hűtelenséggel.

Nota correspondentialis, aliquid communicans nota; *közlő jegyzék.* Törvt. Msz.

Nota fœnerationis, fenoris iniqui nota; *az uzsoráskodás bélyege.* Proj. Leg. Civ. 247. atque adeo nullam legalem non remissionis rationem assignans, velut *notam foenerationis,* Titulo 71: II-dæ damnatæ incurrens, refusioni fructuum obnoxiatur.

Nota infidelitatis, crimen læsæ majestatis; *felségsértés, hűtlenségi itélet.* Ger. Hochverrath. Funda David. G: Deprædicanda esset Clementia Sacræ ... Majestatis tam leniter punientis *Notam infidelitatis,* cujus pœna in Legibus Hungariæ sic præscribitur Parte I. Tit. 16: Per *notam infidelitatis* et caput et hereditas seu perpetuitas omnium Bonorum Juriumque possessionariorum infidelis hominis amittitur; et nunquam hereditas ipsorum iurium possessionariorum ad portionem suam cedentium in filios vel fratres generationales talis infidelis, aut labe infidelitatis aspersi, obfuscatique et condemnati hominis (si etiam capite plecteretur) de cætero revertitur. Imo Genealogia sua, vel generationis propago, in ignomiam contemptumque infidelitatis (et in laudem præclaræ virtutis illibatæ fidelitatis) quantum ad devolutionem Bonorum a se perpetuo aliena efficitur. Georch. H. T. II. 514. Hajnik Perjog. 388.

Notabilitas, nobilitas, nobiles; *nemesség.* Rák. Ön. 64. miles in plebem, officialis in *notabilitatem* exercebant tormenta.

Notæ Musicæ, *zenehangok.* Szentiv. Curios. Misc. III. Oct. Synops. Chron. X. De initiis Scientiarum ... *Notae Musicae: Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La* et Scalæ inventæ a Guidone Aretino 1019.

Nota perduellionis, V. *Nota infidelitatis; pártütés vétke.* Törvt. Msz.

Notæ Præsidiales, a præside publice emanatæ enuntiationes. Kass. P. P. I. 156. De Insinuatis, Reinsinuatis et *Notis Praesidialibus. Az elnöki hivatalos közlések — Viszonközlések — Jelentések — Értesítésekről.*

Notam incurrens, maiestatis reus; *pártütő.* Georch. Ért. 65.

Notanter, imprimis efferendo; *kiemelőleg, jellemzően, hangsúlyozva, nevezetesen.* Pel. De s. Thoma s. IV. c. 3: Dixit Christus *notanter:* iterum venio. Szer. Not. 60. hoc tamen *notanter* expresso. Tag. Erd. II. 360. an. 1771. — Star. VIII. 6. an 1772.

Notare litem, certum facere de lite; *tudtára adni a panaszt.* Hajnik Perjog. 237.

Notarialis, e, scribæ, librarii, obsignatoris; *jegyzői.* Ger. Notarial ... Urb. Reg. 14. *Notariali* et authentico comitatus Sigillo ... expediatur. Fej. VII. 123., 96.

Notariatus officium, munus notarii, scribæ publici; *jegyzői hivatal.* Ger. Notariat. Opin. Deput. 24. elaboratio et relatio processuum deinceps quoque *Notariatus officio* potius, quam assessoribus concredenda erit.

Notarilis, V. *Notarialis.* Dip. Reip. Rag. 48.

Notarius ab arcanis, scriba a secretis; *titkár.* Hor. Mem. 74.

Notarius publicus, scriba publisus; *közjegyző.* Kronst. I. 706. Georch. H. T. IV. 129. Száz. IV. 323.

Notarius regis, qui vulgo scriba (secretarius) vocatur. Scriba a secretis regis; *kir. titoknok.* Ger. Geheimschreiber. Marc. Chr. II. 69.

Notarius Sacri Palatii, (Du C.); *udvari titoknok.* Cod. Dip. Árp. Cont. XI. 402. Ego Arnaldinus *Sacri Palatii Notarius* interfui et scripsi.

Notarius sedis comitatus, vel, nude: Notarius comitatus: scriba comitatus; *a sedria jegyzője.* Hajnik Perjog. 80.

Notatiuncula, æ, dem. ad *notatio; kis megjegyzés.* Batty. Leg. I. 92.

Notator, qui notat; *feljegyző.* Teut. Schul. I. 267: qui lectiones ... petulanter neglexerint, a *notatoribus* .... diligenter *notentur.*

Nothotrophium, infantium expositorum hospitium alias: *Brephotrophium* q. v. Nagy Hier.

Notificare, (Du C.) referre, communicare, notum facere; *jelenteni, közleni.* Rák. Ön. 33. Száz. VI. 255. Cf. Pompon. ap. Non. 144., 24. Poët. Lat. min. T. 6. pag. 383. ed. Wernsd.

Notificatio, (Du C.) nuntiatio, significatio, declaratio; *értesités.* Gall. notification. Ac. Com. Sopr. p. 147: *notificationes* in negotiis publicum Regni statum concernentibus ... communicari debere.

Notificativus, 3., notum faciens; *ismertető.* Pel. Pom. In vig. Nat. Dom. c. 5. Verbum Divinum univit sibi humanam naturam tamquam sui *notificativam.*

Notificatorius, 3., ad notificandum idoneus, notorius. *Litterae notificatoriae:* litteræ, quibus notificatur, i. e. notum fit aliquid, notoria (sc. epistola); *jelentő-, értesítő-, tudósító levél.* Rák. Ön. p. 219. l. 19—21. (20.): ... *literas* adventus mei *notificatorias* Comiti scripsi ...

Notitia, cognitio; *pro statu notitiae deservire,* cognitioni esse; *tudomásul szolgálni.* Pest. Vár. Levt.

Notitia testium, præsentia testium; *a tanuk jelenléte.* Batty. Leg. T. II. 81. an. 1078. acta sunt hæc ante *notitiam* horum *testium.*

Notitiæ memoriales, notæ; *feljegyzések.* Hajnik Perjog. 397.

Notitialis, ad cognitionem, notitiam pertinens; *értelembeli.* It. significativo. Ger. bedeutungsvoll. Pel. Pom, L. VII. Art. II.: Circa secundum mysterium videlicet *notitialis* vel scientialis luminositatis investigandum utrum ...

Notorie, modo manifesto; *köztudomásilag.* Cod. Dip. And. II. 22., 23.

Notorietas, (Du C.) pervulgata notitia, manifesta notitia; *köztudomás.* Kon. Egyh. 400. Urb. Reg. 86. Et quia publica *notorietate* constaret, quod Parochi, Ministri et Popones Locorum excessivum asservare soleant ovium numerum. Jogt. Eml. T. II. 2. p. 39. Törvt. Msz. *notorietas delicti.*

Notorius, 3.; *mindenki előtt ismeretes.* Tör. Tár. 1889. p. 414. Interrogatus: quid est dicere «*notorium*»? Respondit: illud, quod notum est omnibus. Cod. Dip. Brüss. IV. 69. *Notorium* est, quod ... Törvt. Msz. *Notorium* delictum; *czégéres bűn.*

1. **Notula,** (Du C.) demin. ex *nota; kis jegyzet.* Kuun Relat. Hung. Vol. I. p. 220., 221. Száz. XIII. 124.

2. **Notula,** æ, fors. idem quod fimbria; *bojt.* Ger. Quaste. Kat. Hist. IX. 257. Et tandem antedicti trini dextrarii sollemnes cum armis et operimentis omnibus ipsorum gloriosissimis seu attinentiis cum sartaneo curru seu mobili aut ostillario reginali, signo regio desuper, forma avis struthionis, deaurato et gemmis adornato, cum septenis *notulis globaribus* argenteis et similiter deauratis.

Notwer, Notwernde, (Ger. Nothwehr) defensio vitæ; *életoltalom.* Fej. III. 333. Si vero homicida confessus fuerit se homicidium perpetrasse vim vi repellendo 1. *notwernde,* probet hanc *notwer* cum ignito ferro.

Nova, orum, ephemerides, (Du C. res nova); *napilap* (ujság). Rév. Lat. L. II. 125: *Nova* Hungarica a Mathia Rath ... laudabiliter cœpta.

Novaculæ acies, summum discrimen. *Res in acie novaculae sunt,* res in summo discrimine versantur; *válságos a helyzet.* Oláh Cod. Ep. 101.

Novacularius, i, qui cote acuit novaculam; *köszörüs.* Ger. Schleifer. Pár. Páp.

1. **Novalia,** ium, acta diurna; *ujságlevél.* Törvt. Msz.

2. **Novalia,** ium, nuncii; *ujság.* It. novità, nuova, novella. Ger. Neuigkeit. Cod. Dip. Brüss. IV. 250. Hæc pro certis *novalibus* Do Vra accipiat.

Novatiani, *Novatus társai.* Not. rel. I. 142. *(Novatius)* docebat: a) lapsis veniam ab ecclesia dari non posse; b) reiecit Sacramentum Confirmationis et Catholicos ad se venientes rebaptisavit; c) Cultum reliquiarum

damnavit et Pascha luna 14-a celebrandum esse docuit. For. Scr. p. 19. Fej. I. 39.

1. **Novatio**, instauratio (Du C. al. s.); *megujitás, új kötés*. Nagy. Jus. Trans. Sax. 165. Tertius modus, quo obligatio exstinguitur est *novatio*, quæ est prioris debiti in aliam obligationem vel civilem vel naturalem *transfusio*. Georch. H. T. III. 30. Cf. Dig. 45., 2.; Ulp. ib. 1; Scævol. ib. 34., 3., 31.; 33., 1., 21.

2. **Novatio**, actus novandi; (Du C. al. s.); *ujitás*. It. (in-)novazione. Gall. innovation. Ger. Neuerung. Opin. Deput. 7. omnis citra necessitatem *novatio* devitetur. Proj. Leg. Civ. 195. Tertull. adv. Marc. 4., 1.

Novaturire, novare studere; *ujitani akarni*. Ger. Neuern, Neuerungen einführen wollen. Fabó. Monm. Evang. II. 260. Neosolii visu privatus vixit, eruditione et patientia clarus, patria nagy-szlabosiensis, *novaturientium* maximus osor.

Novatus, reformatus; *ujitott vallású, református*. Kaprin. Eloq. I. 608. Tale est Galli cuiusdam Poëtæ, qui tempestate illa, qua *Novatorum* factio in Francia dominabatur, adeo, ut illatæ Hugonottis vel levissimæ iniuriæ multa severitate vindicabantur. II. 321. sed *Novatorum* opinione Calvinus non errat.

Novella, æ, fabella; *beszély*. It. novella. Greg. Aesth. 126. Narrationes poëticæ nunc vicinæ culto sermoni prosaico, veluti *novellae* nunc, ad ipsam epopœiam accedunt.

1. **Novellæ**, arum, ephemerides, acta diurna (Du C. al. s.); *ujság, hirlap*. Walaszky 408. Arch. Rák. VIII. 212.

2. **Novellæ**, arum (DuC.) novæ res, novitates, suggestiones; *újságok, új dolgok*. Pel. Serm. In diluvio tantum octo sunt salvati . . . hec in figura paucitatis salvandorum ecce tibi o peccator impenitens quam male *novelle* dicuntur. Hiem. 37. k.

Novellare, exstirpare (Du C. 1.); *irtványozni*. Vuch. Jur. Feud. 56. Talis est formula chartæ de an. 1345. qua nobiles Domini de Homburg decimas in feudum dant cum agris iam *novellatis* et in posterum *novellandis*. Cf. Svet. Dom. 7.

1. **Novellaris**, novum additamentum continens; *pót*. Kass. Jur. Civ. II. 30. quoad Judices Nobilium et Jurassores in suo Comitatu Admonitiones peragentes iuxta *novellarem* Art. 7.: 1807. nulla iam Exmissionis necessitate hodie subversante. Törvt. Msz. *Novellaris ujont hozott törvény*.

2. **Novellaris**, novellus; *új*. Kon. Egyh. 91.

Novellista, scriptor ephemeridum; *újdonságiró*. Gall. nouvelliste. Nagy Hier. et passim.

Novennalis, novem annorum; *kilencz-éves*. Hor. Mem. 431.

Novennus, 3., novem annorum, novem annos natus; *kilenczéves*. Illésh. 320. uxores maritis, liberos parentibus, filias *novennas* et octenas matribus, tenellas fratribus sorores, innocentes pudicas virgunculas eripiebant.

Novercare, pro: novercari, adversari, repugnare; *mostohának lenni*. Knauz M. E. Str. II. 117., 88. cui anni discrecionis *novercassent*.

Novercitas, animus novercalis; *mostohaság*. Olt. Act. Synod. 13. Viri Ecclesiastici *novercitate* temporum præpediti.

Novi Arriani, *új arrianusok*. For. Scr. p. 25., 26: Ariani . . . docuerunt Patrem et Filium et Spiritum Sanctum non esse eiusdem naturæ, substantiæ et essentiæ, quæ a Græcis dicebatur *οὐσία* . . . Hoc reiectamentum ex antiquis quisquiliis avidi extraxerunt *Novi Ariani* in Transylvania. Szentiv. Curios. Misc. Dec. II. P. III. 144.

Novi cum Gratia, (Mandatum), quo instauratio processus benigne conceditur; *pert ujittató parancsolat*. Georch. H. T. IV. 270.

Novi Judæi, Sabbathiani; *szombatosok*. Lampe. Hist. Eccl. p. 315.

Noviiudicialis, V. *Litterae noviiudiciales*. Szék. Okl. II. 249.

Novigale, fors. mendum pro: *navigalem*, navigabilem (Du C.) Thurócz. in Ludovico Rege cap. 27: Item tertia vice circa fluvium Brentham *Novigale* contra Theutonicos et stipendiarios Venetorum transpassato flumine super equos cum magno periculo propter fluminis profundatatem.

Novi Sabelliani, *új sabellianusok*. Not. rel. II. 253: *Novi Sabelliani* auctore Deusing Göttingæ professore non 3 personas, sed potentias in Trinitate admisere.

Novilunaris, ad novilunium pertinens; *új hold* . . . Beng. Ann. Er. Cœnob. 397. illuc *Novilunaribus* Dominicis unus de gremio Patrum ad sacrificium celebrandum mittebatur.

Novilunium, nova luna; *új hold*. Szentiv. Curios. Misc. 49. Quia licet in omni *novilunio* interponat se Luna inter solem et terram. Schläg. 57.

Novior, comp. inusitatus ad «Novum». Opin. Deput. 59. plurimi in Legum Tabulis exstant Articuli et *noviores* et antiquissimi.

Novisare, innovare; *ujitni*. It. innovare. Kass. Jur. Civ. I. 145. In Causis Novi pro ratione circumstantiarum, si Actor *novisat*, ponitur: NN. ut *novisantis* et A contra N. N. ut *Novisatum* et I. Georch. H. T. II. 439.

Novisans, qui instaurat processum, litem V. *Novisare; perujító*.

Novisatio, actus instaurandi litem; *pernyitás*. Törvt. Msz.

Novisatus, contra quem instauravit quis processum; *a ki ellen a per megujittatott*. Kövy El. 781. Si novisans triumphet, *novisatus* antea in possessorium positus executionem non admittat.

Novissimus, imus; *mély-, fenék*. Pel. Pom. I. P. II. Art. I. c. 3: Inundaverunt aque super caput meum: dixi perii, sed invocavi nomen tuum domine de lacu *novissimo*.

1. **Novitas**, atis, (Du C.) muneris, mansionis initia; *a telepités, hivataloskodás kezdete*. End. p. 419., 420. (an. 1222): 1) quod revoluto semper tertio anno comiti eorum debent dare pro *novitate* sex pensas denariorum de *mantua*, de duobus equis. End. 434. (Colom. ducis an. 1231: 2) Statuimus etiam, quod de qualibet porta annuatim dimidium fertonem, transactis in *novitate* tribus annis dare teneantur. End. p. 507. Belae IV. an. 1265. 9) Item pro *novitate* comitis tenentur dare duos denarios de singulis mansionibus annuatim.

2. **Novitas**, novæ res; *felforgatás*. Frak. Mát. lev. II. 57: auctores iniuriarum . . . requirat, ut a faciendis *novitatibus* desistant. Kuk. Jur. I. 129.

Noviter, nuperrime, nuper; (Du C. rursus, iterum, denuo); *ép most, nemrég, ujonnan*. Kass. Jur. Civ. II. 132. sincere attingendo in iisdem tam summam auctionalem neolevatam, quam et conditiones *noviter* deobligatas. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 265. Wagn. Chr. Dubn. 113. Cf. Inscr. Orell. pro 24. Fugent. Myth. 3., 1. med.

Novitiatus, us, locus et tempus, in quo religiosæ vitæ experimenta subeunt et probationis elapso tempore, si idonei fuerint inventi, ad professionem admittuntur; *próbaidő, ujonczság*. Magy. Tör. Tár. XIII. 65. Beng. Ann. Erem. Cœnob. 33.

Novitiatus, 3., novitiatu seu tyrocinio defunctus; *próbaévet töltött*. Batty. Leg. T. II. 497. an. 1292.

Novitius, (Du C.) tiro, candidatus religiosæ familiæ, qui nuper nomen dedit in familiam sacram; *ujoncz*. It. novizio. Gall. novice. Wagn.

Novitus, de novo; *ujonnan*. Alexy 10. Knauz M. E. Str. II. 74., 57.

Noviza, æ, sponsa; *menyasszony*. It. novizza. Ljub. Mon. Sl. XI. 5. an. 1306: a modo in antea nulla *noviza*, que vadit ad maritum, non audeat nec se debeat *ligare*, nec portare coronam secundum antiquam consuetudinem.

1. **Novizare**, aliquid aliqua re iterum ornare, instruere; *ujolag ellátni vatamivel*. Fej. VII. 349. homines . . . ad faciem possessionis Hachogh accedant et eandem . . . reambulare et metis *novizare debeant*.

2. **Novizare**, instaurare processum; *a pert megújitani*. It. rinovare. Ger. erneuern. Jogt. Eml. I. 311. Novo nemo potest pluries uti, nisi semel, quod sic intelligentum est, ne videlicet in inferiori Sede ac etiam Superiori seorsive et singillatim novo quis utatur seu uno eodemque, quo in inferiori Sede *novizat*, agat etiam in Superiori Sede.

1. **Novum**, instauratio processus, litis; *perújitás*. Opin. P. II. de ordine Jud. C. XXV. §. 1.: Remedium Novi Judicii, juxta leges magni hujus Principatus 4-plex est, utpote: *Novum* cum *Inhibitione*, *Novum simplex*, *Novum cedendo Appellationi* et *Novum* cum *Gratia*. Georch. H. T. III. 241. Kövy El. 777. Hajnik Perjog, 420.

2. **Novum**, muneris aditio; *hivatalbalépés*. End. p. 420. (an. 1222): 3) comes eorum non debet ire inter eos, nisi semel, quando fit de *novo*.

Novum cedendo appellationi, appellatione neglecta instauratio processus; *a felebbezés elhagyásával való perujitás*. Jogt. Eml. T. I. p. 104.

Novum cum Gratia, V. *Novum iudicium cum gratia*. Georch. H. T. IV. 228. Nem számlálhatom pedig akár a perujjitást *(novum simplex)*, akár a *kegyelem mellett való* perujj;tást *(novum cum Gratia)* a tulajdon értelemben vett perszakaszok közé.

Novum cum inhibitione, V. *Prohibita; az eltiltás mellett való perujitás*. Jogt. Eml. T. I. p. 104. — Hajnik Perjog. 434.

Novum inhibitionale, V. *Prohibita: perujitással való betiltás*.

Novum Judicium, *perujitás*. Kövy El. 776. *Novum Judicium* est remedium Juridicum, quo quis causam omissam resuscitat et defectus meritorios fundamentalis Processus supplere vel corrigere intendit 2-dæ:

75., 77., 78. etc. Est continuatio fundamentalis Processus. Novisare potest tam Actor, si Incattus in fundamentali absolvatur, quam Incattus in fundamentali convictus et executionem passus.

Novum Judicium cum gratia, instauratio processus gratia concessa; *perujitás kegyelemből.* Cod. Camb. Merc. 114. Beneficio *novi Judicii* tam *simplicis,* quam *cum gratia* in causis Cambio-Mercantilibus intra triennium a die peractæ in primitivo processu executionis evolutum præscribitur.

Novum simplex, instauratio processus simplex; *egyszerü perujitás.* Jogt. Em. T. I. p. 104.

Novus, adde: denarius; *új pénz.* Cod. Zi. Vol. V. 451: cum quinqnaginta denariis *wypenz* appellatis et 248: depredando et asportando . . . unam caligam centum *novos* valentem.

Novus annus, alias: dies strenarum, Kalendæ Januariæ; *újév.* Numi Hung. 157.

Novus stilus, æra vulgaris*; új időszámitás.* It. era volgare. Ger. Neue Zeitrechnung . . . Act. et Doc. Rákóczy p. 311: Litteras . . . 17a die præsentis *novo stilo* acceperamus.

Novus Orbis, America; *uj világ, Amerika.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 263.

Noxialis, e, nocens, noxius; *ártalmas, végzetes.* Szil. Régi Magy. Költ T. 363. pomum *noxiale.* Cf. Prudent. Cath. 9., 18.; ib. 14., 1107.

Noxietas, noxa, noxia; *ártalmasság.* Fej. X. 4. 609. nulla culpa, nulla labe nullove *noxietatis* aut infidelitatis contagio infecti.

Nubifragium, nubis ruptura; *felhőszakadás.* Tör. Tár. 1889. p. 448. Kass. P. P. II. 280.

Nubiliarium, pro: *nubilarium,* tugurium; *fészer.* Ger. Schoppen. Opin. 1810. de domicil. Zingar. A: equus . . . sub *nubiliario* stramento, fimoque obsepto stabulatur.

Nubilosus, nubilus; *borus.* Szentiv. Curios. Misc. 309. id enjm aliquibus diebus fieri impediebant tempora *nubilosa.* Cf. Appul. Met. 11. p. 763. Oud.

Nucha, æ, (Du C.) postica pars colli; *nyakszirt.* Gall. naque du col. Bene Med. III. 26. cucurbitulæ siccæ ventosæ *nuchae* impositæ.

Nucifer, qui fert nuces; *diótermő.* Oszterh. 20. Arbores fructiferæ quatuor generibus continentur. 1. Pomiferis. 2. Drupiferis. 3. *Nuciferis.* 4. Bacciferis.

Nucinulus, i, parva nux, orbiculus in formam nucis; *apró dió alaku gomb.* Magy. Tör. Tár. XX. 181. Cingulum ex serico nigro textum palmaris latitudinis cum *nucinulis* argenteis.

Nuclearius, locus, ubi nuces crescunt; *diós* . . . Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 561. inde descendendo idem rivulus transit rivulum venientem de villa convicina ad caput piscine, ubi est *nuclearius* et mete terree. Tkal. Mon. Ep. I. 133. an. 1266.

Nucleus, i, arbor nucum; *diófa.* Batty. Leg. T. II. 312. an. 1217: transit ad magnam stratam usque ad *nucleum.* Tkal. Mon. Ep. I. 95. an. 1252.

Nuctor, qui nutrit; *tápláló, éltető.* It. nutritôre. Schläg. 224. B-ben: eyn spise man (Speisemann).

Nudati ensis ostensio, *meztelen fegyver mutatása.* Werbőczi 432. Sed advertendum est, quod quia in articulo, super facto Repulsionis, in serie ipsius Generalis Decreti conscripto hoc positum habetur: Ut repulsio ipsa per *nudatum ensem* aut *ostensionem evaginati gladii* fieri valeat . . . non fuisse factam repulsionem eo, quod *nudati ensis ostensio* vel *gladii evaginatio* nullo tempore ipsius evocationis facta fuisset.

Nugatio, nugæ, actus nugas agendi, nugandi; *tréfálkodás.* Pázm. Dial. 347.

Nullatenus, nequaquam, neutiquam, nullo pacto, modo, nulla ratione, minime; *semmiképen, semmi esetre, semmi módon.* Wagn. S. de Kz. Chr. I. 4., 1. quam urbem dum *nullatenus* capere potuisset. Cf. Mart. Capell. 2., 35. Cod. Justin. 8., 10., 12. §. 3.

Nullibi, nusquam; *sehol.* Wagn. Cf. Jun. Val. Res gest. Alex. M. 1., 8.

Nullibista, æ. nequam, vagabundus, erro; *sehonnai.* Nagy Hier.

Nullificatio, (Du C.) ignominia, contemptio, elusio; *érvénytelenités, kijátszás.* Akad. Ért. 1897. jan. p. 24.

Nullimodus, 3., nullus; *semmiféle.* Nic. de Mir. 402. Et quia multimodo non habemus negativum correspondens usitatum, nisi diceremus multimodum, iccirco dixi et *nullimoda,* hoc est fingendo vocabulum *nullimoda* veritas.

Nullismus, i. incredulitas; *semmihitőség.* Nagy Hier.

Nullista, æ, incredulus; *hitetlen,* Nagy Hier.

Nullitas, auctoritas, vis nulla; *semmiség, érvénytelenség.* Kon. Egyh. 531. declaratio *nullitatis* matrimonii. Beng. Ann. Er. Cœnob. 141. Kövy El. 386. Arch. Rák. IX. 34. Jogt. Eml. II. 2. p. 42. Instr. Jos. II. p. 17. §. 39. Cher. Jus. Eccl. I. 163.

1. **Nulliter,** nullo modo; *sehogy, semmi módon.* Tör. Tár. 1889. p. 463. et eius adhærenti nobiscum armis impetentibus *nulliter* subsidiari vellet. Cher. Jus. Eccl. II. 105.

2. **Nulliter,** sine vi, sine iure; *érvényesség nélkül.* Gall. sans validité. Ger. ohne Gültigkeit. Kövy El. 89. post assumtos sacros ordines emissaque vota solemnia illicite quidem, non tamen *nulliter* initur (matrimonium).

Nullius juris, iniustum; *jogtalan.* Törvt. Msz.

Nullo medio, nullo modo; *semmiféle módon.* Cod. Dip. Arp. Cont. II. 29., 197. cum iidem sacerdotes sibi et eidem Ecclesie iure Diocesano *nullo medio* sint subjecti. Et: Quod ad Romanam Ecclesiam *nullo medio* pertinet.

Nullum non movere lapidem, cœlum ac terras miscere; *minden követ megmozdítni.* Cod. Dip. Brüss. III. 68. ut propositum assequantur, *nullum non movent lapidem.*

Nulluspiam, nullus, nemo; *senki, semmiféle.* Pesty Ször. III. 153. *nullipiam* hominum ipsis fundum dandi habeat facultatem.

Numanus, 3., (a *numen)* divinus; *isteni.* Fej. I. 374. Michaël abusivus patriarcha, neophytus et solo *numano* timore habitum monachorum adeptus.

Numella, æ, Cippus, quod vide; *nyakvas, nyakkaloda:* Cod. Evang. T. I. p. 143: Oppidani (pastorem) in oppidum retrahunt ac tres simul concionatores in medio foro oppidi in *numellam* conjiciunt pudendum spectaculum. Fabó. Monm. Evang. II. 245. Cf. Non. 144., 25. sq. Fest. p. 173. ed. Müller. Plaut. Asin. 3., 2., 5. Colum. 7., 3., 6.

Numeraria res, numerorum scientia; *számtan.* Ger. Zahlenkunde. Wallaszky 521. doctorem *rei numerariae.*

Numerarius, i, rationum magister (Du C. arithmeticus); *számtiszt.* Wagn. Cf. Isid. Orig. 9., 4. Ammian. 19., 9. Sidon. Ep. 1., 11., 2., 1., 5., 7. Cod. Justin. 12. tit. 50.

Numeratim, magno numero; *számosan.* It. in gran numero. Georg. Sirm. I. 37. et predicti Hungari *numeratim* cum accesserunt, quantum potuerunt.

Numerative, numerando; *számlálva,* Haz. Okl. 371. an. 1420: ad partem meridionalem *numerative* eundo.

Numerice, numeris*; számokkal.* Georch. H. T. III. 110.

Numericus, 3., ad numerum pertinens; *szám* . . . Pázm. Dial. 112.

Numerisare, numeris notare; *számozni, számmal jegyezni.* Ger. numeriren. Törvt. Msz.

Numerisatio, actus numeris notandi; *számokkal való ellátás.* Jos. Repr. 144. an. 1790; Domorum . . . propudiosa *Numerisatio.*

Numerositas, (Du C.) magnus numerus; *nagy sokaság, feles szám.* Thurócz. 196. crescente magna *numerositate* Olachorum. Cf. Macr. Sat. 5., 20. Tertull. Monog. 4. Cod. Theod. 12., 5., 3. Varro Sidon. Carm. 23., 150.

Numerus, i, *kerület, kör.* Ger. Kreis, Bezirk. Kass. Prax. I. 23, Quilibet Comitatus divisus est pro ratione suæ extensionis in plures vel pauciores Districtus, Processus, járás; hi rursus in *Circulos, Numeros,* kerületek etc.

Numerus Budensis, valor Bud.
Numerus Scepusiensis, valor. Scepus.: *budai-, szepességi érték.* Pfahl. Jus. Georg. LXXI. Marca argentea *numeri Budensis* 56 grossis, *Scepusiensis numeri* 48 grossis absolvebatur.

Numisma memoriale, nummus in memoriam alicuius rei signatus; nummus memorialis; *emlékpénz.* Diar. Com. 36.

Numizma, V. *Numisma nemoriale.* Arch. Rák. VIII. 319. in uno Crux Hispanica cum *numizmate.* 320. Unum rosarium ex Granatis et *Numizmate* filagreno.

Nummax, dives; *pénzes, gazdag.* Taurini Staurom. I. 521. Engel, Mon. Hung. Bécs. 1809. 135. Ipse ego *nummacem* Crœsum qui vinceret auro.

Nummella, æ. V. *Cippus, Numella.* Han. Hist. Ecl. p. 308: Agitabatur ad hæc in eodem Synodo quæstio de *Nummelis* seu Cippo, cuius iurisdictionis sint?

Nummista, æ, discipulus privatim instructus, qui paratam pecuniam solvit instructori; *készpénzzel fizető tanuló.* Bék. Debr. főisk. törv. 28. A magántanitónak nemcsak egy, hanem több tanitványa is volt. Az egyik fizetett pénzzel s ez volt a *nummista;* a másik étellel, — ez a *cibista;* a harmadiknak meg a szülei mostak rája — ez a *lotor.* Volt

azonban olyan is, kit ingyen tanított *(gratista)*.

Nummophylus, qui nummis veteribus, insignibus etc. delectatur, amicus *(φίλος)* nummis; *érmek, éremtan barátja, kedvelője.* Sim. Num. 10.

Nummus aureus, V. *Ducatus.* M. Bel. Geog. 504. Monetæ Hungaricæ species sunt: 13. *Nummus aureus* seu *Ducatus,* Arany, Dukát, Ein Duccaten; duplex est: Hungaricus Cremnitziensis, florenos quatuor, totidem denarios; Transilvanicus tres tantum recipit.

Nummus confessionarius, numus confessori pendendus; *gyónáspénz.* Pár. Páp.

Nummus hungaricus, *magyar pénz.* Cod. Alv. II. 232. Germanicus sive rhenensis florenus faciat *hungaricos nummos* centum viginti sive polturas quadraginta. — Moneta cæsarea, quæ decem polturarum vocatur in Transylvania, valeat triginta *nummos hungaricos* sive quinque *grossos caesareos* . . .

Nummus maior, V. *Crucifer.* M. Bel. Geog. 503., 4. Monetæ Hungaricæ species sunt: *Nummus maior,* a cruce *Crucifer* denominatus, Kreytzár, Ein Creuzer, moneta est germanica, eaque pars denarii tertia, floreni Rhenensis sexagesima.

Nummus Marianus, (Ball. *Máriás).* Ger. Siebzehnkreuzerstück, Siebzehner. M. Bel. Geog. 504. Monetæ Hungaricæ species sunt 8. *Nummus Marianus,* Mariáss, Sesztak, Ein Siebenczehner nummos cruciferos septemdecim continet.

Nummus minor, *pénz.* M. Bel. Geog. 503. Monetæ Hungaricæ species sunt . . . 2. *Nummus minor,* Pénz, Královszky, Ein Ungrisch, in Hungaria superiore, sexta; in inferiore quinta denarii et centesima floreni Rhenensis pars.

Nummus minor Moravicus, M. Bel. Geog. 503. Monetæ Hungaricæ species sunt . . . 3. *Nummus minor Moravicus, Patáz,* Ein Gröschl, quarta denarii seu grossi pars.

Numophilacium, ærarium; Locus, ubi numi antiqui custodiuntur; *pénzgyüjtemény, kincstár.* Wallaszky 270. Sim. Num. 40. Törvt. Msz. Numi Hung. 6. Kelem. Hist. Jur. Pr. 73.

Numosemiotica, æ, *pénzfelirattan, a pénzfeliratok jelentésének tana.* Numi Hung. 168. En doctrinæ siglarum monetalium (quam *Numosemioticam* dico) per neminem huedum, quod sciam, *ex professo* tractatæ prima lineamenta.

Numosicoratus, i, qui res sacras nummis vendit, alias Simoniacus; *szentségáruló, hivataláruló.* It. simoniaco. Obs. Jadr. 398. mandato dominationis Jadræ ipsos Simoniacos seu *numosicoratos* non valuissent ab illorum iniquo proposito removere.

Numotheca, arca ad numos conservandos destinata; *pénzgyüjtemény, pénzszekrény.* Sim. Num. 85. talem nempe, quales in *Numotheca* D. Michaelis Richter binos conspexi Aradini . . .

Numus adstationis, astationalis, pecunia solvenda discipulis funeri conendo adstantibus; *temetkezési kisérésért járó díj.* Bék. Debr. főisk. törv. 100. *Numos adstationis* ac cantationis diligenter inspicito. Ibid. 135.

Numus investigatorius, pecunia pro venia, potestate concedenda investigationem minerarum instituendi; *kutatási pénz.* Faber. Jur. Met. 59. Quisquis absque prævia concernentis Judicis montani venia laborem montanisticum exercet, seu id faciat fodiendo aut medio pulveris pyrii aut terebelli montani, per dominum fundi ultro depelli potest; qui proinde imperturbate tentamen montanisticum suscipere et montem indagare vult, concernens Judicium mont. pro obtinenda ad id facultate adire obligatur Art II. 1. O. M. quæ haud gravate, modo singularis exceptio non subversetur, eidem erga *Taxam* seu *numum investigatorium* (Schurf-Taxe) medio Schedæ seu licentiæ indigandi (Schurf-licenz) dari solet.

Numus lusorius, pecunia aleatoria; *játékpénz, tűpénz.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 219. uti sunt: Paraphernum, Donatio Matutina, Morgengabe, Promissio *numi lusorii,* Spielgeld, vel ad Spinter, Nadelgeld, et alia plura opulentioribus usitata.

Nuncfatus, V. *Modofatus; épen most említett.* Art. Diæt. Pos. 77. *nuncfato* Comite Emerico Csáky, Varadiensis Administratore.

Nunciativus, 3., nuncians; *hirdető.* Andr. Pann. 8.

Nunciatura, æ, munus legati apostolici; *követség.* Tör. Tár. 1887. p. 722. *nunciatura* negotiisque Mtis Nostre.

Nuncium, i, responsum; *izenet.* Ger. Botschaft, das Nuntium. Törvt. Msz.

Nuncius, i, (Du C.) legatus, missus; *követ.* Diar. Com. Pr. XVIII. Recon. an. 1608. p. 46.

Nuncius Apostolicus, legatus Pontificis; *pápai követ.* Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 257. De Caspare Pastore dicit nullum secretum aut longiorem sermonem in hospicio *Latini Nuncij Apostolici* habuisse.

Nuncius Capituli, legatus c. qui inter Regnicolas in Comitiis locum et votum habebat; *káptalani követ.* Diar. Com. 102.

Nuncius Comitatuum, legatus com; *vármegyei követ.* Diar. Com. 102.

Nunctiare, nunciare; *üzenni.* Tör. Tár. 1891. p. 439.

Nuncupativus, 3., viva voce, verbis expressus; *szóbeli.* Cher. Jus. Eccl. II. 245. (Testamentum) Scriptum, dum eodem tempore, quo conditur, statim litteris exaratur; *nuncupativum,* si Testator viva solum voce suam ultimam voluntatem enunciet. Törvt. Msz. Georch. Ért. 180.

Nuncupatorius, 3., sollemnis, adhortans; *ünnepélyesen irott, intő.* Corp. Gram. 4.

Nundinæ anniversariæ, V. Textum sub *Forum* hebdomadale; *esztendőnként előforduló vásár.* Ger. Jahrmarkt.

Nundinæ liberæ, *szabad vásár, vásár.* Germ. freier Markt. Kass. Prax. I. 25. *nundinae liberae* seu fora annualia libera.

Nuntiativus, 3., nuncians; *hirdető.* Pel. Pom. L. I. P. V. Art. I. c. I.: Ave gratia plena, quod verbum et deprecativum et salutativum et *nuntiativum* fuit.

Nuntiatura, V. *Nunciatura.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 127.

Nuntius, V. Nuncius. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 162.

Nunziare, pro: nunciare. Magy. Tör. Tár. III. 78. et ita *nunziatum* est D. Gubernatori.

Nupcia, æ, nuptiæ; (apud aureæ et mediæ ætatis scriptores plurale tantum). Fr. Lib. Rt. II. 30. adolescenti ad celebracionem *nupcie sue* — dati sunt.

Nuperissimus, 3., inusitatus superlativus a *nuper; legeslegközelebb.* Szék. Okl. I. 62.

Nupernus, 3., nuperus; *minapi.* Kass. P. P. I. 342. per Regnicolarem Deputationem articulo 8. *nupernae* Diætæ exmissam . . . Knauz M. E. Str. II. 465., 476.

Nuptiales recordationes, cantus tempore nuptiarum a pueris editus; *nászüdvözlő dal.* Körmöcb. főreálisk. Ért. Bpest. 1895. p. 97.

Nuptialis subarrhatio, sponsalia facere, actus aunulos commutandi; *gyűrűváltás, eljegyzés.* Törvt. Msz.

Nuptialiter, more in nuptiis solito; *lakodalmasan.* Fjp. Anon. 21. b. cottidie comedebant *nuptialiter.*

Nupturire, nubere velle; *férjhez menni akarni.* Boc. Hungar. p. 298: Baucis *nupturit,* sed Pomphilo: damno. Chremes *ducturit;* sed Antiphilam: damno. Mopsus ambiturit; sed Nisam: damno. Kaz. Lev. I. 73. Cf. Martial. 3., 93. Appul. Apol. p. 533. Oud.

Nupturisare, nubere, uxorem ducere, pacisci puellam velle; *házasodni akarni.* Illésh. Querela ad Cæsarem 314.

Temporibus brumæ sat clarus Marte Tifenbach,
Nupturisans thalamo placidam quæsivit amicam.

Nuspiam, nusquam; *sehol.* Ger. nirgendwo. Wagn.

Nutricatio, actus nutriendi; *élelmezés.* Luc. Regn. Dalm. 191. largissimos inde fructus percipiunt, qui non modo ad *nutricationem* sufficientem, verum etiam ad prolixas voluptates et delicias conducant. Cf. Gell. 12., 1., 5. Appul. Dogm. Plat. 2. p. 27. Varr. R. R. 1., 44., 4.

Nutricius pater, (Du C.) educator. alter parens; *nevelő atya.* Georg. Sirm. I. 42. dimisserunt ludum et tanquam ad *nutricium patrem* fugierunt.

Nutrimentalis, ad nutrimentum pertinens; *élelmezési, evő.* Andr. Pan. 34. *nutrimentales* delectationes reprimere.

Nutrimentum, (Fin. tápszer) hoc loco: *nutritus; ápolás, eltartás.* Kub. D. Hont. II. p. 316: nepotes sui, sub suo *nutrimento* et protectione existentes. Cl. Plin. 17., 23., 36. n. 28. Verg. Aen. 1., 176.

Nutritio, actus nutriendi; *táplálás.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. III. p. 2.

Nutritius, 3., (Du C.) nutriens; *tápláló.* Abelles 10. Bene Med. IV. 241. succus *nutritius.*

Nutritivus, 3., nutriens; *tápláló.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. III. p. 1.

Nux moschata, nux myristica, moschocaryon; *szerecsendió.* Ger. Muskatnusz. Vect. Ref. E. 2: Centenarius Nucis *moschatae.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 26.

Nux myristica, V. *Nux moschata.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 196.

Nyctages et *Nyctarontes,* (Du C.) Hæ-

retici, qui superfluas existimabant sacras vigilias, et spiritali operi infructuosas; *álmosdiák.* Nagy Hier.

Nycthemerum, tempus unius noctis et diei; *egy éjjeli és napi szak.* Bene Med. I. 82. infantibus pro *nycthemero* grana tria.

1. **Nycticorax,** strix. *(νυκτικόραξ); éjjeli holló, halálmadár.* Patr. Const. 287. *Nycticorax.*
Sol noctem dat, luna diem, me fata canentem,
Pauper amat, locuples odit, abhorret anus. Cf. Hieron. Ep. 106. n. 86. Isid. Orig. 12., 7.

2. **Nycticorax,** (gr. *νυκτικόραξ)* V. *Noctivagus;* qui more strigum funereorum vagatur. Teut. Schul. I. 149: in noctivagos illos *nycticoraces* ... decernitur.

O

Ob, cum Dativo pro Accusativo; *végett, czéljából.* Knauz. M. E. Str. I. 109: *Ob* remedio anime mee.

Obambulatio sacra, V. *Processio. Pompa sacra; körmenet.* Hist. Eccl. Ev. 56. nominatim vero artifices et opifices Evangelici *sacris obambulationibus (processionibus)* intersunto. 91. imprimis ad *pompam sacram* processiones compellebantur.

Obardus, i, genus pecuniæ; *ó-bárdos, (régi bárdos).* Sic nominabatur, quia latere uno nummi simulacrum Ladislai Sancti regis Hungarorum cum securi (bárd) erat incisum. Valoris triginta octo grossorum seu septuaginta sex crucigerorum. Cod. Dip. Kár. I. 472., 285. ducentos florenos centenarios quemlibet scilicet florenum cum quinquaginta numpmis antiquis *obardus* appellatis. Cod. Zi. V. 215, Cod. de Sztára II. 38.

Obaudire, (Du C. 1.) non obedire, parere; *nem hallgatni, engedetlenkedni.* Bonf. Præf. *Obaudis* factiosos, delatoribus aures occludis. Verancs. V. 144. dicens, quod Musulmani vel unica mandata principis sui *obaudirent,* nec parerent.

Obauditio, (Du C. ingrata auditio) auditus difficilis, *baryecoia* vel *dysecoia; nehéz hallás.* Bene Med. II. 21.

Obauditor, (Du C.) auditor, obediens; *szótfogadó, szóra hallgató.* Szék. Okl. I. 358. *Obauditores* alterius partis.

Obba, æ, (Du C.) genus calicis: *öregfapalaczk, csobolyó, tégely.* Pár. Páp. Cf. Non. 146., 8., 545., 2. sq. Pers. 5., 148.

Obcinccio, septum, obseptum; *kerítés.* Vjestnik II. 172. an. 1853. *Obcinccionem* firmiorem circumvallare.

Obdensare, obscurare; *elhomályositani.* Vern. Psych. 93. Oritur autem cataracta (der graue Staar), dum lens crystallina adeo obscuratur *obdensaturque,* ut nullis amplius solis radiis penetrari possit.

Obductura, æ, linteum, quo sellæ obducuntur; *takaró.* Ger. Überzug. Arch. Rák. VIII. 347. Sedes ligneæ brachiatæ novæ, sine *obducturis* Nro 6.

1. **Obedientiæ,** (Du C. 1.) auct. Battyano monachis erant cellæ, minora monasteria ab alio monasterio dependentia dictæ *obedientiae,* quod monachi stabilitatem loci spondentes vinculo ejusdem obedientiæ tenerentur ad tales *obedientias* jussi se conferre. dein filiæ dictæ sunt; *fiók kolostor.* Batty. Leg. T. II. 246. an. 1157: ad maiora monasteria plerumque constitutæ sunt *obedientiae.* Fej. II. 549.

2. **Obedientiæ,** (Du C.) (sc. litteræ) = in qua Monachis ab Abbate aliquid iniungitur. V. s. *Dies naturalis.*

Obedientialis, (Du C.) obediens; *odaadó.* Pel. De S. Trinit. s. I. c. 1: Omnis christianus obligatur sanctæ Trinitati *obedientiali* amore. Pázm. Dial. 281.

Obeditus, cliens; *védencz.* Ger. Hörige. Star. VI. 171. an. 1325. qui erat *obeditus* et servitor comitis.

Obelare, obelo notare, radere (Du C.); *hibás helyeket a könyvben ékkel megjelölni.* Pár. Páp.

Obeliæ, collyra; *falatokra szaggatott tészta müvek.* Comen. 64.

Obellus, i, pecuniæ genus, (*ὄβολος*); *fillér.* Isthv. XV. 261.

Obelotropium, veru (a gr. *ὀβελός* et *τροπέω*); *nyárs.* Rau. Elem. p. 60: caro *obelotropio* circumacta excoquitur calore concluso.

Obequitator, custos salis; *sókerülő, sóőr.* Prisc. Serv. p. 37: *Obequitatores* fuerant, qui salem in domibus Regnicolarum exquirebant. Cynosur. Corp. Jur. Hung. p. 301. Art. Diæt. Pos. 24. Ipsi porro Camerarii vel *Obequitatores* pro exquirendo sale domos Regnicolarum visitare secus non poternnt.

Obequitator salis, V. *Obequitator.* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 493; Quandoquidem *obequitatores salis* propria authoritate ... domos quærendi salis causa invadere ... præsumant.

Obequitator sylvarum, custos silvarum; *erdőkerülő.* Faber. Jur. Met. 45. in maioribus Processibus montanis munus hoc inter Exactores, Indagatores, *Obequitatores Sylvarum* subdividitur (Sylvarum Curator). Nov. Calend. 134.

Ober-Knesius, summus princeps, præfectus; *főnök.* Nill. Symb. p. 560: Elapso die Sabbati ... delata est ... epistola quædam ... subscripta ab *Ober-Knesio.*

Oberofficialis, superioris ordinis dux; *főtiszt.* Szilády. Tör. Magy. Tört. Eml. VIII. 450. Magnificus Dominus Colonellus exiturus est ex Arce Ungvariensi cum omnibus *ober* et *Underofficialibus,* Militibus, expansis vexillis, Armis, Sclopetis, tympanis, fistulis ac omni *militari musica.*

Oberratio, error; *hiba, tévedés.* Jan. Pan. Poëm. II. 38.

Obest-lajdinantius, a Gall. lieutenant, quod idem est ac locumtenens, i. e. in locum centurionis substitutus. Obest a Germ. Oberst idem ac superior, Summus; *alezredes.* Arch. Rák. II. 61. una cum *obest-lajdinantio* suo.

Obest-Vokmaister, (pro: Oberst-Wachmeister) præfectus vigiliarum; *őrnagy.* Tör. Tár. 1889. p. 519., 521.

Obiectum, i, obiectio; *kifogás.* Star. XXII. 58. an. 1723. qualia *obiecta* ... Provinciam ... erga habuerit

1. **Obitio,** mors; *halál.* Kronst. I. 423.

2. **Obitio,** auctore Batty. digressio; (Papias obire: circuire); *a tárgytól való eltérés.* Batty. Ger. 77. nisi a nascetivis *obitionibus* irretiemur.

Obitorium, (Du C. Obitarium) mortualis liber, in quo defunctorum nomina describuntur; *halottak könyve.* Nagy Hier.

Obitum facere, (V. Du C. s. *Obitus)* exequias celebrare; *halotti szertartást végezni.* Vjestnik II. 23. an. 1374. perpetuo annuatim *facere* fieri unum *obitum* cum pulsatione campanarum.

Obitus, 3., mortuus; *meghalt.* Act. et Doc. Rákóczy p. 22: tractatum nostrum prolongavimus ... ad requisitionem *obiti* Regis. Cf. Appul. de Mund. 74. Inscr. Orell. 2673.

Objective, uti res postulat; *tárgyilagosan.* Törvt. Msz.

Objectivitas, dicendi et agendi modus, ut res postulat; *tárgyilagosság.* Törvt. Msz.

Objectivus, qui ita loquitur et agit, ut res postulat; *tárgyilagos.* Türvt. Msz.

Oblacio, eleemosyna; *kegyes adomány.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 387. *oblaciones* ... mortuaria et cetera minuta ... sacerdotes percipiant.

Oblagium, (Du C.) oblationis genus; quidquid in exequiis defunctorum ecclesiæ offertur; *kegyes adomány.* Pel. Serm. Honora deum tuum ... de primitiis omnium frugum tuarum scilicet decimas et *oblagia* fideliter ecclesie reddendo Aest. 43. qu. An. Sc. III. 42. an. 1405. ratione filiationis. *oblagiorum* et sepulturæ ... sex grossos ... pro mensa.

1. **Oblata,** æ, (Du C.) hostia, panis eucharisticus; *ostya.* Batty. Leg. T. II. 141. (Sæc. XII). *oblatam* seu Panem. Pár. Páp.

2. **Oblata,** æ, (Du C. Oblati) mos, quo infantes ac parvuli a parentibus Monasteriis offerebantur divinoque cultui consecrabantur; *felajánlás.* Bék. Árp. Közokt. 28. Az «*oblata*» intézmény nálunk is érvényben volt.

Oblatio, (Du C.) propositio conditionum; *ajánlat.* Tör. Tár. 1888. p. 564. pacis *oblatio.* Cf. Eumen. Paneg. ad Constant. 16. Ulp. Dig. 5., 2., 8. §. 10.

Oblationes *facere, proponere,* facere alicui conditiones; *ajánlatot tenni.* Frak. Mát. lev. II. 83.

Oblationarius, collector oblationum; *kegyes adományszedő.* Pár. Páp.

Oblator, qui fert, tradit aliquid; *felajánló, átadó.* Fej. IV. 1. 59. *Oblatores* igitur dictarum litterarum a nobis petierunt obnixe. Cf. Tertull. adv. Marc. 2., 26.

Oblatorium, (Du C.) offertorium, vas scilicet oblationibus ferendis idoneum; *áldozó edény.* Wallaszky 427. *oblatorium* sacrificulorum Romanorum.

Oblatorius, 3., ad oblationem pertinens; *áldozati.* Cod. Dip. Arp. Cont. I. 40. Linea coopertoria altarium sunt XVII, quorum V sunt serica, tria sunt *oblatoria.*

Oblatrator, qui oblatrat, calumniator; *gyalázó, mocskoló, szidó, gáncsoló.* Verancs. X. 10. Tu quoque tales *oblatratores* velim tua virtute compescas. Cf. Sidon Ep. 1., 3.

1. **Oblatum,** (Du C. oblata) hostia nondum consecrata; *ostya.* Teutsch. Schulord. I. 42: *oblata* apud Aedituum pinsat.

2. **Oblatum,** i, conditio; quod aliquis offert, proponit; *ajánlat.* Ker. Nap. 394. önkényt való *oblatumot* tevén. Rák. Ön. 9.

Oblegium, munus, officium, opera præstanda; *kötelezettség.* Han. Hist. Eccl. p. 166: Hinc Rustici suis Pastoribus iam insultabant, *oblegia* consueta ... denegabant. Bod. Hist. Eccl. I. 171.

Obliga, debitum; *tartozás.* Luc. Regn. Dalm. 202. et annuatim *deviciant* debitum suum, sive *obliga:* duo M. et 600 lib. quitando.

1. **Obligamen,** vinculum, pactum; *feltétel, kötelezés.* Cod. Zi. III. 125., 264. securum iter præbere ... sub *obligaminibus* superius declaratis. Rák. Ön. 170. confœderationale *obligamen.*

2. **Obligamen,** obligatio; *kötelezettség, kötelesség.* Cod. Dip. Hung. And. V. 433., 16. pro non observacione proprii *obligaminis.* Dip. Alv. II. 91. *obligaminis* Cameræ huius erit. Batty. Leg. I. 532. (Syn. Rex. Ulád. II. an. 1498): si quis Regnicolarum aliqua *obligamina* fecisset.

Obligare sibi, pignus capere; *zálogba venni.* Száz. VIII. 609.

Obligatio, chirographum, syngrapha; *kötelezvény, kötelező levél.* Irodt. Közl. VI. IV. 465. Georch. H. T. III. 33. Cf. Modest. Dig. 20., 1., 23., ib. 48., 11., 28.

Obligatio Altaristica, munus altaristæ V. *Altarista; az oltárnok kötelessége.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 326. Hæreditarium præterea Bonum suum Trescheno, ad rippam fluvii Dobra situatum, cum omnibus mobilibus sine ulla *obligatione Altaristica,* sed duntaxat ad provisionem internarum, externarumque ecclesiæ Seveticensis necessitatum.

Obligationem de se dare, nomina facere; *kötelezvényt kiállitani.* Ger. Schuldschein ausstellen. Wagn.

Obligativus, 3., obligans, obstringens; *kötelező.* Batty. Leg. I. 2. Theologi quidam oggerant *obligativam* vim legum. Art. D. 1840. p. 45. Pril. Abact. 99.

Obligator, qui se æs alienum ad designatum tempus absolvere obligat, (Du C. al. s.); *adós.* Cod. Dip. Pat. Hung. V. 145., 198. Dum per ipsarum *obligatores* pro hys pecunys, quantis forent obligate, ab ipso Capitulo redimerentur.

Obligatoria, æ, (sc. litteræ oblig.) chirographum; *kötelezvény.* Magy. Tör. Tár. XVIII. 500 aranyról *obligatoria* hugomhoz. Arch. Rák. IX. 1. Beth. G. lev. 191.

Obligatoriæ, Obligatoriales, Obligationes, *kötelező levél, adósságlevél, kötelezvény.* Arch. Rák. VIII. 308. Kass. Jur. Civ. II. 170. *Obligationes, Obligatoriae, Obligatoriales* sunt scriptæ Recognitiones et Testimoniales super eo, quod quis pecunias aut res quaspiam cum vel sine securitatis præstatione et erga vel citra censum Interusurialem ad certum Tempus ab alio mutuo acceperit.

Obligatoriales, V. *Obligatoriae.* Magy. Tör. Tár. IX. 195. Diar. Com. II. 54. Georch. H. T. III. 107. Cher. Jus. Eccl. II. 254.

Obligatoriales Fideiussionales, *kötelezőleg jótállású levél.* Kov. Form. St. CLXVII. *Obligatoriales Fideiussionales* in Casu, quo Chartæbiancales primævæ acceptatæ notæ sunt pro solidiori Cautione concinnatæ.

Obligatorialia, ium, obligatoriæ litteræ; *záloglevél.* Száz. XI 686. *obligatorialia* cassata.

Obligatorialis syngrapha, *kötelezvény.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 400. certam *obligatorialem syngrapham,* qua titulo creditorio summam mille florenorum Rhen. apud quandam familiam habebat exigendam.

Obligatorium, (Du C.) chirographum; *kötelezvény.* Teut. Schul I. 274: *obligatorium* ... propria nominis ... subscriptione munitum. Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. VIII. 66. obligatione ex authentico *obligatorio* fideliter transumpta.

1. **Obligatus,** i, debitor; *adós.* Kronst. I. 174.

2. **Obligatus,** 3., oppigneratus; *zálogba vetett.* Száz. VIII. 609. *obligatus* ager, eadem prata *obligata* sunt Ulmanno.

Obliviosior, inusitatus comparativus ab *obliviosus; feledékenyebb.* Corp. Gram. 333.

Oblivisare, oblivisci; *elfelejteni.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. V. 107.

Obliviscencia, æ, oblivio, oblivium; *feledés.* Cod. Dip. Pat. Hung. V. 145., 196. Ideo ipsi pro premissis interfeccione et homagio ante latorum quatuor Jobagionum predicti Capituli ceterorumque actuum potenciariorum ... in *obliviscenciam* eorundem ... Totales porciones eorum possessionarias memorato Capitulo dedissent.

Oblocutorius, 3., ignominiosus, infamis; *gyalázó.* Serm. Cat. 247. Opus est, ut vir sit surdus, ne *oblocutoria* contra uxorem audiat. Fej. X. I. 222.

Obmovere, promovere, *elősegiteni, előhozni.* Pfahl. Jus. Georg. 255. aut infructuositatem fundorum exstirpatitiorum *obmovere.* Cf. Cat. R. R. 141.; Fest. p. 202. ed. Müller.

Obmuratio, actus muro cingendi, sepiendi; *befalazás.* Lzb. Cod. Med. T. II. 723.

Obnegare, pro: abnegare; *megtagadni.* Batty. Leg. III. 296. an. 1394.

Obnoxiare, subjicere, obligare, cogere; *alávetni, kényszeriteni.* Száz. XXX. 2. f. 105. Rustici Curruum ad castra necessariorum statutioni *obnoxiantur.* Proj. Leg. Civ. 191. Art. D. 1840. p. 40. Magy. Jogt. Eml. I. 378. Cf. Claud. Mamert. Stat. anim. 2., 9.

Obnoxiatio, reatus (Du C.); *bün.* Lex Ladislai regis lib. 2. cap. 11. lib. 3. cap. 3.

Obnoxietas, obsequium, servitus; *függőség, alávetettség, alattvalóság.* Ger. Unterwürfigkeit. Fej. V. II. 504. ex primæ libertatis tramite quosdam in *obnoxietatem* conditionis traxerat gravioris. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 288.

Obolaris, e, unius oboli; *filléres.* Verancs. Hist. I. 292. Quarto hic proventus *obolaris,* quem filler vocant. Ibid. Laurentius dux protulit *obolarem* reditum.

Obolarius, qui pendit unum obolum; *fillérfizető.* Verancs. Hist. I. 291. Habuit Uylacchum proventus maximos. Cæterum unum ultimæ conditionis habitum non prætermittam referre, qui appellatus est *obolarius* ab unius oboli collatione. Nec succurrit quibus ex rebus proveniebat, ejus tamen summa pecuniæ ascendebat ad VI. millia aureorum feruntque eam pensionem supra quam dici possit molestam et onerosam semper fuisse subditis.

Obolus, i, valens 1/2 denarium; *fillér.* Ger. Heller. Kronst. III. 36., 389. Cf. Vitr. 3., 1.

Obon, uncia; *obon.* (ex *obol,* hoc vero ex *obolus)* Heyse: eine kleine altgriechische Scheidemünze, der 6-te Theil einer Drachme etwa 10 Pfennige; ein Heller, Scherf, Scherflein; seit 1836 ein griech. Gewicht v. 1/10 Drachme (Gramm) = 1 Decigramm. Fej. II. 282: Hospitale S. Stephani unam unciam auri, quæ dicitur *obon.*

Obreptitie, dolo, fraude; *ravaszul.* It. orrettizio. Cher. Jus. Eccl. I. 107. Ab intrinseco invalida sunt generaliter, si Rescriptum impetretur subreptitie, id est, si falsa narrentur vel *obreptitie* seu, si veritas, circumstantia aut qualitas talis reticeatur, quæ rescribenti exponi debuisset.

Obrest-Vach-Masterius, i, *őrnagy.* Arch. Rák. IX. 95. salarium Supremi-Vigiliarum-Præfecti seu *Obrest-Vach-Masterij* conferre dignetur.

Obrest-Wacht-Maisterus, i, præfectus vigilum; *őrnagy.* Arch. Rák. IX. 95. Officio Supremi Vigiliarum Præfecti seu *Obrest-Wacht-Maisteri* functus fuerim.

Obresz-Lajdinon, V. *Obest-laidinantius.* Arch. Rák. IX. 510.

Obrizum aurum, aurum purum; *szin-tiszta arany.* It. obrizzo. Ger. reines Gold. Cod. Dip. Árp. Cont. VI. 33. promittimus vobis ... *auri obrizi* libras quinque.

Obrizus, 3., purus. V. s. *Aurum obrizum; tiszta, szin.*

Obroti, (Polonis = stipendium); *díj.* Fej. X. I. 97. tunc pro illis superfluis hastis sibi diarium in vulgo *obroti* more Regni Poloniæ debeatur.

Obrstlejdinantius, in locum tribuni mil. substitutus, alias Vice-Colonellus; *alezredes.* Arch. Rák. VIII. 405.

Obryza, æ, Obrussa, lapis Lydius; *próbakő.* Ger. Probierstein. Wagn.

Obscrinare, claudere, sepire; V. Textum sub *Tunnarius; elrekeszteni.*

Obscurificus, 3., obscurans; V. Text. s. *Luminificus; homályositó.*

Obscuriloquus, qui in ænigmatibus loquitur V. s. *Nefastulus; homályosan beszélő.*

Obsedicio, obsidio; *ostrom.* Knauz M. E. Str. II. 260., 245.

Obsequare, pro: *obsequi; teljesíteni.* Ljub. Mon. Sl. I. 1. an. 1018: quod si hoc recte in prestito tempore ... non *obsequaverimus:* componere promittemus. Rač. Mon. Sl. VII. 33. an. 1018.

Obsequiositas, (Du C.) obsequium, famulatus; *szolgálatkészség, engedelmesség.* Szék. Okl. IV. 249. seque nationi huic nostræ *obsequiositatis* vinculo adstrinxisset. Pel. Pom. In Epiph. s. II. c. 1. Christus per angelicam *obsequiositatem* comprobatur pro nostra salute natus.

Obsequium, (Du C. famulorum et amicorum comitatus, pompa), h. l. servitium; *szolgálat.* S. de Kz. A. 2., 3: ex quibus ordinavit servire suis castris *obsequio* leviori. Cf. Justin. 13., 2.; Tac. Ann. 3., 12.

Obsequium feudale, *hűbéri engedelmesség.* Vuch. Jur. Feud. 162. Jus exigendi *obsequium feudale,* Lehensgehorsam,

seu obligationem ad præstanda ea, quæ intuitu feudi debentur.

Observaculum, concha, vas (salis) salinum, (Du C. al. s.); *(só)tartó.* Tör. Tár. 1889. p. 188. Salis *observaculum* argenteum.

Observamen, obtemperatio, observatio; *megtartás, szem előtt tartás.* It. osservazione, osservanza. Kass. P. P. I. 172. ut strictissimum illis *implementum* peculiari s'bi curæ habeant ac constanti illius *observamini* omnimode intentæ sint.

Observantia ecclesiastica, (Du C.) lex, regula eccl.; *külön egyházak szokása.* Kon. Egyh. 38.

Observantialis, lege præscriptus; *kötelező.* Magy. Tör. Tár. XII. 188. qui constitutiones papales generales a Bosnæ *observantiales* ... tunc noviter resignavit.

Observare, servare, alere, sustentare (Du C. 4.); *tartani, ellátni.* Batty. Leg. III. 289. an. 1391. Clericum unum cantare scientem suis expensis *observare* ... teneatur.

Observare lectum, vidua manere; *özvegynek maradni.* Rač. Mon. Sl. VII. 19. an. 918. si vult uxor mea ... portionem suam possidere, *observet* lectum, et si duxerit virum alium, auferte ab ea. — Star. XIX. 85. an. 908.

Observatio Missæ, *missae* celebratio; *misézés.* Szer. Not. p. 147: sedecim florenos... pro *observatione* ... *Missae* perennalis ... fundata.

Observatorium, specula astronomica; *csillagászati torony.* Ger. Sternwarte. Arch. Rák. I. 273. Délután voltunk Urunkkal az *Observatoriumban,* az holott minden Curiositásokat megnéztünk.

Observatorius, 3., observans; *megfigyelő.* Gall. observateur. Vern. Psych. 217. Ingenio *observatorio* et historico pollentes præcipue eorum, quæ in natura fiunt... cognoscendorum desiderio ducuntur

Obsigillator cadorum, qui sigillis munit cados; *kádbélyegző.* Nov. Calend. 226.

Obsignatorius, 3., obsignationi inserviens, ad obsignationem aptus, pertinens; *pecsétlő, pecsét* ... Verancs. II. 219. apud amicum hominem in Dalmatia *obsignatorium annulum* felicissimæ memoriæ Petri Berislavi Vesprimiensis episcopi, summi Hungarici regni, christianæque rei publicæ herois, nihil minus cogitans animadverti.

Obsistentia, resistentia; *ellenállás.* Frak. Mát. lev. II. 178

Obsomorda, Obstimugarius, (obsomogorus = panis profusus liquore, panis intinctus Dief.); *leves kenyér.* Schläg. 1863., 1876.

Obstaculum, obex; *rekesz.* Nic de Mir. 449.

Obstagium, (Du C.) V. *Obstaquium; túsz.* An. Sc. I. 215. an. 1412. M. Bel. Prod. 108. in *obstagium* ... reponantur.

Obstaquium, (ex Slavo: obstavka) (Du C. obstagium) obses, vas, vadis; *magalekötelezés.* (Pfändung). Gall. Otage. Tör. Tár. 1893. p. 4.

Obstativus, 3., adversus, contrarius; *ellenkező.* Kelem. Inst. Jur. Pr. III. 200. Si duæ inter se adversa fronte pugnantes *(obstativae* sc. testes) et paris auctoritatis mutuo se conquassant; sin inæquales fuerint, tamen debilior ex fortiori aliquid deterit.

Obstaverunt, pro: obstiterunt. Georg. Sirm. I. 77. Dixerunt et *obstaverunt* dicioni Regis Ludovici.

Obstetricare, assistere, (Du C. obstetricis munere fungi); *segédkezni.* Fabó. Monm. Evang. II. 369. quæ etiam *obstetricantibus* sacerdotum principibus ... in effectum sunt deducta. Oláh. Cod. Ep. 565. Cf. Tertull. ad Nat. 2., 12.

Obstetricatio, munus obstetricis; *bábáskodás.* Pel. Pom. L. I. P. V. Art. I. c. II.: sunt quippe in matribus tria precipue ve: primum ve erumne ... secundum ve infirmitatis et indigentie ... indigent *obstetricatione.* Bene Pol. 211.

Obstetricator, qui munere obstetricis fungitur; *bábász, szülész.* Bene Pol. m. 32.

Obstetriceus, 3., ad obstetricem pertinens; *bábászati.* Kuk. Jur. II. 302. Erga Remonstrationem in merito errigendarum penes Regiam Accademiam Zagrabiensem Medicinæ Chyrurgiæ et *obstetriceae* artis Cathedrarum e postrema generali Regnorum Congregatione Suæ Maiestati Sacr. etc. Cf. Arnob. 3., 166.

Obstipus, 3., stupidus, stolidus; *ostoba.* Fej. Jur. Lib. 173. Pázmány 1637: *obstipa* capitis cucurbita.

Obstusitas, rectius: *Obtusitas* = hebes ingenium; *tompaelméség.* Ger. Blödsinn. Jogt. Eml. T. I. p. 4: Et si fortasse Jurati ... propter mentis ... *obstusitatem* ... causam ignorarent.

Obtardare, morari, cunctari; *késedelmezni.* Urk. Sieb. II. 82. an. 1351. actori satisfacere non *obtardet.*

Obtemperator, qui obtemperat: *engedelmeskedő.* Fej. V. 1. 227. Quod quidam Nobiles exercituantes ecclesiæ Strig. et quidam alii conditionarii Lewas cum filio suo et Centus de alio Saroy caseidator et aliorum mandatorum *obtemperator* ... moliuntur in Regni Nobiles aggregari.

Obtenebrare, (Du C.) obscurare, caliginem offundere; *besötétítni.* It. ottenebrare. Wagn. Ci. Lactant. 4., 19.

Obtentio, non ab obtendendo, sed ab obtinendo; idem est ac expugnatio, occupatio; *elfoglalás.* Chr. Dubn. 187., 176. De *obtentione* castri Canosii; et inferius 189. De *obtentione* Salerni et aliarum.

1. **Obtinere,** nullum telum frustra mittere; *találni czélt.* Ger. treffen. Georg. Sirm. I. 84. et sua hasta non ibat in vanum de manu sua, sed semper *obtinebat.*

2. **Obtinere,** nude pro: causam, litem obtinere (Du C. vincere); *a pert megnyerni.* Batty. Leg. III. 108. an. 1309. et passim: Interrogatus, quam partem vellet *obtinere.*

Obtingens, pars rata; *illeték.* Arch. Rák. II. 247. hogy az districtura *obtingensiből* immediate assignálja udvari hadaimnak az *regulamentariter* obveniens (vagy obveniáló) szekereket.

Obtingentia, æ, rata pars. V. s. *Orgialis; illeték.*

Obtusitas, (Du C.) stupiditas, imperitia; *tompaság.* Szék. Okl. I. 206. mentis *obtusitas* et animi debilitas.

Obtusiusculus, dimin. ab obtuso; *egy kissé kurtított.* Bene Med. IV. 136. corpore sulcato, cauda *obtusiuscula.*

Obtutus, us, quod ad hoc attinet; *tekintet.* Ger. Rücksicht. Opin. Deput. 7. Conformiter igitur ad hos *obtutus...* cum Sedes dominales stabilitæ sint.

Obulus, i, pro: obolus (Du C.); Rák. Ön. 31.

Obumbere, circumdare; *környékezni.* Fragm. Chron. Rhythm. Ludov. I. Engel: Mon. Ungr. Bécs 1809. p. 26.

Obvencio, onis, proventus, reditus (Du C. commodum, emolumentum); *bevétel.* Eszt. Okm. p. 43. (Decr. Wladislai 1494): nullo modo possit unus Canonicus ex suis *obvencionibus* quottidianam mensam sustentare. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 387.

Obvenientia, æ, pars rata; *illeték.* Germ. Gebühr. Olt. Act. Synod. 72. quod ipsi etiam terrestres Domini *obvenientias* suas non in conventionali, sed valutali pecunia percipiant.

Obventio, V. *Obvencio.* Arch. Rák. IX. 54. simul cum cunctis suis utilitatibus *obventionibus.* Verancs. IX. 293. Cf. Ulp. Dig. 14., 1., 1.; ib. 27., 9., 12. etc.

Obventus, us, rata pars, proventus V. *Obvencio.* Probst. Comitiol. p. 155: Commercium boum distrahendorum ad portum Buccari, ab omni impedimento liberum maneat, et *obventus* inde Capitulo Zagrabiensi debiti integri sint.

Obversum, (in), contra; *valaminek ellenére.* Pest. Vár. Lev. in *obversum* prævigentium.

Obvertere, opponere (ap. Fin. alio sensu); *ellenfordítani, ellengördíteni.* Proj. Leg. Civ. 167, Jus Regium penes Consensum Fassioni superinductum et invalidata fassione *obversum,* licet statutione pura firmatum sit, nisi latentia eius in specifico remonstretur, contra Fatentis successores non opitulatur.

Obvestire, obducere; *befödni.* Bene Med. I. 180. per membranas fibrosas musculos *obvestientes* antibrachii.

Obviare, satisfacere, respondere; *megfelelni, kedvére járni.* Batty. Ger. 2. adjuvet sic me (Divinitas) ut inimicorum laqueos possim evadere et Tibi plenissime ad libitum *obviare.*

Obviari, obviare; *útját állani.* Cod. Dip. Pat. VI. 108., 70. Solet excelencia regia innovare litteras per casum fortuitum depravatas cum inopinatis nequeant eventibus *obviari.*

Obviatio, resistentia; *ellenállás.* Pel. Pom. De s. Georgio s. IV. c. 5. Tertia cautela dicitur citæ *obviationis.*

Obviator, detrectator; *ellenző.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 94. Si quis vero huic nostre confirmacioni *obviator* temerarius extiterit.

Obvicari, obviam ire; *útját állani.* Lampe. Hist. Eccl. p. 556: ut huic malo congrue *obvicetur* ...

1. **Occa,** æ, (Du C.) anser; *lúd.* It. oca. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 221.

2. **Occa,** (vox Turc. ex Arab. *wakijah, ukijah* = 2¼ libra = I. 260 kgram) *okka* Star. XXII. 62. an. 1723. centum *occas* kukuricæ.

Occasio, cirrus, dependentia (ab *occidere, decidere)* (Du C. al. s.); *czafrang.* Magy. Tört. Tár. XX. 178. Quinque frusta purpuræ nigræ *occasionibus* fimbralibus ulnarum 17.

Occasionaliter, per occasionem (Du C.

data occasione); *alkalmilag.* Tör. Tár. 1888. p. 542. Molnár Patv. 9.

Occha, æ, V. *Occa* 2. (Du C. modus agri); *oka* (harmadfél fontnyi súlymérték). Verancs. VII. 350. et globos ferreos pro maioribus machinis, quorum minimi XVIII. maximi XXIV. *occharum* essent ponderis, duodecies mille, et ligones et palas et id genus alia instrumenta.

Occidentalior, qui remotior est ab Oriente; *nyugatibb.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. Pars. I. Pag. 1.

Occidentalis, mortalis; *halandó.* Batty. Ger. 144. Nam formativi characteres, nisi sensivi sunt, *occidentales* promulgantur.

Occidui characteres, sensus litterales; *betü szerint való értelem.* Batty. Ger. 284. Consideratio ... spirituum Dei talium post inspectam Genesim (sc. illorum) de interioribus spiritualium agenda est, ne ex toto videatur subdi *occiduis characteribus.*

Occipitalis, ad occipitium, occiput pertinens; *főhátaljához tartozó.* Vern. Psych. 33. efformantque processum falciformem, qui per totam longitudinem partis mediæ ossis frontis sub sutura sagittali ad protuberantiam *occipitalem* procedit.

Occisor canum, *Canicida* q. v.; *kutyapeczér.* Fjp. Szám. p. 174. an. 1418.

Occlusio, actus includendi, recondendi; *elzárás, eltevés.* Kronst. III. 607: pro saccis in pecuniæ *occlusionem* necessariis.

Occlusorius, 3., ad occludendum inserviens; *elzáró.* Debr. Com. an. 1530. lateres *occlusorii.*

Occulari facere, perscrutandum curare; *megvizsgáltatni.* Opin. P. II. Sec. II. Cap. V. (ee) 2: Occulatorum magister carnem in macello expositam per consocium suum *occulari faciat.*

Occulator, qui perscrutatur V. *Occulari facere; vizsgáló.*

Occultabilis, qui occultari potest; *elrejthető.* Kass. Jur. Civ. I. 97. res porro mobiles universæ velut facile *occultabiles* iuxta Art. 138: 1647. per apprehensores et detentores sub iuramento revelari.

Occuparifacere, occupandum curare; *elfoglaltatni.* Szék. Okl. III. 287.

Occupatim tenere, aliquid occupatum possidere; *elfoglalva tartani.* Szék. Okl. I. 318.

Occupatitius, 3., occupando paratus; *lefoglalt.* Verancs. II. 317. Pactationes quoque bonorum *occupatitiorum* seu deditiorum, ut Debreczen et aliorum, quæ essent vel fierent, ad manus Rationistæ Nostri administrentur. Cf. Festus p. 181. ed. Müller.

Occupative, occupando; usurpatorio modo; *foglalás útján.* Száz. XXVII. 15. possessionarias porciones ... alienas *occupative* et titulo *impignoraticio* habitas. Magy. Tör. Tár. VI. 38. Cod. Zi. V. 187. potentialiter et *occupative.* Fej. X. V. Un. 186. Ac. Com. Sopr. 194. Bék. Pil. II. 273. an. 1404. Quod domus ... non *occupative,* sed iuridice habeantur.

Occupativus, 3., manu occupativa = per vim; *erőszakos.* Szer. Not. p. 46: quod... Vajvoda dictum castrum *manu occupativa* usurpando ... se in ipsum castrum intromittere veritus non fuisset.

Occurrens, occasio. *Ex primo occurrenti* = prima occasione; *első alkalommal.* Arch. Rák. I. 92.

1. **Occurrentia,** æ, (Du C.) casus, occasio; *alkalom, eshetőség.* Száz. VI. 249. Arch. Rák. II. 37. Ac. Com. Sopr. 211—212.

2. **Occurrentia,** æ, res, quæ eveniunt, factum, (Du C. occasio); *esemény.* Arch. Rák. VIII. 103. Ebeczky Uram absentiájában az *occurentiák*ról tegyen emlitett Bottyán Uramnak reportumokat. Tör. Tár. 1886. p. 543. Rák. Ön. 183. Cod. Dip. Brüss. Burg. 368.

Occurribilis, quod occurrere, accidere potest; *előfordulható.* Kuk. Jur. II. 196. Quæ quidem Deputatio tam reflexiones circa antelatum benignum Mandatum *occurribiles* ... depromet. Lzb. Cod. Med. 697. Moln. Pat. 9.

Ocellus, annulus; (láncz) *szem.* Ger. Kettenglied. Magy. Tör. Tár. XX. 164., 182. septem *ocelli* catenulæ aureæ.

Ochma, ὄχμα, retinaculum; *kötő, madzag, fék, bilincs.* Vern. Met. II. 298. Fuerunt nonnulli, qui coniunctionem corporis et animæ humanæ fieri volebant ope subtilissimi cuiusdam ac ætherei corpusculi *ochma,* id est retinaculum vocabant, natura sua rotundi.

Ochraceus, *(ὠχρός)* subflavus; *sárgás.* Bene Med. I. 68.

Ochrus, 3., *(ὠχρός)* subflavus: *sárgás.* M. Bel. Prod. 144. obvia quæque *ochra* tingunt.

Ocnus v. **Ocuus,** (Du C. pars pedis), (Dief. Knöchel. Hühnchen) h. l. pullus; *csirke.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118.

Octale, octava pars; *nyolczad rész.* Fjp. Szám. p. 94. an. 1386. St. habet schichtonem, ... iudex habet *octale* id. 143. Impignoravit unum *octale* unius vineæ.

1. **Octalitas,** octava pars; *nyolczadrész.* Opin. P. I. Sec. III. §. 6.

2. **Octalitas,** forma octonaria; *nyolczadrét.* Ger. Octav. Opin. P. I. Sec. II. §. 6. papyri phyleræ *octalitatis.*

Octalium, (Du C.) mensura frumentaria; duæ mediæ; *pint.* Ger. Maass: 2 Halbe. Cod. Alv. II. 293. ut in singulis doliis sive vasis quadragenariis quadraginta mediæ sive viginti *octalia* transilvanica pro fecibus computentur et acceptentur.

1. **Octava,** æ, (Du C.) in jure Hungarico est conventus jurisdicundi 46 dierum extra ferias ante SS. Georgii et Michaelis festum 8 diebus; *ünnep nyolczad napja. Törvényszolgáltatásra való idő.* Sambucus, Molnár, et Pár. Páp. Cod. Dip. Brüss. IV. 120.

2. **Octava,** æ, mensura liquidorum; *pint.* Ger. Achtel, Mass. Kronst. I. 91.

3. **Octava,** æ, diapason, intervallum septem vocum; *oktáva* (zene). Vern. Psych.) 78.

4. **Octava,** (Du C.) dies octavus a festo dominico aut Sancti alicuius, quo tota solemnitas clauditur; *nyolczadik nap.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 97. et generalem conventum omnium ecclesiasticorum virorum in *octava Epiphaniae* Papiæ celebrandam indiximus.

Octava integra et magna, Festis S. Georgii és Michaelis habita judicia; *teljes és nagy octáva, nyolczad.* Hajnik Perjog. 210.

Octava præsentis, octava dies mensis præsentis; *folyó hó nyolczadika.* Thök. Lev. 153.

Octavæ, Judicia Octavalia V. *Octava* 1) Szegedi Rubr. Pars. I. p. 74: Quod quatuor *(Octavae)* Judicia Octavalia, sive in octavis certorum Festorum a Tabula regia celebrari solita singulis annis celebrentur. Georch. H. T. IV. 223.

Octavæ judiciales, dictis, statis diebus celebrandorum judiciorum octavæ; *rendes törvénykezési nyolczad.* Hajnik Perjog. 18.

Octavæ magnæ, V. *Octava* 1). Opin. Deput. 54. Singulis Annis duæ et aliæ duæ octavæ breves, donec necessum fuerit duraturæ, alibi ut duæ *octavae magnae* 40, aliæ duæ *octavae breves* 20 diebus durent, ordinantur (3: 1486. 2: 1498).

Octavale, is, merces laboris octo dierum; *heti bér.* Száz. VIII. 607. Jac. Horenitz habet Schichtonem ... Isti sunt cultores des Tyfenstollens. Nicolaus Karl habet *octavale.*

Octavales causæ, *nyolczados perek.* Törvt. Msz.

Octavalia iudicia, V. *Octava* 1); *oktávás törvényszék* (Mátyás kir.) Tör. Tár. 1888. p. 121.

Octavalis, e, ad octavalia iudicia pertinens; *oktávás, nyolczados.* Tör. Tár. 1891. 38. *octavalis* exmissio. Verancs. VIII. 321. Et quia huiusmodi novi actus potentiarii per nos ceterosque Judices Regni Hungariæ Ordinarios in Curia Regia pro quintadecima die continue, etiam extra terminos *octavales* discuti debent et adiudicari.

Octavalista, æ, colonus, dominus octavæ partis unius sessionis; *nyolczadtelkes.* Pfahl. Jus. Georg. II. 64. taliterque Subditi omnes vel integræ aut mediæ sessiosis Coloni vel vero Quartalistæ aut *Octavalistae* efficiantur.

Octavalitas, octava pars; *nyolczadrész.* Kass. P. P. I. 159. ad intertentionem eiusdem in una *octavalitate* concurrerit ...

Octennalis, octo annorum; *nyolczévi.* Szentiv. Curios Misc. Dec. II. Pars. III. p. 357. Bod. Hist. Eccl. I. 20. Rák. Ön. 167.

Octenus, 3., octo annorum; *nyolczéves.* Illésh. 320. uxores maritis liberos parentibus, filias novennas et *octenas* matribus, tenellas fratribus sorores, innocentes pudicas virgunculas eripiebant.

Octidualis, octo dierum; *nyolcz napi,* Opin. P. III. Sec. III. §. 6: binis per annum vicibus nundinæ *octiduales* ... celebrentur.

Octiduanus, 3., adi. ab octiduum — per octo dies durans; *nyocz napig tartó, nyolcz napi.* Rák. Ön. 275. I. 28—31. (29.): ... per *octiduanam* reclusionem in cellula mea ... me præparavi.

Octiduum, spatium, intervallum, tempus octo dierum; *nyolcznapi idő, időköz.* Juriev. Jur. Met. 118. Jurati montani tempore ordinariorum laborum fodinalium quæstionatam Metallifodinam intra *octiduum* ternis vicibus adibunt. Rák. Ön. 275.

Octoale, V. *Octava* 2). Kronst. I. 688. Szék. Okl. III. 303. 19. *octoalia* vini accipiet.

Octogenarium vas, vas octoginta amphoras continens; *nyolczvanakós hordó.* Kronst. III. 565.

Octoicon, liber ecclesiasticus a gr. Ὀκτώηχος, quo æstate utebantur, Sensu translato ipsum tempus significat, in quo hoc libro utebantur. Nill. Symb. p. 345: Mitterem tibi *Octoicon* magno labore a Scholarcha Dama-

sceno nostro fere ex integro compositum. V. Nill. Kalendarium t. 2. p. 433—435.

Octuale, V. *Octava* 2). Fjp. Szám. 266. pro 1. *octuali* cerevisiæ solvimus.

Ocular, Ocularia, is, (Du C.) conspicilla; *pápaszem.* Tör. Tár. 1892. p. 567. Verancs. VII. 225. Szentiv. Curios Misc. Dec. II. P. I. 248. de Spicillis, quæ vulgo *ocularia* dicuntur.

Oculare, oculorum iudicio metiri; *szemmérték szerint itélni.* Tag. Erd. II. 126. an. 1753: duorum circiter iugerum *oculando.* p. 127: *oculavimus* . . . protensum colliculum. Kass. P. P. I. 313.

Oculari, V. s. *Diligentiam facere; szemmel tartani, felügyelni.*

Ocularia, V. *Ocular.*

Ocularia cataractica vitra, glaucomatica perspicilla; *hályogszemüveg.* Vern. Psych. 93. Multi operatione terminata *vitris ocularibus cataracticis* utuntur, ut refrangibilitatem radiorum per ablationem lentis crystallinæ imminutam amplificent.

Ocularis inspectio, oculorum fides, testimonium; *szemle, saját szemmel megszemlélés.* Kass. Prax. I. 36. *oculares* peragere *inspectiones* solitum «visu repertum» conficere mortuosque revidere (chirurgi tenentur).

Oculariter remonstare, (Du C.) suisce oculis monstrare; *saját szemével bizonyítani.* Georch. H. T. III. 332. Kövy El. 506. quoad territorium vel fundum solet inseri hoc: *Oculariter* etiam, si necesse fuerit, *remonstrando.*

Ocularius, 3., ad oculorum fidem pertinens; *saját szemü.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 139. lator presentium *ocularia* fide poterit vobis referre.

Oculata, æ, lustratio, inspectio; (birói) *szemle; szemrevétel, szemügyrevétel, szemlátomás.* Kass. P. P. I. 314. Præambulum et conclusio inquisitionis, si prius cum testibus *Oculata* peragatur. Jókai. Rab R. I. 20. Ha én nézek a domicella szemei közé, csak egészen mást látok én azokban, mint mikor uram öcsém veszi *oculata* alá. Georch. H. T. IV. 150. — Hajnik Perjog. 289. Törvt. Msz,

Oculata dies, *mely napon pénzt fizetnek; fizetési nap.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. p. 140. *Coeca dies* et *oculata dies.* Pro die, qua non numeratur præsens pecunia et, qua numeratur.

Oculata judiciaria, inspectio a judicio instituta; *birói szemrevétel.* Törvt. Msz.

Oculata protonotarialis, inspectio a protonotario instituta; *itélőmesteri szemrevétel.* Törvt. Msz.

Oculata revisio, cognitio rei præsentis per magistratum; *nyilvánvaló szemrevétel, hivatalos megszemlélés.* Kövy El. 693. *Oculata Revisio* est Actus, quo res controversa proprio Judicis visu legitime cognoscitur. Habet locum, ubi de situ locorum et extensione agitur. Georch. H. T. IV. 150. Kass. P. P. I. 312.

Oculatæ manus, *szemes kéz.* Szentiv. Cur. Misr. Dec. II. P. II. p. 140. *Oculatae manus.* Quæ promissa velint exhiberi re, non oratione promitti. II. Rák. Gy. 583. *manus oculatas* habent, credunt quod vident (uti proverbio dici solet.).

Oculate, oculos habens; *szemmel ellátva.* Patr. Const. 174.

Justina *oculate* cœca
Nil oculis Justina videt, nihil auribus audit
Sit caput auritum, frons oculata licet.

Oculatio, inspectio; *látás, megvizsgálás.* Opin. P. II. Sec. II. Cap. III. art: Quia . . . *oculatio* . . , in nundinis anniversariis . . . superflua esse dignoscatur.

Oculator, qui spectat, inspicit; *látómester.* Opin. P. II. Sec. II. Cap. IV. art. 9.

Oculatus, 3., providus. circumspectus, anxius (Du C. al. s.); *szemes, előrelátó, aggódó.* Tör. Tár. 1888. p. 562. Kronst. I. 626. Oláh. Cod. Ep. 371. Eas tibi, quo vir es *oculatior,* hoc penitius esse perspectas arbitror.

Oculis ægris intueri, invidere; *kancsal szemmel nézni.* Ger. mit schelen Augen ansehen. Szamosk. I. 49. quorum successum germanus ocio torpidus, nec ad velitares excursiones expeditus *aegris oculis* intuebatur.

Oculi Dolent alicui, (ad normam Hungarici: fáj a foga valamire) = invidere: Han. Hist. Eccl. p. 297: Jesuitis autem *oculi dolebant,* quod . . . Ministris omnia ex voto succedebant.

Oculiferium, frons libri; *czímlap.* Pinx. Apod. p. 169: Nec id negligendum duco, inter alia scripta ascetica, huic sacello destinata, prostare bibliorum exemplar in folio, in cujus *oculiferio* sequentia . . . consignavit calamo . . .

Oculis ferre, in oculis ferre; *nagyon szeretni.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 120. Oculis ferre. Id est: valde aliquem amare.

Oculista, æ, medicus, chirurgus ocularius; *szemorvos.* Lzb. Cod. Med. T. II. 271: circumforaneus *oculista.*

Oculo-motorius, oculum movens; *szemmozgató.* Vern. Psych. 40. Duodecim antem paria nervorum cerebralium describunt anatomici, puta: olfactorium, opticum, *oculomotorium,* trochleare seu patheticum etc.

Oculorum coniectura, oculorum iudicium; *szemmérték,* Con. Max. F. 111. 1565.

Oculus maris, *tengerszem.* Germ. Meerauge. Szentiv. Cur. Misc. 332. In Monte Carpato est lacus in summitate illius *oculus maris* dictus, in quo fragmenta navium subinde reperiuntur.

Oculus mundi, sol; *nap.* Tör. Tár. 1892. p. 405.

Odabassiler, dux; *janicsárok és zolaklárok vezére.* Tör. Tár. 1892. p. 431. Item et duces centuriones = czurbacziler, decuriones = gzubasiler ac alios præfectos *odabassiler,* sub cuius vexillo janiczeri ac *zolaklari* 40.000 numerantur.

Odæum, *(ᾠδεῖον),* templum, sacrarium; *szentély.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. I. p. 159. Salamon Rex Hung. dein Eremita . . . continuo ieiunio et mortificatione membra conficiens, sanctioraque per orbem *odaea* peregrinus invisens . . .

Odalbasa, equitum decurio; *lovas százados.* Isthv. XVI. 276.

Odalis, osor; *gyülölő.* Res ges. p. 15: Quis non miretur hanc inconstantiam? ex Emerico Capucino *odalem* Societatis Jesu . . . curiosa metamorphosi exhibet Ketelerus.

Odiant, pro: *odio habeant,* v. oderint. Batty. Leg. III, 122. an. 1309. si credit, quod inter se *odiant.* Ke. or. Reg. imago D. 4.

Odibilis, odiosus; *utálatos.* Kat. Hist. Duc. 314. Interea vesanus quidam et Deo *odibilis* adscitis sibi similibus sociis ad S. Magni basilicam una properant. Kaprin. Eloq. I. 434. Cf. Att. ap. Priscian. p. 709. P. Lamprid. Heliog. 18.

Odiebam, pro: *oderam.* Rák. Ön. 25. Epist. Proc. P. III. 520. qui Christianitatis obliti, se cane et angue pejus *odiebant.*

Odiens, exosus; *gyülölő.* Rák. Ön. 22.

Odiolum, dem. ab odium; *apró, kis gyülölet.* Kol. Am. I. 78: Animadvertisse enim mihi videor, vigere adhuc inter nos *odiolum* quoddam.

Odiositas, odium; *gyülölség.* Pel. Pom. De sanctis inter Pascha et Pent. s. III. c. 6. Proj. Leg. Civ. 188. Ad evitandas in casibus Tit. 45: 1-mæ inter condividentes *odiositates,* annuente Sua Maiestate Sacratissima relate ad Nobiles, honoratiores item et personas nulli Jurisdictioni Dominali obnoxias, statuitur.

Odire, odio habere (odisse); *gyülölni.* Reg. S. Ben. 4., 39. Voluntatem propriam *odire.*

Odiret, Forma inusitata pro: odio haberet. Chr. Dubn. p. 107: Regem eciam anathematis vinculo feriens, ut paganos *odiret.*

Oditologia, æ, ars itinerandi; *utazás mestersége.* Törvt. Msz.

Odometrum, i, *(ὁδός + μέτρον); útmérő.* It. odometro. Ger. Wegmesser. Törvt. Msz.

Odorem olfacere, sentire; *megérezni a sáfrány illatját.* (Du g.) Cod. Dip. Brüss. III. 72. Stephanus Báthory *hunc odorem olfaciens* in Ungariam transfugit. Cf. Gloss. Philox.

Odorarius, i, aromatarius; *füszerkereskedő.* It. droghiere. Bel. Cell. 465.

Odoriferarius, i, canis sagax; *vizsla.* Ger. Spürhund. Schläg. 1475.

Odorinsecus, qui odorem sequitur, canis sagax; *szimatoló kutya.* Ger. Spürhund. Kov. Form. St. XXVII. Hinc *odorinsecus* listicus catulus leporarius. Cf. *Odorisequus.* Liv. Andr. ap. Terent. de metr. p. 2426. P. Serv. Verg. Aen. 4., 132.

Oduarnicus, alias: Udwornicus = unius sessionis nobilis. Sambuc. *udvarnok.* Chr. Dubn. p. 191: Huius eciam tempore multi ex *Oduarnicis* . . . curie ad diversas servitutes astricti, sunt exempti et in cetum regni Hungarie nobilium aggregati. Cod. Dip. And. V. 83.

Odvornicus, V. *Uduornicus.* Fej. IV. I. 273. nec ab aliquo vel aliquibus *odvornicis* valeat in posterum processu temporis molestari.

Odwornicalis, ad udvornicum pertinens; *udvarnoki.* Cod. Dip. And. II. 397., 456.

Oeconoma, æ, domesticarum rerum dispensatrix; *gazdasszony.* Jogt. Közl. VI. 3., 354. VI. 4., 456.

Oeconomatus, us, cura, administratio rei familiaris; *gazdaság.* Száz. XXIX. 83. egyházi *oeconomatus.*

Oeconomia nationalis, œconomia publica; *nemzeti gazdálkodás.* Törvt. Msz.

Oeconomia orationis, *berendezés, szerkezet.* It. economia. Ger. Anordnung, Bau. Kaprinai. 1., 87. Totam postea futuræ Orationis *oeconomiam,* quam *σκελετόν* dicimus, ante mente concipiat p. 551. Primæ

Ideae nomine intelligo radia quædam Sacræ orationis lineamenta sine omni ornatu et forma oratoriæ Elocutionis. Hanc vulgo σκελετόν ducta metaphora ab ossea compage nondum carne ac nervis vestita, item *orationis oeconomiam* vocare solent. Cf. Quintil. Inst. 1., 8., 9.; 3., 3., 9.

Oeconomia ruralis practica, œconomia ad usum actionemque transferenda; *gyakorlati gazdaság.* Kov. Oec. 9.

Oeconomia rustica, res rustica; agricultura; *mezei gazdászat.* Wallaszki. Præf.

Oeconomia status seu **financiæ,** œconomia publici ærarii; *közkincstár gazdálkodása.* Törvt. Msz.

Oeconomialis, œconomicus; *gazdasági.* Arch. Rák. I. 170. kegyelmessen megparancsolta, hogy mind *Oeconomiális,* mind Commissariatusságbeli Tisztek ... számot adjanak.

Oeconomicalis, œconomicus; *háztartási, gazdasági.* Tör. Tár. 1881. p. 170. Pfahl. Jus. Georg. 86. Arch. Rák. I. 11.

Oeconomico-Allodialis, ad rem familiarem allodii pertinens; *hűbér-gazdasági.* Curios. Misc. II. 255. Centum Observationes *Oeconomico-Allodiales* circa sylvas, prata, pecora et altilia.

Oeconomico-Cameralis, ad rem familiarem Cameræ pertinens; *kamara-gazdasági.* Faber. Jur. Met. 29. Nec minor disciplinarum *Politico-Cameralium* usus esse debet in studio, cuius cognitio arcto cum politico *Oeconomico-Cameralibus* obiectis nexu iungitur.

Oeconomico-Hortensis, ad rem familiarem hortorum pertinens: *kertgazdasági.* Szentiv. Curios. Misc. II. 2. Centum Observationes *Oeconomico-Hortenses.*

Oeconomico-Moralis, ad negotia morum pertinens; *erkölcssáfársági.* Szentiv. Curios. Misc. II. 2. Centum observationes *oeconomico-morales.*

Oeconomico-politico-feudalis, ad rem familiarem publicam feudorum pertinens; *közhűbérgazdasági.* Faber. Jur. Met. 48. Suprema hæc Collegia in universo Districtu rei Montanisticæ et in eo sitorum Officiorum montanorum moderationem habent, quæ ad respectiva suprema provincialia officia *oeconomico-politico-Feudalia* Protocolla sua prout et conspectum super statu rei ... periodice submittendum habent.

Oeconomico-Ruralis, ad rem familiarem rusticam pertinens; *mezőgazdasági.* Szentiv. Curios Misc. II. Centum Observationes *oeconomico-Rurales.*

Oeconomicum, œconomicum consilium; *mezőgazdasági tanács.* Arch. Rák. VIII. 35., 41. hogy jóllehet túl a Dunán Isten kegyelme által szerencsés progressusokra nézve az *oeconomicumoknak* folytatása és *fiscalitásoknak* jó rendbe való vétele bizattatott Méltós. Generális Gróf K. G. M. uramra.

Oeconomicum Consilium, cons. rei rusticæ; *országos közgazdasági tanács.* Száz. VIII. 127. Arch. Rák. VIII. 102.

Oeconomisare, rem familiarem administrare, res suas tueri; *gazdálkodni.* Fej. Jur. Lib. Suppl. 45. modus *oeconomisandi.* Száz. VI. 512. XXIX. 445.

Oeconomizare, V. *Oeconomisare.* Arch. Rák. III. 719.

1. Oeconomus, i, rei familiaris curator; villicus; *gazda, sáfár.* It. ecônomo. Verancs. VIII. 22. Ascendens postmodum in arcem Provisoris *oeconomus* cænæ curandæ gratia, *vicecastellanum* solum ab exteriore portarum parte invenit in limine excubantem. Cf. Cod. Justin. 1., 3., 33.

2. Oeconomus, scriptor œconomicus; *gazdasági író.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. II. 19.

3. Oeconomus, œconomi dicebantur discipuli, quibus cura domus, ædium incumbebat. Körmöczb. főreálisk. Ért. Bpest. 1895. p. 59. Leges Schol. Schem. 30. *Oeconomus* ex alumnorum nnmero electus ædes scholæ consueto tempore aperito et claudito, nec unquam extra scholam abnoctato.

Oeconomus Turmæ, stipatorum regis rei familiaris curator; *testőri gazda.* Regul. Turm. Præt. 165. Computuum Ductor ad eum inviatus est, cum autem omnes pecuniæ nonnisi erga quietantiam *Turmae oeconomi* in perceptum assumendæ ac per eum etiam cuncta Ratiocinium concernentia acta subscribenda sint.

Oecumenicitas, universitas; *egyetemesség.* Kon. Egyh. 24. Cher. Jus. Eccl. 1. 151.

Oecumenicus, (Du C.), generalis, (ab οἰκέω); *fő, általános.* Cher. Jus. Eccl. 1., 147. Concilium dispescitur in *generale* seu *oecumenicum,* dum ex universo orbe aut pluribus Ecclesiæ Catholicæ nationibus Episcopi, tanto numero confluunt, ut universam Ecclesiam repræsentent. Brezny, 174.

Oëdematose, a gr. οἴδημα, tumoribus obsito modo; *daganatosan.* Bene. Med. I. 184. pars illa *oëdematose* intumescit.

Oedematosus, 3., tumoribus obsitus; *daganatos.* Bene. Pol. 78.

Oenopæus, i, qui vina conficit; *borkészítő.* S. Benkő. Top. Misk. 47. Atqui primi *oenopaei* non domini nostri, sed duces fuere.

Oenopola, æ, mercator vinarius; *borárus.* Benkő. Top. Misk. 55. Perniciosa non apud Miskoltzienses sed *oenopolas* ars invaluit, qua vini vires, color, sapor et durabilitas exquiruntur.

Oenopolium, (Du C.), taberna vinaria; *kocsma.* Leges Schol. Schem. 28. sed choreas nuptiales et loca, in quibus choreæ habentur, item *oenopolia,* publica symposia seu compotationes, crapulam et id genus alia omnino sub pœna publica vitent. Rák. Ön. 190. Cf. Plaut. Asin. 1., 3., 48.

Oestrus, i,(gr. οἶστρος) postomis; *pipa* (ló orrán vasaláskor). Bárczay.

Ofensivus, 3., ultro impetum faciens; *támadó.* II. Rák. Gy. 437.

Offendere, punire; *büntetni.* Knauz. M. E. Str. I. 78., 52.

Offendiculum, error; *hiba, tévedés.* Cod. Dip. Hung. Pat. VII. 238: vidimus in litteris ... quasdam deviaciones, que per *offendiculum* Notarii nobis patebant fore interserte.

Offendiosus, 3., contumeliosus, insolens. V. s. *Lignifer; sértegető.* Star. XXVII. 107. an. 1271.

Offensibilis, quo vis infertur. (Du C. al. s.) V. s. *Defensabilis; támadó.*

Offensive, invadendo, aggrediendo; *támadólag.* Cod. Dip. Brüss. IV. 155. ut si quid inopinati ab aliquibus contingat, pares sint ad *offensive* et defensive patriæ pericula propulsare. Rák. Ön. 292.

Offensivus, 3. ad aggrediendum aptus; *támadó.* Dip. Alv. I. 7. Fœdus erit perpetuum *offensivum* et defensivum contra Turcas. Rák. Ön. 182.

Offerenda, (Du C.) Offerenda cantus est Ecclesiæ, nomen hoc habens ab offerendo eo, quod tunc canitur, quando omnipotenti Creatori nostro incorruptum laudis offerimus vel præparamus sacrificium; *felajánlás.* Batty. Leg. T. II. 140. (Sæc. XII). *offerenda* canitur, que nomen de oblatione mutuavit.

Offerta, æ, (Du C.) oblatio, eleemosyna; *könyöradomány.* Prot. inq. 337. Star. XIX. 96. an. 1228. diuturnam *offertam* abstulisse.

1. Offertorium, (Du C.) oblatio, quæ ecclesiis fit a fidelibus: prima præcipua pars missæ, qua se sacerdos ad consecrationem præparat; *áldozmány, bemutatás, felajánlás.* Ker. Nap. 174. Olt. Act. Synod. 13.

2. Offertorium, pannus sericus in altari positus, cui dona imponuntur. Pár. Páp.

Offertorium Crucis, Batty. *keresztnyújtás* (a csókra). Leg. III. 317. an. 1397. *Offertorium crucis* in vigilia Epiphaniæ erat, quod occasione (lustrationis) domorum offerebatur, deosculata cruce, quod hodie quoque fieri assolet, unde patet lustrationem domorum veteris esse instituti et moris.

Offesa, æ, (Du C.) tela ad offendendum; *támadó eszköz.* Ljub. Mon. Sl. I. 109. an. 1274: rex commodabit ... duas galeas cum *offesis* et corredis et aliis *guernimentis.* Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 109.

1. Officialis, (Du C.) magistratus, minister, servus; *tiszt, hivatalnok, szolga.* Kass. Prax. I. 24. Habet præterea quilibet Comitatus ... alios subalternos *Officiales.* Cf. Appul. Met. ad fin. Ulp. Dig. 36., 4., 5. Cod. Theod. 8., 7., 2. Inscr. Orelli nro 2952.

2. Officialis, is, liber officiorum, rituum ecclesiæ; *szertartási könyv.* Száz XXVII. 347.

Officialis cameralis, minister cameræ; *kamarai tisztviselő.* Faber. Jur. Met. 23. et Art. 40. in argumento gravaminum ex parte Montanarum Civitatum contra Judicium Montanum et *Officiales Camerales* dispositum est.

Officialis militaris, minister militaris; *katonai tisztviselő.* Moln. Patv. 82.

Officialis cum **pensione,** præfectus militum, commodis emeritæ militiæ dimissus; *nyugdijazott tiszt.* Proj. Leg. Civ. 291. Quoad *Officiales* cum *pensione* vel retento solum Charactere e servitio militari egressos, ratio peculiaris tractamenti non subversatur.

Officialis rationum, qui est a rationibus; *számvevő tiszt.* Ger. Rechnungsbeamter. Tisztb. Ir.

Officialis stabalis, unus e præfectis prætorii; *törzskari tiszt.* Moln. Patv. 30.

Officialius, i, V. *Officialis,* Cod. Dip. Kár. I. 515., 313. contra Hormos et Jacobum de Chan *officialium* de Zamussegh ac Benedictum Zudar et Jacobum filium eiusdem.

1. Officiare, obire munus, ciere, peragere; *intézni.* Obs. Jadr. 412. certamen mirabiliter *officiant,* obstant viriliter hostibus. Faber Jus. Met. 194. Vita S. Stephani 74.

2. Officiare, ecclesiam deservire, in ea officium Ecclesiasticum peragere, (Du C.);

tisztet végezni. Kat. Hist. VIII. 460. possit ædificare ita, quod sacerdos prædictæ ecclesiæ B. Margarethæ ipsam capellam debeat *officiare.* Knauz M. E. Str. II. 636., 707. Ljub. Mon. Sl. XVII. 137. an. 1430. Batty. Leg. II. 165. (Sæc. XII).

Officiarium, res instructæ (Ap. Du C. Liber continens divina officia in choro peragenda); *házi készlet.* Fej. I. 124. In villa Zeuleus, que cedit nullo contradicente cum omnibus *officiariis* et appendiciis Ecclesie Beati Nicholay de Horozcuch (oroszkö).

Officiarius, i, (Du C.) officio fungens, officialis; *tiszt, hivatalnok.* Tör. Tár. 1888. p. 530. Uti consiliarii et *officiarii* nostri ab ipsis eligantur.

Officiator, Batty. legit: *officinator.* qui præest operis (Du C. al. s.); *munkafelügyelő.* Batty. Leg. III. 44. an. 1309.

Officina cerevisiaria, ædificium cerevisiæ coquendæ; *serfőző* (ház). Rau. Elem. p. 97.

Officina cohortalis, gallinarium; *baromfi ól.* Rau. Elem. 79. *Officina cohortalis,* quæ sæpius everrenda est, arena conspergitur; hæc enim alitibus grata.

Officina contusoria, pistrinum; *kölyü malom.* Con. Max. A. 111: ad *Contusorias Metallorum officinas.*

Officina cusoria, moneta; *pénzverő (műhely).* Numi Hung. 161.

Officina docimastica, officina metalli exploratoria, probatoria; *kémlőműhely.* Besztb. Levt. Nov. Calend. 222.

Officina fabrilis, locus confecturæ; fabrica; taberna; *műhely.* Kronst. III. 525.

Officina lignaria, locus lignis parandis; *farakóhely.* Con. Max. B.

Officina liquatoria, officina æraria; *huta, olvasztó.* Besztb. Levt.

Officina lotoria, officina æri lavando; *mosómű.* Besztb. Levt.

Officina malleatoria, officina ferraria; *hámor.* Besztb. Levt.

Officina monetaria, moneta; *pénzverő* (ház). Numi Hung. 163. Præfectus Cameræ ac *officinae Monetariae.* Cod. Ep. Pet. Páz. I. 354.

Officina probatoria, officina, ubi mineræ examinantur; *kémlő hivatal.* Germ. Probiramt. Nov. Calend. 211. *Officina Probatoria.* Minerarum Probatores.

Officina pyrotechnica, pulveris pyrii officina; *lőporgyár.* Ger. Schiesspulvermühle. Beng. Ann. Er. Cœnob. 372. succensus enim pulvis pyrius, qui copiosus aderat, *officinam pyrotechnicam* valido igne et fragore complevit.

Officina Rationaria, officina rationum subducendarum, in tabulas transferendarum etc.; *számvétel helye, számvétel-hivatal.* Ger. Rechnungsamt. Szirm. Tiszt. Ir.

Officina rationaria in Ecclesiasticis et Fundationalibus, officium rationibus ad ecclesiam et fundationes pertinentibus expungendis; *az egyházi dolgoknak és közhagyományoknak számtartó tisztsége.* Szirm.

Officina sedimentaria, mola ferramentis acuendis; *köszörülő mű.* Ger. Schleifmühle. Besztb. Levt.

Officina separatoria, officina separando æri a lapidibus; *választó kohó, csurgató kohó.* Con. Max. C. 11. an. 1565. Besztb. Levt.

Officina tusoria, officina æri contundendo; *zúzó mű.* Ger. Pochmühle. Besztb. Levt.

Officina ustrinalis, V. *Area ustrinalis.* Besztb. Levt.

Officinarius, opifex; *kézműves.* Batty, Leg. T. II. 225. an. 1133. Ecclesiæ *officinarios* . . . ordinavit.

Officinola, æ, parva officina, bibliotheca: *műhelyecske, irószobácska.* Oláh. Cod. Ep. 168. ego, quicquid mea *officinola* suppeditaverit librorum, tibi donabo.

Officiolatum, officium, munia publica (Du C. officiolatus); *hivatal.* Cod. Telek. X. 185. Quod omnes Domini Barones honores et *officiolata* eorum, quos et quæ habent et tenent, in presenti Convencione deponent

1. **Officiolatus,** us: officium, munus; *tiszt, hivatal.* Verancs. VIII. 341. Nam præsentibus et capituli huius testimonio et Egregio Ladislao Petzely, collega utpote ipsius Demetrii Matyus in ipso Episcopatus *officiolatu,* iussimus omnium rerum inventarum rationem iustam haberi.

2. **Officiolatus,** us, districtus, territorium, iurisdictio; *joghatósági kerület; tisztségi terület.* Cod. de Sztára. II. 300. Exponit nobis . . . quomodo Johannes literatus . . . Georgium molitorem, jobagionem de nostro *officiolatu* . . . omnibus bonis privasset. Pfahl. Jus. Georg. 300. Hajnik. Perjog. 192.

3. **Officiolatus,** i, V. *Servitor; szolga.* Thök. Diar. II. 125. Conventionale *officiolatorum* seu Servitorum Illustrissimi ac Celsissimi Principis Emerici Thököly.

Officionalis domus, in monasteriis dictæ ædiculæ, in quibus asservantur, quæ ad victus aut alios usus monachorum spectant. Cf. Du C.; *éléskamra a kolostorokban.* Fej. I. 215.

Officionarius, i, officialis (Du C); *tisztviselő.* Rač. Mon. Sl. VII. 158. an. 1092: ecclesie *officionarios* ... ordinavit. Tkal. Mon. Ep. I. an. 1134. Pfahl. Jus. Georg. XIII. Reliquiæ ipsorum adhuc hodie in *Officionariis* (Hofbeamten), Marscalco (Marrschall) Dapifero (Discophoro), Pincerna et Kammerario supersunt.

Officiorum liber, liber rituum ecclesiasticorum totius anni; *szertartás könyve.* Száz. XXVII. 347.

Officiosa correspondentia, literæ publicæ; *hivatalos levelezés.* Kass. P. P. I. 28. ad eos diriguntur cunctæ *officiosae correspondentiae.*

1. **Officiose,** ex officio, publice; *hivatalosan.* Reg. Turm. Præt. 22. Postquam Brigada una aut Contubernium aut quæque alia pars Turmæ *officiose* eggressa est.

2. **Officiose,** observanter, pie; *tiszteletteljesen.* Ac. Com. Sopr. p. 13: ut . . . Ablegatos Nostros ad nos remittere velint, *officiose* rogamus.

Officiositas, (Du C.), proclivitas ad præstanda officia; *odaadás, szolgálatkészség.* Magy. Tör Tár. VII. 218. omni tamen *officiositate* allaborabitur, ut . . . Kass. P. P. II. 137. Qui de cetero solita cum *officiositate* maneo . . . Fej. Jur. Lib. 45: qua *officiositate* ipsi cœperunt cornua erigere. Cf. Sidon. Carm. 23., 478.

Officiosus, 3., publice perscriptus; *hivatalos.* Lzb. Cod. Med. T. II. 355: informatio *officiosa.* Jos. Repr. 24. *officiosum* idioma. Jókai Kősziv. I. 127. Jenő *officiosus* képeket csinált.

1. **Officium,** liber preces continens; *imakönyv.* Tör. Tár 1890. p. 368. *officium* beatæ virginis cum tectorio veluti nigri deargentatum et *illuminatum.*

2. **Officium,** (Du C.) ministerium, auxilium; *segitség.* Thurócz. in Attila r. c. 17. Navigii *officio* Rheni fluminis alta secantes.

Officium acceptare, suscipere munus publicum; *hivatalt vállalni.* Wagn.

Officium agazoniæ, munus stabuli præfecti; *lovászmesteri hivatal.* Urk. Sieb. II. 16. an. 1344.

Officium cancellariatus, munus magistri scriniorum; *kanczellári hivatal.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. I. p. 229.

Officium cassæ præfectoratus, munus præfecti ærarii; *kir. kincstár főtisztsége.* Molnár Patv. 68.

Officium conservatoratus, *koronaőri hivatal.* Ger. Kronhüter-Amt. Sacr. Cor. O. 1. Art. 38. An. 1715: Et quia officium Præsidis Cameræ Hungaricæ nullam cum *officio Conservatoratus* Sacræ Regni Coronæ habere videtur incompatibilitatem. Art. Diæt. Pos. 57.

Officium cupri, præfectura in negotio cupri Viennæ instituta; *bécsi rézhivatal.* Magy. Tör Tár. XIII. 48.

Officium diœcesanum, quo sub præside generali vicario *aulici* pertinent; *egyházmegyei hivatal.* Kon. Egyh. 303.

Officium feudale inferius, *alsóbb hűbéri tisztség.* Juriev. Jur. Met. 178. Judicia Districtualia montana, etiam *officia feudalia inferiora* dicta, a substitutis in eo præcipue differunt, quod illa in negotiis feudalibus et iudicialibus procedant definiendo seu decisive substituta autem tantum instruendo seu informative.

Officium fidejussorium, mensa usuraria; trapeza feneratorum publica; *záloghivatal.* Ger. Pfandamt. Opin. P. II. Sec. II. Accl. (b) 2.

Officium frumentariatus, munus condi promi; *kasznárság.* Törvt. Msz.

Officium gremiale solutorium, curia domestica dissolvendis pecuniis; *belső fizető hivatal.* Ger. Zahlamt, Gremialzahlamt. Kass. P. P. I. 239. *gremiale solutorium officium.*

Officium indicans, idem quod *Ingrossista; lajstrom iró.* Szirm. Glos. 28.

Officium iudicatus montanorum, iudicium causis metallicis cognoscendis; *bányatisztség.* An. Sc. I. 124. an. 1327.

Officium manipulans, muneris officia exequens; *kezelő hivatal.* Törvt. Msz.

Officium monetarium, tribunal monetale; *pénzverő hivatal.* Münzamt. Törvt. Msz.

Officium montanum, V. *officium iudicatus montanorum.* Törvt. Msz.

Officium nobile, honor; locus honoratus; *nemesi tiszt, tiszteletbeli hivatal.* Ehrenamt. Törvt. Msz.

Officium notariatus, munus, partes notarii; *jegyzői hivatal.* Törvt. Msz.

Officium perceptoratus, collegium vectigalibus publicis præpositum; *adóhivatal.* Steueramt. Törvt. Msz.

Officium piarum summarum administrationis, munus piarum largitionum; *kegyes hagyományi pénzekre ügyelő tisztség.* Törvt. Msz.

Officium portuale, munus, præfectura portus; *révhivatal, kikötői hivatal.* Ger. Hafenamt, Portsamt. Kass. P. P. I., 40. Gubernium Regium Fluminense habet *Officia Portualia.*

Officium postale, præfectura cursus publici; *póstahivatal.* It. officio postale. Kass. P. P. I. 40. Gubernium Regium Fluminense habet . . . *Officia Postalia.*

Officium præfectoratus cassarum, munus præfecti ærarii; *pénztári hivatal.* Törvt. Msz.

Officium protocolli et exhibitorum, munus actorum publicorum consignandorum; *iktató.* Törvt. Msz.

Officium quæstorum seu **intelligentiæ,** munus explorandis rebus; *tudakozó hivatal.* Kudschaftsamt. Törvt. Msz.

Officium salis, curia rei salariæ; *sóhivatal.* Ger. Salzamt. Kass. P. P. 1., 239. penes Pestiense *Regium salis Officium.*

Officium sanitarium, viri sanitati promovendæ; *egészségügyi hivatal.* Germ. Gesundheitsamt, Sanitätsamt. Kass. P. P. 1., 40. Gubernium Regium Fluminense habet . . . *Officia Sanitaria.*

Officium silvanatus, præfectura saltuaria; *erdészeti hivatal.* Ger. Forstamt. Tag. Erd. II. 230.

Officium taxatoratus, munus census; *díjszabási hivatal.* Törvt. Msz.

Officium tricesimale, *harminczad-, vámhivatal.* Ger. Dreiszigtsamt. Opin. de histr.

Officium ustrinale, *olvasztó házi hivatal.* Faber. Jur. Met. 45. in quibus functionis (Ustrinæ Magister) in maioribus officiis adiunctum habet Contraagentem et Perceptorem et Scribam Ustrinæ, cum quibus *officium Ustrinale* constituit art. XL. O. M.

Officium vicariale, Aulici sub præside vicario in Capitulo; *helynöki hivatal.* Kon. Egyh. 303.

Offniza, tormentum curtissimæ formæ. Vocabulum Slav. originis est, ap. Bohemos *houfnice* vel *húfnica,* a quibus vocabulis ductum est Germ. Haubitze; *taraczk.* It. obice. Gall. obusier. Fr. Lib. Rt. II. 102. qui globulos magnos bombardarum mediocresque et *offnizarum* et strubnicharum aptarunt.

Offuscabilis, quod obscurari potest; *elhomályosítható.* Pel. De s. Anna s. II. c. 2. Nemo scit, utrum odio an amore dignus sit ratione cognitionis intellectus *offuscabilis.*

Ofpatinus, i, (Du C. sine interpret.) abbreviatio pro: *officii palatini; nádori hivatal.* Luc. Regn. Dalm. V. 2. Dipl. Mariæ R. Hung. Datum 1387. sub sigillo Butheo comitis Corbaniæ curiæ nostræ magistri *Ofpatini.* His præterea studuimus facere, sigillari sigilli prædicti *Ofpatini* curiæ nostræ, quia ad præsens sigillo caremus.

Oggerere, ob-gerere. Hic sensu transl. dicere, indicare, edocere; *szeme elé állítani.* Ger. vorhalten. Fej. VIII. Ad lect. XVI. regnum hucdum Hungariæ fuerat hæreditarium, non electivum, ut ipsemet Nicolaus IV. P. P. Alberto Austrio *oggesserat.*

Oggestio, exceptio, excusatio; *mentség.* Pfahl. Jus. Georg. II. 78. *Oggestio* vero sub 3. ex articulo 8. 1741, si non officit contributioni a Constitutivo sessionali, nec quidquam oberit Contributioni a terris remanentialibus.

Oggrunire, V. *Gloriosulus; reá röffögni.* Ger. anschnauzen.

Ograda, æ, (slov.) sepes, meta. V. s. *Gai; kerítés.*

Oka, æ, (ex arab. *wakijah, ûkijah,* cui respondet gr. *οὐγγία, οὐλκία.* lat. uncia), ponderis $2^1/_2$ librarum Viennensium V. *Ocha.* Kuk. Jur. II. 186. pro immunitando item gratuito Educillatore consuetos Sexerios 90 annuatim pendere, ac erga trium grossorum ab una urna, 40 *okas* faciente, receptam taxam per memoratum trimestre et respective quadrimestre educillare. Tör. Tár. 1881. 175.

Ökröm, Accus. vocabuli: *ökör,* quod bovem significat. Sirm. Hung. in Par. 131. Az ökör tsak ökör, ha Bétsbe hajtyák is, vel ut alii dicunt: *ökröm* dederunt, szamarum tulerunt.

Ola, pro: *olla.* Tör. Tár. 1890. p. 222: *olas* aëneas.

Olaibegus, subpræfectus apud Turcas; *alkormányzó.* Dec. Bar. 227. Illi accepto pro abside Georgio Erdelio viro clari generis, datoque rursus illi Subpræfecto (quem ipsi *Olaibegum* appellant).

Olaibekus, V. *Olaibegus.* Tör. Tár. 1889. p. 56.

Oleaginosus, 3., oleagineus; oleaginus; *olajnemű, olajos.* Vern. Met. II. 15. tunc vero pinguis *oleaginosa* inflammabilis ac odora substantia erumpit, quam sulphuris nomine exprimunt.

Oleator, olearius; *olajkereskedő, -készítő.* Fjp. Szám. p. 122. an. 1412.

Oleinosus, 3., oleo pinguis; *olajos.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 271.

Oleom, pro: oleum, sicut: arabicom etc. Kol. Cod. 50.

Oleositas, proprietas rei oleum continentis; *olajos tartalom.* Szentiv. Curios. Misc. 204. Quia est subtilius (acetum) quam aqua, ideo magis ligni poros subintrat et simul eiusdem *oleositatem* alligat, cum sit valde adstringens.

Olet lucernam, de re meditata multoque labore elucubrata; *megérzik rajta a lámpa szaga.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. p. 102.

Oleum lapideum, petroleum; *kőolaj.* Lzb. Cod. Med. III. 663.

Oleum montanum, petroleum, bitumen petroleum; *földolaj.* Ger. Bergöl. Lzb. Cod. Med. III. 441.

Olfandum, odores (ab. It. olfare=odorare); *füstölő szer, szagos szer.* Prot. inq. 282: et percepi . . . mirabilem fragrantiam, quasi essent imposita aliqua aromata et odorifera *olfanda* circa pedes eius et caput.

Olis, olus; *káposzta.* Schläg. 939.

Olivaceus, 3. oleaginus; *olajbogyószinű.* Alexy. 28. Imre Phil. 254.

Olivarius, i, olivetum; (Du C. olivarium); *olajfakert.* Han. Mon. Jur. II. 241: si *olivarij* sunt pastinati.

Olla crematoria, ahenum vino adusto coquendo; *pálinkafőző üst.* Arch. Rák. VIII. 357. Domus crematoria cum duobus Cubiculis unum pro . . . Cremando . . . *ollae Crematoriae.* Kövy El. 117.

Olla fumigatoria, fumisugium; *pipa.* It. pipa. Germ. Pfeife. Jogt. Eml. T. III. 317: Ex quo, ex *olla fumigatoria,* quam plurima incendia . . . intervenire soleant.

Ollar, ollare, operculum ollæ; *fazékfedő.* Pár. Páp.

Ollaris Deus, homo despectus; *bódog asszony katonája* (megvetett aláváló ember). Pár. Páp.

1. **Olmus,** pro: *holmus,* culmus, collis; *halom.* Cod. Dip. And. V. IV. p. 403: ex alia parte eiusdem *olmi* a parte meridionali.

2. **Olmus,** pro: ulmus; *szil, szilfa.* Ljub. Mon. Sl. II. 287.

Oloforus, (Du C.) vestis purpurea; *bíbor piros öltözet.* Nagy Hier.

Olokayr, cursor: nuncius volucer; *futár.* Kronst. III. 345. venit citus nuntius vulgo *olokayr.*

Omagio, onis, V. Homagium; *hódolás.* Ger. Huldigung. Marc. Chr. I. 5. omnem *omagionem* et reverentiam Regi Atylæ fecisse perhibetur. M. Flor. Fontes II. 111.

Omago, inis, (Du C.) idem ac homagium, quod est: reverentia, humilitas, submissio; *hódolat.* Chr. pict. Vind. 111. In quam Detricus de Verona cum principibus Germanie accedens omnem *omaginem* (omagionem) et reverentiam regi Atyle fecisse perhibetur.

Omelarium, liber homilias continens (Du C. omelarius); *szent beszédeket tartalmazó könyv.* Pár. Páp.

1. **Omelia,** oratio sacra; (a gr. *ὁμιλεῖν*) homilia; It. omelia; *evangyéliomi tárgyú szentbeszéd.* Száz. XIII. 684.

2. **Omelia,** pro: Homelarius, Homiliarius liber continens Sanctorum Homilias, quæ legi solent diebus Dominicis in Natali et in Festis Sanctorum propria Evangelia habentium. Series Ban. p. 11: (Dedi) III *omeliae.* Cod. Dip. Arp. Cont. I. 39. Fej. I. 302.

Omicidarius, i, homicida; V. s. *intravenire; embergyilkos.*

Omissibilis, quod neglegi potest; *elhagyható, elkerülhető.* Jos. Repr. 4. an. 1790: Legalis hæc, nulloque sub prætextu *omissibilis* Solennitas (i. e. inauguratio in regem) novem annis . . . neglecta est.

Omissivus, 3. Text. v. s. *Processus Tabularis; mellőzött, elhagyott.*

Omniens, res, quæ omnes res in se comprehendit, continet; *mindent magában foglaló.* Andr. Pann. 249.

Omnifacius, 3. (Du C. omnifarius) omnigenus; *mindenféle.* Ljub. Mon. Sl. XXII. 410. an. 1468. *omnifacias* improbitates . . . committentes.

Omnimode, omni modo; *minden módon.* Kass. Prax. I—II. pass.

Omnipræsentia, (Du C.). V. s. v. *Adessentia.*

Omnisciens, apud theologos scholasticos: omniscius (Du C.); *mindentudó.* It. omnisciente. Pel. Pom. De S. Andr. s. IV. c. 4. Christus autem Dominus *omnisciens* nunquam errare potuit.

Omnitudo, ratio, complexus omnium, universitas; *összesség, mindenség.* Vern. Met. 27. Judicii singularis forma est unitas, judicii particularis pluralitas, seu multitudo et Judicii universalis *omnitudo.*

Omphalister, culter secando umbilico; *köldökmetsző kés.* Germ. Nabelmesser. Pár. Páp.

Omphalopsichi,Omphalogyphi, alias: *umbilicani* ita dicti, quod inter preces semper umbilicum spectarent; *kőgyökösek.* Nagy Hier.

Oncia, æ, more it. pro: *uncia;* (Du C.); *uncia,* Száz. VI. 358. in ipsis fuit totum argentum minus due *oncie,* tamen cum deauratura cum florenis de auro decem.

Oneirocriticus, ad explicationem insomniorum pertinens; *álomjóslási.* It. d'onirocrisia. Czvit. Spec. 160. Prognosticon quadruplex, scilicet: Meteorologicum, Physiognomicum, Chiromanticum et *Oneirocriticum.*

Onerositas, proprietas rei onerosæ; *súlyosság, teher.* It. onerosità. Fej. IV. 2., 525. nec non expensarum plurima *onerositate* a nostra maiestate se agnoscant benigne remuneratos. Cf. Tertull. Cult. fem. 7.

Ongari, V. *Ducatus.* Car. Bel. De Maria. 39. Quid si ab his Andegavensium regibus Neapolitanis Floreni vocem esse derivandam adseram? in Neapolitanis primum ditionibus ob lilia in numis conspecta usurpatam. Hoc nomine vulgares olim aurei insigniti; immo ad hunc usque diem, aliqua forte ad Andegavensem in Hungaria gentem allusione, ab Italis *Ongari* dicuntur, quos ducatos nos dicimus.

Ongerus, i, numus aureus. Sim. Num. 76. Itali omnes aureos ubicunque cusos, sola voce *Ongeri* i. e. Hungaricos vocant, relicto dudum Florenorum termino, quem tota Europa ab iis traxit ad usum.

Onice, pro: unice. Tör. Tár. 1887. p. 75.

Onicus, 3., pro: unicus. Tör. Tár. 1887. p. 69.

Onire, pro: unire; Tör. Tár. 1887. p. 68.

Oniromantia, *(ὄνειρος + μαντεία); álomfejtés.* Germ. Traumdeuterei. Vern. Phil. Mor. 254. *Oniromantia,* qua ex somniis futura tamquam certo eventura prædicuntur.

Onocratulus, i, lege: onocrotalus, ὀνοκρόταλος. Schläg. 1759. onograculus, Ardea stellaris Linn.; *ökörbika.* Ger. Rohrdommel. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118.

Onograculus,V. *Onocratulus; ökörbika, dobosgém, bölönbika, nádibika.* It. onocrôtalo = grotto. Ger. die Rohrdommel. Schläg. 1759.

Onolatria, æ, adoratio asini, (gr. *ὄνος* et *λατρεία*)*; szamárimádás.* Hor. Mem. 73. de *Onolatria* christianis afficta.

Onus, 3., pro: unus. Tör. Tár. 1889. p. 373.

Onus actionale, mulcta in lite imposita; *perbeli teher.* Georch. H. T. III. 313. ezek ugyan külön-külön marasztaltatnak a vádbeli teherben (in *onere actionali*). Szirm. Glos. 8. absolvitur ab *onere actionali.*

Onus emphiteoticum, onus pensionarium annuum; *haszonélvezettel járó teher.* Eszt. Okm. p. 152.

Onus feudale, *hűbéri teher.* Vuch. Jur. Feud. 199. Debita feudalia aliter et *onera feudalia* dicuntur propter obligationem ea ex feudo præstandi.

Onus insurrectionale, pecuniæ expensæ tempore insurrectionis faciendæ: *felkelésre rótt teher.* Schwart. Scult. 191.

Onus non venientiæ, mulcta in ius non adeuntibus imposita; *meg nem jelenésnek terhe.* Georch. H. T. III. 162.

Onus perpetui evictoratus, onus perpetuæ sponsionis; *örök szavatosság terhe.* Georch. H. T. III. 348.

Onus personale, debitum; *adósság.* Törvt. Msz.

Onus privilegiatum, *kiváltságú teher.* Csaplov. Nucleus p. 62. *Onera privilegiata* ... sunt: onera publica, contributio, allatura uxorea debite ... edocta; dos legalis, merces fatigiorum medici et chyrurgi; servitorum item et mercenariorum, pretium medicinæ et funebrales expensæ; item fidei commissa, deposita, commodata, expensæ conscriptionis et conservationis massæ cridalis Georch. H. T. III. 152.

Onus prohibitionis, mulcta in casu prohibitæ imposita; *tilalombér.* Georch. H. T. III. 353.

Onus reale, bona onerans debitum; *a jószágon fekvő teher.* Törvt. Msz.

Onus repulsionis, idem ac Repulsa; *a visszaűzés büntetése.* Ger. Repulsions-Strafe. Jogt. Eml. T. I. p. 390.

Onus sententiæ, est gravamen et liberatio mulctæ; *az ítélettel járó bírság.* Samb. Tyrn.

Onus violationis sedis comitum parochiæ judiciariæ, mulcta in violationem iudicis imposita; *vármegye széktörés terhe.* Törvt. Msz.

Opera diurnalis, tempus operi faciundo; *munkaszak.* Ger. Schicht. Besztb. Levt.

Opera dominalis, opus, quod domino terrestri præstatur; *ur dolga.* Georch. H. T. III. 230. Hogy a törvényes remekszavak (termini technici) p. o. Testámentom, Prókátor, Urbáriom stb. a deák nyelvből a magyarba is becsusztak, e még tűrhető volna; de hogy az Ur dolgát *(operae dominales)* ama Tóthoktól kölcsönzött Robot szóval fejezik ki fölföldi magyarjaink, ezt már csakugyan nem tarthatom bocsánandó véteknek.

Opera illiberalis, ministerium; *szolgai munka.* Törvt. Msz.

Opera liberalis, ars; *tisztességes munka; művészeti munka.* Törvt. Msz.

Opera metallica, V. *Opera diurnalis.* Juriev. Jur. Met. 55. Quid est opera metallica? *Opera metallica (Schicht)* est certum et determinatum tempus, quo operarii montani labori metallico vacare tenentur.

Opera montana, V. *Opera* diurnalis; *napszám.* Besztb. Levt.

Opera Theatralis, drama musicum, melicum; *énekes-játék, dal-játék, dalmű.* Ger. Oper. Pest. Vár. Levt.

Operarius, i, curator ecclesiæ (Du C.) dignitas in collegiis Canonicorum et monasteriis, cui operibus publicis vacare incumbit; *egyházi gondnok.* Batty. Leg. III. 121. an. 1309. *Operarius* idem, qui olim defensor, mox vitricus, nunc curator ecclesiæ dictus. Batty. Ser. Episc. 27. *Operarii* monastica dignitas, quam nunc thesaurariatum vocant, in Capitulis Custos diceretur, ille enim fabricam procurabat.

Operarius montanisticus, *bányász.* Juriev. Jur. 42. *Operarii montanistici* (Bergknapen, Berg-Hauer) generatim vocantur illæ personæ privatæ montanisticæ, quæ in Fodinis aut earum Appertinentiis operas manuales erga certam suo legali modo stabilitam mercedem præstant.

Operarum Theatralium Cantator, cantor dramatis musici, melici; *operaénekes.* Pest. Vár. Levt.

Operarum Theatralium cantatrix, cantrix dramatica; *operaénekesnő.* Pest. Vár. Levt.

Operare, (Du C.) rem gerere; *hadi műveletet végezni.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 13. an. 1420. *operabis* cum ... peditibus.

Operata voluntas, quæ se in opere manifestat, in agendo, cui opponitur velleitas; *cselekvő akarat.* Andr. Pann. 244.

1. **Operatio,** curatio, quæ scalpellum desiderat; *műtét, gyógymetszés.* Ger. Operation. Reg. Turm. Præt. 81. hac enim scientia (Anatomia) destitutus, maiorem *operationem* suscipere haud potest. Wallaszky 554.

2. **Operatio,** onis, belli gerendi ratio; *hadművelet.* Cod. Alv. I. 7. Quod omnes bellicæ *operationes* contra Turcas et eorum confœderatos fient communicatis cum dicto principe consiliis. Arch. Rák. IV. 60.

Operatum Regnicolare, opus a regnicolaribus conscriptum; *országgyülési dolgozat.* Irodtört. Közl. VI. évf. I. f. 103. *Regnicolare operatumok* ... deputatio.

Operista, æ, actor, cantor dramatis musici, melici; *operaénekes.* Ger. Opernsänger. Operist. Opin. 1802. kk. §. 106. Personale teatrorum publicorum. *Operistae,* qua itinerantes Protectionali taxæ subsunt.

Opertorium lecti, lodix; *ágyterítő.* Arch. Rák. VIII. 348.

Ophitæ, a gr. *ὄφις,* Hæretici, qui serpentes instar Deorum colebant V. *Cainitae; kigyóimádók.* Nagy Hier.

Ophthalmicus, i, chirurgus scalpello medens oculis; *szemmütész.* Lzb. Cod. Med. T. II. 307: *ophthalmici* seu oculorum operatores ... Cf. Martial. 3., 74.

Opidaneus 3., populus et inhabitator oppidi; *városlakó.* Szék. Okl. I. 235. Cf. *Oppidaneus.* Cod. Theod. 12., 1., 38. sq.

Opidusculum, dem. ad oppidum; *kis község.* Pesty Ször. II. 258.

Opifices manualistæ, operæ; *kézművesek.* Georch. H. T. III. 154.

Opificialis, ad opificium pertinens; *mesterségi.* Arch. Rák. I. 18.

Opificium, ars, officium opificis; *kézművesség.* Ger. Handwerk. Szamosk. III. 31. Demetrius, qui ex sordido *opificio* et vitam tolerabat et nomen Tonsoris habebat. Brut. Hist. I. 86., 7.

Opilatio, pro: oppilatio, alvus astricta, obstructa; *dugulás.* Andr. Pann. 39. Vinum... *opilationem* splenis et epatis *operit.*

Opilionatus, us, officium opilionis et locus, circuitus pastionis; *juhtenyésztés.* Arch. Rák. VIII. 362. Dantur duo greges ovium, quorum unus in Csernoholowa, sub *opilionatu* Joh. P. existit.

Opinative, ut opinor; *vélemény szerint.* Arch. Rák. IX. 512.

Opinativus, 3., opinabilis, opinatus; *gondolt, gondolomra, körülbelül való.* It. opinabile. Ger. vermuthlich. Monm. Comit. I. 71. Numerum *opinativum* ego descripsi, ut scivi.

Opinio, sententia; *itélet.* Törvt. Msz.

Opinio fidei, falsa religio, superstitio; *babonás hit.* S. de Kéza Chr. I. 4., 1: in quibus iuxta suæ *opinionem fidei* spem maximam apponebat.

Opinionistæ, (Du C.) Hæretici ab opinione sic appellati, quod dicerent, nullum verum Christi vicarium esse eorum, qui post Petrum fuere, nisi, qui paupertatem Christi imitati essent; *tévvéleményesek.* Nagy Hier.

Opistographus,3. (gr. ὀπισθόγραφος) in averso latere paginæ scriptus; *hátul teleírt.* Wallaszky 60. charta libri non est *opistographa,* sed adversa parte tantum conscripta. Cf. Plin. Ep. 3., 5. Ulp. Dig. 37., 11., 4.

Opitulamen, auxilium; *segitség.* An. Sc. I. 149. an. 1499: subvenire et *opitulamini* fore. Fej. VIII. 2. 533. *opitulamine* nobis divine gracie suffragante. Cod. Zi. III. 551. Cod. Dip. And. II. 352., 404.

Opitulantia, æ, opitulatio, ops, auxilium; *segitség.* Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 437.

Oporopola, æ, fructuarius propola, pomarius; *gyümölcsárulό.* Pár. Páp.

Oppantum, (Du C.) Velum in scena, quod undique panditur; *szőnyeg, teritő.* Nagy Hier.

Oppidanensis, e, ad oppidum pertinens; *városi.* Szék. Okl. I. 245.

Oppignorabilis, quod in pignus dari potest; *elzálogositható.* Bék. Pil. II. 272. an. 1380. sunt venales et *oppignorabiles,* cui ipsi voluerint.

Oppipare, pro: opipare, laute; *fényesen, pompásan.* Tör. Tár. 1887. p. 112. *oppipare* est exceptus.

Opploratio, actus opplorandi; *mellette vagy előtte való sirás.* Fabó. Monm. Evang. II. 301. Hinc august. imperator Carolus VI. multis variisque *opplorationibus* ven. cleri victus.

Oppone, ex adverso; *szemközt.* It. all' oposto. Georg. Sirm. I. 209. Cumque ad vadum pervenimus iterum *oppone* arcis Thocaj.

Opportune, importune, nolle, velle; *akár akar, akár nem, kellet-kelletlenül.* Pril. Abact. 45.

Oppositio, actus repugnandi, retistendi (ap. Fin. alio sensu); *ellentállás.* It. opposizione. Kövy El. 748., 749. *Oppositio* est Juridicum remedium licet inproprie ita dictum, quo exequendus, Judiciariam executionem sententiæ, in causa brevis litis, violento quodam facto turbat vel impedit.

Oppositionalis, ad actum repugnandi pertinens; *ellentállási, ellenzési.* Kövy. El. 372. Kass. Jur. Civ. I. 6.

Oppositum, oppositus, us, oppositio, res opposita; *ellentét.* It. opposto. Vern. Met. 41. Est ergo congruentia intuitiva æqualitas et similitudo quantitatum, eius *oppositum* incongruentia appellatur. Georch. Ért. 60.

Opprimere, corrumpere mulieres, stuprum afferre alicui; *meggyalázni.* S. de Kz. Chr. II. 2. 2: uxores filiasque Hungarorum ubicumque Petrus rex ambulabat, violenter *opprimebant.*

Opprimerunt, pro: oppresserunt. Batty. Ger 103. pauperes *opprimerunt.*

Opprobriose, turpiter, contumeliose; *gyalázatosan.* Száz. XX. 694.

Oppugnaturire, verbum desiderativum ab: oppugnare; *ostromolni akarni.* Szamosk. III. 204. *Oppugnaturientes* istos non difficile fuerit tormentorum telorumque procellis reijcere.

Oprawa, æ, (vox slav.) refectio; *tatarozás, javitás.* Sup. An. Sc. I. 186. an. 1440. solvit . . . quatuor grossos ratione *oprawae.*

Opressitudo, inis, angustiæ, necessitudo, miseria; *szorult állapot, elnyomatás.* It. oppressione. Georg. Sirm. I. 241. Tace, tace, pater mi Gaspare Judex, audivi et prescivi tuam *opressitudinem* adhuc in Regno Polonie.

Optencionalis, ad actum obtinendi pertinens; *kézbesitést bizonyitó.* Szék. Okl. III. 90. literæ *optencionales.*

Opticum theatrum vel *speculum,* speculum ad fallendos oculos factum; *bűvös tükör.* Ker. Nap. 318.

Opticus, i, perspicillorum artifex; *látszerész.* Pest. Vár. Levt.

Opticus, 3., (ὀπτικός) ad spectandum idoneus, accomodatus; *látó. Opticus tubus, tubulus:* tubus, tubulus ad spectandum, cuius opera etiam ea, quæ longe absunt, aspici possunt; Græca voce telescopium; *látócső, messzelátó.* Gall. télescope. Rák. Ön. 217. l. 9—12. (11.): . . . vidi navem . . . ac curiosius illam *tubo optico* examinans cum armatam esse credidissem, navarcho demonstravi. Rák. Ön. p. 22. l. 28—29. (29.): . . . summe delectabar *tubulis opticis* . . .

Optimates, Apud veteres erant proceres, primores, patres ap. Græcos *οἱ δύνατοι, οἱ ἀριστῆες, οἱ ὀλίγοι.* Aetate, quæ media vocatur, sunt Barones, Vasalli, qui dicioni regis subiecti erant. die Optimaten; *jobb ágak, előkelők, ország nagyai.* Marc. Chr. II. 64.

Optimissime, optime. Tör. Tár. 1887. p. 532. *optimissime* factum.

Optinere, vincere; *nyerni, nyertesnek lenni.* It. ottenere, vincere. Georg. Sirm. I. 377. Et inde equites Turci cum Hungaris inter se exercebant pugillum, tanquam falcones inter se, sed semper Hungari *optinebant.*

Optio, quum facultas datur e vacantibus beneficiis ad voluntatem unum eligendi (Du C. al. s.); *szabad választás, a javadalomba való juthatásnak egyik neme,* mely szerint némely káptalan és testületnél az idősb tagok bizonyos meghatározott idő alatt a collegiumban üresedésbe jött más állomást, czimet vagy egyéb előnyt válogathatnak, illetőleg azokra nézve fokozatos előléptetési igénynyel birnak. Kon. Egyh. 179.

Optionalis, libero arbitrio commissus; *szabad választásra bizott.* Szer. Not. p. 115: Super divisione parvarum decimarum *optionalium* . . . facta est isto modo. Kövy El. 454.

Optionaliter, cum potestate eligendi; *szabad választás utján.* Jogt. Eml. I. 447.

Opus conscriptionale, recensus populi; *népösszeirás.* Pest. Vár. Lev.

Opus cornutum, *szárnyas védmű.* Szentiv. Cur. Misc. 358. *Opus cornutum* est, quod duo dimidia versus hostem habet propugnacula.

Opus coronatum, *kerek védmű.* Falud. Arch. 61. *Opus coronatum* est pars munimenti habens dimidiata propugnacula, in medio unum vel plura integra; dicitur coronatum: quod munitionem circumcingat et coronet.

Opus encausticum, opus vitri metallici; *zománcz.* Arch. Rák. VIII. 351. Collare pro caniculo ex serico et aureis filis intertextum cum ansula ex argento, *opere encaustico* vulgo *zománcz* adumbrata.

Opus filograneum, opus e filis aureis etc ductum; *filigran munka.* Wallaszky 427.

Opus habeo, opus mihi est; *szükségem van.* Cod. Dip. Brüss. III. 44. *opus habeamus* bono numero peritorum bombardariorum.

Opus magistrale, artis specimen; tirocinii ponendi prærogativa; *mester remek.* Ger. Meister-Stück. Pár. Páp.

Opus periodicum, ephemeris, libellus menstruus; *folyóirat.* Rév. Pl. 85.

Opus phelloplasticum, (a gr. φελλός); *dugaszminta.* Schrőer. Arch. Gr. et R. 24. Cognoscendæ architecturæ priscæ inserviunt *opera phelloplastica,* Korkmodelle.

Opus plumarium, *plummos munka.* It. niello, niellare (Zierath in Gold und Silberarbeit) Nielloarbeit. Kecsk. Ötv. 163. Arch. Rák. VIII. 322. unum reliquiarium *opere plumario* factum.

Opus spicatum, *kalászos mű.* Ger. Häringsgrätenbau. Száz. XI. 706.

Opus striatum, *csíkos, sávos mű.* Ger. streifiges, gerieftes Werk. Oláh. Cod. Ep. 552. Is (ensis), ut spero, tibi arridebit et propediem habebis, capulum et reliqua ornamenta inaurata *opere striato* sunt.

Ora, monetæ species. Sim. Num. 137. Alter (numus) *Ora* dictus minus erat usuaiis et ideo etiam valor eius nimis erat varius et erat cusus ad normam Romanorum aureorum serius cusorum et Galliæ solidorum. Ex quo iterum adparet, quod aurei solidi et Marcæ pro eadem significatione aliquando sumantur.

Oracula loquitur, *kétes dolgok,* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 121. *Oracula loquitur.* Id est: certa et indubitata.

Oraculum, auctoritas, vis; *erő.* Oraculo vivæ vocis: *élő szóval.* Cod. Dip. Arp. V. 55. Confessus est *oraculo vive vocis.* Szer. Not. p. 29.

Oraculum litterale, litteræ, scriptum; *irás, irat.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 164. que omnia per singula longum esset *litterali oraculo* recitare.

Oral, V. *Fano* 2. Cher. Jus. Eccl. II. 146. Pontifex R. utitur insuper Subcinctorio et fanone seu *orali;* illius nomine venit Subcingulum, quod teste Durando dependet a cingulo.

Orales Invitatoriæ, (litteræ); *személyesen meghivó levél.* Kov. Form. St. CXLVI. *Orales invitatoriae* ad nuptias.

1. **Oralis,** 2. præsens; *szóbeli.* It. verbale, a voce. Vern. Log. 287. nihil tamen prohibet, quominus etiam *oralis* institutio mutuæ cogitationum communicationis formam assumat.

2. **Oralis,** (Du C.) sudarium, quo os abstergitur; *kezkendő.* Ljub. Mon. Sl. XI. 231. an. 1324: *orales* de seta.

Oralis fides, religio falsa; *álhit.* Ger. Maulglaube. Otia. Bachm. 369. *Oralis Fides* (in germanico sonat: Maulglaube) res est periculosa, quia sub spe vitæ æternæ (cuius consecutionem *orali* sua *Fide* sibi promittit) ducit hominem ad æternam damnationem.

Oralis, (portio) ex voc. os, oris, quod ad os pertinet; alimentum annona; *táplálati illetmény.* Cod. Alv. II. 185. Quantum Tran-

sylvania propter Lápos et Kővár districtibus assignatas sex mille *portiones* utpote 3880 *orales* et 2120 equiles portiones in pecunia ad sex menses imposuit. Törvt. Msz.

Oraliter, verbo, *szóbelileg.* Cod. Dip. Arp. V. 142. Lodomerius ex Coth retulerunt in causa, quæ inter ipsos ratione prati cuiusdam versabatur, arbitrio et ordinacione proborum virorum *oraliter* concordasse.

Oramen, (Du C.) invocatio, preces; *ima, imádság.* Nagy Hier.

Oramitum, mendum pro: *axamito,* quod idem est ac *Estametum,* quod vide. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 278. Clamis de sciarlato . . . dipleis vel zuppa de zendato vel de *oramito.*

Orariæ baccæ, globuli precatorii: *olvasó.* It. rosario. Ger. Rosenkranz, Paternoster. Veranrs. Hist. 1., 313. Post *orariae baccae* nostri moris e vitro factæ.

Orarium, 1. amiculum, fasciolum, 2. (sudarium Du. C.); *1. kezkendő, 2. nyakfüggő.* 1. Kaprin. Eloq. I. 13. Crebro manibus pedibus, immo iactatis etiam *Orariis* seu amiculis et fasciolis plausus dabant. 2. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 277. Pár. Páp. Batty. Leg. III. 254. an. 1370.

Oratio præsentatoria, *bemutatási beszéd.* It. orazione di presentagione. Ger. Vorstellungsrede. Fábó. Monm. Evang. 331. Laudavit hunc comitem et quidem ex vero, uti alibi ita imprimis in *oratione praesentatoria.*

Orationalis, ad orationes pertinens; *ima...* Tör. Tár. 1886. p. 573. liber *orationalis.*

Orationalum, orationale. V. s. *Mattinale.*

1. **Orator,** (in scholis saxonicalibus); *ügyvéd, vádbeszédtartó.* Teut. Schul. I. 230: *Orator,* præfectum ex ordine sequens, ad ea, quæ necessaria sunt, publice dicenda, constitutus est; quare die iudicii . . . causam congressus breviter doceat . . . Causam Cœtus Scholastici . . . honeste agat . . . signorumve inter Studiosos latinitatis exercendæ causa vigentium curam gerat. Præterea festis sollemnioribus . . . orationem latinam declamabit . . . Száz. XXII. 563.

2. **Orator,** legatus; *követ.* Ger. Gesandter. Kronst. 1., 631.

Orator (cehæ), causidicus fraternitatis; *czéhügyvéd.* Opin. P. II. Sec. II. Cap. IV. art. 9.

Orator continuus, legatus; *állandó követ.* I. Rák. Gy. 207. B. S de S. *continuo* in fulgida porta ottomanica *oratori* nostro.

Oratoriolum, parvum oratorium; *kis imaház.* Arch. Ver. Sieb. XI. 386.

1. **Oratorium,** (Du C.) ædes sacra, ubi orant; *imaház.* Pécsi főgymn. Ért. 1894/5. p. 7.

2. **Oratorium,** *oratorium.* It. oratorio. Greg. Aesth. 134. Quas vocant Cantatas *(oratoria* sunt religiosæ cantatæ) sunt potissimum poëmata lyrica.

Orbanitas, urbanitas, humanitas; *előzékenység, finom magaviselet.* Tör. Tár. 1887. p. 457.

Orbes quadrangulares, *tányér (négyszögletes).* Thök. Diar. II. 378. *Orbes* argentei *quadrangulares* ponderantes marcas numero 50 fl. 225.

Orbicularis, orbiculatus; *kerekded.* Ger. rundlich. Mol. Sis. C3: Non fuisse usum hostiarum *orbicularium* in Sacramento cœnæ. Cf. Marc. Empir. 4.

Orbiculus, i, patella; *tányér.* Thök. Diar. II. 249. Ex relatione Jelenik scit apud Schedel 16 pocula argentea et *orbiculos* argenteos 48 fuisse.

Orbis, patella; *csésze, tányér.* Arch. Rák. VIII. 351. Unus *orbis* pro porrigendo potu cum fracto pede.

Orbis mensalis, catillus mensæ; *asztaltányér.* Arch. Rák. VIII. 354. *orbes argentei* mensales Nro 16.

Orbitarii, an. 1198. ex Waldensibus orti hæretici: negabant b. trinitatem, Christi divinitatem, resurrectionem carnis, extremum iudicium, sacramenta, et quum vagarentur, inde ita dicti; *tekergő tévelygők.* Nagy Hier.

Orbus, 3, cæcus; vak. It. orbo. V. s. *Vercanus.*

Orchestrum, pulpitum; *emelvény.* Diar. Com. 116. Ordinibus ad majus Regni Palatium . . . congregatis . . . intervenit ipsa quoque Regina acclamationibus faustissimis excepta et in *Orchestro* holoserico rubro iuducta consedit.

Orcistrum, suggestus, pulpitum; *szószék, emelvény.* M. Flor. Fontes II. 167. Plebs autem constituit sibi præpositos, quibus præparaverunt *orcistrum* de lignis, unde ab hominibus possent videri et audiri.

1. **Orda,** æ, horda, tribus tartarorum; *tatárcsapat.* II. Rák, Gy. 239. Magnus Princeps *Ordarum.* Szilády Tör. Magy. Eml. IV. 453.

2. **Orda,** æ. (Du C.) tentorium, statio; *sátor.* Gall. tente. Fej. IV. 1., 431. Tum ad *tentorium* sive *ordam* ipsius ducis ductum fuit ib. 2., 275. dicitur Curia *Orda* lingua eorum (sc. Tartarorum) 1., 434. *orda* sive curia patris I. 435. aliud tentorium, quod apud eos appellatur *orda* aurea.

Ordalium, Judicium Dei; *istenítélet.* Ger. Gottesurtheil. Zsigm. Hist. 112. Dis. de Ferr. Caud. § 4. Audiebant alio titulo etiam purgationes (Judicia Dei); item, judicia probabilia, Hottomannus probationes furiosas nominavit. Jus canonicum purgationibus vulgaribus nomen dixit. Saxones et Angli *Ordel* nuncupabant, voce ex antiqua anglorum *Or* magnum et *dael* judicium, ut vult Hoffmannus derivata. Sufficit ævo, quo isthæc usu recepta fuere iudicia, vocabulum hoc a Scriptoribus latinis civitate latina, si quam stilus eorum meruit, fuisse donatum et ab iis vocem: *Ordalium* passim usurpatam.

Ordeaceus panis, hord. panis; *árpakenyér.* Ger. Gerstenbrot. Kronst. I. 455.

Ordere, mandatum, ordinatio, a Gall. ordre; *rendelet, parancs.* Arch. Rák. VIII. 169. *ordere* ad agendum.

Ordinabilis, regulæ conveniens, (Du. C. ordinandus), *szabályszerü.* Cod. Dipl. And. V. IV. p. 525: interveniente . . . *ordinabili* composicione proborum virorum.

Ordinabiliter, (Du C.) ex ordine, composite; *rendesen, kellően.* It. ordinatamente. Thom. Archid. Hist. Sal. 366. vocavit fratres de Capitulo et in eorum præsentia satis bene et *ordinabiliter* condidit testamentum. Knauz. M. E. Str. II. 72.

Ordinale, is, (Du C.) alias Breve vel Carpsum vel Consuetudinarius, Ordinarius, Officialis etc. liber ritus continens; *szertartás könyve.* Száz. XXVII. 347.

Ordinaliter, composite, ordinatim; *rendben, rendesen.* Vjestnik I. 142. an. 1462. debeat *ordinaliter* regere et iustitiam ministrare.

Ordinamentum, (Du. C.) Mandatum, præceptum; *rendelet, parancs.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 415. Hæc sunt *ordinamenta,* que dominus Dux cum Majori parte sui Consilii Minoris et majoris dat hominibus Arbi. Knauz. M. E. Str. II. 356., 358.

Ordinancia, mandatum (Du C.); *rendelet, parancsolat.* Gall. ordonnance. Beth. G. lev. 278., 228.

Ordinans, duci a ministerio datus capitaneus; *szárny, segédkapitány.* Ger. Ordonanz. Acch. Rák. VIII. 377. *Ordinans* kapitány Bátory uram, *Ordinans* karabélyosok.

1. **Ordinantia,** æ, V. *Ordinancia.* Thök. Diar. II. 15. *Ordinantia* ratione promovendorum versus Cassoviam tormentorum. Cod. Alv. I. 12.

2. **Ordinantia,** æ, ordo; *rend, rendezés.* Jogt. Eml. T. III. p. 72: ad refrenandam hominum audaciam bonamque comitatus disciplinam ac *ordinantiam.*

1. **Ordinare,** sacro ordine initiare; (Du C. 3.); *avatni.* It. ordinare. Ger. ordiniren. Cher. Jus. Eccl. II. 18. Scrutinium *Ordinandorum.* Ne vel dotibus necessariis destituti vel etiam vitiosi in Sacrum Altaris munus irrepant, Sacri Canones triplex Scrutinium præscribunt, quoad illos, qui sacris ordinibus initiari volunt. 1. Nomina eorum, qui ad sacros ordines promoveri cupiunt, uno mense ante *ordinationem* in Ecclesia publicari præeipit Concil. Tridentinum. Batty. Leg. II. 99. (Decr. S. Ladisl.) Auctore Battyano ordinari dicebantur Monachi et Monachæ, dum tondebantur et habitum Adsumebant.

2. **Ordinare,** præscribere (ap. medicos Du C.); *rendelni* (orvosságot). Bene. Med. I. 254.

3. **Ordinare,** (Du C. 2.) præcipere, iubere; *rendelni, rendelkezni.* Cod. Dip. And. I. 362., 401. comes . . . taliter *ordinavit.* S. de Kz. Chr. A. 1. 1: A. 2; 2.

4. **Ordinare,** faciendum curare; *megrendelni.* Cod. de Sztóra. II. 450. totidem cussinorum tecturas de bisso *ordinatas.*

Ordinare pacem, pacem componere; *békét helyreállitani.* S. de Kz. Chr. II. 2., 3. Aba nuntios mittens ad Cæsarem probavit, si cum eo *pacem* posset *ordinare.*

Ordinaria, æ, cursus publicus ordinarius (Du C. al. s.); az Ausztriába beütött kuruczok által elfogott *bécsi rendes pósta.* Arch. Rák. IV. 52. VIII. 118. tartoznak *ordináriát* és staffétát az Commandirozó generálisokhoz küldeni.

Ordinariatus, us, potestas, magistratus episcopalis; *a püspöki hatalom a megye határai között rendes, azaz már a nyert püspöki hivatallal járó, mely isteni jognál fogva őt illeti,* miért a püspök *Ordináriusnak,* maga a püspöki hatóság *Ordinariatusnak* is neveztetik. Oltv. Act. Synod. 57.

Ordinarium, mandatum, præceptum ex lege; *rend szerént való parancsolat.* Georch. H. T. IV. 276.

1. **Ordinarius,** i, (Du C.) liber ecclesiasticus regulas, præscripta rituum totius

anni continens; *szertartás könyve.* Száz. XXVII. 347.

2. **Ordinarius,** i, (Du C.) loci episcopus, qui habet ordinariam iurisdictionem in causis ecclesiasticis; *megyés püspök.* Száz. XVIII. 446. *Ordinarius* Strigoniensis.

Pædonomia, pædagogia; *gyermeknevelés.* Irodt. Közl. VII. I. p. 58. *Paedonomia* Scholastica.

Pædonomus, (Du C.) pædagogus; *gyermeknevelő.* Nagy Hier.

Pædotriba, æ, (pr. παιδοτρίβης), præfectus curator alumnorum; V. s. *Synergus; tanító, vezető.*

Pædotrophium, *Brephotrophium* q. v.

Pænalitas, (Du C.) mulcta, supplicium; *büntetés.* Pel. Dom. II. Adv. s. I. c. 6.: Mallent reprobi in æterna *paenalitate* persistere. Opin. P. II. Sec. I. Art. 20.

Pæniteri, pro: me pænitet; *megbánni valamit.* Reg. S. Ben. 3., 25. Omnia fac cum consilio, et post factum non *paeniteberis.*

Paga, æ, (Du C. 2.) solutio, stipendium; *fizetés.* It. paga. Száz. XXIV. 300. dando balistariis *pagam* duorum mensium. Dip. Reip. Rag. 322. Epist. Proc. P. III. p. 87.

Paga mortua, fors. beneficium annuum usque mortem duraturum; *nyugdíj.* Ljub. Mon. Sl. IV. 8. an. 1359: Conceditur Jacobo... qui tempore guerre contra Hungaros stetit in castro... una *paga mortua.* ibid. XXII. 128. an. 1458.

Pagacha, æ, placenta, libum; *pogácsa.* Ger. Kuchen. Kuk. Jur. I. 117. an. 1350: solvent... duas *pagachas* et cubulum.... avene.

Pagachia, æ, V. *Pagacha.* Tkal. Mon. Ep. I. 28. an. 1213.

Pagagia, æ, impedimentum, sarcinæ; *podgyász, málha.* Gal. bagage. Száz. VII. 17.

1. **Pagamentum,** (Du C.) a pacare. It. pagare = *solvere,* solutio; *fizetés.* Knauz. M. E. Str. I. 524., 683. Fej. IV. 3. 271. Cod. Dip. Arp. Cont. VIII. 160. Tör. Tár. 1891. p. 169.

2. **Pagamentum,** numerus; *szám, pénzérték.* Numi Hung. 21. ille marcam denariorum ad pondus Budense in octo præcise pensis = 320. denariis, item marcam numeri Budensis sive *pagamenti,* in qua 8 pensis adiiciebantur 16. denarii = 336. denariis defixit. Pár. Páp.

Pagania, servitium rusticum; *paraszt kötelezettség.* Schwart. Scult. 77. Non multo postea communis ceterorum rusticorum obligatio eisdem iniecta est, quin modus prior servitiorum *(Pagania),* ad lubitum Abbatis æstate præsertim, præstandorum, normamque urbarii excedens, temperatus fuerit.

Paganismus, 3., ad paganos pertinens. Hæc adj. forma nusquam invenitur; *pogány.* Marc. Chr. II. 19. *Paganismis* ritibus dediti et instructi. M. Flor. Fontes II. 158. totam Hungariam *paganisma* ydololatria corrupisset.

Paganizantes, paganorum superstitiem profitentes; V. *Eiacitae; pogányoskodók.*

Pagare, (Du C.) solvere; *fizetni.* It. pagare. Urk. Sieb. II. 451. an. 1376. faber... maledicens... undecim denarios *pagabit.*

Pagasia, V. *Pagagia.* Arch. Rák. IX. 552.

Pagella volans, libellus in vulgus emissus; *röpirat.* Ger. Flugschrift. Nagy Hier. Törvt. Msz.

Pagellus, i, (Du C.) dimin. a pago; *falvacska.* Rák. Ön. 137. *pagelli* ecclesia. Rák. Ön. 304.

Pagensis, villanus; *falusi.* Kövy El. 450. Quoad oppidanos et *Pagenses* seu Villanos Judices, Dominus Terrestris debet invigilare, ut de publicis proventibus rationes dent.

Pagimen, pro: *Sagimen; emberháj.* Ger. Schmeer. Schläg. 426.

Paginare, paginas libri percurrere; *lapozni.* blättern. Törvt. Msz.

Pagnota, (Du C.) domus eleemosynæ, sic dicta a pane; *irgalom-, alamizsnaház.* It. pagnotta. Nagy Hier.

Pagus, Comitatus; *megye.* Tör. Tár. 1887. p. 516.

1. **Paisanus,** i, colonus; *földmívelő, paraszt.* It. paesano. Star. VI 168. an. 1325. et tocius dominii *paisanorum;* et passim.

2. **Paisanus,** 3., rusticus; *paraszt...* It. paesano. Ljub. Mon. Sl. XVII. 139. an. 1422: uxor *paisana.*

Paisium, terra, regnum; *ország.* It. paese. Gall. pays. Ljub. Mon. Sl. XXI. 40. an. 1430: sumpta... informatione de conditionibus *paisii.*

Paisnaticum, militia tumultuaria; *népfölkelés.* Ljub. Mon. Sl. XXII. 447. an. 1469: cum omni celeritate debeat ordinare *paisnaticum,* mandando omnibus, ut parati et instructi maneant... ut venientibus Turcis... operari eos possit.

Paketum, i, sarcina, volumen; *csomag.* Ger. Packet. Száz. XXII. 410., 490.

1. **Pala,** (Du C. 2.) subucula; *ingféle.* Prot. inq. 199: et unam *palam* de stagna (dedit) mihi, que habebat multas cordas de piliis ciliciis admodum retis, quam super pectus subtus vestes portavit, quando erat parva puella.

2. **Pala,** æ, (Du C.) vestis, qua altare contegitur, super quam extenditur corporale; *oltárabrosz.* Ljub. Mon. Sl. IX. 151. an. 1411: pro reparatione *pale* altaris. Szered. Ser. Episc. 187. an. 1525. corporale cum pulcherrima *pala* sive custodia.

3. **Pala,** (Du C. stipes) *palus*-i; *karó.* Jogt. Eml. T. I. p. 496. duodecim *Palarum* ictu.

Pala præpilata, pala ferro munita; *vas lapát.* Ger. beschlagene Schaufel. Iter Oec. 295.

Palacium, i, maior aula (Du C. domus excipiendis hospitibus); *ebédlő terem.* Ger. Speisesaal. Thök. Diar. II. 365. Computatio in arce Munkacsiensi omnium januarum, fenestrarum et omnium fornacium... 18. Domus, continens januas bonas 2., 19. *Palacium* deauratum, januam simplicem 1. Fenestræ vitreæ, plumbis applicatæ, destructæ nro 4. Fornax pulchra, variegata 1., 20. atrium, continens januas simplices.

Paladinus, i, qui in Palatio militat eques; *lovag.* Ger. Paladin... Cod. Telek. X. 426. viros J. M. ac N. S. de Bona et *paladinum* petri de lucharis... suscepimus... Cives nostre Civitatis Ragusiensis.

Palamarium, (Du C. palmaria) chirothecæ species, quæ manuum palmas tegit; *keztyű.* Ljub. Mon. Sl. XI. 152. an. 1344: *palamaria* II de sartia, timone I. conneze, II. fornide... banestreria XVI.

Palancha, æ, vallus; *védmű, palánk.* It. palanca. Szil. Tör. Magy. Eml. VI. 56. Voluit proficisci contra fortalicium ante Canisam et alias *palanchas* in confiniis extruere. 175. ut Arces vel *Palancha* a Romanorum Imperatoris militibus in Transilvania occupatæ restituantur. 176. Germani milites exibunt ab arcibus et *Palanchis (Palancis)* Transilvaniæ. Tör. Tár. 1881. p. 81.

Palanchum, contextus et series palorum. V. s. *Arganum; karózat.* Gall. pallissade.

Palandarium, i, navis pyrobolaria; *ágyúnaszád.* It. palandra. Ger. Bombardirschiff. Adelm. De orig. Turc. 13. Classis thurcorum imperatoris continet ad summum vela CCCC. supputatis navibus triremibus, biremibus, *palandariis,* grippis et aliis omnibus Navigiorum, que capit circiter hominum XXX milia et ipsa parari solet Constantinopoli.

Palanga, æ, (Du C.) fustes teretes; *stempely.* Gall. palan. Comen. 87: Operarii... conducuntur, ut vectibus tollant, *palangis* volvant.

Palanitas, atis, V. *Palatinatus.* Georg. Sirm. I. 76. Et ergo permanserat in *palanitate* sua ad venturitatem Regis Ludovici.

Palanka, æ, (Du C. palancatum) contextus et series palorum; *palánkolat, karózat.* Gall. palissade. Tör. Tár. 1888. p. 713. arces et *palankam* fossa et aqua munitam. Thök. Diar. 627. Kat. Hist. IX. 496.

Palankus, i, ab Hung. *palánk* = septum; *erőd.* Ac. Com. Sopr. p. 185: ut... Comitatus... cum suis Arcibus, *Palankis* et Pagis... nullo modo... molestentur.

Palata, æ, V. *Palanchum* (Du C. 1.); *karózat.* Ger. Pfahlwerk. Rač. Mon. Sl. XIII. 189. an. 1357: fingantur rect. figantur palli... ad *palatam.*

Palatina, æ, uxor Palatini; *nádorné.* Arch. Rák. VIII. 137. Domina *Palatina.* Rák. Ön. 138.

Palatinæ artes, artificium, dolus, adulatio, fraus, simulatio fors. pro: *paleatinae artes,* a *paleatus,* quod bicolorem significat; *kétszínűség.* Galeoti. 29. Erat enim decora facie, eloquentia miti, gestu blando et qui sub agnina pelle lupum celaret, qui quidem simulatione et *palatinis artibus* fallacibusque blanditiis non sine viperino complexu... omnes fere Hungariæ principes fefellit.

Palatinale judicium, tribunal ita dicti Palatini; *nádori itélőszék.* Törvt. Msz.

Palatinalis, ad palatinum pertinens; Palatinalis homo; *nádorispán embere.* Cod. Dipl. Pat. V. 140., 190. Ut prelibatus *homo palatinalis...* introduxisset prescriptum Capitulum Wespremiense in dominium. Törvt. Msz. Cod. Zi. III. 604. presencia *palatinalis,*

Palatinatus, us, officium et munus palatini; *nádori hivatal, nádorság, nádori méltóság.* Fej. X. I. 678. Törvt. Msz. Cod. Dip. Pat. VI. 321., 430. II. Rák. Gy. 35. Knauz. M. E. Str. I. 603., 777. Tör. Tár. 1888. p. 517.

Palatinianus, 3., ad palatinum pertinens; Domina Palatiniana V. **Palatina;** *nádori.* Thök. Diar. II. 236. Paria assecuratiotionis Domini Melchioris Keczer, Dominæ quondam *Palatinianae* in Arce Murány datæ. Formula concambii sive contractus Dominæ *Palatinianae,* ratione dictorum pagorum.

Palatinissa, æ, V. *Palatina.* Magy. Tört. Tár. I. 157. Cod. Telek. X. 77.

Palatinus, i, (Du C.); *palotás báró, nádorispán.* F. Forg. Comm. XIII. 258. Quod apud Lacedæmonios ephori, apud romanos tribuni plebis, idem Ungaris est *palatinus,* penes quem pace belloque secundum regem summa potestas; populi inventum ac proprius magistratus; causarum inter regem populumque iudex, quin et regni arbiter. Száz. III. 147. Georch. H. T. I. 15. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. I. 211. Catalogus Palatinorum Regni Hung. Prærogativæ Regni Hung. *Palatini* sunt: 1. In Electione Regis habet primum Votum. 2. Est Tutor vel Curator hæredis Regni in tenera ætate. 3. Potest Diœtas Regni indicere, Rege non existente vel *Infante* existente. 4. *Est Generalis et Supremus Capitaneus Regni et Regnicolarum.* 5. Ipsius officii est controversias et Seditiones inter Regnicolas sopire et sedare. 6. Est Mediator inter Regem et Regnicolas, si quæ inter Regem et Regnicolas differentiæ interveniunt. 7. Ad eundem etiam spectat audire Legatos et oratores, Rege audire eos nequeunte. 8. Est Judex Regni Maximus. 9. Absente Rege est Regis Locumtenens. 10. Est ex offo Judex Cumanorum totaque Dalmatia subiacet illius iudicio.

Palatinus Cracoviensis, Sup. An. Sc. I. 11. an. 1234: Nota Bardosyi: Qui apud Hungaros hodiedum ex officio vocantur Comites et Comitatus, iidem apud Polonos ad nostram ætatem *Palatini* et *Palatinatus,* populariter *Woywod* sive *Duces* et *Woywodztwa* seu *Ducatus* appellabantur.

Palatinus Comes, *Nádor Ispány, Nádor Ispán.* Prisc. Serv. p. 12: *Palatinus Comes,* Nádor Ispány. *na Dwor Ispán* ex Slavico; Maximus Minister fuit Regno coævus ... initio tantum Supremus Judex erat, qui in Aula Regis Causas examinabat, judicabat et decidebat, ideo ita dictus, quod in Palatio Regis versari vicariamque ejus Potestatem in gravissimis Negotiis exercere consueverat, velut proximus a Rege. Ducem etiam Belli seu Capitaneum Insurrectionis agebat et in electione Regis primum ferebat Suffragium. Marc. Chr. II. 68.

Palatinus Curiæ, *országbiró.* V. *Palatinus.* Cod. Dip. Arp. V. 50.

Palatio, actus firmandi vites palis; *karózás.* Kov. Oec. 7. C. Cf. Vitr. 2., 9.

1. **Palatium,** V. *Palacium.* Batty. Leg. T. II. 469. ān. 1286: Quodsi ... confirmationem ... exhibere nequiverint ... *Palatium* et hortum præpositus obtinebit.

2. **Palatium,** Id quod: *palota.* It. palazzo. Gall. palais. Germ. Palast. S. de Kz. Chr. I. 1., 2. I. 4., 4. II. 1., 19. Cf. Ovid. A. A. 3., 119. id. Met. 1., 176.

Palatonius, i, V. *Palatinus.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. VIII. 477.

Palatus, *ad palatum facere,* aliquid ex alicuius sensu facere; *inyére, kedvére tenni.* Tört. Tár. 1888. p. 480.

Palea, (Du C. al. s.); *versenypálya.* Ger. Wettrennen. Quel. Sieb. I. 468. an. 1507. Ad cursum equorum sive *paleam.*

Paleatim, palando; *barangolva, csatangolva.* Bék. Debr. főisk. törv. 130. nullo sub colore *paleatim* domatimve obambulanto.

Paleatus, 3., pallio ornatus, (Du C.); *palásttal ékesitett.* Batty. Leg. T. II. 287. an. 1193. episcopus *paleatus.*

Paledus, i, puledrius: pullus equinus; *csikó.* Kat. Hist. Reg. I. 249. et decimam equorum nostrorum in insula, que vocatur Chepel, in *paledis* (al. puledriis) et ducentas ulnas de subtili panno.

Palefridus, (Du C.) (a *palla* et *fraenum,* quibus instruebatur) equus ad equitandum aptus; *paripa.* It. palafreno. Gall. palefroi. Ger. Reitpferd. Fej. II. 93. dedi .. VII equos, octavum *palefridum* cum sambuca et freno et lectica et una cortina de syndone.

Palenta, æ, puls e zea mays confecta; *puliczka.* It. polenta. Opin. P. I. §. 10.

Palesata, æ, valli sudes, pili murales, locus palis septus, munitus, voc. ex It. *palizzata,* quod ex Lat. *palus,* i (sudes, is) suffixis Italicis: *izzare* et *-ata* formatum derivatur. Occurrit in variis formis: Palissada, Pallisada, Pallisata, Palesata etc.; *tinnye, czövekzet, czölöpzet, karózat, palánkolat, czölöpvármű.* Szirm.

Paleta, tessera, (Du C. al. s.); *czédula.* It. bolletta. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 466: misera contribuens plebs in permutatione, ut vulgo vocant, *paletarum.* Arch. Rák. VIII. 101.

Paletigo, onis, idem quod ap. Du C. *Palectus, Palectum,* armorum genus, quod palmulam lusoriam Gall. *palette* referret, sic appellari videtur. Tör. Tár. 1891. p. 643. dares ordinem, ut *paletigones* ... és más hadakozásra szükséges vasszerszámok készíttessenek.

Paleum, pro: pallium. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 180. *Paleum* præterea fraternitati tuæ plenitudinem nimirum pontificalis officii Apostolicæ Sedis liberalitate concedimus. Ibid. Hæc est frater carissime *palei* accepti dignitas.

1. **Palificare,** palis munire; *czölöpökkel keríteni.* Ljub. Mon. Sl. III. 292.

2. **Palificare,** (Du C.) palam facere; *nyilvánossá tenni.* Batty. Ger. 256. ab istis ... thesauris ... Daniel accepit ... quo ... nemini patefacta in momento *palificaret.*

Palinga, æ, agger palis instructus; *czövezet.* Fej. X. I, 394. Sub *palingis* intelligo aggerem palis instructum.

Palingarus, murus; *fal.* Fej. X. I. 394. quatenus mox visis præsentibus ad ipsum Capitulum festinanter descendatis et ipsum murum seu *palingarum* scindentes radicitus evellatis.

Palinurus, i, gubernator; ex Aeneide V. 847., 871; *kormányos.* Ker. Nap. 81.

Palisecium, fors. a palude et siccare; *mocsárkiszáritás.* Pfahl. Jus. Georg. 293. complures demum vineas suas aut implantatione auxerint aut novas implantaverint terras, dein fœnilia, *palisecia,* aliaque tenuta exstirpatione adaucta in suos usus converterint.

1. **Palla,** æ, (Du C.) vestis, qua altare cooperitur, videlicet pannus lineus consecratus, qui super altare ponitur, super quam extenditur corporale; *oltárabrosz, kehelyfödő.* Batty. Leg. III. 270. an. 1372. Tör. Tár. 1886. p. 554.

2. **Palla,** æ, longurius; *hosszú rúd, az evező hosszú része.* V. s. *Grion.*

Palladium, corona regia; *királyi korona.* Ker. Nap. 200.

Pallas, ars; *művészet.* Hor. Mem. 460. a *Pallade* ad Themidem (művészből biró).

Pallascarmus, i, navicula, scaphus V. s. *Varare; csónak.* It. paliscalmo, palischermo.

Pallatinus, V. *Palatinus.* II. Rák. Gy. 368., 369.

Palleum, *Pallium; biborpalást.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 24. Sed si hæc oblitus fuero, quæ me *pallei* vicariciique Galliæ ... ditavit.

Pallia rotata, pannus sericus figuris rotularum ornatus; *bizanti kerekalakú szövetminta.* Száz. X. 488.

Palliare, (Du C.) tegere; *palástolni.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 473. Sed cum veritas *nubilo falsitatis palliata* per iudicialem censuram diligenter pertractari et emergi requirat. Tör. Tár. 1888. p. 541. Samb. Tyrn.

Palliatæ insidiæ, simulatæ insidiæ; *tettetett cselszövés.* Marc. Chr. II. 47. II. 91.

Palliativus, 3., remorans magis quam tollens; leniens; *enyhítő.* It. palliativo. Bene Med. V. 10. Cura nevrosis in genere triplex institui potest, prophylactica, *palliativa* et radicalis.

Palliditas, palor; *halványság.* It. pallidità. Wagn.

Pallisada, V. *Palesata.* Thök. Diar. II. 7. Ratione muniendi *pallisadis.*

Pallus, i, (Du C.) palus. V. s. *Gorna; karó.* Száz. XXIV. 300.

Palma coreorum, fascis coriorum; *bőr-köteg, csomag.* Mon. Com. Trans. I. 241. an. 1548. Connumeratori unam *palmam coreorum,* unam manticam videlicet *izsák* ... dare debeant.

Palmare, pice liquida illinere. V. s. *Mascherare; kátrányozni.* It. spalmare.

Palmare manibus, manibus explorare; *tapogatódzni.* Wagn.

Palmariceus, Palmirus, pro: paliurus, Rhamnus paliurus (Linn.); *szárnyas benge, téli magyal.* Ger. Christdorn. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118.

Palmaris, manifestus; *szembetűnő.* Ger. handgreiflich. Törvt. Msz.

Palmariter, mirum in modum; *feltűnően.* Ger. auffälliger Weise. Cod. Evang. T. I. p. 256: Lectis ... litteris ... in quibus nos tam *palmariter* criminantur.

Palmarium, victoriæ præmium; *diadaldíj.* Törvt. Msz. Cf. Ulp. Dig. 50., 13., 1. §. 12. Gloss. Philox. palmarium, ἀξιόνικον.

Palmata, æ, vestis, tunica palmata (V. Du C. 1. sub finem); *földig érő ruha.* Verancs. IV. 43. Ita denuo ad principem introducor. Injiciuntur mihi *palmatae* duæ, amplæ, talares, quibus vix par eram ferendis.

Palmaterium, ferula; *virgács, legyintő eszköz.* Batty. Leg. III. 311. an. 1397: *Palmaterium* ex eo dictum, quod palmis manuum plaga seu verber infligatur, nunc *ferula* vocatur. Száz. XXXI. 3., 211. Fej. X. 2., 514.

Palmizare, (Du C.) reparare; *kijavitani.* Ljub. Mon. Sl. III. 340. an. 1357: capitaneus ... ire debeat ad visitandum castrum et insulam suam ad accipiendum refrescamentum et *palmizandum.*

Palmus, i, mensura altitudinis (Du C. mensura pannorum); *négy ujjnyi szélesség, egy arasznyi.* Rit. exp. ver. p. 6: Sampson redderet ... quinquaginta cubulos siliginis, quatuor *palmorum.* Verancs. VI. 141, Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 243. Star. VIII. 5. an. 1772. Cf. Varro R. R. 3., 7. Plin. 12., 13., 28.

Palpabiliter, manifesto, evidenter;

kézzelfoghatóan, Tör. Tár. 1888. p. 518. ex verbis... *palpabiliter* patet. Thök.Diar. 443.

Palpacius, magis oculis apparens; *feltünőbben.* Gall. plus frappant. Ger. erhabener. Cod. Dipl. Pat. T. I. p. 327 : Insignia... *palpacius* arte pictoris figurata.

Palpanista, æ, palpo, gouckler, (Gaukler Dief.) (Du C. al. s.); *tombás, tánczos; alakos, szemfényvesztő.* Schläg. 2008.

Palpare, certum, exploratum habere; (Fin. Du C. al. s.); *kézzelfoghatóan meggyőződni.* Frak. Mát. lev. II. 67 : postquam videt ac ipsa rerum experientia *palpat* nos non esse tepidos etc.

Palpetus, 3., tactu mollis ab. it. palpeggiatina; *puha.* Georg. Sirm. I. 255. super terram prostrata erat cum purgpureo et cum variis *palpetis* carpitebus usque ad cesarem papilionem.

Palpominus, Pantomimus, *igrecz, némajátékos.* It. pantomimo. Ger. Pantomimist, Pantomimiker, Geberdenspieler. Schläg. 2003.

Paltus, 3., Silva palta, idem q. *Brolium.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 3. pratisque inter ipsum querceatum montem et inter *silvam paltam...*

Paludinetum, palus (-udis); locus paludibus obductus; *mocsár, tó.* Kub. C. Arp. I. p. 98. an. 1276. Cod. Dip. And. II. 124., 139.

Paludositas, aquositas, humus paludosa, uligo; *mocsaras hely.* Cod. Dip. Hung. And. Vol. V. 68., 36. licet propter nimiam lutositatem et *paludositatem* commodo ipsa ecclesia construenda in ipso loco fieri non valeret.

Palumbaria, æ, funes (Du C. al. s.); *kötelek.* Ljub. Mon. Sl. IV. 115. V. s. *Armizare.*

Palus, gladius, spatha; *pallos, kard;* (Du C. al. s.) *Historia arcis Szigeth* p. 725. iniunxisse etiam, ut per pagos et passim *palus* sanguine aspersus circumferatur...

Palus, pro: Paulus; *Pál.* Cod. de Sztára II. 373. *Palus* et Michael.

Palus vinaceus, ridica; *szőlőkaró.* Ger. Rebenpfahl. Tag. Erd. II. 230. an. 1764.

Palusper, pro: paulisper; *némileg.* Cod. Dip. Hung. And. Vol. V. 415., 1. licet ipsius merita longe et peramplius his maiora exigerent, ut tamen in aliqualem recompensacionem sibi *palusper* respondere videamur.

Paluster, i, fors. pro: plaustrarius; *szekeres.* Cod. Dip. Pat. VI. 308., 223. Athad cum omni plenitudine sui iuris ipsi Lukachio magistro Cosme maiori *palustrorum nostrorum* et Benedicto fratribus suis tum ob merita serviciorum suorum.

Pampilio, (Du C.) tent (Dief.); tente = zelt (Lexer) pro: papilio, tentorium; *sátor.* Schläg. 1153. Chr. Marc. II. 50.

Pampilus, i, carpenti genus; *félhintó.* Comen. 72. Magnates sejuga vehuntur, *pampilis,* pilentis.

Panalis portio, pars rata panis; *kenyér adag.* Kass. Prax. 1., 34. ut captivi *portionibus panalibus* provideantur. 1., 36. per quæ militia transit, ut nempe hæc quoque necessariis *panalibus,* fœni item et avenæ *portionibus* in itinere provideatur.

Panarium, vexillum (Du C. excipulum); *zászló, lobogó.* Ger. Panier. Kronst. II. 455., 460.

Panateria, (Du C.) pistrix; *kenyér sütőnő.* Ljub. Mon. Sl. XI. 257. an. 1347 : quelibet *panateria...* que faciet panem venalem.

Panatica, æ, (Du C.) commeatus, militaris annona; *élelmi szer.* Ljub. Mon. Sl. VI. 40. an. 1481.

Panceratus, i, miles lorica armatus, munitus; *vértezett katona, vértes.* Kol. Am. II. 82.: (Decr. Belæ IV). singuli sex ex ipsis filiis Jobagionum unum *panceratum* debeant ad nostrum exercitum destinare. Szék. Okl. I. 126. Cod. Dip. Pat. VI. 29., 43.

Pancerea, æ, (Du C.) lorica; *mellvas.* It. panziera. Bárczay.

Pancerea lorica, quæ scilicet ventrem tegit, quam Galli panse vocant; *pánczél.* Tör. Tár. 1893.

Panceria, æ. V. *Pancerea.* Thurócz. in Geysa Rege. c. 65. Marc. Chr. II. 69. habebatque Sampson sub tunica *panceriam.*

Panchogolaria, æ, quæ coquit panes V. *Panicocola; kenyérsütőné, pékné.* Ljub. Mon. Sl. V. 229. an. 1334. pro solucione *panchogolarie.*

Panchristum, (Du C. panchresta) ex gr. *πάγχρηστα,* crustula; *kecs ajándék, csemege.* Nagy Hier.

Pancilium, lorica; *pánczél.* Ger. Panzer. Schläg. 573.

Pancketa, (Du C.) propugnaculum ligneum, pavimentum, in quo machinæ sisti solent. Derivatum ab. It. *panca, banca, banchetto.* Gal. *banc, banquette.* Ger. *Bank,* et It. *pancone* (tavalone). Gall. *planche.* Ger. *Diele, Bohle, pad, padlás, padlat, padló, padozat, pádimentom* etc., *bástya, ostromló gépek felállítására szolgáló alkotmány.* Ludew. Reliq. Mss. t. VI. p. 328. Diar. obsid. Varad. Cum vero illud propugnaculum ligneum quoddam pavimentum, in quo machinæ sisti solent (vulgo *Pancketam)* haberet.

Pancogola, æ, V. *Panicocola.* Han. Mon. Jur. II. 291.

Pancogula, æ, V. *Panicocola.* Ljub. Mon. Sl. V. 229. an. 1334.

Pandiculare, claudicare; *sántitni.* Patr. Const. 125. Pentametros gressu *pandiculante* facis. Cf. *pandiculari* Plaut. Men. 5., 2., 80. Fest. p. 220. ed Müll.

Pandiculatio, (Du C. *σχορδινισμός); nyújtózkodás, ide s tova való rángatozás.* Bene Med. V. 278. rubor aliquis in facie conspicitur, oscitatio, *pandiculatio* observatur.

Pandochæum, (Du C.) deversorium hospitale; *vendégfogadó.* Nagy Hier.

Pandochus, i, hospes publicus, caupo; *vendégfogadó.* Ger. Gastwirth. Pár. Páp.

Pandum, (edit. princeps *Bandum,* i, ed. Schwandtneri) labarum, vexillum; *zászló. B. J. Herold De rebus Turcicis* dialogus p. 648. signa militaria ipsis erepta quinque, et a labaro Solymanni, proximum *Bandum* est.

Panduro, onis, satelles, lictor, stipator; *pandúr.* It. trabante, sbirro, satellite. Kass. P. P. I. 35. Securitatis Commissarii secus etiam persecutionales Commissarii dicti, — quibus adlaterati sunt milites comitatenses armigeri iam *hajdones* iam *pandurones* iam *persecutores* dicti. Csehó Pista: *Három pandúr, perszekútor kergeti.*

Pandurus, i, pro: *pandura,* instrumentum musicum trium chordarum; *hegedü.* Ger. Geige. Diósz. Füv. 33. A levél... *Hegedü* forma *(Panduri* forme) mikor a levélnek két oldalánn vagy mellyékénn két horpasza van mint a hegedűnek.

Panerium, (Du C.) pro: *Bannerium,* vexillum; *zászló.* Ger. Panier. Kronst. I. 108. III. 797.

Panharmonia, æ, concentus; *összhang.* Tör. Tar. 1892. p. 573.

Panicocola, æ, furnarius, pistor; *pék.* Han Mon. Jur. II. 243. an. 1333. teneantur... scrutari *panicocolas...* si faciunt... panem iuxta pondus.

Panicus terror, a nomine Pan derivatur, qui ingentem terrorem incussit Persis in pugna apud Marathonem, et viatores in silvis voce sua terruit V. Euripides. Rhes. 36., terror ingens sine causa; *páni félelem, vak rémület.* Bod. Hist. Eccl. I. 132. Cod. Dip. Lond. 203.

Paniperda, panem perdens, fruges consumere natus, nequam; *ingyenélő.* Jókai. Eppur. I. 28. Vern. Psych. 322. determinationes impudentiæ et superficialis ingenii gradus sunt illa attributa, per quæ moderna ætate non pauci *paniperdae* altioris mundi gratias obtinent et fortunam suam promovent.

1. **Panis,** feminini generis. Tör. Tár. 1889. p. 373. aliarum *panium.*

2. **Panis,** massa; *darab.* Ger. Laib. Rač. Mon. Sl. XIII. 124. an. 1351 : de... *pane* cere.

Panis albus, panis candidus, siligineus; *fehér kenyér.* Beszterceb. ág. gymn. Ért. 1875—76. p. 61.

Panis argenteus, *plikezüst, plikben levő ezüst.* Ger. Blicksilber, Türkischsilber. Kecsk. Ötv. 164.

Panis ater, (Du C.) idem ac cibarius: *barna kenyér, jó közkenyér.* Máty. 115.

Panis cibarius, p. plebeius, secundarius; *jó közkenyér.* Ger. hausbackenes Brot. Máty. 115.

Panis circulatus, *kerék kenyér.* Magy. Tör. Tár. XII. 81.

Panis confusaneus, idem ac *cibarius; jó közkenyér.* Máty. 115.

Panis domesticus, idem ac *cibarius; jó közkenyér, házi kenyér.* Máty. 115.

Panis focarius, panis subcinericius; *hamu alatt sült pogácsa.* Szil. Régi Magy. Költ. T. I. 351.

Panis iurulentus, panis iusculo aptus; *leves kenyér.* Irodt. Közl. VII. 2. p. 211.

Panis melatus, panes melliti; Gal. pain d'espice (Du C.); *mézeskalács.* Ger. Pfefferkuchen. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 278. Item *panis melatus,* qui fiebat, amplius fieri non debeat.

Panis secundarius, idem ac cibarius; *jó közkenyér, második czipó.* Máty. 115.

Panis siligineus, (Du C.) panis albus; *tiszta szemelt Buzából és a korpájától teljesen elválasztott lisztlángból késztett kenyér.* Máty. 114.

Panis triticeus, panis siligineus; *zsömlye.* It. pane bianco. Ger. Semmel. Turm. Præt. 158.

Panisarius, i, mercede conductus; *fogadott, bérelt katona.* Star. XIII. 246. an.

1387: in tribus barchis ... balistarii et ... *panisarii.*

Panneterius, (Du C. panetarius) a *panis;* præerat omnibus pistoribus, jusque habebat per se, aut per suos vicarios, panes, qui venum exponebantur, visitandi et habendi super eos cognitionem; *a pékek főfelügyelője.* Magy. Tör. Tár. XXIII. 38. Et venerabiles nobiles et potentes viri dominj Milo Comes Joigniaci Radulphus de Ranavalle *panneterius* francie, Petrus de Bournasetto milites etc.

Pannicida, æ, (Du C.) qui pannos scindit, sartor; *szabó, szűrposztó készítő.* Tör. Tár. 1889. p. 375. Observatio *pannicidarum* in vendendis pannis. Georg. Sirm. I. 264. Száz. VII. 511. VIII. 106.

Panniconfector, pannorum textor; *posztós.* Pest. Vár. Lev.

Pannicum, polygonum fagopyrum (Linn.); *hajdina, tatárka.* Ger. Buchweizen. Bel. Geogr. Comp. 495. Profert ager Hungariæ pepones, lupulum, frumentum, legumina, milium, *pannicum,* vinum nobile etc.

Pannicus timor, V. *Panicus terror* Arch. Rák. IX. 104.

Pannifex, pannorum textor (Du C.); *posztóműves.* Ger. Tuchmacher. Tab. Conscr. Pest. Vár. Lev. Arch. Rák. I. 35.

Pannificium, i, (Du C.) textrinum, ars textoria, ars panni conficiendi; *szövés, takácsmesterség, posztókészítés.* Bel. Geogr. Comp. p. 439. *pannificio* valet et arte sutoria.

Pannigrisei; *szűrvégek.* Opin. P. II. Sec. II. Cap. V. (dd.) 2: *pannigrisei* seu szűrvégek.

Pannirasor, pannorum tonsor; *posztónyiró.* Ger. Tuchscherer. Tör. Tár. 1889. p. 379. Fr. Lib. Rt. II. 128. magistris *pannirasoribus* pro rasura pannorum.

Pannirium, V. *Panerium; zászló.* Ger. Banner. Fjp. Szám. p. 276. an. 1428: pictori pro *pannirio* solvimus.

Pannisatio, subarrhatio; *bérbe fogadás, alku.* Opin. 1802. b: Salis perceptoribus integrum est ... titulo *pannisationis* 2 Hfl. ex civibus tot salicidas et servitores ordinare, quot necessitas exigebat, quibus præter dictos 2 Hfl. dabantur per annum Thordæ 80, penes alias ... fodinas 40 urnæ vini, unus bos et quatuor tritici cubuli; hi taliter ordinati Salicidæ *quottarii* etiam dicti tenebantur qualibet hebdomada viritim 88 lapides excindere, quorum duo vocabantur *sales Caetus, vel Dei* aut *Beatae Virginis Mariae.*

Pannisatus, 3. mercede conductus; *fogadott, bérelt.* Opin. 1802. b: Sallicidæ cum interventu Magistratuum per Officia conscribi cœperunt, ex quibus deinde *pannisati* vel potius servitores fodinales, uti sunt Judex et Capitaneus Salicidarum, Decani, Milleristæ et Geppelistæ per officia denominabantur hisque, præter dimensum annuatim Sallarium titulo pannisationis cum initio cuiusvis anni 2 Hfl et vinum angariatim exsolvebatur.

Pannitonsor, (Du C.) pannorum tonsor; *posztónyiró, posztósimító.* Tuchscherer. Tab. Conscr. Pest Vár. Lev.

Pannocida, æ, qui tondet pannos; *posztónyiró.* Fjp. Szám. 463.

Pannonietas, origo, patria Pannonica; *pannóniai származás.* Nyelvt. Közl. 1897. márcz. 1. p. 4. *pannonietas* linguæ Slavorum sacræ.

Pannosus, detritus (Du C.); *subás, elkopott.* Szamosk. I. 157. Sed ita *pannosi* et inermes, ut plerique eorum iligneos pro gladio, perticas fumosas pro lanceis, crassas amphitapas pro thoracibus ... pedes pro manibus attulisse viderentur. Cf. Appul. Met. 4. p. 265. Oud.

Pannum, (Du C.), pignus; *zálog.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 4. quicquid inter has duas amnes habemus, totum ad prædictum monasterium concedimus; et forestum Susel cum *panno* (uti) in potestate antecessorum nostrorum fuit.

1. **Pannus,** 3., fors. ab hung. *pányvás* capistro ligatus, capistratus (DuC. al. s.). Cod. Zi. I. 548: quod ... unum equum *pannum* et alias res potencialiter abstulissent.

2. **Pannus,** i, panus; *mirigy.* Ger. Drüse Pferdekrankheit. Lzb. Cod. Med. III. 25.

Pannus Aba, V. *Aba; durva festetlen szőrszövet.* Monm. Comit. Trans. V. 195. Ab una pecia *panni Aba* fl. 6.

Pannus Achius, pannus Aquisgranensis; *aacheni szövet.* Ger. Aachner Tuch. Quel. Sieb. I. 9.

Pannus Ackelaÿ, pannus albus. Kronst. II. 202., 204.

Pannus Ahy, V. *Pannus Achis.* Kov. Form. St. duas balas de pannis *Ahy* ligatas... misisset.

Pannus Akolaÿ, V. *Pannus Ackelay.* Monm. Comit. Trans. 1., 195. ab una pecia *panni Akolaÿ.* f. — 50.

Pannus Anglecalis, V. *Pannus Anglicus; angol szövet.* Fjp. Szám. p. 227.

Pannus Anglicanus, V. *Pannus anglicus.* Thök. Diar. II. 325. Una tunica viridis ex *panno Anglicano* attrita sine nodis fl. 10.

Pannus Anglicus, alias: Engelsaith; *selyem posztó.* Vect. Ref. L. 2: De Petia *Panni Anglici* ... vulgo *Selyem Posztó.*

Pannus Attalicus, pannus sericus densior magnificus; *atlász.* It. raso. Probst. Comitiol. p. 110: Augusta supra culcitram *panni Attalici* ... subsidens.

Pannus Berek-, Berkammer, p. Bergomensis; *bergamói szövet.* Kronst. II. 341., 413., 679.

Pannus Bergomensis. 1529. Decem ulnas de panno *bergomensi* coloris rubei O. L. Nádasdy lvt. 49.

Pannus Berkammer, Perchamer, Perichkamer: pannus ex Bergamo V. *Pannus Bergomensis.* Kronst. I. 62., 281., 574.

Pannus Brahlaÿ V. *Pannus Brasler.* Tör. Tár. 1889. p. 375.

Pannus Brasler, Bresler: p. ex urbe: Breslau. Pannus Wratislaviensis. *boroszló posztó.* Kronst. I. 30. 508.

Pannus Brassoviensis, Pannus e Corona; *brassói posztó.* Monm. Comit. Trans. V. 195. Ab una pecia *Panni Brassoviensis* f.—20.

Pannus Brazlay, p. Wratislaviensis; *boroszlói posztó.* Kronst. III. 554., 586.

Pannus Bre-, Bri-, Bry-, Bruckes, p. Brugensis; *brüggei szövet.* Kronst. II. 218., 219., 319., 631.

Pannus Bresler, pannus Wratislaviensis; *boroszlói szövet.* Ger. aus Breslau. Quel. Sieb. I. 523.

Pannus Brükes, pannus e Brugis; *brüggei szövet.* Quel. Sieb. I. 440., 473.

Pannus colastrus, p. per quem lac colatur; *szűrővászon.* Kronst. III. 55.

Pannus Colonia, p. Col. Agrippinensis; *kölni szövet.* Kronst. I. 37.

Pannus Colonyus, de Colonia, pannus Col. Agrippinensis; *kölni szövet.* Ger. aus Köln. Quel. Sieb. I. 2., 295.

Pannus colore granati, p. coloris punicei, coccinei; *gránátszín posztó.* Pár. Páp.

Pannus Crisius; Ger. Loden. Vect Ref. C. 2: De una petia *Panni Crisii* vulgo Lodn vel *Szűr.*

Pannus curiensis, vesti forensi inserviens; *egyen-, hivatal-ruha posztó.* Fjp. Szám. p. 489. an. 1439: solvimus ... pro *panno curiense,* hofgewant.

Pannus Czwickesch, p. e Zwickavia v. e Cygnea; *zwickaui szövet.* Kronst. II. 219.

Pannus Damascenus; *kamúka.* Ger. Damast. Pár. Páp.

Pannus de Pernisio, de Werona, pannus Veronensis; *veronai szövet.* Ger. aus Verona. Quel. Sieb. I. 9., 253.

Pannus Echysch, V. *Pannus Achis.* Kronst. I. 45.

Pannus finnus, pannus subtilis, pretiosus; *finom vászon, lengyel vászon.* Száz. II. 158.

Pannus generosus, p. subtilis; *finom posztó.* Magy. Tör. Tár. VI. 262.

Pannus Gerliczer, Gorlicher, pannus Gorlicensis; *görliczi szövet.* Ger. aus Görlitz. Quel. Sieb. I. 277. etc.

Pannus Gorliczer, ex Görlitz; *görliczi posztó.* Kronst. I. 18.

Pannus granatus, (Du C. pannus granæ) pannus coccineus; *biborszínű szövet.* Tör. Tár. 1889. p. 375.

Pannus halblyndesch, p. medio Lundensis; *fél-lundi szövet.* Kronst. II. 172.

Pannus Holandicus; *hollandi posztó.* Thök. Diar. II. 325. Una chlamÿs ex *panno* viridi *Hollandico,* aureis fimbrys exornata, nodos habens ex scoffio, attrita terezenuella subducta fl. 120.

Pannus hwzweleremberger, pannus longus Lembergensis; *hosszú lembergi szövet.* Tör. Tár. 1889. p. 375.

Pannus Iglauer, V. *Pannus Igler.* Monm. Comit. Trans. V. 194. Ab una balla *panni Iglauer* f. 4.

Pannus Igler, p. Iglaviensis; *iglói posztó.* Kronst. III. 95., 177.

Pannus incisus, pannus tonsus; *nyirt posztó.* Fej. V. 2. 527. an. 1279.

Pannus karadschy, -aschÿ -atschy; V. *Pannus karasya.* Kronst. II. 222., 225.

Pannus karasya, pannus grossus; *kétszer ványolt posztó* (karazsia). Kronst. III. 269., 275., 357., 571.

Pannus Langwerder, Langhwerder, ex Weert; *hosszú werti szövet.* Kronst. I. 34., 281., 319.

Pannus Leömbergensis, pannus e Leoberga; *lembergi szövet.* Monm. Comit. Trans. V. 195. Ab una balla *panni Leömbergensis* f. 5. 50.

Pannus Lin-, Lyndesch, Lÿndes, p. Lundensis; *lundi szövet.* Ger. aus

Lund. Kronst. II. 172., 187., 219. Quel Sieb. I. 473. 536.

Pannus Lÿndesch, ex Lund; *lundi szövet.* Kronst. I. 281.

Pannus Machlinius, Mechlinus Mechlisch, pannus Mechlinensis; *mechelni szövet.* Ger. aus Mecheln. Quel. Sieb. I. 168. etc.

Pannus Mechli, *-ly, -lesch,* p. Mechlinensis; *mechelni szövet.* Kronst. II. 18., 172., 212., 226.

Pannus Nander-Albensis; *Nándor-Fehérvár.* Monm. Comit. Trans. V. 195. Ab una balla panni *Nander-Albensis.* f. 4.

Pannus Nerem-, Nermbergensis longus, p. longus Norimbergensis; *hosszú nürnbergi szövet.* Kronst. II. 298., 373., 389., 426., 446., 456., 635.

Pannus Noremperger, ex Norimberga; *nürnbergi szövet.* Kronst. I. 20.

Pannus Norinbergensis, V. *Pannus Noremperger.* Monm. Comit. Trans. V. 194. Ab una balla *panni Norinbergensis* f. 6.

Pannus Nytinus, subniger p. *feketés szövet.* Opin. P. III. Sc. I. §. 2.

Pannus Oculey Okalai, Okelay, V. P. *Ackelay.* Kronst. I. 616. II. 219., 341., 406.

Pannus Paya, V. s. *Paya.*

Pannus, perkamer, V. *Pannus Berekammer.* Tör. Tár. 1889. p. 375.

Pannus Pernis, Pernus, V. *Pannus de Pernisio.*

Pannus Pernisius, pannus ex Verona; *veronai szövet.* Fabr. Urk. 65. an. 1465: decem ulnas *panni* nigri *pernisij* legamus.

Pannus Pernyes, V. *Pannus Pernisius.* Tör. Tár. 1889. p. 379.

Pannus Pernisch, Halbpernisch, V. *Pannus Pernisius.* Kronst. I. 37.

Pannus Polonicalis, pannus Polonicus; *lengyel vászon.* Száz. II. 158.

Pannus Prukysch, ex Brüggen; *brüggi szövet.* Kronst. I 39.

Pannus Purgamal, Pwr-, p. Bergomensis; *bergamói szövet.* Kronst. II. 319. 375., 426., 512., 603., 605. III. 93. 94., 155., 168., 442.

Pannus Purgamar, V. *Pannus Purgamal.* Tör. Tár. 1891. p. 680.

Pannus Purian, -purpian, pannus coccineus; *biborszinű posztó.* Kronst. III. 270., 586.

Pannus Purperianusch, V. *Pannus purian.* Kronst. I. 281.

Pannus Purperianusch, V. *Pannus Purian.* Kronst. I. 281.

Pannus Purpiam -pian, -pÿan, -piar, prian, Purpianus, p. purpurei coloris; *biborszinű szövet.* Kronst. II. 172., 219., 310., 464., 465., 579. Tör. Tár. 1889. 375.

Pannus Purpianus, V. *Pannus purpiam.* Hist. Zerm. p. 63: pro quibus fuimus remunerati singulis nostrum 10 aureis nummis et pro singula veste de *panno purpiano.*

Pannus Pwrpianus, V. *Pannus purpiam.* Tör. Tár. 1888. p. 570.

Pannus Rascha, V. s. *Rascha.*

Pannus Saja, Saja V. s. *Saja.* Tör. Tár. 1889., 379.

Pannus Skarlath, V. *Scarlatum.* Thök. Diar. II. 325. Una chlamÿs ex panno *skarlath,* sine omnibus requisitis, nova, nondum perfecta fl. 8.

Pannus Speyr, ex Speyer; *speieri szövet.* Kronst. I. 36.

Pannus Stamethius, stamethus, V. *Pannus Stameet.* Tör. Tár. 1889. p. 375.

Pannus Stameet, stameethis, stamet, stameths; *finom selyemszövet.* It. *sciamito.* Ger. Tausendschön. Kronst. II. 219., 426., 512., 623., 627., 677.

Pannus Trichtesch, p. e. Traiecto ad Mosam; *mastrichi szövet.* Kronst. II. 172. 234. 4 *trichtesch* um schlach (umschlach= umschlag).

Pannus Trichtisch, V. *Pannus Trichtesch.* Kronst. I. 18.

Pannus Velesducher, p. ex Italia; *olaszposztó.* Ger. wälsche, italienisehe Tücher. Kronst. I. 41.

Pannus Wratislaviensis; *boroszlói szövet.* Kronst. II. 423., 446., 605., 607. Monm. Comit. Trans. V. 194.

Pannus Ypri, pannus qui in urbe Ypres Flandriæ conficitur. Szam. Tih. apáts. p. 23: 1311. Decem pecias *panni ypri* vocati. Q. L. D. 1790.

Pannus Ztameth, Ztamoth, V. *Pannus Stameet.*

Panoleticus, 3., prorsus deletus, inveteratus; *egészen megsemmisült.* Fabó. Monm. Evang. II. 19. Pannonia præcedaneis quibusdam sed iam *panoleticis* cribrationibus et persecutionibus deformata et adflicta.

Panoplia, æ; *teljes fegyverzet.* Gall. panoplie. Germ. vollständige Rüstung. Epist. Proc. P. III. p. 255: Bassa cecidit... non tamen *panoplia* indutus. Szamosk. III. 45.

Panthaydungen. Schmeller (Bayerisches Wörterbuch 1872. I. 243.) Pantaiding *a)* das für einen bestimmten Bezirk *(Ban)* an einem angesagten und herkömmlichen Tage abgehaltene Gericht; *b)* Inbegriff der Rechte und Gewohnheiten, nach welchem auf einem solchen Tageding entschieden würde. (Kaltenböck, Österr. Rechtsbücher des Mittelalters: A) œsterr. Pantaidingbücher. (Wien 1845.) Vox composita ex Bann (Ban): regio et Taiding, Tading, Teiding et Taidung, (quod est contractum ex *Tag* et *Ding* ant. Ger. Tageding. med. Ger. Tagedine, Tegedine, Teidine: induciæ); *tárgyalási nap, törvénykezés.* Corp. Jur. II. Art. 3. an. (1832.) De nundinarum custodia et *Panthaydungen.* Cum propter delicta et pœnas, quæ in nundinarum custodia et Panthaydungen occurrunt... variæ controversiæ ortæ sint... Nundinarum custodia in *Pan* vel aliis pagis competit... In *Panthaydungen* in pœnis iuxta qualitatem delicti honeste, fideliter ac decenter procedendum est.

Pantlica, æ, a Germ. Band-el: ligamen, tenia; *szalag, pántlika.* Arch. Rák. VIII. 332. *Teniae* vulgo Bandt vel *pantlicae* nigræ aureis filis distinctæ Nro. 4.

Pantographum, *másoló eszköz.* (Hsyse: ein Alleinzeichner, Allschreiber, ein Storchsnabel od. Werkzeug zum Nachzeichnen und Verkleinern der Risse). Törvt. Msz.

Pantofla, æ, (ab it. pantofala) crepida; *papucs.* Ger. Pantoffel. Száz. VI. 373. an. 1507.

Panulatium, pannus, textum; *szövet.* Fej. P. XI. V. Un. 416. de rebus omnibus pannis Tuscanicis vel *panulatio*... par vectigal.

Panulatus, 3., textus; *szövött.* Fej. V. III. 415. solvant una cum aliis tam de sindone, quam de pannis griseis seu Tuscanicis vel *panulatis,* et omnibus prorsus eorum rebus incunctanter et mercimoniis aliis par vectigal.

Panzonus, i, (Du C.) navis oneraria; *teherhajó.* Ljub. Mon. Sl. I. 33. an. 1224: in hoc viatico, quod facturus est cum suo *panzono* in terra Alexandrie. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 178. Star. XXI. 276.

Papa, (Du C.) Per excellentiam sic vocatur summus Romanus pontifex, qui est pater patrum. Ital. papa; *pápa.* S. de Kz. Chr. A. 2. 1.; A. 2., 7.

Papalis, ad papam pertinens; *pápai.* Cod. Dip. And. II. 523., 612.

Papalista, æ, sectator systematis papalis vel curialis, quod summam potestatem ecclesiasticam pontifici tribuit et cui systema episcopale, episcopalista opponitur; *pápaság követője.* Kon. Egyh. 380.

Papas, atis: pædagogus, qui sequitur studentes; *nevelő.* Knauz M. E. Str. I. 23. Cf. *Pappas* Juven. 6., 632; Inscr. ap Mur. 1297., 11.

Papatus, us, dignitas papæ (Du C.); *pápaság.* Fabó. Mon. Evang. II. 323. in Tractatu de origine et incremento *papatus.* Verancs. VII. 364.

Papelardus, (Du C.) hypocrita, adulator, simulator; *képmutató, hizelgő.* Nagy Hier.

Papicola, æ, Papæ cultor; *pápa követője.* Han. Hist. Eccl. p. 168: hos etiam, qui adhuc *Papicolis* adhærebant, in Lutheranorum castra trahebat.

Papile, -ia, -io, ium, **Pappilium,** (Du C. Papilio), tentorium; *sátor.* It. padiglione. Quel. Sieb. I. 274., 285., 293., 311., 316., 333. Kronst. II. 172., 230.

Papilio, pampilio, (Du C.) tabernaculum, tentorium; *sátor.* It. padiglione. Gall. pavillon. Germ. Zelt, Pavillon. Georg. Sirm. I. 19. I. 243. Cumque pervenisset Rex ad propositum locum, duas *papiliones* tensa erant juxta rippam flui Thicia p. 215. Et intravimus ad Regem sub *pampilione* sua. Adelm. De orig. Turc. 14. Cf. Lampr. Alex. Sev. 51; Spart. Percenn. 11. Trebell. in XXX. Tyr. 16; Tertull. ad Mart. 3. Inscr. ap Marin. Fratr. Arv. Nro 41.

Papiracea Officina, officina chartacea; *papirpyár.* Wallaszky Index.

Papiraceus, V. *Papireus.* Oláh. Cod. Ep. 506. Accipe animum meum in te benevolum, non ipsa munuscula *papiracea.*

Papireus, *(πάπυρος)* papyrius, papyraceus, papyro confectus; *papirosból való.* Cod. Dip. Pat. V. 246. 372. Tenens in manu sua quandam chartam *papiream.*

Papiraticus, 3., V. *Papireus.* Tör. Tár. 1887. p. 133.

Papismus, doctrina rel. catholicæ de papa et eius infallibilitate; *pápaság.* Tör. Tár. 1888. p. 756. 1892. p. 470. Hist. Eccl. Ev. 244. Szamosk. IV. 508. Bod. Hist. Eccl. I. 176.

Papista, æ, catholicus; *pápista.* It. papista. Cod. Alv. II. 181. *pápista* fejedelmek.

Papisticus, 3., ad papam pertinens,

eius partes sequens; *pápista, pápistás*. Ger. papistisch. Szilády Tör. Magy. Eml. IV. 108. cum summa omnium orthodoxorum Regum Principum et Statuum Legatione contra Domum Austriacam Ligamque *Papisticam*. Monm. Comit. Trans. I. 411. Száz. III. 21. Tör. Tár. 1887. 48.

Paplan, opertorium; *paplan*. Arch. Rák. VIII. 313. Item *Paplan* novum. Tertium *Paplan*, cuius medium etc. 314. Aestivum *Paplan* ex attalico rubro.

Paplan æstivum, opertorium æstivum; *nyári paplan*. Arch. Rák. VIII. 309. Unum *Paplan aestivum* ex flava Tafotta.

Paplium, (pro; papilio) tabernaculum; *sátor*. Kronst. III. 245., 248., 367.

Pappa, æ, papparium; *pép*. It. pappa. Ger. Pap. Beng. Ann. Er. Cœnob. 212. fumanti fornaci bene posse mederi illita cera aut *pappa* farinacea.

Papplea, æ, lodix, opertorium; *paplan*. Ger. Bettdecke. Kronst. I. 215.

Papregium, a vico Barèges in montibus Pyrenæis ita appellatus pannus linoxylinus. Gall. barège. Kov. Form. St. 37. coram nobis assumpsit unam petiam panni de *Papregio* in octavis tabulis talis festi iam venturis.

Papuch, crepida, solea; *papucs*. Ger. Pantoffel. Vect. Ref. C: De ... uno pari *Papuch* cum Soccis.

Papyraceum bellum, scriptorum certamen; pugna literatorum; *tollharcz*. Hor. Mem. 472.

Papyrarius, i, chartarius; *papirgyáros*. Kronst. III. 259., 340.

Papyreus, 3., in papyro scriptus (contr. pergameneus); *papiroson irt*. Tör. Tár. 1892. p. 62. literas *papyreas*.

Papyrifex, *chartarius; papiros késziтő*. Ger. Papiermacher. Tab. Conscr.

Papyrus pileatorum, charta densata; *táblapapiros*. Ger. Pappendeckel. Vect. Ref. E. 2.: una Riso Papyri *Pileatorum*.

Papyrus regalis, charta regia, macrocollum; *regálpapiros*. Ger. Regalpapier. Szék. Okl. IV. 189. et indulgentiales in dupplici *papyro regali* patenter confectæ.

Paquetum, sarcina, fascis; *csomag*. Kass. Ench. II. 61. Famuli postales cum officiosis *Paquetis* proficiscentes et in obviis Diversoriis semet absque necessitate detinentes per Diversitores illico denuncientur. Norm. Ordin. an. 1787. 11. Sept.

Par, exemplum; *másolat*. It. copia. Kass. P. P. I. 309. Fej. VII. 117. *par* privilegij.

Par judiciale, exemplum iud.; *törvényszéki másolat*. Tör. Tár. 1887. p. 592.

Para, pecunia Turcica 1/10 piastri; *para* (46 fillér). Magy. Tört. Tár. XX. 163.

1. **Parabola**, æ, fides data (Du C. al. s.); *adott szó*. It. parola. Ljub. Mon. Sl. I. 52. an. 1235: damus *parabolam* et totam fidaneiam. Tör. Tár. XI. 54.

2. **Parabola**, æ, mandatum (Du C. verbum); *meghagyás*. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 143. pignora ... custodiam, nec ex eis quidquam dabo ... absque *parabola* comunis consilio.

Parabolana, ad curanda debilium ægra corpora deputata; *betegápolónő*. Bene Med. V. 347. Necessarii sunt in omni tali instituto inprimis parabolani et *parabolanae* (in morodochio).

Parabolani v. Paraboli (Du C.) ita dicti sacerdotes, quorum erat grassante peste miseris succurrere; *betegápolók*. Nagy Hier. Pár. Páp. Cher. Jus. Eccl. I. 145. Bene Med. I. 202. Cf. Cod. Justin. 1., 3., 13: Cod. Theod. 16., 2., 42. et 43.

Parabolare, enarrare (Du C. periclitari); *elmesélni*. Georg. Sirm. I. 201. Unus miles erat Hungarus et ad Stephanum Thomorj divertisset nowa ei *parabolare*.

Parabolice, per similitudinem, exemplum; *példázólag*. Törvt. Msz. Cf. Sidon. Ep. 5., 17.

Parabolicus, 3., παραβολικός, per comparationem similitudinem allatus; *példázati*. Kaprin. Eloq. II. 156. Iterum ob oculos ponite hodiernum, de quo agimus, filium *parabolicum*.

Paracellarius, (Du C.) dispensator eleemosynarum mensæ Pontificis; *apostoli komornok*. Nagy Hier. Pár. Páp.

Parachæmadion, (Du C.) locus ad hiemandum aptus; *telelőház*. Nagy Hier.

Paracharacta, æ, (DuC.) qui falsos numos cudit; *hamis-, álpénzverő*. Nagy Hier. Cf. *Paracharactes*. Cod. Theod. 9., 21., 9.

Parachianus, Parochianus, parochus; *megyés pap*. It. parrocchiano. Schläg. 498.

Parachomemenus, (Du C.) gr. παρακοιμώμενος, præfectus sacri cubiculi; *kamarás, őrálló*. Nagy Hier.

Paracleticus, 3., consolans; *vigasztaló*. Wallaszky 298. ex materia pertractata usus dogmatici, morales, *paracletici* deducuntur.

Paracletus, consolator, Spiritus Sanctus; *vigasztaló, szent lélek*. It. paràclito. Verancs. II. 236. tuumque Christum Jesum Deum verum et Dei filium, *paracletumque* spiritum rite ac persancte individuum colimus. Cf. Tertull. Virg. vel. 1. Anim. 55. Resurr. Carn. fin.

Paraclitus Paraclytus, V. *Paracletus*. Beng. Ann. Er. Cœnob. 554. (festivitate) qua suo illapsu Divinissimus *Paraclytus* Discipulorum Christi corda replevit. Vita S. Steph. 11. et passim.

1. **Parada**, æ, (Du C.) ab It. parata, i. e. ornatus, apparatus, luxus; *parádé*. Ker. Nap. 229. nervus *paradae*.

2. **Parada**, æ, pompa militaris (Du C. al. s.); *dísz*. Diar. Com. II. 8. præsente etiam in *Parada* Nobili Turma Prætorea Hungarica.

3. **Parada**, æ, conventionis locus, munimentum (Du C. al. s.); *összejöveteli hely, védőhely*. Tör. Tár. 1888. p. 748. quo facilius dimidium præsidii noctu quiescere, dimidium alterum summo mane in *conventionis loco (paradam* vocant) comparerent, maxime cum inimicis nil noctu attentare consueverit.

Paradigma, exemplar, specimen *(παράδειγμα); mustra, példány, mutatvány*. Reg. Mil. p. 56: transmissoque *paradigmate* cum pretii specificatione. Kaprin. Eloq. II. 785. *paradigma* orationis.

Paradisum terrestre, Visegradum; *földi paradicsom* (Visegrad). Száz. XVII. 778.

Parafarnales res, *παράφερνα (παρὰ φερνὴν)* donum extra dotem sponsæ datum. Præter formam hanc distortam occurrunt hæ: *parefarnales*. Cod. Dip. And. I. 10., 15. *pareffarnales* I. 35., 37. *parepharnales* I. 482., 534. *parafornales* I. 393., 414. *parfornales* I. 435., 484. *parorphanales* II. 472., 550. II. 506., 592; *menyasszonyi ajándék*. Cod. Dip. And. I. 27., 30. I. 311., 343. I. 564., 617. I. 522., 529. I. 421., 470. I. 512., 567. II. 361., 416.

Paraffernales, (Du C. *Parafernalia bona) (τὰ παράφερνα)* V. *Parafarnales res*. Werbőczi 186. *Paraffernales* autem dicimus: omnia bona mobilia, quæ mulieri aut per maritum aut parentes vel fratres sive etiam alios quoscunque tempore solennitatis nuptiarum aut desponsationis vel subarrhationis ejus, dantur.

Paragauda, (Du C.) ornamentum pallii vel vestis, quod vulgo friscum dicitur; *rojt v. bojt az öltözeten*. Ger. Franse o. Quaste am Kleide. Pár. Páp. Nagy Hier. Cf. Cod. Justin. 11., 8., 2.

Paragium, (Du C.) quidquid feudale a fratre primogenito secundo genitis in partem hæreditatis datur, qui id ab ipso fratre tenent pari ac ille reliquum feudum conditione; *egyenjogúság a hűbér birtoklásában*. (Heyse: Paragium, Gleichheits-Beobachtung, Mitbelehnung, das gleiche Anrecht, Mitrecht in Lehn.) Kelem. Inst Jur. Pr. II. 391. Vid. Betsius de pactis Illustrium Familiarum. Schilterus de *Paragio* et *Apanagio*.

Paragraphaliter, per paragraphos; *szakaszok szerint*. Kuk. Jura II. 174. an. 1756: seriem robotæ ... exponat *poragraphaliter*.

Paragraphatim, V. *Paragraphaliter*. Kass. P. P. I. 42. ut illæ (rationes) punctatim aut *paragraphatim* proponantur ...

Paralecla, æ, pro: *Parallela; párvonal*. F. Balass. Casul. Steph. App. Si oculus intra *paraleclas* v. g. inter duas arborum aut luminum series in longum *paraleclae* protensas collocetur, in plagam oppositam convergere videbuntur.

Paralimphus, i, pro: paranymphus, nuncius, legatus; *követ*. Georg. Sirm. I. 195. Hec cum pronunciasset *paralimphus* Alemanus coram Cassoviensibus, placuit eis et mox adheserunt ad partem Ferdinandi.

Paralitas, non legitur in lexicis, locum corruptum esse constat, quid sibi velit scriptor ex contextu satis cognoscitur, (fors. ortum a gr. παραλιταίνω, pecco) peccatum; *hibás volta, gyengeség*. Cod. Dip. Arp. Cont. II, 275. Est consentaneum racioni, testimonio commendare litterarum, ut sic contra maligne oblivionis *paralitatem* memorie cunctorum possit in perpetuum presentari.

Paraloyzare, (DuC. paraloysare) παραλογίζομαι pro: paralogisare: decipere; vocabula corrupte exprimere; *hamisan, tévevesen kiejteni*. Marc. Chr. II. 27. hic enim Hadolch exprimi non potuit, sed *paraloyzando* Hoholt. M. Flor. Fontes II. 132.

Paralymphus, i, pro: paranymphus; *vőfél*. Kandra Reg. 136.

Paralysis, apoplexia, resolutio nervorum; *szélhüdés*. Törvt. Msz. Cf. Plin. 20., 3., 8:; 20., 15., 59. Petron. Sat. 120.

Paralyticus, apoplecticus, apoplexia correptus; *inaszakadt*. Törvt. Msz. Cf. Plin. 20., 9., 34. Petron. Sat. 131. Tertull. Apot. 21.

Paralyzare, attenuare, labefactare; *hatást gyengíteni, elbénítni*. It. paralizzare.

Kass. Prax. I. 89. sinistri eventus non tantum morati sunt, sed impediverunt et *paralyzarunt.*

Passum, protropum, flos vini (Plin.); *aszubor.* It. vino vergine. Gall. vin de grappe. Ger. Ausbruch. M. Bel. Prodr. 158. Huc potissimum illud iure prope suo retuleris, quod uvas passas non, uti alibi consuevit, seorsim excerpant atque vinum illud generosissimum, quod *passum,* a passulis latine, germanice *Ausbruch,* quasi excerptum dicimus, ignorent.

1. **Passus,** syngraphus, literæ publicæ tutum iter præstantes. (Du C. al. s.); *úti levél.* Ger. Pass. Kov. Form. St. CXLVII. *Passus* pro peregrinis.

2. **Passus,** us, (Du C. 2.) fauces, angustiæ; *hágó.* Germ. der Pass. Arch. Rák. IV. 121. Már az földvári *passus* elrontásával securi a tergo — megtergálnának engem. Tör. Tár. 1889. 850. Rák Ön. 134.

3. **Passus,** us, casus, (Du C. al. s.); *eset.* Lzb. Cod. Med. T. II. 226: hoc in *passu* publici bono prospiciatur. Star. XVI. 8. an. 1683. accesseram eo in *passu* Dominum Kolonich.

4. **Passus,** us, locus in scripto vel libro (Du C. al. s.); *hely a könyvben.* Száz. VI. 644.

5. **Passus, uno passu,** una simul; *egy menetben, egyszerre.* Frak. Mát. lev. II. 105: Mitteremus ... simul omnes *uno passu,* sed navigia ... defuerunt nobis.

Passus glacialis, declivitas valli exterior; *külső sáncz lejtője.* Ger. Glacie. Recon. an. 1659. p. 717: pro custodia *passuum glacialium* sufficientes pedites ... mittantur.

Passus horarii, *órarovat.* Stundenpass. Törvt. Msz.

1. **Pasta,** orum, iunctura, commissura genuum (Du C. al. s.); *csukló, hajlás, iz.* Prot. inq. 336: eram contracta in genibus circa *pasta* et nullo modo poteram extendere gambas ad ambulandum.

2. **Pasta,** æ, (Du C.) massa coagulata; *pép.* It. pasta. Kol. Cod. 14. duas partes argenti vivi, unam sulfuris mundi, tere cum aqua in lapidem, donec fiat *pasta* et inpone in talem vas. Arch. Rák. VIII. 345. Cf. Marcell. Empir. 1.

Pasta levata, fermentum; *élesztő.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 278. Item in annulo sponse non ponatur *posta* levata nec ruta ... et in pectore viri non ponatur *pasta* vel ruta amplius.

Pastaceus, farinæ, pastæ similis; *tésztás.* Bene. Med. I. 161. facies est pallida, *pastacea.*

Pastardus, (Du C. *Bastardus),* puer non legitimus, nothus, spurius; *fattyú.* It. bastardo. Ger. Bastard. Kov. Form. St. CXLVIII. Legitimatis super labe *spurii* seu *Pastardi.*

Pastega, æ, propugnaculum. It. Bastia. Germ. Bastei; *bástya.* Fjp. Szám. k. 466., 492., 502: pro magnis lignis ad *pastegam.*

Pastellus, (Du C.) 1. cera, lacca signatoria, 2. commissatio in honorem in societa-

tem assumpti; *1. pecsétviasz; 2. lakoma a társaságba befogadott tiszteletére.*Nagy Hier. Pár. Páp.

Pastilio, insipida massa; *zagyvalék, kotyvalék.* It. pasticcio. Germ. Mischmasch von allerlei Sachen. Nill. Symb. p. 456: Itaque quum per ordinaria media vitæ sustinenda spes omnis deficeret, ad inusitata edulia deventum est . . . *pastilio,* insipida massa panis loco stomacho latranti in deliciis esse debebat.

Pastillus, i, (Du C. panificium carne aut alio edulio fartum) tractum; *csörege.* Ger. Schneeballen, Krapfen. Pár. Páp. Cf Paul. ex Fest. p. 250. ed. Müller.

Pastinaica, pro; *pastinaca; pasztinák, paszternák.* It. pastinaca. Gall. panais. Germ. der Pastinak. Schläg. 934.

Pastinare, (Du C.) plantare, fodere; *ültetni, ásni.* Tör. Tár. 1887. p. 479. vinea magna in promontorio A. vocato *pastinata* et sita. Cf. Colum. 3., 13. Plin. 17., 21., 35., 18., 26., 65. n. 2.

Pastinata, (Schläg. 934. pastinaica) pastinaca; *pasztinák.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 118.

Pastinus, i, (Du C. Pastinum) terra pastinatione renovata; *irtvány.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 541. et medietas terre pro indiviso posite ad Sckernipoli, que terra est cum Elia Cebbri de Kasarize, que medietas est trium ureten. item *pastinus* ad Reciza, quem tenet filius Stanosii prope vineam Nicole Kalende, que est viginti ureten. et alius *pastinus,* quem tenet Dragossius, est sedecim ureten. Cf. *Pastinum.* Pallad. 1., 7., 1., 34., 3., 9. Ulp. Dig. 24., 3., 7.

Pastophori, (Du C.) velorum, aulæorum custodes. Sacerdotes, qui thalamos vel *Pastophoria* dictas, in quibus simulacra Deorum posita erant, portabant in pompis publicis; *istenek házait hordozó papok.* Nagy Hier. *Függönyfelügyelő.* Cf. Appul. Met. 11. fin. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 230.

Pastophoria, atria templi (Du C.); *templom csarnoka.* Nagy Hier.

Pastor, minister, administer ecclesiasticus; *pap, lelkipásztor, egyházfi.* Batty. Leg. III. 7: *Pastores* ecclesiæ sunt, qui alibi Vitrici Ecclesiæ nuncupantur, hodie *egyházfi,* id est Ecclesiæ filii vocantur. Tör. Tár. 1889. 499.

Pastor cum ovibus ad Nænia pergit, illicitis rebus operam dat.; *tiltott dolgokkal foglalkozik.* Arch. Ver. Sieb. VII. 1. 9.

Pastor primarius, pastor princeps; *főpap.* Fabó. Mon. Evang. 60. Christophorus. Sch . . . stationem *pastoris primarii* apud Leutschovienses cum dignitate tuitus est.

1. **Pastorale,** documenta pastorum (DuC. al. s.); *pásztori szerződés.* Fjp. Szám. p. 366. an. 1436: iuveni bibales, qui scripsit *pastoralia.*

2. **Pastorale,** pedum episcopale, (Du C. al. s.); *főpásztori bot.* Száz. X. 511.

Pastoralis, e, sacerdotis; *papi, lelkipásztori.* It. pastorale. Kass. PP. II. 340. ex incumbente sibi munere *pastorali.*

Pastoratus, us. (Du C.) officium, conditio pastoris; *pásztorság.* Hor. Mem. 69. Rák. Ön. 95. Fabó. Monm. Evang. 136.

Pastorculus, dem. ex pastor; *igénytelen pásztor.* Fej. Jur. Lib. 320.

Pastorculus pagensis; *falusipap.* Otia. Bachm. 130. Notum enim est in numerum Theologorum cumputari, omnes quoque *Pagenses Pastorculos* et Rectorculos.

Pastorelli, (Du C.) Factiosorum quædam cohors orta in Gallia S. Ludovico IX. rege an. 1251. et in Anglia nomen inde sortiti, quod in vexillis eorum agni imaginem insigne gestarent; *juhpásztorkodók.* Gall. pastoureau. Nagy. Hier.

Pastum, fors. idem quod it. *pasta,* farina ex aqua coacta; (Du C. al. s.); *tészta.* Kronst. III. 255: pistrici pro *pasto* et melle.

Pastura, pastus (Du C. 2.); *legelés, legelő.* It. pastura. Gall. pâturage. Fej. 1. 483. et terram parvulam ad *pasturam* boum, regalis prestaldus, quorum iudex Peter Calvus. Cf. Pallad. 10., 5. fin.

Pastus, V. *Descensus* (Du C.) convivium, refectio; *eltartás.* Tör. Tár. 1893. p. 27. Fej. IV. 3., 314. solventes angariam ad *pastus* nostros. Cf. Lucret. 6., 1125.

Pasynaticum, V. *Paisnaticum.* Ljub. Mon. Sl. Ii. 283: quod capitaneus *pasynatici* mandabit.

Paszport, V. *Passaportus.* Opin P. II. Sec. I. Cap. II. Art. 9. indigebit . . . passualibus literis cechalistis *Paszport* nuncupatis.

Patacon, (Du C.) imperialis Flandricus, numus argenteus, uni fere imperiali æqualis: *flandriai peták.* Bel. Geogr. 69.

Patacon Belgicum; *belga peták.* It. patácca, patácco (Heller). Inst. Arith. 222. Tabula V. Monetarum exterarum cum domesticis comparatarum Argenteæ. *Patacon Belg.* Flor. 1. Cruc. 30.

Patagium, vestis auro ornata; *arannyal himzett ruha.* Pár. Páp. Cf. Fest. 221. ed. Müll. Næv. ap. Non. 540., 6. Tertull. Pall. 3.

Patak vel **Petak,** *peták.* It. patacca, patacco. Sim. Num. 35. Bonus Grossus (gute Groschen) valet 5. *Greschlas,* unde hæc apud Bohemos et nostros Slavos *Patak,* hoc est *Quinarius* vocatur.

Patarenus et **Patarinus,** V. 3., *paterenus* . . . Han. Mon. Jur. P. I. 69. an. 1214: servas *patarinas* de Bosna. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. I. 233. *Patarini.* Cœperat hæc Secta serpere in Bosnia, imo iam late propagari, illius tamen asseclæ postmodum reducti sunt rursus ad fidem Catholicam ab Ludovico I. Rege Hungariæ. Luc. Regn. Dalm. 163. Star. I. 93. etc.

Pateculum, brevis patens epistola; *levelező lap.* Cod. Evang. T. I. p. 117: Rogo, ut me, postquam adhibueritis medicamentum, de statu tenellæ *pateculis* diligenter edoceas.

Patellula, æ, scutula, unde pulvis pyrius in telo ignifero accenditur; *kis vápa a puskán a puskapor gyújtására.* Kronst. III. 581: an. 1550. pixides . . . et paravit *patellulas* earum.

Patens, edictum, (Du C.); *parancs, rendelvény, nyilt levél; szabad levél.* Száz. VII. 13. Arch. Rák. VIII. 7. *patens*-levelemet.

Patens Literarum, literæ patentes; *nyilt parancs.* Doc. Fam. Soos. Sec. 14.

Patentales, sc. litteræ V. *Patens.* Száz. XIII. 196. Arch. Rák. I. 23. *Patentales* quoad circulationem monetæ rubræ Regul. Turm. Præt. 46.

1. **Patentalis,** 2., patens, apertus. *Patentalia mandata*: litteræ patentes edictum principis continentes; *nyilt parancs.* Nyilván levő hirdetmény. Rák. Ön. 142. l. 33—35. (35.): Proinde de ceteris quoque, quæ commiseram nuncio, edoctus, statui illos, qui cum agazone venerant, *patentalibus mandatis* remittere.

2. **Patentalis,** præcipuo beneficio auctus; *szabadékos.* Pest. Vár. Levt.

Patentalis Invalidus, præcipuo beneficio auctus miles ad arma inutilis; *szabadékos rokkant katona.* Pest. Vár. Levt.

Patentaliter, In forma literæ patentis. In patenti litera iura ad tempus dabantur, non in perpetuum; *szabadalomlevél alakjában.* Fej. VIII. 2., 99. quia de ipsis iterato *patentaliter* acceperant literas nostras.

Patenter, manifesto, evidenter; *szembeszökőleg.* Pesty Ször. III. 315. in pargameno *patenter* sigillo . . . pendenti confectas.

Patenula, patella, dim. a patina; *csésze.* Arch. Rák. VIII. 355. Argenteæ *patenulae* quadrangulares in usum lusus Cartipholiorum cum floribus elaboratæ.

1. **Pater,** (Du C.) monachus; *barát.* Arch. Rák. IV. 92. nekem egy *pater* Bohus nevő albicansom vala köztök.

2. **Pater,** (Du C.) sacerdos; *(lelki) atya, páter.* It. padre. Gall. Pater. Germ. Pater. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 65. per venerabilem *patrem* . . . Archiepiscopum Colocensem canonice asserebat . . . coram reverendo *patre* domino 9. Sancti Georgii.

Pater noster, (Du C.) sacer globulus, seu corolla precatoria ex his globulis composita; *olvasó.* It. paternostri. Tör. Tár. 1890. p. 368. unum *pater noster* corralinum cum cruce deaurata parva.

Pater sodalium, magister, præfectus collegii; *czéhmester.* Ger. Zunftmeister. Kecsk. P. Öt. 141.

Pater Superior, qui præest conventui. Arch. Rák. 1., 301. Urunk kért magának az *Pater Superiortól* egy házacskát szállásul, míg fejér ruháját változtatja.

Pater vicinorum, præfectus vicinitatibus; *a kisebb községek elöljárója.* Ger. Nachbar-Vater. Altnachbar. Arch. Ver. Sieb. VIII. 1., 118.

Paterenus, Paterinus, a loco urbis Mediolani, qui *Patarea* vel Pataria vocabatur, Arialdistæ dicti olim *Patarini.* quod eo ad celebranda seorsim divina congregarentur. Sigoneus idem testatur lib. 9. Histor. ad an. 1058: Res eo usque infamiæ mutuis altercationibus iurgiisque deducta fuit, uti sacerdotes, qui uxores haberent, præ pudore separatim a cæteris rem divinam facere cogerentur in loco, qui *Pataria* dicitur, unde vulgo a pueris *Paterini* ad contumeliam dicebantur. Exinde vero hæretici, qui circa undecimi sæculi initium Ecclesiam vexabant, eodem nomine a populo donati, quasi horrendum quid et infame sonaret. Vide. Du C. sub *Paterinus* Chr. Dubn. p. 190; Item *Paterini* de Bozna, qui nimium erant . . . diversis erroribus implicati . . . ad fidem convertuntur.

Paternaliter, patris instar, modo paterno; *atyailag.* Germ. väterlich. Chr. Dubn. p. 179: *paternaliter* salutaribus monitis institit apud regem. Knauz. M. E. Str. I. 408., 530. Cod. Dip. Arp. IV. 168.

Paternitas, (Du C.) Titulus honorificus; *atyaságod.* Frak. Mát. lev. II. 89.

Pathema animi, morbus, ægrotatio animi; *tébolyodottság.* Lzb. Cod. Med. Proœ. III. 2.

Pathvaria, æ, rixa, certamen: *patvar.* Szék. Okl. III. 72. sanguinis effusionem necnon dupplici *pathvarie* sunt convicti contra Varalya.

Pathyolath, linum, velum, voc. Slav. originis; *patyolat.* It. velo. Verancs. III. 226. Eo itaque die circumciso pueri cadavere populariterque habitis pro eo in templo orationibus, postero extra muros IV circiter millium Turcarum pompa, Græcis summotis elatus est et cum Turcis tumulatus, *pathyolath* sepulturæ apposito; multo ludibrio res a nostris habita nationibus, sed intra sinum.

1. **Patibularis,** ad patibulum pertinens, patibuli formam habens; *akasztófa alakú.* Lzb. Cod. Med. T. II. 399: *patibularis* stigmatis in fronte . . . inustio.

2. **Patibularis,** (litteræ, epistula). Jus patibuli continens; Text. v. s. *Jus Gladii.*

Patica, æ, apotheca, apatheca, medicamentaria; *gyógyszertár.* Máty. 130.

Paticarius, i, pharmacopola, medicamentarius; *gyógyszerárus, patikárus.* Tör. Tár. 1878. 141. 1887. p. 725.

Patiens, æger, ægrotus; (Du C. qui passus est.); *beteg.* It. paziente. Ger. Patient. Wagn.

Patientare (se), patienter ferre: *türtőztetni magát.* Arch. Rák. VIII. 382. hanem imponáltam ő Kegyelmének, hogy Felséged továbbvaló Kegyelmes dispositiójáig *patientálja* magát.

Patiginarius, (Du C.) janitor, qui ianuam facit patere; *ajtónálló.* Nagy Hier.

Patinarius, i, faber patinarum; *tálcsináló.* Pár. Páp.

Patinula, parva patina; *csésze.* Arch. Rák. VIII. 344. Octo *patinulae* ex porcellana materia.

Patinus, i, (Du C.) Calopodium, seu lignea crepidula corio pedibus aptata, interdum et ferro instructa; *kalangya, fapapucs.* Gall. galoche, patin. Nagy Hier.

Pativaria, æ, V. *Patvaria.* Moln. Patv. 6. Si vero ex *pativaria* compositum est; hoc quoqe non inusitata novitate, nam patientia quoque modo simili venit ex patientia, quasi omnia *entia,* quæ in adversum mortalibus ingeruntur, pati debere innuitur; ita varia quasi multiformia, ad consequendam virtutem Juris studiosis pati, per Patvariam insinuatur.

Patizonus, i, navis, V. *Panzonus; hajó neme.* It. bastimento, batello. Cod. Dip. Arp. Cont. XI., 178. Petrus Novelo, nauclerius dicti *patizoni.*

Patrabilis, quod patrari, perfici potest; *tehető.* Pel. In circ. Dom. s. IV. c. 3. omnia miracula per hoc nomen sunt patrata et *patrabilia.*

Patracon, onis, scruta, orum; *zsibárú, ócska holmi.* Gall. patraque. Szered. Ser. Episc. 62. an. 1311. Cum per solutionem præcedentium procurationum de solutione *Patracorum* indebite... taxatorum in tantam... devenerimus exinanitionem . . . Nota Szered. ad hanc vocem p. 61. *quid autem hoc vocabulum significet nondum adsequi potui, nisi forte Procurationem vel potius pecuniariae praestationis quoddam genus.*

Patratum, i, commissum; *büntett.* Rozsny. D. 124. Lehetetlenség mindkét részről, hogy independens ne találtassék, kik ha nem sokban is, avagy csak kevésben ne excedáljanak, ha mikor azért afféle excessus hallatnék, annak felcircálására négy holnap adassék és a hol s kin sül a *patratum,* törvény szerint büntettessék. p. 120. jó securitással kisértessenek az paciens felek az ő helyekre a *patratumban* comperialtattak pedig modo prædeclarato severe megbüntettessenek.

Patria, æ, (Du C.). H l. pro: provincia; *tartomány.* S. de. Kz. Chr. I. 2., 3. Ex parte Romanorum in prædictis *patriis* (sc. Pannonia, Pamphilia etc.) imperabat I. 2., 6.

Patrialis, in patria usitatus; *honi.* Fej. V. III. 365. et iura omnia ac tributa monicione premissa et contradictione *patriali* posthabita officialibus eiusdem Domine regine, latoribus presencium, procurare velitis.

Patriarchatus, us, dignitas patriarchæ; *patriárkaság, főpüspökség.* Száz. XIV. 110. Cod. Dip. Árp. Cont. XI. 337. Rák. Ön. 378.

Patriarchium, (Du C.) 1. dignitas Patriarchæ, 2. palatium Patriarchæ; *1. ősérseki méltóság; 2. ősérseki palota.* Nagy Hier.

Patriciani, (Du C.) Hæretici, qui ab auctore quodam Patricio c.rca 387. an. humanam carnem a diabolo creatam esse asserebant; *Patricius követői.* Nagy Hier.

Patrimonialis, (Du C.) pleno iure proprietatis existens, legitimus; *törvényes, atyai örökséghez tartozó.* Pelcz. Geisa Præf. p. 3. regnum Hungariæ nequaquam *patrimoniale.* Schwart. Scult. 59. iurisdictioque in colonos, quam *patrimonialem* vocant, competierit olim competatque adhucusque. Cod. Dipl. Brüss. IV. 120. bona . . . *patrimonialia.* Cf. Dig. 20., 4., 1. Cod. Theod. 11., 16., 1.

Patrimonium Crucifixi, (Du C). bona Christi, bona Ecclesiæ; *egyházi vagyon.* Def. bon. p. 68: Vocantur bona Christi, *Patrimonium Crucifixi,* cum illius intuitu a fidelibus data fuerint.

Patrinus, i, (Du C.) qui levat aliquem in sacro fonte, alias: susceptor, sponsor; *keresztszülő.* It. padrino. Gall. parrain. Germ. Pathe, Taufzeuge. Cher. Jus. Ecc. II. 119. Oltv. Act. Synod. 79. Serm. Cat. 89. *Patrini* in Baptismo adhibentur . . . sicut enim homo natus opus habet et indiget nutrice et pædagogo, quorum ope educatur et in bonis artibus instruitur, ita homo spiritualiter renatus, indiget *patrinis,* quasi spiritualibus parentibus, qui eius curam gerant et in necessariis ad salutem instruent.

Patrinus duellantium, arbiter certaminis singularis; V. *Secundans; párbajsegéd.* Kass. Ench. I. 267.

Patriota, æ, bonus civis; (Du C. indigena); *hazafi.* It. patriotto. End. p. 220: quod non essent alienigene sed *patriote.* Szirm.

Patrioticus, 3., patriæ reipublicæ amans (Du C. patrius); *hazafiúi.* Száz. XIV. 236.

Patriotismus, i, caritas patriæ; *hazafiság.* Törvt. Msz.

Patriotisticus, 3., V. *Patrioticus,* Szilády Irodalomtört. Közl. V. IV. 476. quantum detineor a meo Proposito illo *Patriotistico.*

Patrio-tutorius, 3., ad orborum curam pertinens; *atya-gondnoki.* Nagy. Jur. Trans. Sax. 46. *potestas patrio-tutoria* cessat.

Patripassiani, V. *Sabelliani.*

Patristica, idem ac *Patrologia,* doctrina de Sctis patribus; *szent atyák ismertetése.* Nagy Hier.

Patriuta, pro: patriota; *hazafi.* Ljub. Mon. Sl. II. 18.

Patrizare, indolem, naturam patris hereditate accipere (ap. Du C. etiam *patrixare* patrem imitari); *atyára ütni.* Curios. Misc. 168. Hinc vulgare illud adagium: mali corvi malum ovum et Cicero in oratione pro Roscio censet: Neminem ex improbo patre probum filium nasci posse existimare. Unde proles aliæ *patrizare* aliæ *matrizare* dicuntur... *Nem messze esik az alma fájától. Nézd meg az anyját, vedd el a lyányát.* Cf. *Patrisso.* Plaut. Pseud. 1., 5., 27. Ter. Ad. 4., 2., 25.

Patrocinari, adiuvare, defendere: *oltalmazni; védelmezni.* Cod. Ep. Pet. Páz. 1., 310. Illmam celsitudinem V. cui bonum societatis nostræ cordi esse certe scio, nobis in hoc negotio *patrocinaturam* confidimus.

Patrocinatio, patrocinium; *közbenjárás.* It. patrocinio. Pel. Pom. L. X. P. I. Art. 2: Propterea leguntar alii promeruisse in morte celestem consolationem per alicuius vel aliquorum sanctorum... *patrocinationem.*

Patrocinium, confirmatio, (Du C. al. s.); *védjegy, megerősítés.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 205. presentes concessimus sigilli nostri *patrocinio* communitas.

Patrocissa, æ, uxor patricii, principissa; *fejedelemnő.* Rač. Mon. Sl. VII. 434. an. 1024: comprehendit ipsam *patricissam* uxorem Cismigi.

Patrolla, æ, circitores, excubitores circumeuntes; *őrjárat.* Ger. Patrolle. Lzb. Cod. Med. T. II. 439: *patrollas* sic dictas vigilias obambulantes servent.

Patrologia, V. *Patristica.* Cher. Jus. Eccl. I. 90. Per Patres Ecclesiæ intelligimus Sanctos illos viros, qui velut custodes divinarum traditionum post Apostolos et Evangelistas fidem Christianam et res Ecclesiæ præclaris operibus suis complexi sunt . . . Characteres Patrum esse eminentem Scientiam, sanctimoniam vitæ, antiquitatem et Ecclesiæ adprobationem *Patrologia* demonstrat.

Patrologicus, 3., ad patrologiam pertinens; *szent atyák ismertetéséhez tartozó.* Cat. Libr. S. Ivanics. 398. Nagy. Diss. *Patrologica* de Notione Patris Ecclesiæ. Tyrn. 1776.

1. **Patronatus,** us, (Du C. al. s.) *egyházi kegyuraság, pártfogóság.* Moln. Patv. 27. *Patronatus,* si quis Ecclesiæ sive templi patronus est et Parochum præsentandi Episcopo Diœcesano ius habet.

2. **Patronatus,** us, temporale dominium (Du C. al. s.); *kegyúri birtok.* Batty. Leg. T. II. 75. an. 1057: temporale Dominium, quod ego Rado in illo habeo, quod *patronatum* vocant, dedi . . . Sancto Petro quinque ecclesiensi.

Patronatus Ecclesiæ, jus designandi sacerdotem in usus templi; *kegy-úraság, véduradalom.* Gall. patronage. Ger. Patronat. Wagn.

Patronizare, (Du C.) officium patroni

seu naucleri gerere; *valaminek ura lenni.* Ljub. Mon. Sl. IX. 195. an. 1411: *caucha patronizata* per . . .

Patronulus, i, dimin. a patrono (dicitur per contemptum; *uracs*). Szilády Irodtört. Közl. VI. évf. I. k. 89.

1. **Patronus,** (Du C.) dominus, magister navis; nauclerus; navicularius; *a hajó ura.* Ger. Patron. Ljub. Mon. Sl. IX. 58. an. 1410. cum... barcha . . . debeat stare *patronus.*

2. **Patronus,** dominus terrester; *földesúr.* Batty. Leg. III. 172. an. 1335. Item villarum *patroni* seu Domini.

3. **Patronus,** i, (Du C.) qui alicuius ecclesiæ exstruendæ vel alterius cuiuscunque fundationis ecclesiasticæ auctor est; *kegyúr.* Passim.

Patruelinus, 3., patruelis; *unokatestvéri.* It. fratel cugino. Cod. Dip. And. V. III. p. 83. heredum solatio penitus destitutos *patruelinos* fratres.

Patvaria, æ, causidicorum et advocatorum cancelli; *joggyakornokság, patvaria.* Ger. Rechtspraxis-Kanzlei. Moln. Patv. 5. *Patvaria* nomen a Latinitatis nitore peregrinum vel ab Hungarico patvar, quod litem significat, condescendit vel ex *pativaria* compositum habetur. Si a patvar derivatum est? non inconcinne Juristæ dicimus *Patvaria?* alia quoque similia in legibus nomina attendentes, exempli gr. ab őke (ansere) aucarium; a Birság (quasi Biróság) Birságium condescendere scientes. — Bel. Geogr. 503. Jurisprudentiæ Hungarorum scholæ, quæ inter Causidicorum et advocatorum cancellos, *Patvarias* vocamus, privatæ sunt. Fjp. Szám. 303., 305. Procurator Budam ad *patwariam* contra Zudar Janusch. Kelem. Hist. Jur. Pr. 362. cupidam legum iuventutem subsidiis librariis destitutam, in sic dictis *Patvariis* optimam ætatem absque tamen optato progressu consumere. Werbőczi 259.

Patvarista, æ, disciplinæ iuris studiosus; V. *Amanuensis; joggyakornok.* Moln. Patv. 6.

Patvaristicus, 3., ad sic dictam patvariam pertinens: *joggyakorlati.* Ger. zur Praxis des Rechtes gehörig. Thök. Diar. II. 658. Liber continens Stylos *Patvaristicos* pro Prothonotariatu Transylvanico. Moln. Patv. 6.

Patyolat, linteum subtilissimum; *patyolat.* Arch. Rak. VIII. 349. Indusium album ex *Patyolat Hungaricum.*

Pauliadæ, Sti Pauli eremitæ *asseclae; pálosok.* Beng. Ann. Erem. Cœnob. 54. Conclusa priore Anno inter Augustissimum Romanorum Imperatorem et Turcarum Tyrannum optata pace eademque praesenti ad viginti subsequos annos solemni legatione stabilita, alma *Pauliadum* religio ex hac amœna pacis olea dulces carpebat fructus.

Pauliani, idem ac *Populicani* hæretici, qui græcis *πανλικανὸς,* Latinis scriptoribus *Pauliciani,* sic appellati a Paulo Samosateno hæresis auctore sæc. 6 in Armenia (Du C.). Fej. 1., 39. Agnoscite nunc huius legis beneficio o Novatiani, Marcionistæ, *Pauliani* et quibus Cataphrygum nomen est inditum, omnes denique, qui hæreses privatis cœtibus instruitis.

Paulianistæ, *Pál követői.* Fer. Mon. Sl. XVIII. 259. an. 1659: Catholicorum numerus ritus Romani computatur 700 circiter omnes *Paulianistae* nuncupantur, olim sectatores Pauli Samosateni heretici, docentis, christianos non acqua sed igne esse baptizandos.

Pauliciani, V. *Paulianistae* v. *Pauliani; Pál követői.* Nagy Hier.

Paulium, pro: pallium; *köpenyeg.* Urk. Sieb. I. 218. an. 1300. fieret restaurum... cum clipeo et *paulio.*

Paulo-Joannitæ, ab auctore sic dicti hæretici, qui an. 790. Valentini et Manetis hueresim propagaverunt; *Pál-János követői.* Nagy Hier.

Pauperator, qui aliquem pauperem efficit, reddit; *szegényitő, koldússá tevő.* Jan. Pan. Poëm. I. 456: Ditator inopum; *pauperator* divitum.

Pauperes, quibus sorte non est attributus locus domus; *kiknek nyilas házhelyük nincsen.* Gazd. tört. szem. I. 215. *pauperes* vulgo, kinek *nyilas házhelye* nincsen.

Pauperescere, (Du C.) pauperari; *elszegényedni.* Ger. verarmen. Oláh. Cod. Ep. 61. Cum paulo ante nihil penitus habuerint, principes vero *pauperescant.*

Pauperies, (Du C.) damnum; *károsítás.* Nagy Jus. Trans. Sax. 173. De *pauperie* per quadrupedem commissa. — Est autem heic *pauperies,* damnum sine iniuria facientis datum, nec enim potest animal iniuriam fecisse dici, quod sensu caret. Cf. Dig. 2. tit. 1. Ulp. Dig. 9., 1., 1.

Pauperium, ptochotrophium; *szegények háza.* Batty. Leg. T. II. 360. an. 1238: mittat ad usum *pauperii* ultra mare. Fej. IV. 1. 107.

Paura, æ, timor, metus V. s. *Passare; félelem.* It. paura.

Pausa, *(πανσωλή, παύω)* respiratio inter canendum; *szünet.* It. pausa. Greg. Aesth. 95. de modo (Tonart) seu cantu duro et molli, de *pausis,* etc. Wagn.

Pausare, respirare, moram interponere (Du C.) cessare ab aliqua re; *megállapodni, nyugodni.* It. pausare. D. Ráczk. p. 49: ire, stare, morari, *pausare.* (an. 1447). Tör. Tár. 1891. 674: ibi . . . una die *pausaturam.* Kronst. I. 533. Cf. Plaut. Trin. 1., 2., 150. Cœl. Aur. Tard. 1., 1. n. 16. Acut. 3., 21.

Pauschale præiuncturale, in aversionem constituta summa pro equis subsidiariis; *előfogati átalány.* Törvt. Msz.

Pauschale quantum, per aversionem constituta summa; *átalány.* Ger. eine Summe per Bausch und Bogen. Kass. Ench. III. 490. *Pauschale Quantum* in Desertionum militarium casibus . . . defigitur. Norm. Ordin. an. 1807. 22. dec.

Pauschalis quotta, a Ger. *Bausch; átalány.* Ger. Pauschal-Summe. Fej. Jur. Lib. 497.

Pauschale scriptoristicum, certa constituta summa pro materia scriptoria; *írószeri átalány.* Törvt. Msz.

Pavesarius, (Du C.) scutiger; *paizshordozó.* It. pavesaro. Ljub. Mon. Sl. II. 399. an. 1346.

Pavesius, i, (Du C.) scutum; *paizs.* Ljub. Mon. Sl. III. 294.

Pavicula, æ, (Du C.) instrumentum, quo pavimentum coaequatur; *sulyok.* Bárczay.

Pavimentum barbarum, *közönséges padlózat.* Rau. Elem. p. 26: *Pavimentum barbarum* dicitur, quod tegulis aut silicibus stratum est; hoc coquinis, et stabulis utile.

Pax, rotundum, deauratum talleri magnitudine signum pacis, quod tempore inaugurationis regum Hung. magnatum unus præferebat; *békejelvény,* gömbölyű aranyozott tallérnagyságú. Száz. XI. 41. Schm. de Ins. 33: Denique occurrunt in inauguratione Regis Hungariæ alia quædam adiuncta ornamenta, ut *vexilla* numero decem, *Pax* et *Crux aurea,* quæ Regi solenni hac pompa præferri solent, ast cum laudatus . . . Rewa . . . nullam illorum injiciat mentionem, pluribus immorari hic non est animus. Probst. Comitiol. 105. Regni Pannoniæ insignia ferentes: nempe *Pacem* Comes . . . portabat. (Ipolyi szerint melldísz, mely békecsókra nyújtatott (Pallas Koronázás a.) a koronázási emlékkönyv szerint 1867. Junius 8. ez volna ami az oltárkereszt Pacificale, mely az esztergomi székesegyházban őriztetik (super quam primi Reges Hungariæ tempore coronationis posita dextra juramentum pro manutenendis regni libertatibus solenniter nuncupare consueverunt (az esztergom. székesegyház régi jegyzetekből összeirt lajstromában).

Pax aurea, V. *Pax.* Kat. Hist. Reg. 1., 52. e quibus palatinus coronam sacram, banus Croatiæ pomum regium, tavernicorum magister *pacem auream* . . . gestant.

Paxamaticum, (Du C. Paxamatium) panis bis coctus (gr. *παξαμάδιον); kétszersült.* Nagy Hier.

Paxamentum, solutio (Du C.) e cuius Plurali: *paxamenta* ortum est hung. paksaméta, fasciculus quivis actorum; *fizetés.* It. pagamento. Charta Caroli Hung. Reg. an. 1338. apud Ludewig tom. 5. Reliq. MSS. p. 490: Nos e converso assignamus... eidem dominæ Margaretæ pecuniam cum augmento tertiæ partis, qui decim millia marcarum propter suam prædictam dotem ejusdem rationis et *Paxamenti.*

Paxillus, ridica; *szőlőkaró.* Gall. paisseau. Ger. Weinstockstange. M. Bel. Prodr. 181. Annicula vinea et quæ traduces præbere nondum potest, *paxillis,* iterato labore haud adligator; quin potius, quidquid primum post vinculum in summum adsurrexit, infringitur. Cf. Varro ap. Non. 153., 9. Colum. 4., 16., 8., 8. Plin. 17., 21., 35. n. 2.

Paya, pannus laneus mollior; *flanel.* Vect. Ref. C. 2.

Payment, pagamentum, pecunia numerata; *készpénz.* Gall. payement. Knauz. I. 526., 687. vendidit . . . pro quinquaginta marcis *payment.*

Paysanaticum, modus pacificus: *békés út.* Ljub Mon. Sl. I. 414. an. 1333: qualiter dicta unio per viam *paysanatici* vel alio modo ordinari . . . possit.

Paysenaticum, V. *Paisnaticum.* Ljub. Mon. Sl. III. 284: fiat *paysenaticum* unum in . . . partibus Sclavoniæ de centum equitibus.

Pazmanianus, 3., Seminarium clericorum Viennæ ab Archiepiscopo Pázmano conditum; *Pázmaneumi.* Init. Cas. p. 44: Seminaria quinque vitam suam optimo Præsuli acceptam ferunt. Viennense facile princeps omnium, cui *Pazmanianum* grata posteritas dixit nomen.

Peata, æ, Pedagium (a gallico péage);

vámház. It. dogana. Nov. Calend. 253. Directio Hydraulico-Aedilis Littoralis Hungarici. Constructor Navalis D. F. Imbert *Peatae* Ductor. Vacat.

Peccaminosus, 3., peccatis affectus; *vétkes.* Rák. Ön. 4. teneri studio amoris in Patriam, aut erga alia objecta nefario et *peccaminoso* affectu contestatus sum. Otia Bachm. 141. iusto numinis iudicio cupiditatibus . . . *peccaminosis* traditi sunt.

Peccantia, æ, (Du C.) mores corrupti, peccatum; *romlottság.* Vern. Phil. Mor. 225. subiectiva vero et sufficiens peccatorum actualium ratio *peccantia,* seu moralis corruptio audit. Nagy Hier. Cf. Tertull. adv. Jud. 10.

Peccarium, i, (Du C.) vas, calix, cyathus; *serleg.* It. bicchiere. Száz. XIII. 234. XVII. 637. *peccaria* vitrea, *peccarium* ligneum magnum. Cod. Dip. Árp. Cont. VII. 372.

Peccatillum, demin. a *peccatum; kis bűn.* Austr. Austr. Præf. p. 3.: minutissimum . . . *peccatillum.*

Peccatum actuele, nefas actu comissum; *cselekedendő bűn.* Törvt. Msz.

Peccatum commissionis, nefas, quod quis patrat; *cselekedeti bűn.* Törvt. Msz.

Peccatum Italicum, stuprum contra naturam humanam patratum dictum de loco Italia, ubi res eiusmodi maxime increbrescebant; *állati paráználkodás.* Bod. Hist. Un. Trans. 346. *Peccato Italico* idest fæda Sodomisi se polluerat Blandrata.

Peccatum mortale, nefas grande morte luendum; *halálos bűn.* Todessünde. Törvt. Msz.

Peccatum omissionis, delictum; *elmulasztásból való bűn.* Unterlassungssünde. Törvt. Msz.

Peccatum originale, peccatum hereditarium: *eredendő bűn.* Erbsünde. Törvt. Msz.

Peccatum per accidens, nefas casu patratum; *történetből való bűn.* Törvt. Msz.

Peccatum veniale, delictum, quod remitti potest; *bocsánandó bűn.* Törv. Msz.

Pecia, (Du C.) frustum, segmentum; *darab,* Gall. pièce. Tör. Tár. 1893. p. 6. Cod. Dip. Arp. Cont. X. 103. Fej. III. 2. 270. et duas vittas unam deauratam et unam simplicem et omnes *pecias* meas; prædium Zaonia et tres *pecias* mensalium simplices pro familia sua. Et passim.

Peciana, æ, pars; *rész.* Vjestnik I. 183. an. 1289. dimitto *pecianam* a solidis.

Pecora cohortalia, greges; *nyáj.* Kov. Oec. 11: Homines . . . nomadicam egerunt vitam, atque non alium divitiarum fontem, quam *pecora cohortalia* noverant.

Pecorarius, (Du C.) bubulcus: *pásztor.* Kronst. II. 483. III. 57.

Pecorarius negotiator, pecuarius (Cic.); *marhakereskedő.* Ger. Viehhändler. Monm. Comit. III. 149. ut mercatoribus ac *pecorariis negotiatoribus,* cum pecoribus et mercibus eorum per loca et vias ab antiquo consuetas, solutis vectigalibus eorum debitis iter facere permittant.

Pecorinus, 3., pecoris; *baromi.* Pel. De s. Simone et Juda s. I. c. 3: Erubesce anima mea divinam *pecorina* commutasse similitudine.

Pecten pontificale, (Du C.) quo clerici antequam ecclesiam ingrederentur, crines pectebant; *főpapi fésű.* Tör. Tár. 1887. p. 185. *pecten pontificale* de ebore.

Pectenarius, i, pectinarius; *fésűs, fésűkészítő.* Ger. Kammmacher. Tab. Conscr. Pest. Vár. Levt.

Pectinalis, ad pectinem pertinens; *fésű.* Tör. Tár. XX. 178.

Pectinium, fors. idem quod Gall. peignoir; *kendő, hajporköpenyeg.* Bék. Pil. P. I. 29.

1. **Pectorale,** (Du C.) pars indusii, quo pectus tegitur; *mellfűző, melldolmány.* Verancs. Hist. I. 312. Nec de veste eorum loquendum est, quæ est omnino villosa aspera et vilis, qualem fortasse gausapinam veteres habuere tantumque manicæ et *pectoralia* indusiorum crassiore serico eoque versicolore variegata.

2. **Pectorale,** monile (Du C. al. sensu); *nyakláncz.* Tör. Tár. 1891. p. 656. monile sive *pectorale* lapidibus variis ornatum.

3. **Pectorale,** (Du C.) idem quod *rationale,* quæ a vulgo *alba* dicitur; *köpenygallér.* Tör. Tár. 1886. p. 554.

4. **Pectorale,** colobium; *mellény.* Ger. Weste. Arch. Rák. VIII. 338. Unum frustillum ex viridi Tafotta pro *pectorali* puerili. Tör. Tár. XX. 165. *Pectorale* holosericeum conthoralis D.

Pectorales, herbæ phthisim sanantes; *mellgyógyitó füvek.* Bene Med. IV. 266.

Pectoratim, in pectore; *kebelben.* Batty. Ger. 1. quantum *pectoratim* reor.

Pectorax, thorax; *vasmell.* Schläg. 566.

Pectori-loquium, *mellből való beszéd.* Bene Med. IV. 273. percipitur vox e pectore per stethoscopum in aurim observatoris penetrare, et hoc dicitur *pectori-loquium.*

Pecuariæ nundinæ, mercatus pecuarius; *marhavásár.* Kass. P. P. I. 224. anniversarias nundinas cum *pecuariis* coniunctas.

Pecudinus, 3., ad pecus pertinens; *marha.* Han. Mon. Jur. P. I. 92: quicunque . . . pastor perdet . . . bestiam . . . *pecudinam.*

Peculii Regii administer, ærarii regii præfectus; *kamarás úr.* Szegedi Rubr. Pars. III. p. 33: Nicolaus Mikáczy Epis. Varad. *Peculii Regii* Cassoviæ *administrator (Kamarás Úr)* primum a Bocskai in carcerem detrusus, dein vigore Pacificationis Viennensis relegatus erat.

Peculiosus, 3., pecudibus abundans, dives; *sok marhájú.* Corp. Gram. 168. Cf. Plaut. Rud. 1., 2., 24.

Peculium, (Du C.) pecus, oris; *csorda, nyáj, marha, barom.* It. peculio (Herde). Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 8. et centum capita *de pecora* . . . p. 9. Ad sacerdotes detur pro anima mea centum capita *de peculio* et centum modia de grano.

Peculium castrense, res, præda, quæ moveri potest; *ingó-bingó zsákmány.* Georch. Ért. 111.

Peculium profectitium, usufructu comparata pecunia; *haszonvételből való gazdagodás.* Törvt. Msz.

Peculium quasicastrense, res mobiles auxilio matrimonii acquisitæ. Georch. Ért. 112. Fegyver forgatás nélkül is juthatott keresményhez a Nemes férj tudományánál fogva. Ha e féle szerzeményben is *(peculium quasicastrense)* csupán a férj tartatik főkeresőnek.

Peculium Regium, V. *Peculium S. Coronae.* Georch. Ért. 54. megszűnt-e a Szabad Kir. Város *Peculium Regium* lenni.

Peculium sacræ Coronæ, *(szabad kir. városok) a kir. szent korona saját tulajdona, vagyona, koronajószág.* Benz. J. H. 222—223: Urbes liberæ dicuntur Regiæ, partim, quia Domanio Regum accensentur, partim, quia in cœtu ordinum Regni locum et votum habent. Vocantur *Peculium sacrae Coronae.* Verancs. II. 316. Hajnik. Perjog. 30.

Pecunia addititia, collybus; *felpénz, felülfizetett ár.* It. agio. Ger. Aufgeld. Kronst. III. 163., 497., 512.

Pecunia alba, fors. p. parata, argentea; *készpénz.* Kronst. III. 284: pecuniam ordinaverat in ædificationem novæ domus et etiam illuc dederat *alba pecunia.*

Pecunia capetialis, pecuniæ quindenæ V. s. *capetialis; kalangya pénz.* Szék. Okl. IV. 118.

Pecunia chartacea, tesseræ numariæ; *papir-pénz.* Törvt. Msz.

Pecunia Christianitatis, *a keresztény foglyok kiváltására szolgáló pénz.* Szegedi Rubr. Pars. I. p. 126: *Pecunia Christianitatis* dicta, quia per modum subsidii charitativi, pro juvandis Christianis apud infideles detentis, aut pro bello Turcis inferendo collecta. Reconc. an. 1625. p. 267.

Pecunia conventionalis, V. *Conventionalis moneta.* Törvt. Msz.

Pecunia currens, æs circumforaneum; *váltópénz.* Ger. Scheidemünze. Tört. Tár. XX. 183.

Pecuniæ defensuales, Pec. pro defensione oblata; *védelem bér.* Czir. Hist. Jur. 125. Vetitum nihilominus ibidem Judicibus fuit *pecunias defensuales* et birsagia seu mulctas iudiciales exigere.

Pecunia eiecticia, valore privata, obsoleta p.; *a forgalomból kivett pénz.* Kronst. III. 253., 289., 549.

Pecunia fumalis, *füstpénz.* Kuk. Jur. III. 27. an. 1538: *Pec. fum.* sic dictæ, quod pro numero fumorum seu caminorum exigerentur.

Pecunia honoris, congiarium, munusculum; *borravaló, (tisztaság) tiszteletdij.* Kronst. II. 250. pro *pecunia honoris* vulgo thysta Zaag.

Pecunia manualis, pecunia præsens numerata; *készpénz.* Ger. Handgeld; Baargeld. Star. XVII. 59. an. 1516. non habere in præsentiarum *manuales pecunias* ad satisfacienda.

Pecunia mensualis, pensio menstrua; *havi pénz.* Star. V. 225. an. 1524. ad duos menses *pecunie mensuales.*

Pecunia messorialis, V. *Mesorialis pecunia.* Törvt. Msz.

Pecunia metallica, pecunia ærea; *érczpénz.* Törv. Msz.

Pecunia novitiatus, *felvételi díj.* Teut. Schul. I. 251. *Novitiatus*. . . *pecuniam* a quovis Classista neo-promoto scilicet in II.-dam cl. 48, in III.-am cl. 34. . . . numerandam.

Pecunia parata, pecunia numerata, præsens; *készpénz.* Ger. baares Geld, Wagn.

Pecunia querimonialis, summa litis; *panaszpénz.* Jogt. Eml. T. III. p. 740: *pecuniae querimoniales* vulgo *«panaszpénz»* dictæ.

Pecunia sigillans, pec. pro sigillis cereis data, danda. Szegedi Rubr. Pars. I. p. 126: *Sigillares pecuniae* (pro Sigillis cereis tempore decimationis extortæ) a venditis vinis non extorqueantur. (Decret. Uladislai Regis 1495.)

Pecuniæ fluctuans cursus, pecuniæ fluctuans valor; *a pénz értékének váltakozása.* Törvt. Msz.

Pecuniæ non numeratæ exceptio, exceptio contra calculos subductos; *a pénz leszámolása ellen tett kifogás.* Einrede gegen die Abrechnung. Törvt. Msz.

Pecuniæ valor nominalis; *a pénz külső értéke.* Nennwerth. Törvt. Msz.

Pecuniæ valor realis, *a pénz belső értéke.* Realwerth. Törvt. Msz.

Pecunialis, (Du C.) pecuniarius; ad pecuniam pertinens; *pénzbeli.* Bék. Maros. 36. beneficium *pecuniale.* Fej. X. I. 387. extunc predicti Gregorius et Egidius vel alii proximi pro eis pro ipso iure puellari, iuxta consuetudinem regni Hungariæ, *pecuniali* cum solutione satisfacere tenebuntur. Cf. Cœl. Aur. Tardus. 1., 5.

Pecuniam accipere ad interesse, fœnori accipere pecuniam; *kamatra kapni pénzt.* Wagn.

Pecuniola, (Du C. æreus numalis) parva pecunia; *apró pénz, pénzecske.* Oláh. Cod. Ep. 227. Heus, inquio, putas hac exigua *pecuniola* cum uxore vivere te posse annue. Tör. Tár. 1881. p. 256.

Pecus pascualis, pro: *pecus pascuale; legelő marha.* Tört. Tár. IX. 105.

Pedagia, æ, quod in dorso hominis vel equi importatur; *czipelés, hordás.* Urk. Sieb. II. 336. an. 1370: de mercimonialibus ... sive sint ... *pedagiae* ... inductura aut portatura.

1. **Pedagium,** (Du C.) tributum; *adó, gyalogvám.* Gall. péage. Kuk. Jura I. 32. an. 1173. Tör. Tár. XI. 20 gabellos, dacia, *pedagia.* Knauz M. E.-Str. II. 572, 619. Luc. Regn. Dalm. 202. End. 486. (Belæ IV. Constitutio an. 1255.) Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 190.

2. **Pedagium,** telonium (domus) (Du C. al. s.); *vámház.* Kronst. II. 44. an. 1527: pro, præparatione *pedagii* novi ultra fluvium et 659.

Pedal, pedale organi; *lábító (orgonában).* Tör. Tár. 1889. p. 607.

Pedalia, ium, compes; *lábbilincs.* Fjp. Szám. p. 498: fabro pro *pedalibus.*

Pedalius, 3., antichton, antipodes, ultimus; *ellenlábas.* Leges Schol. Schem. 11. dissolutos autem et incorrigibiles, quorum etiam umbra ingeniis perniciabilis esse potest, ad *pedalios* indos usque releget.

1. **Pedamentum,** i, ridica; *karó.* M. Bel. Prodr. 180. Solent autem nostri *pedamenta* hæc sive ridicas ex vicinis montibus, ubi e quercu aut pino fiunt, tempestive adportare, quæ demum pro vitium diversitate diversa ratione vitibus adplicari curant. Cf. Varro R. R. 1., 3..

2. **Pedamentum,** fundamentum, fulcrum; *támasz,* Tör. Tár. 1888. p. 691. Hoc autem suffultus necessitatis sed tot modis accersitæ claudicante *pedamento* audet *Pasquillator attentare* universos.

Pedaneum forum, tribunal iudicis minoris; *albiróság, altörvényszék.* Törvt. Msz.

Pedaneus, i, (Du C. *Pedanus); albiró.* It. (giudice) pedaneo. Czir. Hist. Jur. 33. E solitis Petri sat asperis comminationibus id tamen in rem præsentem discere licet: nomen *Pedaneorum* seu inferioris ordinis Judicum iam tum viguisse. Dicere namque consueverat: Si aliquamdiu sanus fuero, omnes iudices tam clarissimos et spectabiles, quam *Pedaneos,* Centuriones ac Villicos omnesque Principatus et Potestates in Regno Hung. Theutonicos constituam. Thurócz. 99.

Pedantice, inepte, insulse; putide; *pedánsúl, mereven, akadékoskodva.* Vern. Psych. 198. Defectus acuminis et facultatis judicandi stupidum; ingenji autem tardum et in omnibus actionibus *pedantice* gravem hominem reddit.

Pedantista, æ, homo literatus minutiarum admirator et captator ineptus; *vaskalapos, szőrszálhasogató, pedánt; hetyke tudós oskolai ember.* Fej. VII. 267., 203. Scientiarum progressui semper scioli ac *pedantistae* obstrepebant.

Pedare, ridicas vitibus applicare; *karózni.* M. Bel Prodr. 180. Prima sic se offert *pedandae* vineæ cura. Cf. Colum. 4., 12.

Pedatum, (Du C. Pedatia) pedagium, tributum; h. l. via publica; *országút.* Batty. Ger. 150. *Pedatum* de vastissimo advenientibus Dei orbe *bastientes.*

Pedellus, i, publicus minister academicus (Du C. apparitor); *iskolai szolga.* It. bidello. Wallaszky 480. Wagn.

Pedemontanus, *hegyaljai.* It. piemontano. Verancs. IX. 189. et consequentibus Comitatibus ad Turocium nostrum, in *pedemontanis* Carpati sitis.

Pedes, pedis, pro: pedes, itis; *gyalog katona.* Arch. Rák. IV. 131. et vos cum nos, cum floribus, cum *gentibus,* cum omnibus *pedibus, equibusque* simul.

Pedester, pedes (ire); *gyalog.* Rák. Ön. 52. Sole die Lunæ illucescente iam me venandum *pedester* iturus accinxeram.

Pediales, qui pedagium, tributum solvunt; *adót fizetők.* Száz. VI. 443. Universitati nobilium tam possessionatorum, quam unius sessionis atque etiam quibuscunque *pedialibus.*

Pedibulum, 1. (Du C. sonitus pedum), 2. stapes; *1. lábdobogás, 2. kengyel.* Nagy Hier.

Pedica, æ, (Du C.) 1. vinculum, quo animalia pedibus constringuntur in agris dum pascunt. Cf. Plaut. Poen. 3., 1., 10; Liv. 21., 35.; Verg. Georg. 1., 307.; Appul. Flor. p. 78. Oud. 2. involucrum pedis; *1. lábhurok, csekle, 2. lábbeli.* Ger. 1. Fussschlinge. 2. Fussbekleidung. Kronst. I. 660.

Pedicatus, us, pedes, pedites; *gyalogság.* Ger. Fusssoldaten. Magy. Tör. Tár. XVIII. 194.

Pedicellatus, 3.; *feldúdorodó.* Bene Med. II. 272. vel sunt tumores parvi iam complanati, jam *pedicellati* supra cutim plus minusve prominentes, *erectiles,* vocantur *naevi vasculosi.*

Pedicularis morbus, (a pediculo) Phthiriasis; *tetvesség.* Ger. Läusekrankheit. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. II. 151. Cf. Serv. Verg. Georg. 3., 564.

Pediluvium, lavacrum pedum; *lábfürdő.* Lzb. Cod. Med. T. II. 787.

Pedisequa, æ, educatrix; *nevelőnő.* Irodt. Közl. VI. 460.

Pedisequa primaria, cubicularia; *komorna.* It. cameriera, servetta. Arch. Rák. VIII. 340. In Cubiculo *Primariarum Pedisequarum* vulgo Kammerjungfrau.

Pedissequa, (Du C. pedisequa) pedisequa, ancilla; *szolgáló.* Tör. Tár. 1890. p. 598.

1. **Peditare,** (Du C.) incedere; pedes ire; *lábon járni.* V. s. *Claudatus.* Cf. Not. Tir. p. 75.

2. **Peditare,** *expedire,* suppeditare (Du C. al. s.); *szállítani.* Szilády Tör. Magy. Eml. II. 185. Tertia demum vi ... tionati excellmi Dni Heysler bagacziæ in fine mensis ... *peditavimus* babulum ex siligine metretas nro ...

Peditas, proprietas animalis pedes habentis; *lábbal való ellátottság.* Pázm. Dial. 207.

Pedites armigeri, *nehéz fegyverzetű gyalogság.* Kereszt. Res. Mil. 182. Quadruplex porro stabilis militiæ genus stipendio conductum nullo non tempore ad arma expeditum habebat, primi fuere: Equites armigeri gravibus et multiplicibus instructi armis; post hos Hussarones seu levioris armaturæ equites, tum *Pedites armigeri* vario armorum genere ita onusti, ut ad ea gestanda baiulis opus haberent, denique *Pedites non clypeati* leviora deferentes arma.

Pedites non clypeati, V. *Pedites armigeri; könnyü fegyverzetü gyalogság.*

Pedites pixidarij, pedites sclopetis armati; *puskás gyalogosok.* Cod. Dip. Brüss. II. 13. et totidem *pedites pixidarij.*

1. **Pedo,** onis, pedum; *pásztorbot.* Verancs. VII. 115. maiori usui erit tibi cassis quam mitra, gladius quam *pedo,* thorax quam pallium, quam stola clypeus.

2. **Pedo,** onis, pro: pedes (Du C.); *gyalogos.* It. pedone. Gal. Infanterist. Magy. Tör. Eml. XXX. 328. an. 1556. ab utroque latere habens suos *pedones* vel pixidarios.

Pedochia, Pedocia, æ, (Du C. pedochium) tributum, pecunia assecurandæ navi; *biztosítási díj.* Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 213: si ... navilium ... daret aliquam *postrennam* vel *pedociam* ... pro salute ... navilii ... quod illud debeat restitui. Luc. Regn. Dalm. 275.

Pedoniptrum, vas lavandis pedibus; *lábmosó edény.* Pár. Páp.

Pedule, is, (Du C. *Pedules)* tibialia; *lábbeli.* Bék. Pil. P. I. 29. Reg. S. Ben. 55., 9. Indumenta pedum caligas et *pedules.*

Pedulia, ium, stapes; *kengyel.* Szamosk. I. 237. Bina insuper *pedulia,* quæ stapedes vocantur, ab ephippio dependere solita.

Pegma ferale, pegma supplicii; *vérpad.* Ger. Blutgerüst, Schaffot. Star. XXVII. 196. an. 1687. in *ferali pegmate* .... erecto.

Pegola, (Du C.) pix, picea materia; *szurok.* Ljub. Mon. Sl. I. 219. V. 268. an. 1334.

Pegula, æ, (Du C.) pix; *szurok.* It. pegola. Rač. Mon. Sl. XIII. 8. an. 1348.

Pejerarium, (Du C.) carnificinæ locus, in quo christiani ad cognitionem et cultum fal-

sorum Deorum atque ejurandam religionem cogebantur. Nagy Hier. Pár. Páp.

Pelagianismus, doctrina Pelagii hæretici, qui nostram voluntatem omnibus bonis operibus exequendis sufficere docebat. *Pelagius tana.* Szentiv. Cur. Misc. III. 426. *Pelagianismus* in Britannia latius serpit.

Pelagianus, i, assecla monachi Brittanici Morgani vel Pelagii, qui contra Augustinum docebat homines sine peccatis et sine virtutibus nasci, peccatum Adami ad posteros nil pertinere, homini innatam esse facultatem, libertatem hoc vel illud eligendi etc. Doctrinam suam anno 410. Romæ cœpit propagare, unde Karthaginem profectus est. Paulo·post in Palæstinam abiit; *Pelagius követője.* Cher. Jus. Eccl. I. 91. debellavit scriptis Manichæos, Arianos, Donatistas, *Pelagianos,* Semipelagianos etc. For. Scr. p. 32.

Pelagolimen, maris portus, ex Græco πέλαγος et λιμήν, ένος; *tengeri kikötő.* Luc. Regn. Dalm. 109. et facto, quem vocant, *Pelagolimene* sive Maris portu parvas Scaphas in medium coëgerunt.

Pelama, æ, pelles; *szőrnemüek.* Ljub. Mon. Sl. I. 195.

Pelegrinatio, peregrinatio sacra; *zarándoklás.* Rák. Ön. p. 132.

Pelegrinus, i, peregrinus: It. pellegrino; *zarándok.* Rák. Ön. p. 27.

Pelex, pelliparius; *szűcs.* It. pelliciajo. Ger. Kürschner, Pelzer. Fjp. Szám. 440.

Pelimelicus, 3., (polimitus = multicolor Dief.); *ordas szinű.* Ger. wolfsgrau, schwarzgrau, gestreift. Schläg. 1245.

Pelium, pelvis; *medencze.* Száz. I. 383. Item unum *pelium* cum uno boccale de argento plano.

Pelizara, æ, pelles; *szűcsárú.* Ljub. Mon. Sl. I. 195.

Pelizer, Pellifex V. s. *Condaxon; szűrszabó.* It. pelliciere.

Pelle luere, vitam periclitari; *bőrrel fizetni.* Pfahl. Jus. Georg. XLI. Vere igitur, ut proverbium habet, *pelle luebat.*

Pellegium, pro: pulegium; *kakukfü, csombormenta, köszvénymenta.* It. polèggio, pòlio. Ger. Polei, Bergpolei. Schläg. 874.

Pellere, agere, propellere; *hajtani.* Fjp. Szám. p. 10: regis oves *pepulerunt.*

Pelles aprologionares (ab *aspriolus,* sciurus) pelles sciuri; *evetbőr.* Cod. Dip. Arp. XI. 500. an. 1261.

Pelles carmasinæ, p. coccineæ, molochinæ; *karminpiros bőrök.* it. carmesino. Tör. Tár. XX. 166.

Pelles karmasy, *-syn, -zyn* = p. coccinei coloris; *karmazsin szinü bőr.* Kronst. II. 172., 217., 376., 577.

Pelles karaschi, *-schy, -adschy, -atschy,* pelles grossæ; *közönséges bőr.* Kronst. II. 172., 219., 222., 232.

Pelles otter, pelles lutræ; *vidrabőr.* Kronst. II. 172.

Pelles variolinæ, (a *variolus)* pelles panthereæ; *párduczbőr.* Tör. Tár. XII. 151.

Pellicanus, pelecanus onocrotalus (Linn.); *publikán vagy pelikán.* It. pellicano. Thök. Diar. II. 374. Unum monile ad formam *pellicani,* habens in pectore smaragdum fl. 650.

Pellicea mardurina, vestis ex pelle melis; *nyestprém.* Ger. Marderpelz. Verancs. X. 15. Quæ autem vos misistis illi, non improbo; concessi tamen et ego, ut *pelliceam mardurinam* sibi compareț.

Pelliceum, V. *Pellicia.* Thök. Diar. II. 340. Unum *pelliceum* muliebre ex nigra purpura fimbriatum, sine nodis, pellibus linceis subductum fl. 90. Unum aliud *pelliceum* attratum pellibus vulpinis subductum fl. 10.

Pellicia, (Du C.) vestis e pellibus facta; *ködmönös prémruha, subicza, mente.* It. pelliccia. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 278. Clamis de saja, *pellicia* de leporinis et ancilla.

Pellicium, (Du C.) V. *Pellicia* (Decr. Colom. Reg. lib. 1.) Kronst. I. 365.

Pelliculatus, 3. *kéreggel bevont.* Schröer. Arch. Gr. et R. 62. Notandi sunt etiam *pelliculati* numi sive crusta obducti et ærugo antiquis numis propria.

Pellifex, (Du C.) V. *Pelfex.* Fej. X. 4., 370. ut puta omnes *pellifices* unum pelliscum, omnes fræniparii unum frenum dare. Tör. Tár. IX. 171. Cod. Dip. And. III. 245. Car. Bel. de Arch. 48. Kronst. I. 240.

Pellipar, (Du C.) qui pelles præparat h. l. utrum pellio *(szűcs)* an cerdo *(timár)* ex contextu intelligi non potest. Cod. Dip. And. II. 515., 605. Ladizlaus Toot dictus et Joannes *pellipar* cives Quinqueecclesienses.

Pelliparius, (Du C.) V. *Pellipar.* Pfahl, Jus. Georg. XXX. Qui in aula stricte serviebant (Hofdienerschaft) erant: *Pelliparii,* Tornatores, Tavernici, Præcones, Pistores, Sutores, mulsi coctores, qui parant marcium, Fabri, Carpentarii, Stratores, Agazones, Curriferi. Buckari, Vinitores, Pulsatores. Knauz M. E. Str. I. 65., 93. II. 350., 353. Kronst. I. 644. Száz. XXIV. 217.

Pellis Achorren, pellis sciuri; *mókusbőr.* Ger. Eichhornfell. Kronst. I. 38.

Pellis bursarum, faciendis bursis; *zacskó bőr.* Passim.

Pellis duplicata, pellis subsuendo idonea; *béllés.* Gall. fourrure. Monm. Comit. Trans. V. 194. A 100 *pellibus duplicatis* vulgo belles fl. 1.

Pellis ether, pellis lutræ; *vidrabőr.* Ger. Otterfell. Kronst. I. 11.

Pellis hædina, pellis hædi; *gödölyebőr.* Kronst. III. 30.

Pellis mardurina, pellis melis; *nyestbőr.* Thök. Diar. II. 326. Pallium unum ex holoserico nigro habens quinque ordines fimbriarum argentearum, subductum *pellibus mardurinis.*

Pellis mensalis, pellis mensæ instruendæ idonea; *asztalbőr.* Arch. Rák. VIII. 312. Quatuor frusta *pellium mensalium.*

1. **Præco-** onis, (Du C.); *szolga.* Kol. Am. II. p. 63. Fuere vero *Praecones* comitis statores et apparitores, quorum opera is utebatur in mandatis Regiis et suis etiam per provinciam castri sui publicandis, atque in vectigalibus Regiis exigendis.

2. **Præco,** (Du C.) circulator, qui silvas obirent, a furtis tuerentur; *kerülő, zsitár.* Batty. Leg. T. II. 384. an. 1252.

3. **Præco,** (Du C. concionator.) qui gladium cruentum circumferre solebat, etiam pallio cruento vestitus erat; *kiáltó.* S. de Kz. Chr. I. 2., 1.: *praecones* in castris ad exercitum Hungaros adunabant.

4. **Præco-** onis, collector rerum fugitivarum idem ac Jokergech; *jószágot kergető.* Pelcz-Geisa. p. 94. Collectores eiusmodi rerum fugitivarum dicebantur *Praecones.*

Præco Evangelii, verbi divini præco; *szent ige hirdetője.* Szék. Okl. I. 1.

Præco Verbi Dei, minister Verbi Divini; *Isten igéje hirdető.* Ker. Nap. 374.

Præcognitum, i, quod animo prævidemus; *előérzés, előismeret.* Pázm. Dial. 488.

1. **Præconceptus,** 3., meditatus; *előre*

kifundált, előre kieszelt. Cod. Zi. I. 358: quod Dumbo ... quendam villicum ... de *praeconcepta* malicia in capillis accipiendo interemisset.

2. **Præconceptus,** antehac conceptus, opinatus; præiudicatus; *előitéletes, elfogult.* Bod. Hist. Eccl. I. 108. Hist. Nat. 48. *praeconcepta* opinio.

Præconcipere, antea concipere, in animum inducere; *előre feltenni, kigondolni.* Arch. Rák. VIII. 171. Rák. Ön. 375.

Præcones Castri, V. *Praeco* 1. Prisc. Serv. 21.

Præconisare, (Du C. præconizare), prædicare, promulgare; *hirdetni.* Szil. Régi Magy. Költ. T. I. 278. Tu fidem sanctam et catholicam *praeconisatam* ab luminibus Christi. Pel. Pom. De S. Thoma s. I. c. 3. Rex filia suæ nuptias celebrabat et *praeconisari* fecerat, quod omnes deberent nuptiis interesse.

Præconisatio, antistitum electorum confirmatio (Du C. al. sensu); *püspökök, érsekek és patriárkák kinevezése vagy megerősitése.* Kon. Egyh. 180. 251.

Præconizare, (Du C.) prædicare; *kihirdetni* (ünnepélyesen). Knauz. M. E. Str. I. 69., 32. Per totam Pannoniam nuptiæ regis *praeconizantur.* Andr. Pann. 140. Tuam Excellentiam ... laudibus *praeconizem.*

Præconsentire, antea, prævie consentire; *előbb megegyezni.* Act. et Doc. Rákóczy, p. 106. pollicemur ... nos ... nonnisi præsciis et *praeconsentientibus* ... Confœderatis ... conclusuros.

Præconsiderare, prius considerare; *előbb megfigyelni.* Szentiv. Cur. Misc. 107. sicut Astrologi per considerationem stellarum prænoscere et *praeconsiderare* possunt de pluviis et siccitatibus.

Præcordialis, (Du C.) intimus; *benső, mély.* Pel. De S. Thoma s. II. c. 1. Christus amore *praecordiali* nos diligit ... Beng. Ann. Er. Cœnob. 602.

Præcordialiter, (Du C.) intimo animi sensu; *szivünk mélyéből.* Fej. V. II. 485. Nicolaus... Nobilis Regni Ungariæ Necessitates, apostolicæ sedi frequenter expositas, *praecordialiter* intuemur.

Prædamnati, iam antea damnati; *eleve elkárhozottak.* Corp. Gram. 702.

Prædatarius, prædatorius; *zsákmányoló, rabló.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 177. *praedatarios* Equites.

Prædaucius, fors; idem quod homo vagus (Cf. Russic. predaucy.); *szökevény, kóborló.* Germ. Landstreicher. Probst. Comitiol. p. 154. De restitutione Valachorum, Sclavorum et *Praedauciorum* leges olim et nuper sancitæ renovantur. Pár. Páp. Art. LXIII. an. 1681. Recon. an. 1655. p. 629.

Prædecessor, antecessor; *előd.* It. predecessòre. Wagn. Cf. Symm. Ep. 10., 47. Rutil. Nam. 1., 424.

Prædeclaratus, 3., supra memoratus; *fönnebb emlitett.* Dip. Alv. I. 24.; II. 267. iuxta *praedeclaratas* deliberationes.

Prædeducere, supra memorare; *előbb felhozni.* Lzb. Cod. Med. T. II. cryptæ ... *praededucta* modalitate exstruendæ. Kass. P. P. I. 229.

Prædefinire, antea designare; *előre kijelölni, rendelni.* Bod. Hist. Eccl. I. 351. Electi perire non possunt, quia deus ante creationem elegit et *praedefiniit* ad vitam.

Prædestinatiani, *elővégzetesek.* Not. rel. I. 227. *Praed.* sicut Pelagiani viribus liberi arbitrii-plus iusto attribuebant ... Sunt tamen, qui dicant, hanc hæresim nunquam exstitisse, sed S. Augustinum et eius doctrinæ sectatores ita a Pelagianis nominatos fuisse.

Prædestinatio, decretum Dei hominem ad sempiternam felicitatem destinantis; *előre való isteni rendelés.* Gall. prédestination. Ger. Gnadenwarl, Vorbestimmung. Wagn. Fabó. Monm. Evang. II. 135. Cf. Augustin. passim.

Prædeterminatio, V. *Praedestinatio.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 132. et plausibiliter characteristica Thomistarum sententia, qua physicæ *praedeterminationes* asseruntur.

Prædialis, qui a sacerdote quodam principali prædia accepit obligatione feudali. Cf. Hiv. Műsz. nobilis prædialis, *egyházi nemes,* et sedes prædialis, *egyházi nemesi* szék. In gloss. Szirm. nobilis prædialista, *pap nemese* (In Corp. Juris): «prædiales ecclesiarum (vulgo *Érsek nemessei, Apát-úr nemessei*)». Etiam ap. Du. C. occurrit hoc vocabulum, sed alia notione: s. v. Prædialis = prædiatorius, ad prædium pertinens. Kövy. El 58. Est alia classis etiam Nobilium, qui vocantur *Praediales.* Qui originem inde ducunt, quod quidam Prælati, Militis in promptu habendi causa certas terras ab antiquo pro solo sexu masculino conferre soliti sint et hodiedum easdem ex defectu vel Nota conferant, quarum collationum valor secundum illa principia dijudicari debet, quæ suo loco de Donatione Regia tradentur Hodie alii *Praediales* nobiles non exstant, quam Archiepiscopi Strigoniensis, Episcopi et Capituli Jaurinensis, Episcopi et Capituli Zagrabiensis.

Prædialis Ecclesiæ; *egyház helyi nemes ember.* Ker. Inst. Mil. 408—410: Regis nostri dum archiepiscopatus, Episcopatus aut Monasteria fundabant, iis partem unam liberorum subditorum armis duntaxat servientium adjicere consueverunt ... quo factum est, ut multi e Jobagyonibus castrorum in potestatem Archiepiscoporum... translati idem ipsum militare servitium ... continuare debuerint, ita tamen, ut amisso ... Jobagyonum Castri nomine iam *Praediales Ecclesiae* vocarentur.

Prædialis nobilis, nobilis ecclesiæ; *egyházi nemes.* Száz. XV. 555.

Prædialista, V. *Praedialis; egyháztelki nemes,* pap nemese. Kol. Am. II. 144: ordinis ecclesiastici viri abbatesque persæpe servos suos aut libertinos liberis prædiis donabant, quæ prima *praedialistarum* origo fuisse videtur. Jogt. Eml. III. 1. p. 355. Bel. Comp. Geogr. 498. Szirm. Glos. 132.

Prædicabiliter, laudabiliter, prædicabili modo; *dicsćretesen.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 44. sed in vobis propagatione *laudabili* radicata *praedicabiliter* et transfusa tenacius conquievit.

Prædicans, tis V. *Praedicator; hitszónok, hittanító.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 534. quidam eorum *Praedicans* ... hisce verbis Imaginem Christi alloqueretur. Tör. Tár. 1887. 48.

Prædicantialis, ad prædicantes pertinens; *hitoktatói.* Funda David. F. 2. IV. renunciando Muneri et officio ... *Pradicantionali.*

Prædicantius, 3., ad prædicatores pertinens; *prédikátori.* Rep. Cast. p. 14: Miror, qui mantellum illud tuæ reverentiæ, sub quo tunc manticulatus fueras, Nobilis ille perscrutari non sit verecundatus, neque existimaverit ex tuo pennas illas contactu, nescio quid *Praedicanticae* sanctitatis contraxisse.

Prædicatio, (Du C.) contio ad populum; *szónoklat, prédikálás.* Gall. prédication. Germ. Predigen, Predigt. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 15. non bene sedere videtur, quod cum in cotidianis *praedicationibus* vestris et nostris non plus quam quadraginta dies dare consue verimus.

Prædicator, orator divini verbi; *prédikátor. hitszónok.* It. predicante, predicatore. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 14. in civitatibus et oppidis, ubi *predicatores* et minores domicilia sua habent. Cf. Tertull. adv. Marc. 4, 28; Sulp. Sev. Ep. 1, 6.

Prædicatorius, 3., ad prædicatores pertinens (Du C. concionator); *prédikátori, papi.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 124. Primam *praedicatorii* sui muneris cathedram in Mariana Thallensi Valle obtinuit.

Prædicatum, i, 1. cognomen hominis; v. agnomen; 2. verbum in enunciato, quod demonstrat, declarat; *1. helységtől való név, 2. állitmány.* It. predicato. Prädicat. Szirm.

Prædicatura, æ, munus, officium prædicantis; *hittanárság.* Han. Hist. Eccl. 168: volent se ingerere ad officium *Praedicaturae.*

Prædilectio, studium; actus magis diligendi; *előszeretet.* It. predilezione. Ger. Vorliebe. Vern. Psych. 128. argutiæ inanes, quas male ingeniosi et faceti captant, denique *praedilectio* et præversio, quam erga nonnullos homines, animalia et res vita carentes sentimus, quin caussa eius nota sit i. e. sympathia et antipathia.

Prædiligere, magis amare; (Du C. malle); *jobban szeretni.* It. prediligere Pel. Pom. De S. Andr. s. IV. c. 5. Primogenitum filium solet homo *praediligere.*

Prædisponere, ad aliquid habilem reddere, præparare; *előkészitni.* Bene Med. I. 45. Temperamentum cholericum *praedisponit* ad morbos energicos.

Præditare, præditum reddere; *valamivel ellátni, megajándékozni.* Batty. Leg. I. 377. an. 1015. decimationibus curavimus *praeditare.*

Prædia impopulata, *benépesitett puszta.* Pfahl. Jus. Georg. 49. Alia contra illorum, quæ præsertim recuperatis e manibus Turcarum Comitatibus neoacquisiticis omni populo destituta, successive impopulata, 1. vel vero adaucto numero Colonorum in Possessionibus Oppidisque eisdem in meliorem illorum subsistentiam adiecta fuerant ita, ut Colonis in ambitu illorum agri, prata vel pascuum commune assignarentur, a quibus (in connumerationem etiam portarum sumtis beneficiis), 2. præstationibus urbarialibus (onerihus urbarialibus et servitutibus) obnoxii sunt. *Praedia* hæc vocantur *impopulata.*

Prædia incorporata, *bekebelezett puszta.* Pfahl. Jus. Georg. 49. Prædia hæc vocantur impopulata neque enim solum prædia, in quibus Coloni Domos suas erexerunt; sed illa quoque, quæ iisdem pro necessaria sui subsistentia ad excolendum adiecta sunt pro

impopulatis haberi debent. Melius tamen Prædia, quæ pro meliori colonorum subsistentia Possessionibus adiecta sunt, vocantur *Praedia incorporata,* in antithesi cum Prædiis primum memoratis.

Prædium, nobilitatis locus desertus: *puszta, a földesúr majorsága, rabszolgatelepülés.* Ger. die Puszte, Heide. *(a megyének korai birtokrésze,* de a majorsági jövedelemmé átváltozandott adó-. vám-, és birságra szintúgy kiterjeszthető). Samb. Tyrn. Georch H. T. III. 98. Tör. Tár. 1887. p. 525.

Prædoceus, 3., a *praeda* derivatum, furatus; *lopott.* It. robato, furato. Jogt. Eml. T. I. p. 498: ut res *praedoceas* seu deperdita animalia ad se . . . transponat.

Prædocinaliter, more prædonis; *rabló módjára.* Fej. V. 233. quædam castra nostra finitima *praedocinaliter* occupasset.

Prædocinium, rapina; *rablás.* Ger. Raub. Kass. Prax. 1., 22. *praedocinia,* aliaque delicta præcaveantur. Opin. de Securitate 1810. Sec. II. §. 3.

Prædominans, ceteris eminens; *uralkodó.* Imre Phil. 257.

Prædominari, superare, prægravare; *felülkerekedni, uralkodni.* Asp. Pr. Chr. p. 402. l. 7—10. (10.) O Dominator, Domine! insurgunt contra me cupiditates meæ et volunt dominari mihi, et heu, quam sæpe servio illis alacrius, quam tibi; auge charitatem, minue cupiditatem, ut illa *praedominante* sim fidelis et prudens in serviendo tibi.

Prædonice, in modum prædonum; *rabló módjára.* Vuch. Leg. Crim. 104. (Decr. I. Leopol. I. imp. an. 1659. Art. 77). voluntarii Detentores rerum *praedonice,* vel furtive ablatarum.

Præductal, præductale, regula, euthygrammum; (Du C. Stylus vel plumbum, quo lineæ præducebantur in membrana ad scripturam dirigendam); *vonalzó.* Germ. Lineal. Pár. Páp.

Prædux, summus dux; *fővezér.* Urk. Sieb. I. 138. an. 1279. Cum . . . rex Bela maiorem exercitum *praeduce* Laurencio . . . contra . . . patrem nostrum destinasset.

Præeligere, malle, præferre; *elsőséget adni.* Tör. Tár. 1887. p. 787. Beng. Ann. Er. Cœnob. Præf. cum paupere Christo pauper et in Eremi latebris absconsus sola gratia clarus et virtutum cymeliis dives fieri *praeelegeras.* Cf. Sidon. Ep. 7., 4.

Præelegibilis, quod prius eligi potest; *inkább választható.* Pel. De s. Mathia s. II. c. 2. Minus malum *praeelegibile* est maiori malo secundum rationem.

Præemere, præ aliis emere; *előbb vásárolni.* Kass. Jur. Civ. II. 3. incipiendo ab illo, qui Jus *praeemendi* præ alio habet.

Præeminens, conspicuus præ ceteris; *kiváló, kitűnő.* Moln. Patv. 76.

Præeminentia, æ, excellentia, dignitas, gradus maior; *magasb méltóság.* Gall. prééminence Ger. höbere Würde, Vorrang. Art. Jur. Thav. 39. cunctis etiam aliis cuiuscunque Status, Dignitatis, Conditionis, Honoris et *Praeeminentiae* Subditis nostris etc. salutem et gratiam. Cod. Dip. Brüss. II. 159. Cf. Claud. Mam. Ep. præmiss. libr. I. de statu anim.

Præeminentior, magis conspicuus præ ceteris; *kiválóbb.* Arch. Rák. VIII. 25. erga *praeeminentiorem* distinctionem gradus officii.

Præemptio, prærogativa emendi; *elsőbbség a vevésben, elővásárlat.* Gall. préemption. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 290. nemo extraneorum ante nobilitatem comitatus . . . *praeemptionem* sibi vindicare audeat. Juriev. Jur. Met. 103. Kass. Jur. Civ. II. 3. Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 749. Jókai Rab. R. I. 89. Tör. Tár. 1887. 611. bőrök coëmptiója és *praeemptiója.* Száz. XXIX. 847.

Præemptionalis, ad ius prius emendi pertinens; *elővásárlási.* Jókai Rab. R. I. 4.

Præemittere, prius emittere, ante emittere, proferre; *előbb felhozni.* Fej. X. I. 79. Nos itaque *praeemissis* supplicationibus ipsius Jacobi.

Præerigere, prius erigere, movere; *előbb inditani.* Kass. Jur. Civ. 1., 212. adeoque *praeerectae* sub. A. Actionis præsusceptique instituti et Judicatus legalitate eveniente.

Prærogatio, actus in antecessum aliquos sumptus faciendi; *előre tett kiadás.* Törvt. Msz.

Præexcogitare, prius excogitare; *előre kieszelni, tervezni.* Fej. IV. 3., 327. nos licet firmiter crederemus *praeexcogitatam* malitiam ad protelandum processum ipsius negotii excusationem huiusmodi prætendisse.

Præexconceptus, præmeditatus, quod consulto de industria fit; *előre szándékolt, tervezett.* It. prémeditato. Germ. vorsätzlich. Kov. Form. St. 92. famulis suis armatis manibus et *praeexconcepta* malitia tempore serotino ad domum suam destinatis.

Præexhibitus, 3. prius exhibitus; *előbb bemutatott.* Tör. Tár. VI. 48. litterarum *praeexhibitarum.* Cod. Dip. And. V. 13., 23. Cod. Zi. III. 67., 459., 539.

Præexigere, antea exigere; *előbb követelni.* Pázm. Dial. 364.

Præexistentia, æ, ante existere; *korábbi, előbbi létezés.* It. preesistenza. Gall. préexistence. Vern. Met. II. 321. Inter antiquissimos Philosophos Pythagoras et post illum Plato existentiam idearum innatarum propugnavit. In nexu eorundem systematis de *praeexistentia* animarum ideæ innatæ illis erant reminiscentiæ æternarum et immutabilium substantiarum, quas anima, antequam corpori iungeretur, in præcedenti aliquo vitæ statu cognovit et quasi in speculo quodam intuita est.

Præexistentiani, *kik a lélek előlétezését tanították.* Imre Phil. 353. Aliqui docent: Deum ante mundi creationem aut sub ipsa omnes animas creasse, quæ cum corpora humana generantur, his associantur: isti vocantur *Praeexistentiani;* tales erant multi ex Chaldæis, Agyptiis et Judæis.

Præexistere, prius existere; *előbb létezni.* Fabó. Monm. Evang. II. 169. Præterea in topschensi catholica antehac ecclesia *praeexistentia* tria altaria prædicans David Frühauff cognominatus demoliri curans.

Præexponere, prius exponere; *előbb felhozni.* Art. D. 1840. p. 5.

Præexprimere, prius, ante exprimere; *fenn kitenni.* Ger. oben anführen. Kov. Form. St. 254. Francisco et Demetrio in *praetaxatis* tribus millibus flor. auri ab ipsis modo *praeexpresso* perceptis inscripsisset, pignori obligasset.

Præexstare, præstare, excellere; *kitünni.* Batty. Leg. I. 129: *praeexstantium* olim Episcopatuum fama.

Præfatus, ante, prius memoratus; *fölebb említett.* Cod. Dip. And. I., II. pass.

1. **Præfecta,** forma generis feminini a præfectus, eodem sensu — quæ alicui rei præfecta vel præposita est. *Aulae praefecta: udvarmesternő.* Rák. Ön. 44. l. 33—37. (36.): Prætereo, Domine, recensere domesticas afflictiones meas, quas uxoris meæ zelotypia per vere, prout ipse nosti, falsas anus cujusdam, quam mater illi pro *aulae praefecta* dederat, relationes et instigationes causata.

2. **Præfecta,** æ, filia adoptata; *fogadott leány, fiúsított leány.* It. fille adoptive. Ger. Adoptiv-Tochter. Kövy. El. 42. In primo casu vocatur Præfectio, quæ tantam vim habet, ut, licet *praefecta* ignobili nupserit, tamen proles eius post defectum præfici curantis prærogativa nobilitari gaudebunt. Jók. Epp. I. 205. egy családnak egyetlen gyermeke, ki hogy a család neve fenmaradjon, atyja által királyi kegyelem utján s az ország beleegyezésével mindazon jogokban részesittetett, a miket törvényeink szerint egy férfiú élvez. Jószágainak önálló birtokosa, nevét a férje neve előtt viseli s gyermekei mind a két nevet öröklik; *fiúleány.*

Præfectio, est sexus fœminei in ius masculinum adoptio regia; *fiúsítás.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 192. *Praefectio* (Férfiusítás vel Leányfiúsítás) nobis, Hungaris est: actus, quo defectui proximus mulierem suæ familiæ in bonis sexum duntaxat masculinum concernentibus, cum consensu regio privilegiali in masculinum hæredem substituit. Samb. Tyrn. M. Bel. Geogr. Comp. 504. Moln. Patv. V. Jogt. Eml. I. 173. Kövy. El. 42. si quis successoribus masculinis carens filiam vel sororem in bonis solum sexum masculinum antea concernentibus (sive firmo sive infirmo iure possessis) cum Consensu Regio adeoque Donatione mediante in hæredem constituit, aut cum omnibus prorsus Successoribus careat, extraneum a sanguine et ignobilem in fratrem vel filium æque cum consensu Regio pariter in casum defectus assumit vel plane bona sua ignobili legat. In primo casu vocatur *Praefectio.*

Præfectionales, (sc. litteræ), præfectionem, affiliationem continentes; *leányfiúsitási levél.* Proj. Leg. Civ. 167. Filia præfecta, si *praefectionalibus* ius quoque regium adnectatur, edocto hoc, ita prout alter a sanguine extraneus, jura deficientis familiæ in bonis sibi collatis requirere poterit. Fej. XI. V. Un. 473. Kövy El. 157.

Præfectissa, æ, femina præfecta; *elöljáró nő, főnöknő.* Germ. Oberin. Beng. Ann. Er. Cœnob. 414. nec non Excellentissimæ Comitissæ a Fels, Supremæ pro tunc *Praefectissae* Aulæ Imperatricis Viduæ Magdalenæ Theresiæ.

Præfectoratus, *Generalis cassae fundationalis politicae Praefectoratus officium.* Munus summi præfecti ærarii publici fundationum; *az országos alapítványi pénztár elnöki hivatala.* Kass. P. P. I. 20.

1. **Præfectura,** æ, *kerület.* Faber. Jur. Met. 38. Hungaria omnis montana divisa est in *Praefecturas* (Districtus vulgo dicimus) quæ Cunctos Regni Comitatus et adnexas pro-

vincias complectuntur. Wallaszky 571. Cf. Tacitum passim.

2. **Præfectura,** æ, domus præfecti, curatoris rei rusticæ; *jószágigazgatóság.* Jókai Rab. R. 1., 6. Helen ülének együtt, a tintapettyes zöld asztalnál, az uradalmi *praefectura* gyüléstermében, a bonorum director elnökölt, mellette jobbról a *praefectus,* ki az ügyek sorrendjét válogatta elő a conceptusból.

Præfectura suprema Armorum Cæsareo Regiorum, officium, penes quem est summum imperium; *főhadkormányszék.* It. comando generale. Ger. das Generalcommando. Kass. Prax. I. 48.

Præfectura hospitiorum militarium, prætorium hospitiis designandis; *főszállásmesteri törzshivatal.* Stat. 33. præfecturæ hospitiorum militarium. (General Quartier-Meister Stab).

Præfectura Præsidiaria Militaris, officium præfecti custodum; *katonai őrségi parancsnokság.* Diar. Com. II. 9.

Præfecturatus, us, officium præfecti; *elöljáróság.* It. prefettura. Ger. Präfectur. Nov. Calend. 319. Semliniensis Postæ *Praefecturatus* Officii Districtus. Art. Diæt. Pos. 30.

1. **Præfectus,** i, præceptor domesticus; *házi tanító.* Jók. Epp. I. 103. humaniorum cursus. Innentúl mindig válogatott magántanítói voltak, kiket *praefectusoknak* czimeztek.

2. **Præfectus,** i, (in scholis saxonalibus); *elöljáró.* Teut. Schul. I. 229: *Praefectus* integro cætui studiosorum togatorum præest... Præterea Oeconomiæ publicæ universalis et specialis ordinariorum cura eidem incumbit... Eidem informatio puerorum Classis IV. æ, seu Rudimentistarum concredita manet . . . præterea Concionem quovis Festo sollenniori, in Monasterio, hora diei primæ pomeridiana habebit.

3. **Præfectus,** hodie rector gymnasii; *a mai gymn. igazgató.* Marosvásárh. gymn. Ért. 1894/5. p. 33.

4. **Præfectus,** nude dicitur, qui cohorti militum præest; *százados, parancsnok.* S. de Kz. Chr. II. 1., 2. Habebat . . . unus exercitus XXX millia virorum armatorum exceptis decurionibus ac *praefectis.*

Præfectus armariorum, V. *Thesaurarius; kincstáros.* Oláh. Cod. Ep. 325. Binas, ut arbitror, litteras meas post meas per *praefectum Armariorum* antea missas ad te dedi.

Præfectus Castri, arcis, castelli præfectus; *várnagy.* Pris. Serv. p. 20: *Praefectus Castri* idem qui Castellanus seu castri custos, cui præter custodiam castri incumbebat castrenses regere, et in exercitum deducere. Bel. Appar. ad Hist. Hung. Dec. I. Mon. V. pag. 231. Kelem. Hist. Jur. Pr. 43. a *prae fecto castri (várnagy).*

Præfectus cœnobii, qui præest monasterio; *klastrom elöljárója.* Törvt. Msz.

Præfectus generalis-Excubiarum, *tribunus maior; praefectus vigilum; őrnagy.* Arch. Rák. IX. 452.

Præfectus molæ, *zuzómester.* Juriev. Jur. Met. 45. Lotores Montanistici (Mühlenarbeiter) vocantur generatim omnes illi operarii, qui in Molis contusoriis iisque adjunctis Loturis operas præstant; inter quos primum locum tenet: *Praefectus molae* (Mühlschaffer), cui incumbit cura et directio omnium negotiorum in Mola Contusoria et Lotura occurrentium.

Præfectus monetalis, monetæ præfectus; *pénzverő igazgató.* Numi Hung. 159.

Præfectus palatii, V. *Comes Palatii.*

Præfectus rei contusoriæ, V. *Praefectus molae; zúzómester.* Törvt. Msz.

Præfectus rei tormentariæ, V. *Magister tormentorum.* Törvt. Msz.

Præfectus scholarum, rector scholæ; *iskola igazgatója.* Körmöcb. főreálisk. Ért. Bpest. 1895. p. 119.

Præfectus stabuli, dignitas aulica: qui stabulo regis præfectus vel præpositus est; *istállómester.* Rák. Ön. 242. l. 3—6. (5.): Triduo, uti recensui, elapso, adhuc decumbens Rex se aulæ spectandum præbuit et sequenti die, quamvis valde debilis et præter morem brachiis *stabuli praefecti* fulcitus, prodire incœpit.

Præfectus studiorum, qui præest studiis; *tanulmányi elöljáró.* Székesf. főgymn. Ért. 1894/5. p. 14. a tanítás vezetésében a rectornak a közege a *praefectus studiorum,* a tulajdonképeni igazgató.

Præfectus vigiliarum, qui vigiliis præest; *őrparancsnok, őrnagy.* Rák. Ön. 134. l. 20—22. (21.): (nobilis Mecsinskius...) in exercitu Polonico officialis supremi in legione quadam *vigiliarum praefecti* fungebatur officio.

Præferenter, imprimis; *mindenekelőtt, különösen.* Kass. Prax. I. 26. assumuntur *praeferenter* B. Rescripta, Decretaque Regia.

Præferentia, æ, priores partes (Du C. al. s.); *elsőség.* Irodt. Közl. VI. I. p. 90.

Præferentialis, antecellens, priores partes habens; *kiváló.* Kuk. Jur. II. 304. quam et generalibus Comitiis promotas imo et in serie *praeferentialium* gravaminum ac postulatorum hacteuus incassum adursas fuisse.

Præferratio, actus ferro muniendi; *megvasalás.* Kronst. II. 498. *praeferratio* unius bigæ.

Præficere, in filii locum adoptare puellam. Georch. H. T. II 32. Ha mondhatjuk rövidből rövidíteni, nagyobból nagyobbitani, újból ujjitani: miért nem mondhatnánk fiúból fiúítani? azaz röviddé, nagyobbá, újjá, fiúvá tenni: már pedig *praeficere* annyit tészen, mint a leányt törvényesen fiúvá tenni; szinte így lehet az örökbe való fogadást is rövidebben örökösítésnek mondani. Ne fertőztessük meg honnyi nyelvünket az idegen szavakkal, midőn nálok nélkül könnyen ellehetünk.

Præfidentia, æ, temeritas, furens audacia; *elbizakodottság.* Ker. Inst. Mil. 486. Isthv. III. 4.

Præfigare, præfigere; *előre meghatározni.* Száz. XII. 360. sub pœna *praefigata,* fl. 100.

Præfigurare, rei futuræ imaginem fingere; *leábrázolni, jelképezni.* It. prefigurare. Otia Bachm. 287. præterquam quod illa *praefigurabant* Semen illud benedictum promissum. Passim ap. script. ecclesiasticos.

Præfigurativus, 3., (Du C.) qui rem futuram exprimit; *előre jelzett.* Pel. In corp. Christ. s. II. c. 7. Per hoc sacramentum asseeuratur homo de beatitudine tamquam per *praefigurativum.*

Præfinitus, 3., (Du C.) definitus, certus; *előre meghatározott.* Tör. Tár. 1881. p. 99. *praefinita* dies.

Præfixio, actus præfigendi; *kitűzés.* Rák. Ön. 72. *praefixio* temporis.

Præfricte, (a præfracte) obstinate; *makacsul, ha törik, szakad.* Batty. Leg. I. 405: si autem *praefricte* contendas.

Præfulgidus, 3., præfulgens; (Epitheton imperii Turcici); *igen fényes.* Tör. Tár. 1890. p. 406. *praefulgida* porta. Cf. Juvencius 3., 331.

Prægestus, prius, ante gestus; *előbb viselt* (officium). Kass. P. P. I. 239. cuivis alteri nefors *praegesto* Fiscalatui renunciare debet.

Prægloríficare, summa gloria afficere; *megdicsőiteni.* Pel. Pom. De S. Joan. s. IV. c. 7. Post mortem maximis privilegiis *praeglorificavit* Joannem Christus.

Prægloriositas, insignis gloria; *igen nagy, kitünő dicsőség.* Pel. De s. Joan. Bapt. s. IV. c. 1. Joannes merito magnus dicitur coram Deo in privilegiis *praegloriositatis.*

Prægnans causa, gravis causa, res magni momenti; *fontos, nyomós ügy.* Wagn.

Prægravatio, nimium onus; *túlterhelés.* It. aggravamento. Gall. surcharge. Ger. Ueberladung. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 349: comperta *praegravationis* veritate propter manifestationem alleviationis dimidium auctionis sentiat.

Prægravium, quod iustum pondus superat; *túlsúly.* Pest. Vár. Levt.

Prægressus, 3., provectus; *előrehaladott.* Abelles. 15. Bene Med. I. 163. *praegressa* inflammatio.

Prægustator, qui prægustat; regis a cyatho; *előre izlelő, pohárnok.* Tör. Tár. 1888. p. 658. Cf. Suet. Claud. 44. Gruter. Inscr. 581., 13. 602., 4. Orelli Inscr. 2993. Murat. Inscr. 407., 3.

Prægustus, us, præsensio; *előíz.* Ger. Vorgeschmak. Nill. Symb. 24: Hujus solatii *praegustum* . . . communico.

1. **Præhabere,** prius instituere; *előzőleg tartatni.* Cod. de Sztára. II. 21. diligenti inquisitione *praehabita* talem . . . comperissent veritatem.

2. **Præhabere,** anteferre; *fölebb becsülni, nagyobbra tartani.* Wagn.

Præhabitus, 3. superior, prior; *előbbeni.* Cod. Dip. Árp. V. 107. qui iidem populi seu condicionarij modo *praehabito* in suis questionibus per omnia defecerunt.

Præhonorandus, (Du C.) admodum honorandus; *nagytiszteletű.* Arch. Rák. IX. 10. Domine *praehonorande.*

Præinceptus, 3. ante inceptus; *előbb kezdett.* Cod. Dip. And. I. 384., 425.

Præinserere, ante inserere; *előbb beilleszteni,* Dip. Alv. II. 31. iuxta *praeinsertae* deliberationis nostræ tenorem. Art. Jur. Thav. 30. *praeinsertos* omnes . . . articulos . . . acceptavimus.

Præinsinuare, supra memorare; *előbb emliteni.* Kuk. Jur. II. 117. ut in *praeinsinuatis* modernis vacantiæ Banatus circumstantiis, in re quoque Militari, Regno huic respiciatur . . . Beng. Ann. Er. Cœnob. 127. occasione *praeinsinuati* motus.

Præiudicabilis, (Du C. præiudiciabilis) damnosus, nocens; *káros.* Tör. Tár. 1891. p. 76.

Præiudicare, nocere, detrimentum afferre; *ártani.* It. pregiudicare. Gall. préjudicier. Art. Diæt. Pos. 20. Ut nimirum Corregimen hoc Articulis 1-mo et 2-do Anni 1723... ne in minimo quidem *praeiudicet* aut *praeiudicare* possit. Arch. Rák. IX. 628.

Præiudiciosus, 3., damnosus; *káros, hátrányos.* Fej. T. XI. V. Un. 214. Albertus conditionem iuribus suis *praeiudiciosam* respuit. Tör. Tár. 1886. 47. Art. Diæt. Pos. 104. Dip. Alv. II. 334. Rák. Ön. 114.

Præiudicium, (Du C.) damnum, detrimentum; *sérelem, kár.* Georch. H. I. III. 103. Thök. Lev. 11. Marc. Chr. II. 88. Cf. ap. Sen. Gell. et Jurisconsultos passim.

Præiunctio, actus præiungendi, anteriori parti iunctio; *elébefogás, béfogás.* Rák. Ön. 126. I. 33—34. (33.): quamvis *praejunctionem* equorum urserim, tergiversationes hospitis et varia quæsita impedimenta retinuere me...

Præiunctura, equi subsidiarii; *előfogat.* Germ. Vorspann. Art. Diæt. Pos. 27. Obtingens item contributionale, Quarteria Militaria gratuitorum Laborum prout et Transennarum, Vecturarum ac *Praeiuncturarum* adiustationes, sumptus item et expensæ omnes... proportionate excindentur. Rák. Ön. 103. Szirm. Kass. Ench. I. 257.

Præiuncturalis, ad equos subsidiarios pertineus; *előfogati.* Kass. Ench. I. 258. *Praeiuncturales* currus non nisi quadrijugi de- et assignentur pro parte Status militaris. Norm. Ordin. 1765. 2. dec. Moln. Patv. 82: ab equis et bobus *praejuncturalibus.*

Præiungere, equos currui iungere; *kocsi elé fogni.* Rák. Ön. 54. currum quatuor equellis *praejunctum* pro *gynaeceo* vehendo suppeditans, infans cum nutrice carpento impositus est.

Prælargiter, valde large; *igen bőven.* Andr. Pann. 254.

Prælati nullius, semiepiscopi, qui præsunt territoriis a iurisdictione episcopi ordinarii avulsis; *félpüspökök.* Kon. Egyh. 287. *Praelati Nullius,* kik egy a püspökmegyei kötelék alól végképen kivett és semmiféle megyei kormányzás alá nem tartozó territorium felett a püspöki hatalommal csaknem teljesen egyenlő hatósággal felruházvák, kik tehát minden püspöki joggal élnek, melyek nem közvetlenül a pöspöki rend folyományai; miért is másként *semiepiscopi* néven fordulnak elő.

1. **Prælatio,** (Du C.) officium, munus prælati; *főpapi méltóság.* Batty. Leg. III. 650. an. 7507.

2. **Prælatio,** ius præcipuum; potior, prior conditio; prærogativa; *elöség, elsőbbség.* It. prerogativa. Gall. priorité. Germ. Vorrecht. Kövy. El. 30. Reliqui vel saltem unus etiam fratrum pignoris processum in legibus de pignore sonantibus instituendo ratam suam directo successionis Jure, ratas reliquorum vero *Jure praelationis,* fundando Actionem suam etiam in 47: 1723. coram foro pignoris. Georch. H. T. III. 164. Csaplov. Nucl. 241.

Prælationis iure gaudere; prærogativa gaudere; *elsőbbséggel bírni.* Törvt. Msz.

Prælatitius, 3., ad prælatum pertinens; *főpapi.* Cher. Jus. Eccl. I. 226. Munus Datarii in Curia Romana magna auctoritate pollet estque *praelatitium* et nonnunquam Cardinalitium.

Prælatura, æ, dignitas, gradus prælati; *egyháznagyi hivatal.* It. prælatura. Gall. prélature. Monm. Comit. III. 377. *Praelaturas* et alia beneficia Ecclesiastica in Regno vacantia... Ungaris benemeritis et Ecclesiasticis conferre dignetur. Numi Hung. 50.

Prælaturalis, ad prælaturam pertinens; *egyháznagyi.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 88. Donatio recte tribuitur: 1-o In publicam, quæ a persona auctoritate publica fungente vi sui muneris fit, cuius species sunt: Regia, Palatinalis vel Locumtenentialis et *Praelaturalis.*

Prælatus, (Du C.); *egyháznagy, főpap.* It. prelato. Gall. prélat. Germ. Prälat. Cher. Jus. Eccl. I. 272. *Praelati,* qui ab Episcopis distinguuntur, vocantur ii, quibus vel Jurisdictio quasi episcopalis pro foro etiam externo et usus insignium pontificalium competit vel ii, qui usu insignium pontificalium sine iurisdictione gaudent etc. Primi ordinis Prælati sunt: Abbates Monasteriorum et Præpositi Ecclesiarum cathedralium et Collegiatarum seu sæcularium seu regularium, Titularibus etiam non exceptis. Secundi ordinis sunt dignitarii quorumdam capitulorum. Ad tertium ordinem referuntur generales, qui toti ordini alicui religioso, et Provinciales, qui monasteriis Provinciæ alicuius præficiuntur.

Prælaudatus, 3., prius memoratus: *előbb emlitett.* Dip. Alv. II. 222. dignetur *praelaudatos* ablegatos... intimiore fovere admissione.

Præliatrix, adi. fœm. a proeliator; *hadakozó, harczoló.* Ke. Or. Zrin. B. *praeliatricis* dexteræ. Star. XXVII. 206. an. 1689: *praeliatrices* copias effundit.

Prælibatus, 3. (Du C.) supra memoratus; *előbb emlitett.* Cod. Dip. And. I.—II. pass.

Præliminare, Præliminaria, pactum præcedentes actiones, disceptationes; *előczikkelyek.* Ker. Nap. 266. Arch. Rák. VIII. 199., 300. Rák. Ön. 180. Jókai. Uj f. 93.

Præliminaris, ad tempus, interim factus; *előleges.* Gall. préliminaire. Pray Hist. p. 339: Commissarii petebant, ut *Rakocziani praeliminares,* quas vocant, conditiones depromerent. Törvt. Msz. *praeliminares* articuli, *előleges czikkelyek.*

Præliminaris designatio erogationum, prævia designatio impensarum; *a költségek előleges följegyzése.* Tisztb. Ir.

Præliminariter, prævie (Du C. per procemium); *előlegesen.* It. preliminaremènte. Kass. Prax. I. passim. *praeliminariter* nosse oportet. Arch. Rák. II. 54. Moln. Patv. 33.

Prælis, pro: *proeliis.* Taurini Stauromachia. III. 74. csatale írásnál. Ed. Engel. Mon. Ungr. Bécs. 1809. Pars *praelis* agitur gravibus.

Præloquium, prologus, præfatio; (Du C. al. s.); *előszó.* Lampe. Hist. Eccl. Præf. p. 8.

Præludialis, e, ad præludium pertinens; *bevezető.* Cat. Libr. S. Ivanics. 218. Pázmándy Sam. Schediasmata *praeludialia* Cogitationum coniecturalium circa originem sedesque antiquas et Linguam Uhro-Magarum Populorum. Pestini 1786.

Præludium, præparatio; *előjáték, előkészület, kezdet.* It. preludio. Cod. Dip. Brüss. IV. 79. Et iam *praeludia* ad hoc tentandum facta.

Præludium pugnæ, concursatio, prælusio; *harczi előjáték. próba mérkőzés.* Fej. T. XI. V. Un. 285. seclusis partialibus *pugnae praeludiis.*

Præmagnificus, 3., magnificentissimus; *igen dicső.* Pel. De s. Joan. s. IV. c. 3.

Præmeditate, consulto et cogitato consilio; *előre meggondolva.* Wagn.

Præmemorare, antea memorare; *előbb emliteni.* Cod. Dip. Arp. Cont. II. 265., 74., 189. Terra autem *praememorata.* Dip. Alv. II. 301. Rák. Ön. 51.

Præmencionaliter, præ-eminentialiter, præsertim; *különösen.* Fej. VIII. 3., 469. Prælatis Baronibus Comitibus et aliis cuiusvis status et condicionis ac *premencionaliter* regni hominibus tributa habentibus.

Præmentionare, supra commemorare; *előbb emliteni.* Arch. Rák. II. 423.

Præmereri, valde mereri; *nagyon megérdemelni.* Cod. Dip. And. I., 205., 337.

Præmialis, ad premium pertinens; *tiszteleti díj.* Rév. Pl. 42. *praemialibus* vel aliis operibus (literariis).

Præmiare, (Du C.) premio afficere remunerare, premiis donare; *megjutalmazni.* Hor. Mem. 355.

Præmiatio, remuneratio; *jutalmazás.* Fej. T. XI. V. Un 335. reputatur *praemiatione* digna fidelitas. Pel. De s. Joan. s. IV. c. 7.

Præmiator, stipendiarius, qui premiatur (Du C. al. s.); *zsoldos.* Szamosk. III. 174. copias suas, quas sub signis habebat (erat autem mille *praemiatoribus,* quos Haydones vocant, qua Valachis qua Thracibus præfectus) in Transylvaniæ subsidium educeret.

Præmonstratenses, a S-to Norberto an. 1120. o fundatus ordo monachorum a monasterio Gallico *Prémontré* (Pratum de cœlo monstratum) unde originem duxerat ita appellatus. *premontréiek, fehér barátok.* Olt. Act. Synod. 3. Cod. Zi. III. 139. et passim.

Præmonstrativus, vim præmonstrandi habens; *előre utaló.* Cher. Jus. Eccl. II. 129. Cunctas vero benedictiones Ecclesiæ velut simul cærimonias retinemus ut præteritorum *memorativas,* præsentium *excitativas,* futurorum *praemonstrativas,* quibus Dei cultum plenius perficimus.

Præmunitio, arma (Du C. al. s.); *fegyver, védő eszköz.* Falud. Arch. 69. Ad partes munitionum irregularium revocari debent omnes *praemunitiones,* ut: parmæ, cassides, opera cornuta et coronata.

Prænarrare, prius, supra enumerare, narrare; *előbb felsorolni.* Kass. Jur. Civ. II. 149. non secus in sortem bonificationis *praenarratorum* trium frustorum. Cf. Ter. Eun. 5., 5., 12. (982).

Prænobilis, nobilitate insignis (in titulis); *főnemes.* Sentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. II. 47. L. Bossani, Nobilis Hungarus 1689. M. Fronck, *Paenobilis* Hungarus 1690. Fej. X. I. 48. Bék. Pil. II. 525. an. 1714. Cf. Appul. Met. 10., 25. Prud. Hum. 698.

Prænominatus, supra nominatus; *előbb megnevezett.* Cod. Dip. And. I.—II. passim.

Prænosticare, præsagia dicere (Du C.); *megjövendölni, előre megmondani.* Pel.

in. Epiph. s. IV. c. 7. Sed si quis *praenosticat* futura ex astris cet.

Prænosticativum, antea nuncians, prædicens; *valaminek előleges ismeretét nyújtó.* Pel. In corpore Christi s. II. c. 7. Per hoc sacramentum assecuratur homo de beatitudine, tamquam per *praenosticativum.*

Prænotatio, actus notandi; *előjegyzés.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. 1. p. 68.

Prænotationalis liber, liber, in quo annotatur aliquid; *előjegyzési könyv.* Ger. Pränotationsbuch. Kass. Prax. I. post præsidialem revisionem ad officium pro expeditione missa ante omnia *libro praenotationali* frustatim secundum rubricas insribere.

Prænotatus, 3., supra memoratus; *előbb említett.* Cod. Dip. And. I.—II. pass.

Prænumerans, qui pretium libri edendi in antecessum solvit; *előfizető.* Irodt. Közl. Szilády Á. VI. évf. I. f. 77.

1. **Prænumerare,** pretium libri edendi in antecessum solvere; *előfizetni.* Passim.

2. **Prænumerare,** pecuniam in antecessum alicui dare; *előlegezni.* It. avanzare. Ger. vorschiessen. Act. et. Doc. Rákóczy p. 108—109: pollicemur . . . nos ipsis unius atque alterius mensis stipendium . . . mutuo *praenumeraturos.*

Prænumeratio, pretium libri edendi in antecessum solvendum; *előfizetés.* Sup. An. S. II. Proœ. 4. Irodt. Közl. VI. I. 75.

Prænumeratus, supra enumeratus; *előbb felsorolt.* Cod. Dip. And. I. 179., 197.

Prænuncupatus, prius, supra nuncupatus, nominatus; *előbb megnevezett.* Pfahl. Jus. Georg. 163. Exstirpaturas seu in agris seu in pratis *praenuncupatorum* Diverticulorum possidentibus. Cf. Prud. Cath. 7., 179.

Præoccupare, deprehendere (Du C. al. s.); *rajta kapni.* Batty. Leg. T. II. 107. (Decr. It. Ladisl.) si quis . . . propinguum in furti conditione *praeoccupaverit.*

Præorare, oratione præire: *előimádkozni.* Ker. Nap. 97. Olt. Act. Synod. 13.

1. **Præordinare,** ante constituere; (Du C. al. s.); *előbb rendelni.* Nic. De Mir. 393. Si autem deus nequeat futura prævidere, nisi *praeordinaverit* ea. Cf. Vulg. Act. Apost. 22., 14. Cœl. Aur. Acut. 1., 4., 44.

2. **Præordinare,** (in regem) prius, ante sacro oleo inaugurare (Du C. al. s.); *előbb fölkenni.* Andr. Pan. 6.

3. **Præordinare,** prius, ante iubere adesse (Du C. al. s.); *előbb berendelni.* It. preordinare. Ger. vorbeordern. Epist. Præ. p. 63: decretum est, ut ipsæ gentes statim . . . *praeordinentur.*

Præordinatio, actus prædestinandi; *előre elrendelés.* It. preordinazione. Fej. I. 316. Quum cuncta Dei nutu condita suaque evidentissima *praeordinatione* disposita. Beng. Ann. Er. Cœnob. 88.

Præostensio, actus prius ostendendi; *előre való megmutatás, kijelölés.* Pel. Pom. In fest. circ. s. II. c. 4. Super alia . . . debuit habere nomen salvatoris Jesus ratione *praeostensionis.*

Præparandia, æ, schola, in qua futuri ludi magistri erudiuntur; *tanítók képző intézete.* Körmöcb. főreálisk. Ért. Bpest. 1895. p. 124.

Præparandiale institutum, V. *Praeparandia.* Törvt. Msz.

Præparandus, i, scholæ, quæ dicitur præparandia, alumnus; *képezdész.* Wallanszky 485.

Præparatio, V. *Adaptio* 2. (Du C.); *feldolgozás.* Vect. Gen. F. §. 28: varii sunt fines inductionis mercium... vel nempe *Praeparationis,* vel, ut ajunt, *speculationis.*

Præparator funalium, qui funalia conficit; *fáklyakészítő.* Kronst. II. an. 1527. 49: *praeparatori funalium* (teutonice: Wyntliechter.)

Præparator vasorum ad cellarium, vietor; *bodnár.* Ger. Böttcher. Buny. Vár. tört. I. 42.

Præparatorie, præparando: *előkészítőleg.* Száz. XIV. 203, az internuntius-sal csak *praeparatorie* kell közölni az instructiót.

1. **Præparatorium,** i, locus, ubi res præparantur; *műhely.* Wallaszky 450.

2. **Præparatorium,** apparatus; *előkészület.* Rák. Ön. 186. de bellicis Turcarum *praeparatoriis.* Tör. Tár. 1891. 416. Arch. Rák. II. 235.

Præpedium, (Du C. impedimentum) *corrigia,* quibus præpeditur calceus, quominus decidat; *bocskorszíj.* Ger. Schuhriemen. Kov. For. St. 445: in uno foro ebdomadali possit tres integras pelles magnas excidere *praepediis* et *subsoleis* sive per integras petias licet vendere illis.

Præpignus, oris, prærogativa pignoris; *zálogi elsőség, eleve való zálog.* Csaplov. Nucleus p. 233: Si incattus prætensi pignoris quoad bona actionalia *praepignus* doceat, absolvi debet. Kövy El. 414., 423. Georch. H. T. III. 65.

Præplacere, magis placere; *inkább tetszeni.* Batty. Leg. I. 371: Lectio mea mihi *praeplacet.*

Præponderantia, æ, proprietas præponderans; *túlsúly.* Gall. prépondérance. Vern. Psych. 517. Homines hi nonnullas sensuum exerrationes cum natura ipsa sensionum confundere et oblivisci videntur, degenerationes illas non in natura sensualis sensionis per se spectatæ, sed in *praeponderantia* eiusdem turbataque subordinatione, in excessiva irritabilitate et vehementia aut in eiusdem, ut ita dicam, autocratia fundari.

Præpondium, præ + pondus, superpondium; *túlsúly.* Rák. Ön. 168. l. 6—8 (8.): tepidus fragilitatis culpas huic continuo imponit et bonorum operum pondera in oppositam scutellam inferre negligit, et sic in statu præcipitii et proximi *praepondii* est.

Præponibilis, qui præponi potest; *elébe, előre tehető.* Corp. Gram. 400.

Præposita, æ, (Du C.) dignitas in monasteriis Sanctimonialium, abbatissæ proxima; *főnöknő.* Pröbstin. Cher. Jus. Eccl. 1., 300. Gubernantur Moniales per *Praepositas,* abbatissas et Priorissas aut *Praefectas,* quæ vel sunt perpetuæ vel triennales pro ratione instituti. Cf. Augustin. Ep. 211. (109).

Præpositalis, ad præpositum pertinens; *prépostsági.* Fej. 1., 450. habet currigeros, *iobagiones praepositales* et præter hoc terram in quatuor locis. Ib. 454. In prædio iterato Bercen est vinea *praepositalis* magna . . . ubi habet ecclesia cubicularios *praepositales* duos.

Præpositoria, æ, dignitas præpositi; *prépostság.* Tör. Tár. 1889. p. 415. quod possidet omnia bona episcopalia, *praepositoriam* et lectoriam et decaniam a dicto tempore citra.

Præpositualis curia, ad præposituram pertinens curia; *préposti kuria.* Fej. X. I. 453. eo, quia ipsam sylvam ad ipsam *Curiam Praepositualem* agnovimus semper pertinuisse.

Præpositura, (Du C.) præfectura, sacra dignitas in ecclesia cathedrali; *prépostság.* Arch. Rák. I. 5. *Praepositura* Scepusiensis. Verancs. II. 228.

Præposituralis, ad præpositum pertinens; *prépostsági.* Tör. Tár. 1889. p. 410. in villis *praeposituralibus.* Hist. Eccl. Ev. 253. Fej. XI. V. Un. 451.

1. **Præpositus,** (Du C.) præpositus ædi sacræ collegio; *prépost.* Batty. Leg. III. 253. de *praeposito,* qui obtinet primum locum in dextra choro ecclesiæ . . . et habet in . . . capitulo primam vocem.

2. **Præpositus,** iudex, more gallorum nominatus. Száz. XIV. 552. Árpádkori priv. Sárospatak a birót *praepositusnak* nevezi (franciásan).

Præpositus infulatus, præpositus infulā ornatus; *keresztes prépost, püspöki süveges prépost.* Törvt. Msz.

Præpositus magister canonicus, *tanító kanonok.* Szirm.

Præpositus major, *nagyprépost.* Pri. Sæc. II. p. 26. Episcopis proximi sunt dignitate *Praepositi,* horum alii *Majores* ob annexum sibi Canonicorum collegium, alii *minores* sine talium consortio, quos in unum collectos *capitula* vocant.

Præpositus maior Infulatus, (Du C.) præpositus ecclesiæ cathedralis; *süveges nagyprépost.* Hor. Mem. 248. Capituli Cathedralis Ecclesiæ Albensis Transilvaniæ *Praepositi Maioris Infulati* atque Tabulæ Regiæ in Transilvania Judiciariæ Prælati.

Præpositus minor, V. sub *Praepositus major.*

Præpositus titularis, titulo præpositi insignitus; *czímzetes prépost.* Törvt. Msz.

Præprimis, imprimis, cumprimis; *mindenekelőtt.* Dip. Alv. II. 212 humillimas *praeprimis* ago gratias.

Præprobitas, magna, eximia probitas; *nagy becsületesség.* Tör. Tár. 1890. p. 792.

Præprovocare, supra dicere, supra memorare; *előbb, feljebb említeni.* Fej. Jur. Lib. 493. in *praeprovocato* unionis diplomate. Kass. Jur. Civ. I. 222.

Prærecensere, antea, prius recensere; *előbb elősorolni.* Kass. Jur. Civ. II. 108. sed subin etiam spatio 15 dierum semper simul versati fuissemus præter *praerecensitos,* contradictore coram nobis apparente. Dip. Alv. II. 323. Rák. Ön. 264.

Prærepetitus, 3., supra sæpius nominatus; *fölemlített.* Lampe. Hist. Eccl. p. 531: nobis . . . demandatum exstitit: Ubi per *praerepetitum* prætitulati Diœcesani hominem delegatum requisiti fuerimus . . . obtemperaremus. Kuk. Jur. I. 480. Kass. P. P. II. 284. Vect. Ref. R. 2.

Prærepositus, supra repositus; *előbb oda csatolt.* Arch. Rák. IX. 34. et accessoria, quale etiam *praerepositarum* fassionalium ipso facto nullitate laborantium extorsio esse censeretur.

Prærequirere, *valde poscere; nagyon követelni.* Opin. Deput. 55. uniformi-

tas item principiorum in Judiciis obtinenda *praerequirit,* ut . . . Imre Phil. 112.

Prærogatio, prærogativa, immunitas; *kiváltság.* Occurrit etiam in textu Germanico. «*Praerogátion*» et variatur: «*Praerogativ*». Priv. Ceh. Dennoch bleibt die Freyheit und *Praerogatio* eines Edelmans für sich. Pest. Vár. Levt.

Prærogativa, æ, dictum aut factum liberaliter ab eo, qui nobis benefacturus est, ante præstitum beneficium: specimen et præjudicium benevolentiæ. Privilegium. Donatio immunitatis onerum, vectigalium, venia legum, libertas, quæ solvit legum vinculis, gratia legis facta. Jus ordine, lege primi; *kiváltság, szabadalom, előjog, elősėg.* It. prerogativa, prerogazione. Szirm. *Különös Szabadság.* Batty. Leg. III. 207. an. 1358. hanc gratiam et *praerogativam* in nostri præsentia fecit nobilibus. Cf. Plin. 37., 9. (46), 129. Eumen. Pan. ad Const. 2. §. 4. Ulp. Dig. 26., 7., 11. et passim ap. Jurisconsultos.

Prærogativa illustrium virorum, Vuch. Jur. Feud. 42. In literis investituræ sæpe numero occurrit collatio integrorum prædiorum et territoriorum cum formula: cum omni honore, cum omni honorantia. Potestatem harum vocum varii varie explicant; nonnulli *iurisdictionem* notari adserunt, alii *praerogativam illustrium virorum,* nec non *superioritatem territorialem* designari putant, alii per *honores* intelligunt dominationes, possessiones vel *provincias.*

Prærogativus, 3., præstans, præcellens; *kiváló, kiváltságos.* S. de Kz. Chr. II. 1., 4: Arpad . . . in fluvio Ung primus fixit sua castra eo, quod eius prosapia ista præ ceteris tribubus *praerogativa* investitur dignitate.

Præruber, valde ruber; *nagyon piros.* Bene Med. II. 33.

Præsalvare, servare, conservare; *előre biztosítani.* Ger. vorversichern. Opin. Deput. 60. difficultas . . . penitus diluitur eo, quod Forum isthoc Appellatorium Excelsæ Curiæ Regiæ incorporandum proponatur, hacque ratione Art. 4. 1507. et 55: 1514. dispositiones, atque Personalis Præsentiæ Regiæ in Judiciis Locumtenentis activitas *praesalventur.* Proj. Leg. Civ. 285. Jura pupillorum ab omnibus involutionibus *praesalvabuntur.*

Præsbiteriani, (alias: Puritani, nonconformistæ) = protestantes in Anglia, qui episcopis carentes, pristinam religionis formam unicam veram esse confitentur; *áldozárosok.* Ker. Nap. 20.

Præscientia, æ, præcognitio; *előretudás.* It. prescienza. Cod. Evang. T. I. p. 161: Distinguendum igitur est inter æternam Dei *praescientiam,* sive potius omniscientiam, et inter æternam *praedestinationem* sive electionem filiorum Dei. Szentiv. Cur. Misc. 102. Cf. Augustin. Civ. Dei 5., 9. Tertull. adv. Marc. 2., 5. Boëth. de cons. 5. pros. 4 et 5; Mart. Cap. 2. §. 159.

1. **Præscindere,** concidere (Du C.); *felmetélni.* Gall. couper. Ger. vorschneiden. Ludewig. t. VI. p. 342. Coronatio reg. Hung. Ad mensam prandenti suæ maiestati hi servibunt. *Praescindet* dominus Bothai.

2. **Præscindere,** prætermittere, ut taceam; *eltekinteni, elmellőzni.* Tag. Erd. II. 143: *Praescindo* . . . ab eo, quod etc.

Præscissor, structor mensæ; *felmetélő, szeldelő, tálnokmester* . . . Pfahl. Jus. Georg. XXX. In domo (aula, curia, am Hofe) proprie serviebant (Hausofficianten): Camerarius, Cubicularius, Janitor, Culinæ Magister, Cocus, Dapifer vel Discophorus, Pincerna (Mundschenk), Cellarius (Kellermeister) *Praescissor* (Vorschneider).

1. **Præscitus,** us, (Du C. al. s.) *absque praescitu,* non conscio, sciente aliquo; *valakinek tudta nélkül.* V. Passim. Cf. Valer. res gest. Alex. M. 1., 49. Cf. Juf. Val. rer. gest. Alex. M. 1., 41. (39).

2. **Præscitus,** 3., reprobus, damnandus (Du C.); *elitélendő.* Ger. unwürdig. For. Scr. p. 51: Quod si Papa sit *praescitus* et malus et per consequens membrum Diaboli, non habeat potestatem supra fideles sibi aliquo datam, nisi forte a Cæsare.

Præscribere, vetustate infirmari; *idejét mulni.* Ger. verjähren. Cf. *usucapere, usucapio.* Georch. H. T. III. 59. pignori, ut pignori nunquam *praescribitur, a zálog, úgy mint zálog, soha idejét nem múlja.* Szirm. Glos. 149. Quibus rebus non potest *praescribi?* minemű ügyeket nem *múlattat az idő?* Pfahl. Jus. Georg. XLVI. Vocabantur autem servi pecoraque profuga . . . usucapiones illa ex ratione, quod, nisi intra certum tempus dominus illorum se insinuasset proprietatemque comprobasset, Rex illa *praescripserit, praescriptio* enim aliter etiam usucapio vocatur.

Præscriptarius, 3., cuius ius vetustate infirmatum est; *kire nézve valami elévült.* Nagy. Jus. Trans. Sax. 78. De æquitate præscriptionis, in præsens verba essent facienda, nisi egerint et agant de hac materia illustres iuris professores, pauca tamen attingere sufficiat; per præscriptionem nullum *praescriptario* præiudicium inferri inde patet . . .

Rivarius, i, (Du C.) custos ripæ; generaliter: custos civitatis; *parti őr.* Han. Mon. Jur. II. 19. an. 1312: per precones sive *rivarios* . . . bandiatur. Rač. Mon. Sl. XIII. 61. an. 1349. incantata fuit . . . gabella medii punti vini per *rivarium.*

Rivata, æ, rivulus, canalis ad aquam demittendam; *vízlevezető csatorna.* Han. Mon. Jur. P. I. 85: nullus cerdo possit facere *calcinariam* nec *rivatam.*

Riveria, æ, (Du C.) ripa; *part.* It. riviera. Ljub. Mon. Sl. I. 85. Cod. Dipl. Arp. Cont. X. 102. XI. 389.

Rivoaltus, (Du C.) ita appellatur apud scriptores Venetos ostium fluminis, ubi hodie ædificata est amplissima Venetiarum civitas. V. s. *Straccionare.*

Rixatrix, quæ rixatur; *czivódó.* It. rissante, rissatrice. Carlow. Log. LXXII. Dialectice . . . non sit garrula, non *rixatrix,* non præstigiatrix.

Rizum, oryza; *rizs.* Vect. Ref. N2: De centenario *Rizy* vel Orizæ.

Roba, æ, (Du C.) vestis, tunica; *ruha.* It. roba. Ljub. Mon. Sl. I. 119: duas *robas* decentes. Vjestnik I. 176. an. 1289. inter *robas* et res alias.

Robalia, æ, V. *Robaria.* Ljub. Mon. Sl. XI. 28. an. 1313.

Robare stratam, latrocinari; *uti*

rablást elkövetni. Han. Mon. Jur. V. I. 8. an. 1265: si quis *robaverit stratam* in terra vel mari . . . persolvat quadruplum.

Robaria, æ, (Du C.) præda, sublatio, furtum; *préda, rablás.* Ljub. Mon. Sl. I. 102: si qui . . . malefactores . . . miserint . . . *robariam* Spaletum. Fej. VI. 9.

Robaria stratarum, latrocinium; *úton állás, rablás.* Ljub. Mon. Sl. I. 460.

Robatessa, æ, prædatio; *rablás.* Ljub. Mon. Sl. XI. 58. an. 1317.

Robator, rectius: *Rubator* (Du C.) fur; *tolvaj.* Batty. Leg. III. 71.

Robba, æ, tunica. V. *Roba.* Kat. Hist. IX. 340. vix posset sine licentia reginæ unam facere *robbam* seu tunicam.

Robbotalis, ad angariam pertinens; *robotos.* Tag. Erd. II. 192. an. 1762: per subditos *robbotales.*

Robetum, fors. idem ac *roboretum*; *tölgyfa gerenda.* Cod. Dip. Pat. T. II. p. 418: domum . . . demoliri fecissent trabesque ac *robeta,* ligna . . . asportassent.

Roboramen, robur. V. s. *Clinodiatus; nyomaték.*

Roborator, qui roborat, firmat; *erősítő.* Tör. Tár. 1890. p. 408. *Roborator* Imperii prosperitatis.

Roboritæ, fors. pro: Taboritæ. Kov. Form. St. 519. præsertim vero quo illi scelerati Huszitæ et *Roboritae* superiores partes Regni nostri . . . desolabant.

Robota, æ, *robot, úrdolga.* Frohndienst. Schwart. Scult. 82. Pfahl. Jus. Georg. 165. Operæ a Colonis præstandæ communiter servitutes et *Robotae* appellantur. Intelliguntur vero sub illis operæ officiales (non artificiales) quæ vel iumentis, communiter bobus vehiculis item, aratris etc. perfici debent. Pfahl. Jus. Georg. 169. Glossarium Germanico Latinum vocum obsoletarum primi et medii ævi imprimis Bavaricarum collectum et illustratum a Laurentio de Vestenrieder Monachi 1816. ita de hac voce: *Roboth* ist eher vom *Robath* die von dem Gesetze jedem Mosliu aufgelegte Kriegsbeschwerde und Waffenfrohn als aus dem Slavischen abzuleiten.

Robota hebdomadalis, opera unius hebdomadis; *egy heti robot.* Pfahl. Jus. Georg. 88. dies in consectionem lignorum insumpti Colonis in *robotas hebdomadales* imputari debent.

Robota jugalis, iumentis præstandæ operæ; *igás szolgálat.* Törvt. Msz.

Robota manualis, manu præstandæ operæ; *kézi munka* Törvt. Msz.

Robotalis, ad Robotam pertinens; *robot*... Pfahl. Jus. Georg. 205. Si tamen errore aliquo Colonus supererogasset operas, hæ eidem actutum instantanee ære parato per Dominum terrestrem compensari debent occasione Computus operarum vulgo *Robotalis* dicti, non vero in Robotas sequenti anno præstandas imputari.

Robotare, (a robota) opera serva præstare; *robotolni.* Ger. Frohndienst leisten. Nill. Symb. p. 782: Dominis terrestribus obligati *robotare.*

Robotta, V. *Robota.* Kass. P. P. I. 125. ab una integra sessione urbariali annue dumtaxat T. *iugales robottas* præstent et P. florenos dependant. Kelem. Inst. Jur. Pr. 297. — Kass. Ench. I. 282.

Robur perpetuę firmitatis, *az örökkétartó állandóságnak megerősítése.* Cod. Dip. Arp.Cont. IX. 19. Ut igitur presens nostra ordinacio seu concessio liberaliter facta *robur perpetue firmitatis* obtineat.

Rochata, æ, (Du C.) tubulus missilis et ignitus. It. rochetto; Venetis: Rachetta. Gall. fusée; *gyutacs, röppentyü.* Száz. XXIV. 309.

Rocheta, æ, V. *Rochata.* Ljub. Mon. Sl. IV. 276. an. 1390. *rochete.*

Rochetum, Rocletum, (Du C.) ita vocant vestem lineam episcoporum et abbatum propriam cum manibus strictioribus, quasi parvum *Roccum; püspöki karing.* Tör. Tár. 1886. p. 554. Pár. Páp. Verancs. XI. 321. Diar. Com. II. 17.

Rocletum, i, V. *Rochetum.* Tör. Tár. 1887. p. 187.

Rocos, (ab Hung. Rákos, campus, ubi comitia habebantur), significat comitia regni; *országgyülés* (Rákos-tól). II. Rák. Gy. 57.

Rodibulum, frenum; *zabla.* Ger. Gebiss, Zaum. Schläg. 1394.

Rodulus, sacculus, folliculus; *zacskó.* Ger. Säckel. Lzb. Cod. Med. T. II. 426: pro *rodulo* ex sindone alba = ein Säckel von weissen Zendel.

Rofulus, fors. mendum pro *rutilus; csillogó.* glänzend. Thök. Diar. II. 372. Vitta cum *rofulis* adamantibus fl. 200.

Roga, æ, (Du C.) eleemosina, stipendium; *adomány, zsold.* End. p. 380. (Geysæ Sacram. 10): Obsides a vobis nullo modo recipiam, sed in curia nostra regia servientibus *rogam* impendam. Kuk. Jura I. 39. an. 1207. servire volentibus *rogam* imponam.

Rogacia, æ, V. *Rogatia.* Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 124: si . . . in . . . viagio amiserit *rogaciam* cum suis rebus.

1. **Rogamen,** (Du C.) preces, rogatio; *kérés, könyörgés.* Pel. Serm. Pater carnalis magis exaudit *rogamina* facta sui filii. Aest. 29. a.

2. **Rogamen,** erogatio, (Du C. al. s.); *kiadás.* Han. Mon. Jur. II. 13. an. 1312. *rogamina* contra forenses clericos, qui . . . habent beneficia . . . nullatenus extendantur.

Rogancia, V. *Rogacia.* Han. Mon. Jur. II. 221: si . . . aliquis perdiderit . . . *rogantiam* cum suis rebus.

Rogatia, æ, mutuum, (Cf. Du C. al. s. Roga coacta) (et Rogacia); *kölcsön.* Rač. Mon. Sl. XIII. 28. an. 1348: persona, que dedisset . . . *rogatiam* . . . vel deberet recipere debitum . . . debeat comparere.

Rogator, (Du C.) senator, consiliarius seu assessor ducis Venetiarum. V. s. *Sapiens; tanácsos.* Tör. Tár. XI. 113. Ljub. Mon. Sl. II. 123. consilium *rogatorum* (passim).

Rollista, æ, fors. idem qui rotularius, qui in acta refert; *iródeák, lajstromozó.* Moln. Patv. 65. Habet Cancellaria Regio-Hung. Aul... Janitorem, item et *Rollistam,* calefactoremque sive administrum.

Romanatus, (Du C.) nummus aureus Romani Diogenis imp. C. P. imagine signatus. Rač. Mon. Sl. VII. 97. an. 1073: vendit . . . alodium . . . pro XL. *romanatis.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 101. — Star. XXI. 292. an. 1229.

Romanenses Libri, species poëseos epicæ in prosa scriptæ; proprie libri sermonibus, qui dicuntur Romani, veteri linguæ Latinæ cognatis et ex ea ortis, nominatim Provinciali, Gallico, Hispanico, Italico exarati; narrationes variorum casuum, errorum, exemplorum amoris; *regény.* It. romanzo. Gall. roman. Ger. Roman. Vern. Psych. 51. Qui itaque supremo illo pigritiæ principio: dolce far niente animatus omnem cum labore et intensione mentis coniunctam occupationem abominatur, imaginationem suam lectione librorum romanensium et non raro ex penitissimis Veneris scriniis depromptorum incendere, hincque mutuatis nefandis moralitatique lethalibus repræsentationibus delectari amat, eum mentis luxu insanire scito.

Romanensis, V. *Catholicus.* Fabó. Monm. Evang. II. 333. id sibi veræ amicitiæ in periclitantibus ob religionem hungaris clementis æquique animi documentum daret et coërcita, sacerdotum *romanensium* licentia, ab iis omnem vexationem in posterum prohiberet.

Romanensis Babylon, romano catholica ecclesia; *római Babylon.* Act. et Doc. Rákóczy p. 65: per *Romanensem Babylonem* summopere compressa Evangelica societas.

Romanicus, 3., (vox Gall. romane, quæ fabularis v. fabulosæ historiæ sensu legitur in gloss. Du C.) *Romanica fabula; regény.* Rák. Ön. 232. I. 18—20. (19): . . tum mundanas *fabulas* et ad irretiendam juventutem confictas *romanicas* legere cessaveram . . .

Romanticus, 3., sapore et colore mediæ ætatis Christianæ imbutus, affectus vel infectus, novellæ, recentioris poësis popularis ingenio consentaneus, in quo affectus et imaginatio individui præponderat, prævalet, dominatur, cui opponitur Classicum. Etiam: fabulosus, coloratus, pictus etc.; *regényes.* It. romantico, pittoresco. Vern. Psych. 16. ut Tibi ad fallendum Tempus meas *romanticas* ideas non secus ac alii communicem.

Romanza, æ; *regedal.* Gall. romance. Gros. H. Ph. III. 328: Romanenses historiolæ vulgo *Romanzae* de draconibus fabulabantur.

Romesinus, species monetæ; *pénznem.* Sim. Num. 78. id quod Falco Beneventanus Scriptor Domesticus Coëvus ad an. 1140. Innuit his: Edixit (Rogerius) ut nemo in toto eius regno *Romesinos* accipiat vel in mercatibus distribuat. Et mortali consilio accepto monetam suam introduxit unam vero, cui *Ducatus* nomen imposuit 8 *Romesinos* valentem, quæ magis magisque ærea quam argentea probata tenebatur.

Romipeta, æ, qui Romam petit (Du C.); *római zarándok.* Pel. De s. Matthæo s. I. c. 5: . . . Item non debet etiam exigi a *romipetis* cet . . .

Romphea, æ, (Du C. sub Romphus) telum missile, quod simul cum lapidibus iaciebatur; *hajító fegyver.* Tör. Tár. XX. 179. *Rompheae* et enses diversi generis.

Ronchisonus, 3., (*ῥόγχος* + sono) stertens; *hortyogó hangú.* Patr. Const. 125. In eundem claudum et *ronchisonum.* Cf. Sidon Carm. 3., 8.

Ronchos ducere, stertere; *hortyogni.* Exam. Aet. C. 2. 19.

Ronchus, i, (Du C.) locus sentibus obsitus; *cserjés.* Vjestnik II. 21. an. 1318. cum suo *roncho* ad lactellum de Paulizolo.

Roncinare, deliberare. V. s. *Parlamentare; tanácskozni.*

Rondella, æ, propugnaculum rotundum; *kerek védfal.* Ger. Rondel. Lop. Mon. Sl. XX. 215. an. 1702. Jókai Rab. R. I. 137.

Roridus, 3., roscidus, rorulentus; *harmatos.* It. rorido. V. *Incurvatio.* Cf. Prop. 2, 30, 26; 4, 4, 43; Appul Met. 4 p. 150.

Ros-solis, saccharo et condimentis coctum vinum adustum; *rosolis* (rozsolis). Ger. Rosolis. Pár. Páp.

Rosa aurea, (Du C.) *a pápai arany rózsa.* In Dominica Quadragesimæ, in qua cantatur «*laetare Hierusalem*» a summo Pontifice benedici solita, quam ille post Missam in urbe procedens cum Clero Romano præfert ac deinde magno alicui principi, si præsens est, concedit vel ad aliquem Regem, Principem mittit. Verancs. II. 230. missurus enim more Romanorum pontificum *rosam auream* Maximiliano imperatori, non alium quam Petrum ad hoc munus obeundum delegit.

Rosa frontispicialis, rosa in fronte sita; *homlokrózsa.* It. rosa di frontispizio. Thök. Diar. II. 329. Aliud frœnum itidem pretiosum argenteum deauratum cum lapidibus türkes, habens *rosam* magnam *frontispicialem,* in qua sunt rubini lapilli et circumcirca magni lapides türkes.

Rosallinæ, V. *Roselinae.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 124. Acidulæ ... Semniczenses, dictæ *Rosallinae.*

Rosarum Olei Quæstor, olei rosacei quæstor; *rózsaolajkereskedő.* Pest. Vár. Lev.

Rosas loqui cœlo nubilo, *bajban is jókedvünek lenni.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. p. 145. *Etiam coelo nubilo rosas loquitur.* De homine etiam inter adversitates læto.

Rosas quærere in hyeme, *vén csapodárról.* Szentiv. Curios Misc. Dec. II. P. II. p. 145. Etiam *in hyeme rosas quaerit.* In senem, amori, Bacchoque deditum.

Rosariolum, i, parvum rosarium; *kis olvasó.* kleiner Rosenkranz. Beng. Ann. Er. Cœnob. 239. Imo ipsum illud *rosariolum,* quod in novitiatu habuerat ... usque ad ultimam vitæ horam retinuit. Arch. Rák. VIII. 320.

1. **Rosarium,** (Du C.) orbiculi ad preces; *olvasó.* Ger. Rosenkranz. Pár. Páp. Arch. Rák. VIII. 320.

2. **Rosarium,** supplicationis genus ope orbiculorum; *olvasó ájtatosság.* Körmöcb. főreálisk. Ért. 1895. p. 116. A szombatonként tartatni szokott *rosariumra* az ifjuság a *plebania* templomban jelenik meg.

Roseaceus, roseus, rosalis; *rózsaszinü.* Fr. Lib. Rt. III. 201. de taffotha *roseacea* ulnas.

Roseaticus, 3., rosarius; *rózsa* ... Száz. XVII. 642.

Roselinæ, calidarum species; *ásványvíz.* Mineralwasser. Cur. Misc. 332. Sunt etiam Semniczii calidæ, quæ vocantur *Roselinae,* in quibus canales, per quos fluunt et sedilia ex lignis facta, sic sunt *acreto* Lapide ceu cortice tecta, ut prorsus lapidea videantur.

Rosetus, 3., coloris rosei (Du C. 2.) V. s. *Camisia* 3. *rózsaszinü.*

Rosor, (Du C.) rodens; *rágó.* Alexy 7.

Rostellum, parvum rostrum; *csőrecske.* Bene Med. IV. 156. tænia cucurbitina ... est capite subhæmisphærico, discreto, *rostello* obtuso. Cf. Colum. 8, 5, 14; Plin. 30, 11, 30.

Rostellum catapultarium, *Trochlea sclopetaria* q. v.

Rostire, assare; *sütni.* It. rostire. Prot. inq. 247: et quadam vice assabat carnes pro infirmis, et ego dixi sibi: «Domina fac me *rostire* carnes istas.»

Rosula, parvula rosa; *rózsácska.* Vita S. Steph. 145. Lucerna fidelium, rubens mundi *rosula.*

Rota, æ. (Du C. 2.) lychnuchus in formam rotæ pendens in ædibus sacris; *kerékalaku csillár.* Ljub. Mon. Sl. XI. 15. an. 1312: *rota,* que facta fuit ad ponendum in ... ecclesia, non ponatur.

Rota Esavitica, turba Jesuitarum; *jezsuita tömeg.* Funda David. C. 2. 25: Ergo et tu Logicaster K. cum tota *Rota* tua *Esavitica* eodem dignus es supplicio.

Rota Romana, *Pápai legfőbb ítélőszék.* Cher. Jus. Eccl. I. 215. *Rota Romana,* hæc supremum Tribunal iudiciale est ad causas litigiosas cognoscendas finiendasque constitutum.

1. **Rotare,** conglomerare, conglobari, (Du C. al. s.); *összegyülekezni.* Fej. Jur. Lib. 179. (Pázmány): *rotata* ... potentia.

2. **Rotare,** crura alicui frangere (Du C. rota punire); *kerékbe törni.* An. Sc. II. 205. sæc. XVI. tres suspensi, duo *rotati.* Cod. de Sztára. II.

Rotarius, i, opifex plaustrarius, rotarum opifex; *kerékgyártó.* Tag. Erd. II. 299. Pest. Vár. Levt. Tab. Conscr. Monm. Comit. Trans. II. 182.

Rotatilis, (Du C.) rotis præditus, qui rotatur, rotis movetur, versatilis; *kerekes, kereken járó.* Szentiv. Cur. Misc. 30. Inventio Tormentorum, pyrii pulveris, horologiorum tam solarium, quam *rotatilium,* chartæ, Typographiæ et aliarum quam plurimarum.

Rotatorius, 3., in orbem circum agens; *körben forgó.* Bene Med. V. 153. alii in gyrum rotantur, non tantum stantes, sed etiam sedentes una cum sella, epilepsia *rotatoria.*

Rotatrix, volubilis; *forgandó.* Sacr. Cor. Elog. T. Flexa Corona Rota est, volucris Fortuna *rotatrix.*

Rotatus, 3., rota instructus. V. s. *Feretrum* rotatum (Du C. al. s.); *kerékkel ellátott.*

Rothmagister, (Du C.) decurio; *csapatvezető.* Ger. Rottmeister. Tör. Tár. 1881. p. 297. sed quod exercitus non dimittatur, retinetur a Dominis *Rothmagistris.*

Rothorgard, species rotundi clypei; *kis kerek paizs.* It. rotella. Tör. Tár. 1889. p. 379. clipes (lege: clipeus) vel *rothorgard* ematur optimus.

Rotipar, is, opifex, qui rotas conficit, rotarum opifex; *kerékgyártó.* It. carrago. Kov. Form. St. 446. universitas Magistralis Carpentariorum, Lapicidarum, Lapidum fractorum, *Rotiparum, Scriniiparum* et *Doliatorum.* Georg. Sirm. I. 54. Et Thomas *rotipar,* Bakáts, T. fecit alios prelatos claustrales et doctores ad prandium venire.

Rotiparus, i, V. *Rotipar.* Tör. Tár. 1889. p. 780. czecha *rotiparorum.*

Rotta, æ, fragmentum, (Du C. al. s.); *töredék.* It. rotta. Száz. VI. 289. *rotte* bombardarum.

Rottmagister, (ap. Du C. Rothmagister) præfectus turmæ a germ. Rotte: turma; *csapatvezető.* II. Rák. 558. Præfectus et metatorum exercitus, *Rottmagister* Sacræ Regiæ Maiestatis.

1. **Rotula,** æ, volumen; *összehajtott papiros, irás.* Ger. gefalzte, zusammengelegte Schrift. Oláh. Cod. Ep. 144. De præpositura Harlemmensi nunc res agitur, de qua et aliis sacerdotiis nescio quas, ut vocant, *rotulas* Cæsar constituit, ut vacaturæ quibusdam designatis personis conferrentur.

2. **Rotula,** æ, parva rota (in calcari); *kerekecske.* Arch. Rák. VIII. 353. Tres *rotulae* auro et argento falso vulgo Sik opletæ. Kronst. III. 479.

Rotulus, (Duc.) Scheda seu Charta in speciem rotulæ seu rotæ convoluta; *egybehajtott rakás papiros.* Ger. Convolut. Instr. Jos. II. p. 44. §. 5: curabitur ut producta ab ... litigante documenta ... et Partis, quæ idem produxerat, nomine, in *Rotulo* quodam rite consignentur.

Rotulus per partes, fide digna consignatio; *részletes feljegyzés.* Cod. Camb. Merc. 99. Super scripturis ad manus Judiciarias depositis, eorumque provocatis, fide digna *Consignatio* seu *rotulus per partes,* ac iudicem exmissum subscribendus confici et hac ratione *irrotulata* acta Judicio referri debent.

Rotundata, æ, lacinia; *szárny a ruhán.* Ger. Streifen. Prot. inq. 244. XXIII. ipsa colligebat *rotundatas,* que tajabantur de vestibus.

Rotundatus, 3., subrotundus; *kerekded.* End. p. 490. (Belæ IV. Libertas an. 1255: 3.) duellum cum scuto *rotundato* ... debebit pugnari.

Rotunde, aperte, ingenue, (Du C. graviter, lente, distincte); *kereken, világosan.* Ger. rundweg. Tör. Tár. 1889. p. 673. per regni cancellarium *rotunde* significari fecit.

Rotundus *(cursus),* ambages; *kerülő út.* Szend. Misk. tört. III. 3. an. 1225. ab hiis *rotundo* cursu ... per plures metas tendit.

Rowas decimum, Vjestnik I. 247. an. 1501. decimum Jobagionem de suis propriis ultra se potest sibi eligere in partem eorum alio vocabulo intitulatum *decimum Rowas.*

Royalista, æ, regis partes sequens; *királypárti.* Gall. royaliste. Száz. VII. 241.

Rubator, Raubator, (Du C.) prædo, fur; *rabló.* It. rubatore. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 255. Et non recipient Cacichios et Dalmesanios vel alios grossarios et *predatores* sive *rubatores* in Civitate Ragusii vel eius Districtu ... Et omnibus aliis grossariis et predatoribus sive *raubatoribus maris* facient Werram. Vjestnik. II. 16. an. 1289.

Rubberia, æ, actus prædandi, rapina; *rablás.* Star. XXVII. 19. an. 1258. iniuriam et *ruberiam* usque in hodiernum diem.

Rubedo, bufo; *varangyos béka.* Szentiv. Curios. Dec. II. P. VII. 198.

Rubertare, rubefacere; *pirosítni.* It. rubificare. Fej. V. III. 404. ut sicut ipsa orthodoxa Dei Ecclesia, mater sacro sanctæ religionis et fidei Christianæ, Christi sanguine *rubertatae* sit supra firmam sita petram.

Rubetosus, 3., rubetis obsitus; *eserjével benőtt.* Cod. Zi. Vol. V. 357: vineas *rubetosas* ... reperissent.

Rubicans, rubescens, rubeus; (digitus rubicans: imitatio gr. *ῥοδοδάκτυλος*); *ró-*

zsás, piroslό. Jan. Pan. Poëm. I. 234: Ut decima effulsit *digitis rubicantibus* Eos.

Rubicundo-cinereus, badius; *vöröses barna* (hamuszinü). Vern. Psych. 36. alteram (substantiam) fuscioris, *rubicundo-cinerei* coloris molliorem, magis pellucidam.

Rubificare, rubro colore induere; *vörösre festeni.* Fjp. Szám. p. 493. an. 1439. ad *rubificandum* hostium turris.

Rubificatio, actus rubefaciendi; *vörösre való festés.* Kol. Cod. 42. an. 1543: *rubificatio* veneris.

Rubinosus, 3., rubens; *vöröslő.* Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 240. an. 1371. uti rosa inter lilia *rubinosa.* Batty. Leg. III. 215. an. 1369.

Rubinulus, i, (dem. a rubinus) parvus carbunculus; *kis rubinkő.* Tör. Tár. XX 185.

1. **Rubinus,** i, (Du C.) carbunculus; *rubint,* It. rubino. Gall. rubis. Ger. Rubin. F. Forg. Comm. 318. Exinde dono misit Johanni baltheum latum unam palmam, pugionem et machæram, omnia hæc ex solido auro, *rubinis* et adamantibus admirandis unionibusque ita referta. Arch. Rák. VIII. 352. Szentiv. Curios. Misc. Dec. II. P. I. 186. carbunculus sive *Rubinus.*

2. **Rubinus,** i, medii ævi mæcus, sannus; *a középkori vallásos drámák Eulenspiegelje* és a *későbbi drámák Hanswurstjának ősapja; bohócz.* Száz. XVIII. 42.

Rubius, 3., pro: rubeus. V. *Almatica.*

Rubri, *veresek.* Benkő. Im. Nat. Sic. 46. Pyxidarii sive Plebeji (Község, Közrendek, Köznépek) nec non Gyalogok ac Darabontok (hoc est, Pedites) ob vestes uniformes, seculis saltem proximis, in *Rubros* atque *Virides* (i. e. Veres et Zöld) distincti Siculi.

1. **Rubrica,** æ, (Du C.) titulus seu inscriptio librorum et index legumque caput, quod rubricā seu terra sinopica vel minio solerent exarari; *czimrovat, felirat.* Konek Egyh. 78. Szegedi. Rubr. Pr. 1. Synopses Titulorum Juris Canonici, atque Civilis *Rubricae* dici cæperunt, dum Juris contextus atro; illæ Rubeo colore olim imprimerentur. Cf. Dig. 43, 16; Cod. 3, 4; Paul Dig. 43, 1, 2 fin.

2. **Rubrica,** æ, (Du C.) liber officiorum et rituum ecclesiæ; dierum festorum rubro colore distinctio; *szertartás könyve.* Száz. XXVII. 347.

3. **Rubrica,** nomen, ratio; *rovat.* It. rubrica. Gall. rubrique. Ger. Rubrik. Kass. Prax. I. ante omnia libro prænotationali frustatim secundum *rubricas* inscribere. Jókai. Régi jó Tbl. I. 95.

Rubrica in bacillis, *vörös czeruza rudban.* Ger. Röthel in Stängeln. Vect. Gen. X. R.

Rubrica legis, inscriptio legis; *törvény czimrovata.* Törvt. Msz.

Rubrica milicie, color rubeus virtutis documentum; *veres szín* (vér). Kub. D. Hont. II. p. 31. (Ladislaus IV. 1287): *milicie rubrica* propry sanguinis demonstrando.

Rubricare, (Du C.) rubefacere, rubro colore inficere; *veresre festeni.* Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 238. an. 1371. dominus suo cruore . . . *rubricavit.* Roger. 307. totaque terra erat sanguine *rubricata.* Batty. Leg. III. 215. au. 1369. sanguinis sacro amore *rubricavit.* Cf. Auct. Priap. 73, 2; Venant. Vit. S. Mart. 2 fin.

Rubricatio, actus rubrum faciendi; *veresre való festés.* Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 402.

Rubricator, qui colore rubro inficit; *veresre festő.* Chr. Dubn. Præf. II. Pro inscriptionibus capitum . . . loca vacua sunt relicta, quæ tamen . . . nec *rubricator* nec pictor explere voluit.

Rubricatus, in rubrum delatus; *jegyzékbe vett.* Jókai Uj f. 27. Garanvölgyi úr jól sejtette, hogy a *rubrikátus* miféle osztályához tartozik a szegény legényeknek.

Rubricista, æ, commentariorum, librorum memorialium scriptor; *emlékiró.* Szentiv. Curios. Misc. Dec. III. P. II. 15. Ferd. Comes Palffi, Episcopus Agriensis, *Rubricista.* (Nomina Authorum et Scriptorum sub corona Hung.) Tör. Tár. III. 197.

Rubrificare, rubro colore inficere, tingere; *veresre festeni.* Kov. Form. St. 445. Item volumus, quod pelles *rubrificati* ab omnibus prout hucusque libere vendi possint.

Rubro-fuscus, 3., badius, spadix; *veres-barna.* Alexy 12.

Rubrorum Collegium, collegium ita dictum Pazmani cardinalis. Beng. Ann. Er. Cœnob. 67. Tyrnaviæ Hungarorum in celebri *Rubrorum Collegio* sacratioribus Theologiæ disciplinis eruditus.

Rubrum, titulus, inscriptio (Du C. al. s.); *fölzet.* Ger. das Rubrum. Kass. Prax. I. 88. sed saltem ab extus in *rubro* attingitur. *Rubrum* etiam relationum ita adornatur sicuti *rubrum* respective repræsentationum.

Rubrum inventarii, titulus regestri rubro colore tinctus; *az inventarium fölzete.* Pár. Páp.

Ruca, æ, brassica eruca (Linn.) (Du C. al. s.) *zsombor.* Ger. Rauke. Ljub. Mon. Sl. XI. 8. an. 1306. persona non debeat vendere . . . *rucas* . . . nec eciam *cozas* vel musculos.

Rucinus, (Du C. equus minor). (Dief. gregarius). Schläg. 1363. roncinator; *ménes ló.* It. ronzino. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 119.

Ruderare, ruderibus vestire; *törmelékkel fedni.* Rau. Elem. p. 143: Gypsum *ruderandis* cubilium laquearibus, caminis, et spatio, cui pedes fornacum insistunt, necessarium. Cf. Plin. 21, 4, 10; Vitr. 7, 1.

Ruderatio, actus ruderandi; *törmelékkel való fedés.* Rau. Elem. p. 144. Cf. Vitr. 7, 1.

Ruderis fossa, fossa arenaria; *fövenybánya, törmelékbánya.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 4. ligna secanda . . . in . . . montibus concedimus et unam *fossam ruderis* in monte Zamanara semper per totum annum habendam.

Ruderizatus, in rudera collapsus; *romba dőlt.* Bék. Pászt. III. 59. meus penicillus . . . tèmpli *ruderizati* depingere poterat (sc. delineationem).

Rudibulæ, rectius: *Radibulae.* V. *Rodibulum; zabola.* Kat. Hist. IX. 253. Universa namque ferramenta *streparum* et habenarum seu *rudibularum* (Hung. Zabola) et alia . . . fabricata existebant corrigiarumque cinguli et frena ac similia alia cum theniis et *postenis* (Hung. farmatring) sericæ substantiæ contexta fuerant. Cf. Thurócz. 168.

Rudimentarius, V. *Rudimentista; kezdő.* Bék. Debr. főisk. törv. 16. a debreczeni iskolának hat osztálya volt. Ezek a *rudimentariusok* (kezdők), donatisták, etymologikusok, syntaxisták, rhetorok és poéták osztálya. Bék. Maros. 13. classis *rudimentaria.*

Rudimentista, æ, discipulus elementa discens; discipulus gymnasii. Teut. Schul. I. 206: Classis IV. a. *rudimentistarum.* Száz. XXII. 564. Székelyudvarh. ref. coll. Ért. 1894/5. 11. a classisok ezek voltak: 1. parvisták; 2. *rudimentisták;* 3. ethimologisták; 4. syntaxisták.

Ruditer, crasse; *durván.* Ger. gröblich. Geom. 67. Quomodo invenitur trabis cuiusdam *ruditer* dedolatæ soliditas.

Ruffa, æ, rixa; *czivakodás.* It. ruffa. Ljub. Mon. Sl. XI. 257. an. 1347: nullus carbonassius audeat . . . facere *ruffam* vel clamorem . . . neque dicere verba *ingnuiriosa.*

Ruffus, pro: rufus. Száz. IV. 230. Verancs. IV. 35. barba *ruffa.*

1. **Ruga,** æ, (Du C.) platea, vicus; *utcza.* Gall. rue. Ljub. Mon. Sl. XI. 283. an. 1347: bastasii . . . teneantur nettare . . . omnes stratas et *rugas* communis *sallicatas.*

2. **Ruga,** fors. legendum *roga,* quod auct. Du C. 4. donativum, honorarium significat; *ajándék (pénz).* Cod. Dip. Patr. VIII. 128—129. pro *ruga* penez (pénz) sex denarios persolvunt.

Rugalia, orum, (Rački: ruga, platea. Gall. rue esse videtur). Rač. Mon. Sl. VII. 301. ad init. sæc. IX.

Henricum mihi dulce nomen plangite
Julii Forus Cormonis *rugalia.*

1. **Ruinare,** spoliari, ad egestatem perdere, redigere, (Du C. al. s.); *tönkre tenni.* Rák. Ön. 64. *Ruinabantur* a hibernante milite Germ. miseri subditi mei.

2. **Ruinare,** lædere, destruere, evertere; *romba dönteni, rongálni.* It. ruinare, rovinare. Gall. ruiner. Ger. ruiniren. Jogt. Eml. III. p. 324: si . . . currus *ruinabitur.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. VIII. 404. *Ruinare* Putnokinum.

3. **Ruinare,** ruinam facere, trahere; *összebomlani.* Ger. einstürzen. Cod. Evang. V. III. p. 31: Jam anno 1610. collapsum habuit templum, anno 1619. itidem reædificatum, *ruinat* iterum.

Ruinari, corruere; *romba dőlni.* Knauz M. E. Str. I. 151., 129: ædificium . . . postquam *ruinatum* fuisse.

Ruinatio, (Du C.) ruina, destructio; hoc loco: corruptio, depravatio; *romlás, romlottság.* Pel. In parasc. s. I. c. 10: Valde gravabatur amaritudo Christi discipulorum *ruinatione.*

Rulla, æ, (Du C.) instrumentum ferreum, quo vomis detergitur; *ösztöke.* Bárczay.

Rumbo, onis, ab It. *romba* jaculum = defensor; *védő.* Boc. Hungar. Epist. Ded. 3.: Ad vos redeo . . . O sacrosanctæ poëseos *κοσμήτορε δύω,* quibus hoc jure do, quod Menelaus et Agamemnon audit in Homero. Ornamenta duo, validi Musarum *rumbones.*

Rumbus, (Dief.) rhombus; *tok* (hal). Ger. Stör. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 119.

Ruminare, considerare, deliberare, (ap. Du C. alio sensu); *átgondolni, megemészteni fejben.* Szék. Okl. II. 46.

Rumigerulus, gerens rumores (Du C.); *hirmondó, hirhordó.* Chr. Dubn. 165: ecce duo rutheni *rumigeruli* advenerunt dicentes. Cf. Ammian. 14, 1; Hieron. Ep. 50, 1; 117, 10.

Rumor, discordia; *háborgás, viszály.*

Georg. Sirm. I. 71. Quum iam intestinum bellum desedavissent et iam nullum *rumorem* haberent. I. 5. Quod audisset tam horribilem *rumorem* inter Regem et inter Michaelem Zilagy.

Rumpere iugera, terram proscindere; *felszántani.* Ger. Land aufreissen. Arch. Ver. Sieb. VII. 1., 278. an. 1761. Nemo præsumat . . . *Jugera* rumpere.

Rumpere lanceas, V. *Lusus hastarum. Hastiludium.*

Runcinator, *fűrészmolnár.* Germ. Sägemüllner. Egri Levt.

Rundella, æ, propugnaculum a gall. rondelle; *kis kerek paizs, erőd.* Arch. Rák. IX. Scutum Cœlestini coloris, fundum illius viridi latepatenti Campo interoccupante, super quo *Rundella* sive Propugnaculum rotundum quinque quadriangularibus columnis parvis exornatum.

Runzinus, i, (Du C.) equus minor, gregarius; *ló.* It. Ronzino. V. *Rucinus.* Ljub. Mon. Sl. I. 453. an. 1335.

Rupifragium, saxa, rupes corruunt; *sziklatörés.* Juriev. Jur. Met. 114. Si meatus subterranei corruunt aut *rupifragium* evenit.

Rupitarius, 3., V. s. *Campenses; kősziklákat mászó.*

Ruptarius, 3., *schismaticus; szakadár.* Nagy Hier.

1. **Ruptura,** æ, rima, fissura; *repedés.* Tör. Tár. XV. 165. *ruptura* ædificii.

2. **Ruptura,** æ, munimentorum ruinæ. V. *Rationista* 1).; *rés.* Ger. Bresche. Tör. Tár. 1888. p. 396.

Ruptura pacis, violatio pacis; pax rupta; *béketörés.* Tör. Tár. XV. 180.

Rurarium, liber in quo descriptio ruris continetur. *földisme.* Pár. Páp.

Rurarizare, colere; *mivelni.* Tag. Erd. II. 33. an. 1746: prout in aliis dominiis seorsim et extra urbaria agri et fœneta *rurarizantur* . . .

Rurestris, ad rus pertinens (rurestre) campestris, rusticanus; *mezei.* Teut. Schul. I. 111: diaconatus *rurestris.* Oláh. Cod. Ep. 510. Cf. Paul. Dig. 32, 1, 99; Cod. Iustin. 4, 65, 31; Appul. Met. 7 p. 194; 8 p. 203. Mart. Capell. 9, 307.

Ruricultura, æ, agricultura; *földmivelés.* Opin. P. IV. Sec. I. §. 22.

Ruris inspector, *Agri inspector* q. v. Kon. Egyh. 305.

Ruscinum, Ruscium, V. *Risichum.* Ljub. Mon. Sl. XI. 65. an. 1322: qui . . . confessus fuit, se habuisse libras gros. ferendo eas in Ampulia *ruscio* et fortuna ipsorum . . . et . . . pecunia stet ad *ruscinum* et fortunam communis . . . donec mittetur frumentum.

Russare, stertere. Text. v. sub *Taxillare; hortyogni.* It. russare.

Russetum, panni species rubri coloris. Ang. Russet (Du C.); *közönséges posztó, vereses szinü.* Uj Magy. Muz. 198. Una mensura vini sit per totum regnum nostrum et una mensura cerevisie et una mensura bladi scilicet *quartorium Londonense* et una latitudo pannorum tinctorum et *russettorum* et *halbergettorum* scilicet due ulne infra listas.

Russica, æ, arsenicum; *arzénikum.* Kol. Cod. 4.

Rusta, *Supera, Superus.* (supara = rokelin Dief.); *rokolya.* Schläg. 1161., 1162., 1163. — Unum superum vulgo *rokola* 1348. Anj. O. V. 205.

Rusticalis, e, rusticus; *paraszt, pór* . . . It. rusticàle. Georg. Sirm. I. 46. Thomas dum erat ex *rusticali* genere.

Rusticani, plebei imperiti; *tudatlan nép.* Batty. Leg. T. II. 34: sicut rustica lingua vulgare sonat idioma, ita *rusticani* sunt plebei imperiti.

Rusticanum bellum, bellum a rusticis excitatum; *parasztlázadás.* Ranzani 409. Hinc exortum in Pannonia horrendum illud *rusticanum* et servile, adversus Nobilitatem, *bellum.*

Rusticare, *rusticari,* rusticorum more vivere; *paraszt módon élni.* Marc. Chr. II. 87. *rusticare* nobiles præ inopia paupertatis.

Rusticate, rustico more, inhumane; *parasztos módon, durván.* Arch. Ver. Sieb. VIII. 1. 321. an. 1554. sciat, quomodo brachium *rusticate* sentiet.

1. **Rusticitas,** possessio campestris, rustica; *paraszt birtok.* Ljub. Mon. Sl. I. 187: non est intencio nostra, quod de ipso lignamine quicquid accipiatis, si apte secundum *rusticitatem* fieri posset.

2. **Rusticitas,** rustici; *parasztok, pórnép, parasztság.* Száz. XXX. 2. f. 105. personaliter insurgere *rusticitas* cogitur.

Rusticum, (Du C.) quævis possessio campestris; *mezei gazdaság* vagy *földes gazda telke.* Tör. Tár. 1893.

Rusticus, rus habens subditus; *a várhoz vagy földesúrhoz tartozó földdel biró alattvaló, földes gazda.* Tör. Tár. 1893.

Rusticus dominicus, Deo devotus rudis, incultus; *Istennek müveletlen alávetettje, szolgája.* Batty. Ger. 256. Veniat vero ad Prophetas, qui non litterati, sed *dominici rustici* fuerunt.

Rustura, æ, fors. a *russus,* subruber sc. pannus; *kerekes bársony.* Ger. Sammet. Schläg. 1236.

Rusus, 3., (a Gall. *ruse*) fallax, (Du C. al. s.); *csalfa.* Gall. rusée. Pesty Ször. III. 145., 147. *ruse* wlpis exi de domo.

Ruta cæsa, particula lapidis ærosi; *érczrög.* Ger. Stufe. Faber. Jur. Met. 136. Quamvis vero tali modo desolata Metallifodina rursus ad liberum principis recidat, aliique faventibus adiunctis, mutungare extra ferias Montanisticas volenti conferri rursum possit, attamen præhabita tempore desertionis minerarum, materialium et Instrumentorum montanisticorum penus, Inventario contentæ res, cunctaque *ruta caesa* Urburariis desolati operis ceu proprietas remanent.

Ruthenus, i, servus regius. Rutheni vocati sunt hi servi, quia fortasse incolæ pagorum illorum, qui «Oroszi» appellabantur, regi ministeria facere debebant. (Cf. Fraknói); *II. Lajos és udvara.* Fr. Lib. Rt. II. 46., 71., 100. I. 180. eodem die aprodianis et *ruthenis* Regie Maiestatis . . . ad unam septimanam dedi.

Rutilatio, splendor, claritas, dignitas; *(lángszinü) tündöklés.* Pel. De s. Bernardius s. c. 7: Quinta gloria s. Bern. est miraculosæ *rutilationis.*

Ryppa, rivus, (Cf. *Riparia,* fluvius Gall. rivière Du C.); *folyó, patak.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 402. ubi fluvium Goron unatur cum *ryppa* Compa.

Rypparii, monetæ genus; *garas,* Ger. Groschen. Monm. Comit. I. 173. In hoc Regno necessarium esset tali moneta: floreni Hungarici ac denarii antiqui Hungaricales, grossi vulgo *Rypparii* et Cruciferi, isti poterunt bene expensare in hac terra. Kuk. Jur. II. 30.

Rythmicus versus, (Du C.) rythmicos versus vocarunt scriptores ævi inferioris, quos alii Leoninos; *rendarányos, hangidomos vers.* It. ritmico. F. Balass. Casul. Steph. 5. nam versus hic hexametrus et quidem *rythmicus* videtur esse.

S

Saah, Persarum imperator (Du C. sa); *sah.* Verancs. III. 224. Illud attendite, quod princeps meus *saah,* hoc est: *Sanctus* et sui primores ac omnis eius populus uxores ac gynæcia sua cunctis molibus pretiosis spoliarint.

Sabaja, æ, cerevisia, (Du C.); *sör.* Pár. Páp.

Sabajarius, i, cerevisiarius; *serfőző.* (ductum a *Sabaia* eo potus genere, quem Zythum seu cerevisiam dicimus Du C.) Szerdah. Celebr. I. p. 22: Valens Imperator *Sabajarius,* quasi cerevisiarius de muris Sabariæ est compellatus.

Sabarda, æ, mantellus rotundus; *kerekded köpenyeg.* End. p. 566. (Synodus Budensis an. 1279: 2.) permittimus, . . . quod possint habere mantellos rotundos sive *sabardas* longitudinis moderate.

Sabatarius, Sabbatarius, V. *Sabbatharii; szombatos.* Szék. Okl. IV. 264., 265.

Sabatista, æ, qui præcepta religionis Judæorum secuti diem Sabbati celebrabant. V. s. *Sabbatharii; szombatos.* Monm. Comit. Trans. V. 165. Religione sunt varii, catholici plerumque calvinistæ, *sabatistae,* jacentes, arriani.

Sabbathale, *szombati díj.* Teut. Schul. I. 143: Unter *Sabbathale* versteht man die alte Abgabe der Schüler an die Lehrer, so genannt, weil sie ursprünglich am Sonnabend wöchentlich gegeben wurde; sie bestand entweder in Geld oder Naturalien.

Sabbatharii, *szombatosok.* Lampe. Hist. Eccl. p. 426: Anno MDCLIII ab aliquo tempore, præsertim in Transylvania, innotuere quidam homines ab hodiernis Judæis distincti, nostris a Sabbathi observatione *Sabbatharii* dicti, qui præter Sabbathi observationem, etiam a lardo, a suffocato et sanguine abstinent, Hungaros tamen se dici volunt et omnino lingua utuntur Hungarica. (Vide Franc. *Otrokotsi* Origines Hungaricas. Part. 11. cap. XIII. §. 27. pag. Edit. Francker . . .) Prædicantes eorum, viri provectæ ætatis Reformato Superintendenti subjecti, mere Hungari, et ceteroquin Reformati sed Judaizan-

tes et *Chiliasmum* Amstedianum professi fuere.

Sabbathinus, 3., (Du C. sabbatinus) sabbaticus, quo ob opere vacatur; *szombati.* It. sabatico. Beng. Ann. Erem. Cœnob. 34. Unde Professoris officio functus, *Sabbathinis* diebus in schola sua de eadem Beatissima pia colloquia instituebat.

Sabbatisare, Sabbatizare, (Du C.) sabbatum colere, ab opere vacare, feriari; *szombatot űlni.* Nagy Hier. Syll. Pos. C2: Abraham non *sabbatizavit.* Cf. Tertull. adv. Iud. 2 fin.

Sabbatizatio, celebratio Sabbati; *szombatozás.* Pár. Páp.

Sabelliani, alias *Patripassiani* dicti hæretici post tertium sæculum medium nati, (Du C.); *Sabellius követői.* For. Scr. p. 20: *Sabelliani* tres Sanctissimæ Trinitatis personas confundebant, agentes Jesum Christum eandem esse personam, quam Patrem et Spiritum Sanctum, unde inferebant Patrem pro humano genere natum, passumque esse ac exinde dicti sunt *Patripassiani.* Nagy Hier.

Sabellinus, 3., zibellinus; *czoboly* . . . Arch. Rák. VIII. 315. Subductura ex pedibus pellium *Sabellinarum* antiqua. Tör. Tár. 1886. p. 443.

Sabeni, v. *sabieni* v. *sabbetti* = (ab hebræo *czeba,* caterva) qui doctrinam ex iudaica, pagana et christiana religione conflaverant: stellas adorantes, baptismum, communionem, inaugurationem sacerdotalem, sacramentum matrimonii exercentes, peccata more turcarum aqua diluebant et exacta vita paradisi æternas delicias expectabant; *az ég csapatosai.* Nagy Hier.

Sabima, Juniperus Sabina (Linn.); *nehéz szagu boróka, cziprus, fenyő.* Ger. Sadebaum (Säbenbaum). Arch. Ver. Sieb. XXVI. 119.

Sabinczi bassi, supremus falconum (apud Turcas); *a solymárok főnöke.* Tör. Tár. 1892. p. 431.

Sabla, Sablya, æ, genus gladii turcici; *szablya.* Gall. sabre. Ger. Säbel. Verancs. VII. 141. Petunt autem, ut pro more suo dicunt, singulam *sablam,* gladii id turcici præcipuum genus est, aureos nummos XXXII. et securum receptum. Tör. Tár. 1889. p. 191. portaverunt unum *sablya* cum vagina argentea et unum byczak.

Sabuli liquatio, arenæ, sabuli fossio; *homoktermelés.* Ger. Sandbrechen. Pr. Pr. 8. an. 1756. Besztb. Levt.

Saccaraceus, ad saccharum pertinens; *czukros.* Szentiv. Cur. Misc. II. 217. si ramusculus ante insitionem maceratus fuerit in melle vel aqua *saccaracea,* dulces, si vero in aceto, acidos fructus talis arbor producet.

Saccarus, saccharum; *czukor.* Szentiv. Cur. Misc. 276. *Saccarus* est dulcis succus Cannarum.

Saccellarius, i, dispensator (Du C. fisci custos); *munkásoknak fizető.* Ger. Zahlmeister. Pár. Páp.

Sacchararius, i, pistor dulciarius; *czukrász.* Ger. Zuckerbäcker. Bene Med. II. 347.

Saccharatus, 3., sacchara conditus; *czukrozott.* Bene Med. IV. 18: in poculo aquæ *saccharatae.*

Saccharinus, 3., ad saccharum pertinens; *czukor* . . . Bene Med. VII. 207.

Saccharus candus, saccharum purum, candidum; *sárgaczukor.* Ger. Zuckerkand. S. Benkő Top. Misk. 61. et cum *sacchari candi* libra una edulcoretur.

Sacchus, i, saccus liquando vino; *szűrő zsák.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. VII. 85. Præterita septimana fuerunt hic vendemiæ in toto Silagi, sed cum *saccho* vendemias fecerunt . . . et quinque *florinos* dederunt pro *Zobor* (Csöbör).

Sacciformis, sacci formam habens; *zsákalaku.* Alexy 26.

Sacciperio, marsupium, pera pastoralis, (Du C. sacciperium); *erszény, tarisznya.* Pár. Páp.

Saccomanare, (Du C.) diripere, depopulare; *kizsákmányolni, kifosztogatni.* Gall. saccager. Ljub. Mon. Sl. XXI. 121. an. 1440: denotamus. — Fr. Sfortiam . . . per vim obtinuisse Salodium et illud *saccomanasse.* Luc. Regn. Dalm. 240.

Sacconia, fragmentum panni; *rongy.* Ger. Tuch-Flicken. Pár. Páp.

Saccus pecuniarius, marsupium, crumena; *pénzzacskó.* Kronst. III. 353.

Sacellanatus, us, præfectura regiæ capellæ; *udvari kápolnafelügyelőség.* Kov. Form. Sl. LXVII. Donatio Capellanatus Aulæ Regiæ. Est forma Collationis *Sacellanatus* Aulici.

Sacellanus, i, (Du C.) præfectus Sacelli, capellanus; *kápolnaőr.* Kat. Hist. Reg. 156. Bonipertum *sacellanum* D. Stephani regis. Cod. Dip. Brüss. Burg. 27.

Sacellarius, sacello præfectus (ap. Du C. custos fisci); *lelkész.* Ger. Geistlicher. Kronst. I. 580., 717. Fej. I. 462. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 26.

Sacerdos chori, V. *Assisius.* Buny. Vár. tört. II. 10. Batty. Leg. III. 246. Capellarum, altarium rectores, *sacerdotes chori,* alias *assisi* seu mansionarii dicuntur et ex definitione nominum eorum præsentes et coadjutores nostri esse debent et omnibus horis divinis . . . debent interesse.

Sacerdotissa, æ, (Du C.) sacerdotis uxor; *papné.* Corp. Gram. 167.

1. **Sacerdotium,** clerus, ordo sacer, ecclesiastici; *püspöki és presbiteri rend.* Pray Hist. p. 10: Rediit . . . confirmans . . . *Sacerdotium* rebus Zapolyæ . . . favere. Kon. Egyh. 132.

2. **Sacerdotium,** episcopatus (Du C.); *püspökség.* Brut. Hist. XIV. 418., 32. Agriense *sacerdotium* inter cætera Ungariæ, quæ et multa sunt et luculenta, secundum Strigoniense princeps dignitate atque opulentia habetur.

Sacerdotula, æ, parva sacerdos; *kis papnő.* Oláh. Cod. Ep. 398. In hac itaque sententia tua, si quis intelligat per illum articulum Pythiam Apollinis *Sacerdotulam,* quæ solebat oracula promulgare. Cf. Varro L. L. 5, 29, 37; Veran. ap. Fest. s. v. *Oletum* p. 115. Fest. s. v. Flaminia p. 69.

Sachariconditor, pistor dulciarius; *czukrász.* Bene Pol. 108.

Sachbender, procurator (apud Turcas); *közvetítő, alkusz.* Tract. Comm. 7. Portæ Ottomanicæ pro securitate et tranquillitate suorum subditorum et mercatorum ad tractanda necessaria eorundem negotia Procuratores vulgo *Sachbender* dictos in Ditionibus Cæsareo-Regiis constituere volenti liberum esto.

Sacholacticus, 3., deformatum a *sacharo* et *lacte:* sacharo et lacte mixtus; *czukor-tejes.* Bene Pol. 120.

Sachus, (Du C.) saccus. Ljub. Mon. Sl. I. 144: *sachi* centum pro biscotto.

Sacionalis, ad sationem pertinens; *vetési.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 458. aliam vero partem terre prescripte, supra quam villa allegeriwch extitit fundata, cum sessionibus *terris sacionalibus* villis et libertinis . . . Rubino annuit.

Sacmanum, idem quod nostrum: *zsákmány,* apud Italos *saccomani,* apud Germanos *Sackman.* Cod. Zi. Vol. V. 121: ubi . . . abbatem . . . universis rebus et bonis . . . spoliassent, derobassent et *sacmanum* fecissent.

Sacra Sedes, tribunal sacrum; *szentszék.* Molnár Patv. 64.

Sacramentalia, um, *külső szent szertartások.* Cher. Jus. Eccl. II. 129. *Sacramentalia* dicuntur ritus quidam accidentales externi ad cultum divinum spectantes.

Sacramentalia dare, per iuratos de reatibus iudicare; *esküdt birákkal itéltetni.* Ljub. Mon. Sl. I. 350.

Sacramentalis, ad sacras res pertinens, (Du C. al. s.); *szentséges.* Száz. XXIX. 456. *sacramentali* et impropria értelemben.

Sacramentaliter, (Du C.) sacramentali more (vox theol.); *szentségileg.* It. sacramentalmente. Pel. De S. Thoma s. I. c. 7. Digni sitis hospitare . . . *sacramentaliter* in eucharistia. Fabó. Monm. Evang. 40. corpus Christi et sangvinem in s. cœna vere adesse et eadem ab omnibus tam dignis quam indignis, ore, non quidem Capernaitice, sed *sacramentaliter* sumi. Tör. Tár. 1890. p. 176.

Sacramentare, (Du C.) iurare, sacramento fidem præstare; *esküdni.* Ljub. Mon. Sl. IV. 295. an. 1392.

Sacramentarium, (Du C.) lapis, in quo sacrosanctum sacramentum peragitur; *misekő.* Száz. XXVII. 344.

1. **Sacramentarius,** i, ad sacramentum obstringendus testis; *esküvel bizonyitó tanu.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 317. et super damno eidem illato a decem libris inferius tres debeat *sacramentarios* coram Curia exhibere et a viginti inferius sex producere teneatur, in maiori vero quantitate arbitrio Curie dicimus esse standum; et cum sacramentum fecerunt cum suis *sacramentarijs* secundum formam predictam, latro seu predo teneatur eidem damnum integraliter restaurare.

2. **Sacramentarius,** 1. Calvini religionem profitens, (Du C.); *helvéthitvallásu.* Szer. Not. p. 197: ut itaque Gloria Dei . . . magis innotescat, statutum est, ut pastores . . . quam etiam ii, qui *Sacramentarii* vocantur, et Cœnam pro signo tantum asseverant . . . convenire. Hist. Eccl. Ev. 11.

3. **Sacramentarius,** 3., ad sacramentum pertinens; *szentséget illető.* It. sacramentale, sacramentario. Fabó Monm. Evang. II. 127. primus fuit *controversiae sacramentariae* in Hungaria auctor.

Sacramentum deponere, (hungarismus) sacramentum dicere; *az esküt letenni, esküdni.* Cod. de Sztára. II. 497.

Sacrarium, (Du C.) conservatorium literarum; *levéltár.* It. archivo. Szer. Not. p. 193. V. *Conservatorium.* 1.

Sacratanum, sacrarium; *sekrestye.*

Ger. Sacristei. Ljub. Mon. Sl. V. 264. an. 1334 : pro . . . cupis emptis, operatis ad *sacratanum* sancti Thome et *locetam*.

Sacratissimus, titulus honoris; *szentséges, felséges*. Kass. P. P. I. 44. et pass. Ad tuam Maiestatem *Sacratissimam* Cæsareo-Regio Apostolicam. Törvt. Msz.

Sacrestana, sacristiana, (Du C.) sacrarii custos apud sanctimoniales; *sekrestyésnő*. Gall. sacristine. Prot. inq. 176 : quando surgebat, ut videret, si esset hora matutina, quia erat *sacristiana*, frequenter ibat ad lectum dicte virginis M. et semper inveniebat iuxta lectum stantem in oratione et hoc vidit per novem annos, in quibus fuit *sacrestana*.

Sacrestia, conservatorium instrumentorum litteralium; *sekrestye, levéltár*. Cod. Dip. Pat. T. II. p. 128: paria . . . instrumentorum litteralium . . . in vestra *Sacrestia* seu conservatorio ecclesie . . . requiri . . . facientes.

Sacriferi, qui peregrinantis episcopi vel abbatis sacra utensilia ferebant; *szentélyesek, szentesek,* kik az utazó püspök vagy apát kápolnáját vitték, azaz isteni szolgálathoz tartozó butorokat. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 537. Item hec sunt gravamina *sacriferorum:* tenentur dare equum ad portandam capellam Abbatis. Tör. Tár. 1893. p. 27.

Sacrificati, V. sub *Lapsi*; *áldozók*. Opfernde. Cf. Cyprian. Ep. 52.

Sacriformis, formæ sacræ, sacer; *szent*. Batty. Leg. III. 412. an. 1428 : ecclesia *sacriformis*.

Sacrilegi, sacrilegio nati; *szentségtörésből származó gyermekek*. Georch. H. T. II. 355.

Sacrista, æ, præcipua post abbatem dignitas (Du C.). Nagy : altarista, cimeliarcha, candelaptis, hierophylax, mansionarius, sacrarii custos; *sekrestyés, szerőr, egyházőr*. Pel. De quinque fratr. minor s. I. c. 7. : Eadem hora vidit quidam canonicus *sacrista* innumerabiles fratres. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 85. Beng. Ann. Er. Cœnob. 440.

Sacristanus, i, (Du C.) æedituus, custos ædis sacræ; *sekrestyés*. It. sagrestano. Wagn.

Sacristarius, 3., ad sacristiam pertinens; *sekrestyés*... Tör. Tár. 1887. p. 188: presbiter *sacristarius*.

Sacristia, (Du C.) Conservatorium, archivum; vestiarium sacrum et locus supellectilis sacræ; *sekrestye*. Szer. Not. p. 223. Cod. Dip. Arp. V. 207.

Sacrivus majalis, monachis obveniens, inserviens porcus; *szerzeteseknek járó malacz*. Pár. Páp.

Sacrofagus, per metath. pro : sarcophagus; *kőkoporsó, diszkoporsó*. It. sarcofago. Obs. Jadr. 410. visus est potius suum velle Corpus Jadræ condere *sacrofago*.

Sacrum cantatum, solennis missa; *énekes mise*. It. messa cantata. Oltv. Act. Synod. 37. In posterum Dominicis et Festis diebus occasione *Sacri Cantati* sub elevatione campana maxima duplex breve signum dari curabunt.

Sacrystia, V. *Sacristia*. Tör. Tár. 1891. p. 357. in *Sacrystia* seu conservatorio seu prothocolo istius ecclesiæ. Fej. X. 1., 45.

Saçum, i, (Du C. sasso) saxum; *kő*. V. *Scrigna*.

Sacusa, fors. a gr. σάκος, vestis villosa; *szőrruha*. Arch. Ver. Sieb. XXIV. 130. Porcolabis acceptati pro *sacusa*.

Sadisfacio, onis, satisfactio; *kielégités*. Ljub. Mon. Sl. I. 14. an. 1359 : solucio et *sadisfacio*.

Sæcularis, ecclesiasticis scriptoribus est profanus, ethnicus gentilis, mundanus, sæcularis etiam presbytero seu monacho opponitur. Ital. *seculare; világi javakhoz tartozó*. S. de Kz. Chr. II. 4., 2 : licet multi principes de Germania sibi copulari matrimonialiter voluissent, spretis omnibus, quæ habebat, *saecularia* faciens venundari, egenis est largita.

Sæcularisatio, bona, instituta ecclesiastica, sacra profano usui addicta; *világiasitás, világivá tétel*. Ger. Säcularisation. Száz. XIII. 147. Coll. II. 115.

Sæculariter, (Du C.) more mundanorum; *világfi módjára*. Piszter. Szt. Bernát. I. 49. Carnaliter eum seu *saeculariter* dormire causatur.

Sæculum, seculum, est Christianis scriptoribus mundus et vita hæc mortalis, (Du C.); *világi élet*. S. de Kz. Chr. I. 2., 1. in ætate sexta *saeculi*. II. 2., 1.

Sæpedictus, frequenter, crebro dictus (semper in una voce scriptum); *gyakran emlitett*. Cod. Dip. Arp. Cont. II. 210., 47., 32., 119. et pass. *sepedictam* dominam.

Sæpefatus, V. *Saepedictus*. Art. Diæt. Pos. Præf. Iidem Domini Prælati Barones Magnates et Nobiles cæterique Status et Ordines *saepefati* Regni Nostri Hungariæ. Cod. Dip. Hung. And. V. 285. 5. et passim.

Sagax, cis, porca; *gyepes v. sásos határ, mesgye*. Ackerbeet. Szam. Tih. Apáts. p. 11 : 1247. Per quasdam *sagaces* wlgo mege nominatas. A. 1.

Sagena, (Du C.) magnum rete; *varsa, öreg háló káta nélkül, húzó háló*. Ger. Segge, Ziehgarn. Gall. seine. Száz. XXII. 230. Schläg. 813. Cf. Man. 5, 678.

Sagenarum loca, in quibus sagenis piscantur· *vejsz*. Kov. Form. St. 267. Item loca *Sagenarum Weyz* dicta usque decimarium numerum pro singulis Marcis. Törvt. Msz. varsaknak helye, melyet *vésznek* hivnak.

Sagettia, æ, navis species (Du C. *Sagittia); hajó*. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 124. piratæ, qui erant in *sagettia* castri de Sevenico.

Sagia, æ, (Du C.) V. *Saja*, genus panni; *saja*. It. saja. Ger. Sarsch. Rač. Mon. Sl. XIII. 127. an. 1351. pro L. *sagiis* auri et vestimentis.

Sagibaro, (Du C. germ. *Sache* saxon. *sak* = causa) Causarum iudices; *ügybiró*. Nagy Hier.

Sagimen, (Du C.) adeps; *zsir*. Kronst. I. 87.

Sagina, æ, (Du C. sagena) navigii species. V. s. *Prothosevastor*.

Saginatio, (Du C.) ius saginandi porcos; *hizlalási jog*. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 2. quicquid ibi habuimus cum vineis et *saginatione*. Cf. Plin. 8, 51, 77 ; Tertull. Pall. 4.

Saginator, qui saginat porcos; *malacz hizlaló*. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 23. similiter et decimas proprii laboris omnium dominorum quoquomodo laborancium et croacarum, bovariarum, jugerum, coloniarum, nemorum, *saginatorum,* sischalie etc. decimamque omnium animalium.

Saginatum, ius saginandi porcos in silva. V. *Pascinacium ; hizlalás*.

Saginatus, 3., plenus; *teljes*. Kol. Cod. 31. Item aurum de Solmos habet karat 18. Marca 1 florenos 48 vel fl. 49. peseta *saginata* florenum 1, denarios 2.

Sagipar, confector, sartor sagorum; *köpenyszabó*. Tkal. Mon. Civ. Zág. I. 383. an. 1397: Paulus *sagipar*.

Sagitea, æ, (Du C.) navigii species : barca sottile ; *könnyü hadihajó*. It. saettia. Ljub. Mon. Sl. I. 11. an. 1186. et passim.

Sagiteda, æ, V. *Sagitea*. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 210. quandocumque Dominus Dux ei preceperit vel requiri fecerit, illam *sagitedam* cum omnibus vellis et ancoris et toto eius corredo etc.

Sayka, æ, navis; lembus militaris; *sajka, hadi hajó.* Lop. Mon. Sl. XX. 415. an. 1552: naves seu *sayke.* Verancs. III. 44. Hodie solvimus ex Sicambria.., sex lembis militaribus, quos *saykas* vocant.

Saxum ignobile, *meddő kőzet.* Besztb. Levt.

Saycia vel **Seycia,** V. *Sayka.* Fej. IV. 2. 100. in mari nobis galea et *saycia* teneantur deservire. Fej. IV. 1., 268. cum duabus navibus, quæ vulgariter galia et *seycia* vocantur.

Saytea, V. *Sagitea.* Ljub. Mon. Sl. I. 182. Cod. Dip. Arp. V. 109.

Sazum, i, *saxum; kő.* Ljub. Mon. Sl. V. 242. an. 1334: dedit Marculino pro *(pins?* fors: pecuniis) acceptis a suo *sazo* grossos duos.

Sbaraleum, (Du C. sbaralium) munimentum ad urbium et castrorum introitus ex palis, quos itali *sbarras* vocant; *záró védgát.* Ljub. Mon. Sl. IX. 180. an. 1411: habent animum... fervidum... ad ponendum se ad *sbaraleum.*

Scaba, æ, cymba, (Du C. al. s.) V. s *Ladia; csónak.* It. scafa.

1. **Scabellum,** (Du C.) scamellum idem ac scabellum, quibus repentes manibus innituntur; *kézi zsámoly.* Ger. Schemmel. Prot. inq. 211: Vidi per plures dies in ecclesia quamdam feminam contractam, que non poterat ire sine *scabellis.* Cf. 305. LV.

2. **Scabellum,** fundamentum, basis; *talap.* Gall. scabellon. Curios. Misc. 359.

Loricæ altitudo superior	15	12
Scabelli altitudo	$1^1/_2$	$1^1/_2$
Scabelli latitudo	3	3

Scabellum oratorium, *imazsámoly.* Ger. Betschemel. Arch. Rák. VIII. 340. *Scabellum oratorium* rubro panno obductum.

Scabies mundana, cupiditates; *érzéki vágyak.* Rák. Ön. 95.

Scabinatus, officium Scabini iudicis, (Du C.); *biróság.* Schwart. Scult. 92. Faber Jur. Met. 126.

1. **Scabinus,** i, (Du C.) (Germ. Schöppe, Schöffe a vetere saxon. *scepeno* vel. Ger. *sceffeno:* qui ius dicit). *biró.* An. Sc. I. 159. an. 1515: *Sabinus* denotat officium eiusmodi iudicis, qui a domino delegatur ad colligendos census, causas item subditorum privatas ac minoris momenti decidendas. Kov. Form. St. 22.

2. **Scabinus,** iuratus assessor; *esküdt.* Pfahl. Jus. Georg. LXVII. Jurisdictionem quidem sanguineam... Dominus exercebat Banno sanguinis gaudens communiter ter intra annum sub nomine Paretæ; aderant tamen et Sculteti, *Juratique (Scabini* ævo illo appellati) et tertiam ex mulctis (byrsagiis) tulerunt partem. Schwart. Scult. 48. Tör. Tár. 1893. p. 22. Kov. Form. St. 22.

Scabiosa grex, homines cupiditatibus affecti, peccantes, ægri; *bűnös emberek.* Rák. Ön. 95.

Scabiose, impolite; *érdesen, durván.* Germ. rauh, roh. Otia Bachm. 43. quam *scabiose* Regi Angliæ responderit est in propatulo.

Scabrositas, asperitas; *göröngyösség, darabosság, érdekesség, durvaság.* Wagn.

Scaccatus, 3., (Du C.) quadris diversi coloris distinctus; *tarka, koczkás.* Piszter Sz. Bernát. I. 464. vestis *scaccata.*

Scaci (Du C.) ita appellatæ figuræ a voce Arabica v. Persica *Schach,* quæ regem sonat, quod præcipua Saccorum persona est rex; *sakk figurák.* Thurócz. 165. Remuneravit autem rex Hungariæ Regem Bohemorum... duobus baltheis et una tabula pro *scacis* mirabili.

Scafa, Scaffa, scapha, (Du C.) vas culinarium; *dézsa.* Kronst. I. 618. III. 55., 91., 176., 457., 580.

Scaffeus, i, *Schafeus* q. v. Fjp. Szám. p. 298: pro *scaffeis* solvimus.

Scafiulis, œconomus, procurator; *gazda.* Germ. Schaffner. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 56. coram Sarubba iupano et Gregorio *scafiule.*

Scaffium, V. *Schafeus.* Arch. Rák. VIII. 345. Laboris *Anabaptistici* ex testa dealbata vascula, *scaffium,* amphoræ etc.

Scagnellum, idem quod *scabellum* 1). Prot. inq. 187: ego nescio (in qua parte fuerit dicta domina contracta) sed vidi, quod trahebat se per terram tantum *scagnellis.*

Scahia, æ, miles, qui suis stipendiis militat...; *saját költségén katonáskodó.* Verancs. II. 373. Turca iam venit Amasiam nec per hiemem alio inde commigrabit, quod

plane affirmatur; quia et milites per vicina Amasiæ loca in hiberna distribuit et ad uberiora pascua camelis, cæterisque iumentis onerariis amandatis, singulum etiam quartum *scahiam,* qui suis stipendiis militant, domum redire iussit, ut reliquis tribus pecuniam et ad bellum necessaria curet.

Scakana, (Du C.) securis militaris; *csákány.* Ludew. Rllq. Mss. p. 325: quamvis etiam frameis seu securibus militaribus vulgo *scakanis* pulsarentur. — Hist. pacificationis inter Rudolphum II. et Turcarum imperatorem.

Scala devalvationis, deminutionis pretii modus; *a bankóczéduluk leszállítási mértéke.* Törvt. Msz.

Scala incendiaria, scalæ; *tűzlétra.* Rau. Elem. p. 110.

Scalaticum, (ab it. *scala,* portus) tributum pro usu portus; *rév-kikötő bér.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 89. ut nec Ragusii cives in Molficta plazam tribuerent vel *scalaticum,* nec Molfiocenses Ragusium plázam vel *scalaticum* et familiam et *ancoraticum.*

Scalatura, æ, *scalae; lépcsőzet.* Fjp. Szám. p. 271. an. 1428.

Scalenites, um, crenæ; *czikkek, gerezdek.* Bárczay.

Scalida, æ, (a scalidus) saccus, vestis crassiore filo contexta, qua præcipue utebantur in pœnitentiæ signum, sine manicis et ad corpus adhærens. (Scalidus e squalido Diez. 447); *gyászos ruha.* Marc. Chr. II. 42. Juvenes et virgines præ tristitia et mœrore *scalidis* induti. S. de Kz. Chr. II. 2., 1.

Scaltirimentum, astutia, versutia; *csalás, csalárdság, ravaszság.* It. scaltrimento. Han. Mon. Jur. P. I. 58. an. 1214: nullus audeat . . . advocare pro aliquo forense aliquo modo, ingenio vel *scaltirimento.*

Scalumniare, excalumniare, iniurias depellere; *igazságtalanságtól megóvni.* Han. Mon. Jur. P. I. 153: defendere et *scalumniare* ab omnibuscunque molestantibus.

Scamalus, 3., pro: squammalis, squammis præditus. V. *Bilizna; pikkelyes.* Germ. Schuppen.

Scamnum declinare, scamnum, in quo plagis afficiebantur, evitare; *verő padot, derest kikerülni.* Teut. Schul. I. 266: si aliquis vel clausuram seu seram portæ violaverit, vel muros scholasticos . . . transcenderit, is aut togam deponat *scamnum declinaturus,* aut H. fl. 10 togam una cum *scamno* redimat.

Scampare, liberare, effugere, se liberare; *megszabaditani, megmenteni és menekülni.* It. scampare. V. *Blasmus.* Prot. inq. et 176: pater dicte virginis voluit illam maritare duci Polonie . . . et ipsa puella nolebat et dicebat: si aliter non possum *scampare,* truncabo nasum meum.

Scampnum, (Du C.) in quo merces suas exponunt mercatores, vel carnes carnifices; *mészárszék.* Tör. Tár. 1892. p. 66. *scampnorum* seu macellorum carnium.

Scamprium, idem quod *scampnum, sedes,* macellum; *mészárszék.* Sup. An. Sc. II. 138. an. 1391: precio *Scampriorum* (macellorum) carnium.

Scancellum, (Du C. scamellum) subselliolum, quo repentes in terra manibus innituntur; *kis zsámoly.* Nápolyi legenda cap. 38. trahebat se super terram cum scophinis et *scancellis.*

Scancheria, æ, *Schincheria* q. v. V. s. *Bacinellus.*

Scandaiare, explorare, (Du C. scandaillare); *kikutatni.* It. scandagliare. Ljub. Mon. Sl. II. 365. an. 1346: examinando et faciendo *scandaiare,* quot naves possent *accostari* et attingere ad muros.

Scandalizari, (Du C.) offendere; *botránykozni, botránykoztatni.* Kaprin. Eloq. II. 797. etsi omnes, aiebat, *scandalizati* fuerint in te, ego nunquam *scandalizabor.*

Scandalosus, 3., homo mali exempli; *botrányos.* It. scandaloso. Wagn.

Scandalum, (Du C. 1.) offensio, iurgium, odium; *sértés, viszály, gyülölet.* Batty. Leg. T. II. 359. an. 1238: ad levigandum aliorum motum et *scandalum* temperandum. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 11. Cf. Tertull. de Virg. vel. 3. adv. Jud. 14. adv. Marc. 3., 1. et passim.

Scandatum, idem quod *Scindatum.* Fej. VIII. I. 428: et indumenta altaris de Rubech (fors. rubeo) *Scandato* cum manutergiis.

Scandea, parvæ navis species; *kis hajó.* It. Goëletta. Ger. Schooner. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 119.

Scandele corrigium, corrigium stapedis; *kengyelszíj.* Kronst. III. 68.

Scandelis, e, ad stapedem pertinens; *kengyel* . . . Kronst. III. 68: pro corrigiis *scandelibus.*

Scandelizare, pro: scandalizare, offendere, lædere; *botránykoztatni.* Tör. Tár. 1889. p. 411.

Scandilia, ium, stapes (Du C. scandile); *kengyel* . . . Kronst. II. 462: ad rationem *scandilium* vulgo stech röff. Ib. III. 256.

Scandula ephippiaria, *Subex ephippiarius.* q. v.

Scandularis, (Du C) ad scandulas pertinens; *zsendely*. . . Ger. Schindel. Jogt. Eml. T. III. p. 234: pro coëmptione clavorum *scandularium* et *tegillorum.*

1. **Scandularius,** i, (Du C.) contegulator; *cserepező.* Rau. Elem. p. 157. Cf. Tarrunt. Dig. 50., 6., 6.

2. **Scandularius,** i, faber scandularum; *zsendely csináló.* Ger. Schindelmacher. Pár. Páp.

Scannum, (Du C.) pro: scamnum. Száz. VIII. 12. et pass.

Scansare, evitare; *elkerülni.* It. scansare. Ljub. Mon. Sl. IX. 76. an. 1410: pro *scanzando* expensam . . . deputetur unus castellanus. Ib. XVII. 94. an. 1421.

Scansio, dimensio metrica; *versszaggatás.* Kaz. Lev. I. 251. Cf. Beda p. 2368. P.

Scansor, (Du C. al. s.) qui fodinæ curam gerit; *felügyelő, bányajáró.* Ger. Hutmann. Beszt. Levt. Száz. VIII. 608. *scansore* Domini Regis, *kir. bányatiszt.* Nov. Calend. 222. Fjp. Szám. p. 89.

Scanulum, demin. a Scanum (scamnum); *padocska.* Obs. Jadr. 420. iuxta illud Dalmatiæ proverbium: *Scanum* cecidit, *scanulum* resurrexit.

Scanum, pro: scamnum. Textum v. sub *Scanulum.*

Scaphiolum, i, parva scapha; *csónak.* Oláh. Cod. Ep. 111. Ego vero in *scaphiolo* piscatorio ad multam noctem descendi Lincium.

Scapilare, conscindere aliquem capillo, in capillos involare (Du C. scapis seu fustibus cædere); *hajánál czibálni.* Han. Mon. Jur. P. I. 27. an. 1214. quicunque iniecerint manus . . . in aliquem iudicum *scapilando* vel verberando ipsum.

Scapolare, liberare; *megszabadítani.* It. scapolare. Ljub. Mon. Sl. I. 205.

1. **Scapolus,** i, liber, (Du C. al. s.); *szabad ember.* It. scapolo. Ljub. Mon. Sl. II. 28. an. 1338.

2. **Scapolus,** 3., vacuus; *üres.* Rač. Mon. Sl. XIII. 36. an. 1348: *scapola* barca de yp̄p̄is LVI.

Scapro, pro: carpio; *pozsár, ponty.* Schläg. 791.

Scapulare, is, (Du C.) vestis scapulas tantum tegens; *vállfüggöny, vállkötő, vállruha.* Ger. Skapulier. Tör. Tár. 1887. p. 185. parva palla seu *scapulare* linteum. Schläg. 579. *vállfő vas.* End. 596. (Synodus Budensis an. 1279. 62): monachi . . . sine cappis aut cucullis seu *scapularibus* extra domos suas . . . non incedant. Arch. Rák. VIII. 322.

Scapularisticus, 3., ad habitum humeros et scapulas tegentem deque iis dependentem pertinens, quem ecclesiastici ordines gestare solebant; *vállruhát viselő.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 158. Eadem Ecclesia duplici Confraternitate decoratur: *Scapularistica* nempe Divæ Virginis Carmelitanæ et S. Angeli Custodis.

Scapularium, (Du C. scapulare), vestis scapulas tantum tegens; *vállkötő.* It. scapolare. Prot. inq. 175: rogavit . . . darent sibi *scapularium* . . . et posuerunt *scapulare* in dorso suo.

Scapule, libere; *szabadon.* Star. XXVI. 229. an. 1254: possunt vendere per regnum *scapule* (libere).

Scapulus, 3., liber V. *Scapolus; szabad.* It. scapolo. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 320. Et quandocumque volueritis ire de nobis ad aliam partem, ibitis *scapuli* cum omni honore, cum omnibus vestris et cum toto habere vestro et cum toto habere eorum et nos te conducemus.

Scapus catapultæ, scapus ligneus bombardarum; *puska fogása, puskatus.* Ger. Büchsenschaft. Pár. Páp.

Scarabeus, mendose scriptum pro: *carassius* (piscis genus); *kárász.* Ger. Karausche. Schläg. 804.

Scaraguardia, æ, circitores; *czirkaló.* Ger. Scharwache. Ljub. Mon. Sl. XI. 71. an. 1322.

Scaramangium, vestis tartarica; *tatárköpenyeg.* Ger. Tartarischer Wetter-Rock. Pár. Páp.

Scaramussia, (Du C. Scaramutia) concursatio, procursatio, prœlium leve; *csetepaté, apró csata.* It. scaramuccia, scaramuccio. Gall. escarmouche. Ger. Scharmützel. Fej. X. I. 560. et eodem die adivit ad *Scaramussiam* prior prædictus cum gente sua. Mem. Pauli. 425.

Scaramuzia, æ, (Du C. scaramutia). V. *Scaramussia.* Ljub. Mon. Sl. IX. 192. an. 1411.

Scarificare, per cucurbitulas detrahere sanguinem; *köpölyözni.* Ger. Schröpfen. Lzb. Cod. Med. T. II. 47. et passim. Cf. Plin. 28., 11., 49., 32., 7., 26. Pallad. Mart. 10., 28. Colum. 12., 57., 1.

Scarificatio, detractio sanguinis per

cucurbitulas; *köpölyözés.* It. scarificazione. Ger. das Schröpfen. Bene Med. II. 414. Cf. Colum. 6., 12., 1., 6., 17., 1. Veget. 4., 21., 1.

Scario, (Du C. 1.) servus Episcopi, ostiarius; *ajtónálló.* Pár. Páp.

Scariotice, falso, false, astute, ut Judas Ischariotes, a cuius nomine voc. hoc derivatur Christum osculatus est; *csalfán, hamisan, ravaszúl.* Verancs. VI. 283. quem Laurentius ille Copessius fœnerator omni judæo melior, tam egregie, quam nequiter *scariotice* fuerat osculatus.

Scarlat, V. *Scarlatin.* Monm. Comit. Trans. V. 194. Ab una pecia *scarlat integri* fl. 6.

Scarlaticum, idem quod *Scarletum.* Knauz M. E. Str. I. 119., 138: Regina dedit domino imperatori ... domum desuper de *Scarlatico* et tapete.

Scarlaticus, 3., coccineus, in sermone Italico: scarlattino (Du C.); *skárlat* ... Fr. Lib. Rt. II. 157. emere feci de panno *scarlatico* ulnas.

Scarlatin, textum proprie purpurei coloris, sed hic tantummodo materia respicitur; *skárlátszövet.* Arch. Rák. VIII. 312. Tapes *scarlatin,* violacei coloris Alter, itidem *scarlatin,* similis coloris.

Scarlatinum, pannus coccineus; *biborszinü posztó.* Kronst. III. 268., 269.

Scarlatinus, 3., (Du C.) coccinei coloris; *biborszínű.* Kronst. III. 121.

Scarlattum, scarlatum, (Du C.) V. *Scarlatinum.* Tör. Tár. XX. 180. ex *scarlatto* XX. 176.

Scarletum, V. *Scarlatinum.* Pel. De s. Stephano s. II. c. 2: Caro tamen superbit, quia pretiosius indui vult, quam sua domina scil. de *scarleto.*

Scarpellum, (Du C) scalpellum. V. s. *Assa maza; véső.* It. scarpello.

Scarphina, æ, calculus, globulus ad suffragium ferendum; *szavazati golyó.* Han. Mon. Jur. II. 38. an. 1312. consiliarii vadant ad accipiendum ... ballotas seu *scarphinas.*

Scartabelia, æ, (Du C. scartabellus) codex chartaceus; *czédula, irkafirka.* It. scartabello Ger. Scharteke. End. p. 83: historias, que diversis *scartabellis* ... sparse sunt ... in volumen unum redigi procuravi. Száz. XXIV. 393. S. de Kz. Chr. proœm.

Scarunetum, idem quod *scabellum* 1. Prot. inq. 227: habebat ita contractos pedes, quod non poterat ire pedibus, sed ibat genibus et cum duobus *scarunetis* in manibus.

Scateda, fons scaturiens; *forrás, forradék, forgatag.* It. scaturiggine. Schläg. 745.

Scati, orum, quadræ, ut in lusum scacorum; *koczkázat mint sakktáblán.* Tör. Tár. 1887. p. 174.

Scatula, æ, (Du C.) capsula, pyxis; *iskátula, skatulya.* It. scatola. Fjp. Szám. 222. Item pro *mestis* seu *scatulis* et pro grossa tela. Thök. Diar. II. 343. Arch. Rák. VIII. 346. Száz. XXII. 158. Tör. Tár. XX. 166.

Scatula pro Sacharo, pyxis sachari; *czukortartó.* Arch. Rák. VIII. 335.

Scatullula, parva theca, capsula; *kis skatulya.* Arch. Rák. VIII. 319.

Scedula, σχέδη, schedula, scidula (Du C. tabula); *czédula.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 82. Ego ... hanc *scedulam* scripsi.

Scekach, idem ac palanka, sticcatum; *palánk, karó.* It. steccato. Ger. Stacket. Kat. Hist. IX. 468. et contra ipsam quamdam munitionem, *scekach* (sticatum) vocatam, firmaverant (civitatem).

Scelator, perturbator; *zavaró, megszegő.* Cod. Zi. T. I. 465: Emericus per quosdam invidos seu pacis *scelatores* crudeli morte exitiali interemptus.

Scelectus, pro: selectus; *kiváló.* Száz. X. 435. De plurimis claris *scelectisque* mulieribus.

Sceleus, i, (Du C. scelo) equus emissarius; *csődör.* V. s. *Capredum.*

Scemerce, V. Rhuscoriarum. Knauz M. E. Str. II. 240., 245. de singulis honeribus Cumulonum, que *Bytel* vocantur, et de *scemerce* solvitur unus frisaticus.

Scenopegia, *(σκηνοπηγία); sátorütés, sátoros ünnep.* Szentiv. Curios Misc. II. 11. September 14. Pervigilium *Scenopegiae* seu Festi Tabernaculorum.

Scenopeija, V. *Scenopegia.* Szentiv. Curios Misc. II, 12. October 17. Dies festi in similitudinem *Scenopeijae* instituti a rege Roboam 20. Finis Festi *Scenopeijae* a rege Roboam instituti.

Sceph, vocabulum incertæ originis, loco allato significat — compitum; *keresztút.* Cod. Zi. v. III. p. 479 ... circa duas vias, que vocatur *sceph,* que stant per modum crucis.

Schabraken, a Germ. Schabracke, stragulum, quo equi cooperiuntur, velum; *csótár, lóterítő.* It. gualdrappa. Kass. Jur. Civ. II. 235. Charissimo Filio Comiti Carolo in signum Paterni affectus lego unam ex pretiosioribus *Phaleris* seu *dorsualibus* vulgo *Schabraken* nuncupatis.

Schach, tabula latrunculorum; V. *Scaci; sachtábla.* Vern. Met. II. 345. non exmissa apud nos etiam inventa celebratissima *machina Kempeleniana,* quæ dexterrime in tabula latrunculorum *Schach* dicta lusitabat.

Schachus, i, rex Persarum; *perzsa sah.* Bel. Geogr. 606.

Schacorum tabulæ, V. *Schach.* (Du C.). Pel. Serm. Qui faciunt taxillos et *tabulas schacorum,* alearum et huiusmodi scienter ad abusum ... peccant ex intentione secundum theologos et iuristas concorditer. Aest. 20. g.

Schacto, onis, Germ. Schacht. (Du C. Schachta), puteus rei metallicæ; *akna.* Fjp. Szám. k. 89. ubicunque cum *Schactone* descendent super stollonem, tunc debent spectare ad *schactonem* suæ laneæ.

Schæda Caratsch, litteræ passuales subditis Ottomanicis dari solitæ; *a török alattvalók úti levele.* Lzb. Cod. Med. T. II. 495.

Schæda licentiæ, literæ præstitæ in re militari testes; *szabadságlevél* (obsit). Lzb. Cod. Med. III. 33.

Schæda licentialis, venia, potestas per litteras data; *engedélyt tartalmazó irat.* Ger. Erlaubniss-Schein. Lzb. Cod. Med. T. II. 259.

Schæda mortualis, literæ mortis testes; *halálbizonyitvány.* Lzb. Cod. Med. III. 33.

Schæda probatoria, approbationem continens; *engedély-levél.* Ger. Prob-. und Anschlag-Zettel. Opin. in montanisticis I 2.

Schæda transitualis, literæ transitus dati testes; *átmenetet engedélyező levél.* Pest. Vár. Levt.

Schafeus, vas; *dézsa.* Ger. Schaff. Fjp. Szám. p. 278. an. 1428. pro uno *schafeo* ad cementum.

Schaffa, æ, (Du C. *Scafa)* vas culinarium; *dézsa.* Ger. Schaff. Quel. Sieb. I. 354. doleatori, ut fecit *schaffas.*

Schafferus, i, **Schafferius,** i, curator; *gondviselő, felügyelő.* Nov. Calend. 218. Ferri Malleorum *Schafferii* D. M. D., D. I. L. etc. 233. Transpostualia Salis Officina
D. F. W. Perceptor
D. Th. G. Rationum Magister.
D. L. K. Materialium *Schafferius* p. 218. Tisholczini. *Schafferus:* D. I. V.

Schandolum, scandalum; *botrány.* Star. XVIII. 22. an 1466. ne post eius mortem *schandolum* aliquod oriatur.

Schantz, vallum; *sáncz.* Schanze. Magy. Tört. Eml. XXX. 333. an. 1556. castra metanda sunt ... deinde *schantz* inchoari possunt eadem nocte. — Instr. Pac. Art. II.

Schazimentum, ramentum (ab it. scadere); *hulladék.* Rač. Mon. Sl. XIII. 155. an. 1356: pro *schazimento* argenti ad faciendum vergas.

Schebtuch, pannus rasus; *rása.* Ger. Schabtuch. Rasch. Thök. Diar. II. 345. Unum frustum rubri panni *schebtuch,* xr. 9.

Scheda adiudicatoria, Text. v. s. *Liber antigraphus; engedélyt tartalmazó irat.* Ger. Gewähr-Schein.

Scheda æstimatoria, *Ratio mercium aestimatoria* q. v.

Scheda anunciatoria, scheda aliquid exponens; *hirdetés.* Kass. Ench. II. 10. *Anunciatorias schedas* de tollendis verucis, calvitie et callo in pedibus ... imprimere Typographis interdicitur. Norm. Ordin. an. 1797. 30. Jan.

Scheda bancalis, tessera mensæ publicæ; *bankó czédula.* Ger. Banknote. Kass. Ench. III. 55. *Bancales schedae* falsæ. — Irodt. Közl. VI. IV. 465.

Scheda cementalis, scriptum permutati auri quantitatem exhibens; *pénzváltást kimutató jegyzék.* Arch. Ver. Sieb. VII. 1. 405. Quantum auri ad cameram ... provenerit, id ex *schedis cementalibus* ... cognoscere licebit.

Scheda cursualis, scidula, qua præsens nummorum pretium perscriptum est; *folyamjegyzék.* Ger. Courszettel. Art. D. 1840. p. 80.

Scheda depositionalis, scidula depositum testans; *rakodó bárcza.* Ger. Depositenbollete. Vect. Gen. E. §. 22.

Scheda depositionis, de mercibus in depositum sumptis; *átvételi bárcza.* Ger. Beschlagbollete. Vect. Gen. 9. §. 110.

Scheda exitualis, *kiviteli bárcza.* Ger. Ausfuhrbollete. Vect. Gen. I. §. 47. super rite præstita solutione, dabuntur per Officia Tricesimalia *Schedae exituales.*

Scheda indagandi, Scheda indagatoria, V. *Licentia indagandi; kutatási engedély* (bárcza). Juriev. Jur. Met. 73. Mineræ mutungandæ prævia indagatione exquiri debent... Ut autem indagatio in venas et fibras metallicas secure institui possit, opus

est facultate, a concernente Judicio montano concedenda ... Facultas talis modi Licentia indagandi (Schurf Licenz); Litteræ vero in quibus confertur, *Scheda indagatoria* (Schurfschein) vocantur. Scheda indagatoria, vi cuius facultas in alieno territorio in venas metallicas indagandi conceditur, vigore B. R. de 24. Nov. 1791. sequentibus Requisitis instructa sit. Besztb. Levt.

Scheda insinuatoria, scidula, qua quis nomen suum profitetur; *bejelentő czédula.* Meldungszettel. Törvt. Msz.

Scheda inviatoria, *utalvány bárcza.* It. Bolletta. Ger. Mauthzettel, Anweisung. Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 276. Mercator merces suas coëmptas adcurate quoad speciem, qualitatem, qnantitatem conscribit et in vasa vel Ballas componit, quas per principatus Tricesimæ (Hauptmauth) Officialem, ne quid eximi vel intrudi possit, obsignari procurat et tradito ei uno Consignationis exemplo, acceptaque *Scheda inviatoria,* quæ in singulis intermediis Tricesimis exhiberi et per *Visa* subsignari debet. Vect. Gen. C. 2. §. 8.

Scheda libera, *szabad bárcza.* Ger. Freibollete. Kelem Inst. Jur. Pr. II. 278. Tam hi, quam alii subsequentes exempti, dum pro se merces inducunt, *Schedas liberas* a primario Tricesimali Officio sibi expetere. Vect. Gen. C. 2. §. 10.

Scheda mensæ argentariæ, V. *Scheda bancalis.* Törvt. Msz.

Scheda peractæ Confessionis, scidula testans peractam confessionem; *gyónóczédula.* Regul. Turm. Præt. 48. tum vero *Schedas Peractae Confessionis* rite exhibeant.

Scheda Portalis, V. *Portalis.* Törvt. Msz.

Scheda reluitoria, tessera mensæ publicæ minoris valoris; *váltóczédula.* Törvt. Msz.

Scheda Retardatus, V. *Retardatus.*

Scheda solutoria, tessera pecuniæ percipiendæ; *utalvány.* Ger. Zahlungsbollete. Vect. Gen. C. 2. §. 9. Juriev. Jur. Met. 181.

Scheda transitualis, tessera transitum testans; *átkeleti bárcza.* Ger. Durchzugsbollete. Vect. Gen. K. §. 55.

Scheda vecturalis, consignationis mercium vehendarum, vectarum index; *fuvarlevél.* Ger. Frachtbrief. Art. D. 1840. p. 170.

Scheda vigesimalis, *vámbárcza.* Arch. Ver. Sieb. VII. 1. 407. *Schedae vigesimales* de mercibus, quæ Coronam aut Cibinium deportantur.

Schedalis pecunia, chartiaticum, pecunia chartacea; *papirpénz.* Papirgeld. Törvt. Msz.

Schediasma, atis, corpus schedarum scriptum; *fogalmazvány, vázlat.* Gall. brouillon. Probst. Comitiol. Dedicatio: deprecandum mihi est, quod sub auspicatissimo ... patrocinio, Domine, hoc *schediasma* palam prodierit. Fabó Mon. Evang. 3. (2.) Pray. Dext. D. Steph. 50. Repereram ... exiguum *schediasma* incertæ manus.

Schedicus, 3. quod ex abrupto fit; *rögtönzött.* Galeoti. Præf. Epigr. ... deproperabat animo philologo Stylo *Schedico* Georgius F.

Schedula lucana, fors. schedula sulphure tincta igni faciendo; *gyujtó papirszelet.* Arch. Ver. Sieb. X. 1., 463. *schedulis Lucanis* aliisque rebus spiritualibus consolati sumus.

Schelmo, nis, nebulo, homo nequam; *gazember.* Schelm. V. s. *Schvermerus.*

Schema, tis, causa ficta, simulata (Du C. al. s.); *ürügy.* Pinx. Apod. p. 67. Anno MDXLI. a turcis capta (sc. Buda) ... fuit non sine astutia Solimanni, qui sub *schemate,* acsi quævis officia fidelitatis Johanni II. Johannis I. Regis Hungariæ ... filiolo præstare vellet, urbem iterum accepit.

Schema itinerarium, descriptio itineris; *úti tervezet.* Reg. Mil. an. 1726. p. 21: Commissarius non solum *schema itinerarium* ... conficiat.

1. **Schematismus,** *(σχῆμα)* forma; *alak.* Otia. Bachm. 118. Ast., scisne Deum illam, nempe Ecclesiam, in eodem Verbo suo scripto, sub vario *schematismo* intellectui humano depinxisse, modo ut Agrum, modo ut Domum.

2. **Schematismus,** i, index nominum; *névtár.* Ger. Namensliste. Kass. P. P. I. 49. Personis Singularibus dari debet competens Dignitatis, Honoris, Characteris et officii titulus, qui optime ex *schematismo* Regni Hungariæ eruitur.

Schenescalcus, præfectus palatii; (Diez. it. siniscalco, sescalco, sp. pr. sénéchal *Oberhofmeister* von ahd. siniscalh: *ältester Diener.* Mlat. seniscalcus) *főudvarmester.* Samb. Tyrn.

Scheza, æ, (a Gall. chaise) rheda; carpentum; *cséza.* Ger. Kalesche, Chaise. Arch. Rák. VIII. 357. In. conservatorio curruum vulgo Szeker-Szinben una *Scheza* dilacerata. IX. 140.

Schiamachia, æ, pugna umbratilis; *árnyékkal való viadal, csata.* Verancs. VIII. 38. Hactenus enim ita sensi nullum aliud inter declamationem et orationem, quam inter *schiamachiam* et legitimum certamen esse discrimen.

Schiatica, æ, dolor lumborum; *vékonyfájás, ágyékfájás.* It. sciàtica. Verancs. IX. 235. decrevimus Termas ambo inire; ille, ut sua curet *edemata,* quæ patitur in pedibus, ego meam *schiaticam.*

Schiaus, Sziaus, Sciaus, Chiaus q. v. Tör. Tár. 1886. p. 320. *Schiaum* Halupiensem.. *Sziaum* passam ... 321. noviter electus purpuratus *Sciaus.*

Schiavina, æ, lodix crassioris panni; *durva takaró.* It. schiavina. Ljub. Mon. Sl. XXII. 184. an. 1461. *schiavinas* quinque... pro ... pauperibus.

Schichta, æ, labor montanisticus; *műszakmány, munkaszám.* Faber. Jur. Met. 112. Labor vel pensum montanisticum adpellatur *Schicht* seu determinatum tempus 6, 8, 12 horarum, quo metallicola continuo labori vacare debet; porro significat portionem minerarum ad semel liquefaciendam; item 4-am partem Metallifodinæ seu 32 partes fodinales; unde dicitur: habet quartam partem *Schichtae,* $^{8}/_{128}$.

Schichtam perficere, *napi-, szakmunkáját végezni.* Faber. Jur. Met. 112. Si metallicola labore decedat, dicitur: *Schichtam* suam perfecisse.

Schichto, onis, tempus operi faciundo destinatum; *munkaszám.* Fjp. Szám. p. 94. an. 1386.

Schilonus, fors. idem quod *sciurus; mókus.* It. scojattolo. Nad. Florus Hung. L. I. C. XIV. p. 42: Magno Moschovitarum duci pellibus Sabellinorum et *Schilonorum* tributa pendunt.

Schincheria, æ, ocreæ (Du C. Schiencheria); *lábpánczél.* It. schiniera. Ger. Beinharnisch. Ljub. Mon. Sl. II. 42: III. paria *schincheriarum.*

Schinderling, viliculæ monetæ genus (Du C.); *babka.* Samb. Tyrn.

Schisma, tis, scissio; *szakadás.* It. scisma. Cher. Jus. Eccl. II. 279. Ad hæresim multum accedit *schisma,* delictum videlicet cum illa plerumque coniunctum, cum teste S. Hieronymo nullum schisma non aliquam sibi confingat hæresim, ut recte ab Ecclesia recessisse videatur. Originem autem trahit vox hæc ex græco *σχίσμα,* quod scissuram significat exprimitque pertinacem ab Ecclesiastica unitate separationem, Evangelicæ doctrinæ adversam. Cf. Tertull. Præscr. 5. Prudent. *περὶ στεφ.* 11., 19., 30.

Schismaticus, qui se ab unitate Ecclesiæ separat; *szakadár.* Glaubensspalter. Szer. Not. p. 120: (Edictum Uladislai regis an. 1500.) mandat ... Universis *Schismaticis,* seu *Valachis,* ut ... Georch. H. T. II. 269. Cf. Augustin. Quæst in Matth. 11.

Schistotector, vox hibrida ex gr. *σχιστός* et lat. tector, opifex lapide fissili tecta muniens; *palafedő mesterember.* Ger. Schieferdecker. Egri Levt.

Schistus, *σχιστός,* saxum fissile; *palakő.* Juriev. Jur. Met. 6. In Anglia terra fulonica, in Hassia *schistus,* in Saxonia porcellana, in Borussia Succinum electricum etc. Juri Regali Minerali accensentur.

Schiszma, æ, calceamentum; *csizma.* Quel. Sieb. I. 303. an. 1500. super solutionem *schiszmarum.*

Schitanossa, (Du C. schitonos) armiger, scutarius; *fegyverhordó, kardhordó.* Star. XXIII. 160.

Schitonos, (Du C.) scutobajulus, scutifer, compos. ex schito, scutum et Slav. «nos» (lat.- fer); *paizshordozó.* It. scudiere. Gall. écuyer. Ger. Schildträger. Luc. Rega. Dalm. 96. nam in supradictis Privil. inveniuntur subscripti Camerarius 2., 3. Pincernarius ... Volar sive Boum præfectus, *Schitonos* sive Scutobajulus.

Schlavus rusticus, antiquæ græcorum professioni addictus; *óhitű keresztyén, szláv liturgiához tartozó keresztyén.* Tör. Tár. 1893. p. 20.

Schmegmator, (Du C. *Smigmator)* saponis coctor; *szappan-főző.* Ger. Seifensieder. Pr. Pr. 405. an. 1761. Besztb. Levt.

Schœnum, a gr. *σχοῖνος,* 50 usque 60 stadia, milliare Hungaricum, quod pæne duo milliaria germanica æquat; *magyar mérföld.* Gal. Mar. p. 11. Advenerunt oratores regis Poloniæ ad Vice-Gradum. Nomen enim Regiæ est a Buda uno *Schoeno* distantis.

Schofium, scofium, filum aureum, argenteum; *ezüst-aranyszál, szkófiom.* I. Rák. Gy. 116., 117. Kecsk. P. Ötv. 162., 172. Thök. Diar. pars.

Schola agraria, schola rusticana; *földmivelői iskola.* Bauernschule. Törvt. Msz.

Schola delineatoria, s. in qua artis delineandi pingendique elegentia discitur; *rajziskola,* Wallaszky 395.

Schola filatoria, sch. staminibus nendis; *fonó iskola.* Opin. P. III. Sec. 1. §. 2.

Schola gramaticalis, V. *Grammaticales classes.*

Schola industrialis, s. industriæ acuendæ, artium augendarum causa instituta; *ipariskola.* Wallaszky 403. Opin. IV. Sc. II. *g.*

Schola modellarum, s. fingendis alicuius rei proplasmatibus instituta; *mintarajziskola.* Wallaszky 402.

Schola musica, s. musicæ docendæ instituta; *zeneiskola.* Wallaszky 395.

Schola nationalis, schola trivialis, elementaris, in qua patrio sermone disciplinæ traduntur; *nemzeti-, elemi iskola.* Fej. Jur. Lib. 426. Joseph. II. 1781. *scholarum nationalium* seu *trivialium* dotatio. Wallaszky 478. Diar. Com. an. 1796. p. 29. Hor. Mem. 364.

Schola normalis, sch. popularis vel nationalis; *elemi iskola.* Hor. Mem. 364. Száz. XVI. 679.

Schola obstetricia, ludus artis obstetriciæ; *szülészeti tanfolyam.* Bene Pol. 248.

Schola œconomica, s. in qua rei rusticæ operam dant; *gazdászati iskola.* Wallaszky Præf.

Schola pagensis, sch. rusticana; *falusi iskola.* Opin. P. I. §. 20.

Scholæ papisticæ, papistarum, sch. catholicorum; *katholikus iskolák.* Pesty. Ször. III. 346., 356.

Scholæ piæ, ludi literarum, in quibus ita dicti Piaristæ iuventutem erudiunt; *piarista iskola.* Arch. Rák. IX. 56.

Schola popularis, Sch. normalis vel nationalis; sch. publica. Hor. Mem. 364.

Schola primaria, *fő elemi iskola.* Ger. Obere Elementarschule. Körmöczb. főreálisk. Ért. Bpest, 1895. p. 124.

Schola realis, s., in qua potissimum doctrinæ, artes ad vitæ usum spectantes traduntur; *reáliskola.* Wallaszky Præf.

Schola silvanalis, s. in qua rei saltuariæ scientia traditur; *erdészeti iskola.* Wallaszky Præf.

Schola trivialis, (Du C.) ita dicta, quia in ea grammatica, dialectica et rhetorica docebatur, quæ disciplinæ nomine trivii insigniuntur, quadam similitudine, quasi triplex via ad eloquentiam. Oltv. Act. Synod. 31. *Scholas triviales,* ubi numerus prolium scholas frequentandi capacium 50 attingit, ubique erigantur.

Scholam rogare, *tanitásért folyamodni.* Teut. Schul. I. 358 die Schulen wurden nur auf ein Jahr vergeben, von 1823—1851 auf vier Jahre, seither auf Lebenszeit. Nach Ablauf des Termins musste der Schulmeister «um die Schule bitten» *(scholam rogare).*

Scholarcha, æ, præfectus, curator Scholarum; *tanfelügyelő.* Fabó. Monm. Evang. II. 21. Ecce! lapis fundamentalis illustris athenæi eperjensis seu communis litterarum emporii per nobilissimos dominos *scholarchas* politicos, ædificii construendi constitutos inspectores . . . iacietur.

Scholarchatus, munus præfecti scholarum; *tanfelügyelőség.* Bod. Hist. Eccl. I. 393.

Scholares recordantes. V. *Recordatio; énekelgető diákok.* Irodalomtört. Közl. V. IV. 458.

1. **Scholaris,** (Du C.) qui docet in scholis; *tanító.* Hist. Eccl. Ev. 131. propter sectam Lutheranam, qua super omnes, quos antea audivimus vel vidimus, infectus erat, et *Scholares* et Juvenes maxime infecit. Száz. 1897. 132.

2. **Scholaris,** discipulus; (Du C.); *tanuló, oskolás.* It. scolare, scolajo. Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 265. Venerunt item Literæ e Roma ad Rorarium, quæ per quendam *scholarem* Zagrabiensem sunt missæ.

Scholastice, simpliciter, modeste, modo pauperis; *egyszerüen, szegényesen.* Verancs. VIII. 110. Sed ut ad rem redeamus frugalem te esse et *scholastice* non pompatice vivere volumus, utque etiam cures, non quod Episcopi Agriensis affinis sis, sed quod discendum tibi sit aliquid, quo is esse postea possis, qui nunc est ipse.

Scholasticum oppidum, *Kolozsvár.* Ger. Klausenburg. Ranzani 334. Colosvarum, quod Sarmatarum lingua interpretatur *scholasticum oppidum.*

1. **Scholasticus,** ludirector; *iskolamester.* Ger. Schulmeister. Hist. Ecc. Ev. 131. Anno 1535. Feria Quarta post Conductum Paschæ, Joannes Kletzko, *Scholasticus* (Ludirector) petiit favorem quod consulatus eum voluit licentiare, Ib. 139. onera ut necessitatem *scholae Rectoribus* et *Ludimagistris* stipendia dandi . . . in eos devolvebant.

2. **Scholasticus,** Sublector. administrator scholæ in capitulo (Du C.); *a káptalani iskola vezetője.* Cher. Jus. Eccl. 1., 269. *Scholasticus* præfectus scholæ collegio Canonicorum adiunctæ, ad quem spectabat adolescentes ad vitam clericalem formare, magistros idoneos constituere. Nov. Calend. 53. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 43. Lectorem seu *scholasticum* Száz. 1897. 127. Kon. Egyh. 303.

3. **Scholasticus,** i, discipulus; *tanuló.* Bék. Maros. 7., 26. *scholasticus* est Persona Divinitus in hoc ordinata, ut Doctrinam de Deo, bonas deinde artes et Linguas Ecclesiæ et reipublicæ profuturas perdiscat. I. — Száz. XVIII. 48.

Scholasticus symphoniacus, Choralista; *karénekes.* Leges Schol Schem. 14. Quando iustum in utroque templo ad peragenda sacra conveniendi tempus est, sub ipsa horarum puncta cantor præsto sit. *Scholasticos symphoniacos* in templum ducat et in scholam reducat.

Scholiarcha, ita vocatur apud Græcos Catholicos, qui apud Romano-Catholicos Scholasticus in Capitulo; *iskolás kanonok* (görögöknél). Kon. Egyh. 303.

Scholopius, (fors. a gr. σχολιοποιέω) scholiorum scriptor, explicator; *jegyzetiró, magyarázó.* Irodt. Köz. VII. I. p. 93. Jam. undique ferociunt isti asini, satisque calcitrant, in despectos *Scholopios,* et nigri et candidi, et variegati fratres minimi.

Schomolata, æ, (a camelus); *teveszőr kelme.* Ger. ein Zeug vorzuglich aus Kameelhaaren. Kronst. I. 30.

Schorpio, species olei. *egy olaj neme.* Tör. Tár. 1892. p. 745.

Schrancus, i, scrinium, armarium; *szekrény.* Ger. der Schrank. Fjp. Szám. p. 397. an. 1438. solvimus fabro pro clavulis . . . ad *Schrankos* et ad murum.

Schuba, (Du C.) togæ aut pallii Turcici vel Persici species; *suba.* Ger. Schaube, Ueberkleid, Talar. Kronst. I. 358.

Schuch, palmus, spithama; *egy arasz= tizenkét hüvelyk.* Art. Diæt. Pos. 112. ut una Spitama seu vulgo *Schuch* primo Polturis duntaxat quinque, expost totidem grossis vendita, iam decem grossis et non secus vendatur.

Schultesius, prætor militaris; *katonai biró.* Schwartn. Scult. 19. Art. Diæt. Pos. 41. Prætoresque Militares vulgo *Schultesii* Jaurini et alibi existentes in Res et Personas non Militares, verum Politicas Provinciales et Civiles suas Instantias habente nihil sibi vendicent.

Schvermerus, fanaticus, entheus; *ábrándozó.* Ger. Schwärmer. Otia Bachm. 102. Quem non offendent eiusmodi viris afficta nomina Fanaticorum, *Schvermerorum,* imo Schelmonum.

Schwenkfeldista, assecla Gasparis Schwenkfeldi, qui 1490 anno nobili familia natus reformatorum doctrinam mystico sensu imbutus propagare studebat, mortuus an. 1561. asseclæ eius persecuti migraverunt an. 1734. in Americam, ubi hodie adhuc degunt. *Schwenkfeld követője.* Száz. XXIX. 233.

Schytonossa, æ, V. *Schitonos.* Luc. Regn. Dalm. 97. Johanne Eunucho *Schytonossa* et fratre suo post Juppo etc.

Schyfus, scyfus, sciphus; *pohár, serleg.* Kronst. III. 55., 63., 274.

Sciagraphia, alias Scenographia; brevis adumbratio; *vázlat, árnyéklat.* Ger. Schattenriss. Otia Bachm. 212. hinc neque a me simplici ovicula aliud expectabis, quam genuinam et simplicem Doctrinæ Ecclesiæ Catholicæ *Sciagraphiam.* Lzb. Cod. Med. II. Prooem. Comment. Hist. de Reg. Hung. Cor. More 52.

Sciarlatum, V. *Scarlatum.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 278. Clamis de *sciarlato.*

Sciatica, morbus lumborum; *csipfájdalom.* It. sciatica. Ger. Ischias. Star. XXII. 61. an. 1720. in podagra et chiragra et subinde... *sciatica* semper hæsit infirmus.

Scientiatus, 3., (Du C.) scientia plenus; *tudományos.* Batty. Ger. 66. *scientiatae...* isagogæ. Ib. 153. Dicant se *scientiatos* et idola non adorare.

Scientificus, (Du C.) ad scientiam, literas pertinens; *tudományos.* It. scientifico. Greg. Aesth. Præf. non metuo culpationem criticorum, qui brevitati *scientificae* aliquid largiendum esse ultro agnoscent. — Pázm. Dial. 35.

Scientiositas, doctrina, literarum scientia; *tudományosság.* Imre Phil. 294. Absoluti idealistæ et realistæ, qui primitus ducum suorum Fichtei et Schellingii vestigiis insistentes pro *scientiositate* (Wissenschaftlichkeit) tantopere zelabant.

Scifra, V. *Cifra.* Szil. Régi Magy. K. I. III. 414. ut me characteribus, *scifris* his, reddat certum.

Scilindrium, Cilindrium, scandula; (Du C. al. s.); *zsindel.* Ger. Schindel. Kronst. I. 229., 656.

Scindatum, velum; V. *Cendatum*; *lepel.* It. zendado. Ger. Hülle der venetianischen Frauen. Fej. III. 2., 270. et pellicium de exameto foratum, cum *scindato* (cingulo ?) et omnia pepla mea. Knauz. M. E. Str. I. 280., 326.

Scindola, æ, idem quod *Schincheria.* Cod. Telek. XI. 574. Nunquam michi de Clipeis *Scindolis* et claviculis ulterius scripsit... ut ibi mittantur ipsiClipei, *Scindoli* et Claviculi.

Scindula, (Du C.) scandula; *zsindel.* Ger. Schindel. Kronst. I. 89.

Sciniphes, (Du C. Scinifcs) muscæ minutissimæ sunt, sed aculeis permolestæ, quibus tertia plaga superbus populus Aegiptiorum cæsus est; *szúnyog, muslicza.* Gall. scinterelle. Batty. Ger. 166. Totum genus humanum ... suis faucibus conterebat, et quasi *sciniphes* conterebat universos.

Scintillarium, (Du C.) liber continens sententias ex Scriptura sacra et SS. Patrum scriptis excerptas. Mabillone interprete: Velut de igne procedunt *scintillae,* ita in his libris inveniuntur sententiæ fulgentes. Cod. Dip. Arp. Cont. I. 40. Epistolæ Pauli. Moralia Job. *Scintillarium.* Interrogatio Petri.

Scintillatio, (a scintillando) fulgor micans, corruscans; *szikrázás.* Bene. Med. V. 296. oculorum ardorem et *scintillationem* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. 224. Cf. Plin. 20., 9, 33.

Sciolitas, (abstr. a sciolus) multiplicis doctrinæ iactatio; *tudákosság.* Rák. Ön. 306. I. 12—14. (12., 14.) alii veritatem scire quærentes, *sciolitate* sua novam dubitandi reperere materiam; quam quia propriæ accomodabant *sciolitati,* novas parturiebant opiniones.

Sciothericus, *σκιαθήρας, σκιαθηρον, σκιόθηρον, Horologium sciothericum,* instrumentum, quo veteres tempora metiebantur; *napóra.* Szentiv. Curios Misc. 5. Quia instrumenta mundum repræsentantia, nimirum: Sphæra armillaris, globus Astronomicus, Astrolabium, *Horologia item Sciotherica* etc.... supponunt Cœlum esse rotundum. Cf. *Sciothericon* ap. Plin. 2., 76., 187.

Scipes, itis, stipēs; *torzsa.* Han. Mon. Jur. P. I. I. 121: *scipites* caulium.

Scire, nom. subst. indeclin; *tudás.* It. il sapere. Vern. Phil. Mor. 47. Dum Socrates se prorsus nihil scire asseverat, imo omne *scire* contemnit.

1. **Scirpicula,** æ, scirpiculus; *szatyor.* Ger. aus Binsen geflochtener Korb. Corp. Gram. 141.

2. **Scirpicula,** æ, falx putatoria, vinitoria; *kaczor.* Ger. Rebmesser. Pár. Páp.

Scirpiculum piscarium, rete piscatorium; *varsa.* Törvt. Msz.

Scirrha, æ, *(σχιῤῥός)* tuber durus; *kemény daganat, mirigy dag, guga.* It. scirro. Vern. Psych. 345. Van Svieten in puella quadam, tumorem ex timore natum et in irresolubiles *scirrhas* degenerantem observavit.

Scirus, scyrus, i, horreum; ab hung. *szérü.* Kronst. III. 61.

Scismaticus, 3., schismaticus; *szakadári.* Pesti Ször. III. 132. Cod. Dip. Lond. 144.

Scissibilis, quod scindi potest, merx scissibilis, panni ad ulnam vendendi; Schnittwaare. *rőfösárú, singárú.* Lzb. Cod. Med. III. 300.

Scissio, discidium; *viszály, meghasonlás.* Tör. Tár. XVI. 54. Fej. IV. 1., 8.

Scissor asserum, sector tabularum; *deszka fűrészelő.* Kronst. I. 702.

Scissoria, um, V. *Quadrula.*

Scissura, æ, schisma; *szakadás.* Star. I. 112. quesistis vos *scissuram* fidei? Cf. Prudent. Psych. 756.

Scitala, æ, *(σκυτάλη); henger.* Gall. cylindre. Germ. Walze. Cylinder. Oszterh. 3. In axe in peritrochio æquilibrii tempore est potentia ad pondus, ut radius cylindri, cui funis circumvolvitur, ad longitudinem *Scitalae* vel radii rotæ, cui potentia adplicatur.

Scitillo, (a Croat. sjetlo, *hurok.* Fallstrick. Cf. Croat. sjetka, *kisháló.* Netzchen. Russ. sjetj.) *háló,* Netz. V. s. *Pobuc.*

Scitnik, peltastes; *paizshordó.* Rač. Mon. Sl. VII. 93. an. 1072. Dragana *scitnik* regius (in Charta interpolata: Druyana scutarius regius).

Scitonosa, peltasta, V. *Schytonossa; paizshordó.* Rač. Mon. Sl. VIII. 54. an. 1059.

Sclacata, (Ljub: sclatata)? fors ab It. sciatta, navis. Ljub. Mon. Sl. XI. 145. an. 1324: eligantur sex ... homines ... unus videlicet pro *sclacata.*

Sclata, æ, V. *Slacata;* (Du. C. scindula). Rač. Mon. Sl. XIII. 238. an. 1358: de omnibus ... iudicibus, consiliariis et vicario electis, debeat unus remanere pro *sclata.*

Sclavina, æ, (Du C.) vestis longior villosa sagi militaris instar Slavis, ut videtur, familiaris, unde nomen mansit; *durva takaró.* It. Schiavina. Prot. inq. 171: Item dixit, quod iacebat super una stora et super una *slavina.*

Sclavitas, conditio servitutis, servitium; *rabság.* Arch. Rak. II. 589. persecutiones et *sclavitatem* perpetuam.

Sclavus, (Du C.) captivus servus; *szolga, rabszolga.* Cod. de Sztára. Vol. II. 91. Damus pro memoria, quod Ladislaus, *sclavus* familiaris honorabilis viri domini Petri plebani ... per modum querulose protestationis significare curavit.

Scleroticus, *(σκληρός)* rigidus, durus; *kemény.* Vern. Psych. 84. Exterior oculi membrana ab exteriori nervi ipsius membrana vel dura matre oritur eiusque posterior pars *sclerotica* vel *dura* vocatur; anterior vero cornea, quod cornu instar dura quidem, sed pellucida sit.

Sclopeta, (bombardaria) V. *Sclopetum; puska.* Monm. Comit. Trans. V. 307. Ibidem tres *sclopetae bombardericae* connexæ sunt. Nro. 3.

1. **Sclopetarius,** (Du C.) Qui sclopeto utitur; *puskás katona.* Isthv. III. 36.

2. **Sclopetarius,** i, (Du C. al. s.) faber sclopetorum; bombardarum; *puskaműves.* Ger. Büchsenmacher. Tab. Conscr. Pest. Vár. Levt.

3., **Sclopetarius,** 3., ad sclopetum pertinens, a iaculo ortus; *lő*... Bene Med. I. 347. vulnera *sclopetaria.* Tör. Tár. XX. 185.

Sclopetarius pedes, pedes sclopeto armatus; *puskás gyalogos.* Cod. Dip. Brüss. IV. 78. a singulis decem domibus singulum equitem et *sclopetarium peditem* bene armatum instruant.

Sclopetatus, i, sclopetis armatus; *puskás.* Tör. Tár. 1888. p. 783. Quinquaginta *sclopetati.*

Sclopetum, (Du C.) bombarda; tormentum bellicum manuale; *puska.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 250. *Bombardarum* seu *Sclopetorum* usum primus invenit Bertholdus Niger Germanus. Isthv. V. 70.

Sclopetum manuarium, sclopetus minor; *pisztoly.* Arch. Ver. Sieb. VII. 1., 272.

Sclopetum pneumaticum, bombarda ventosa; *szélpuska.* Windbüchse. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 253. Excogitata sunt haud ita pridem *Sclopeta Pneumatica,* quæ solo aëre prius condensato ac deinde rarefacto pilas eiiciunt.

Sclopicus, 3., ad sclopum pertinens; *puska* ... Verancs. Hist. 1. 262. Supervenientes itaque eo momento nostri pedites, faciunt in hos impetum tantaque ejaculationum *sclopicarum* frequentia obruere, quod ex præda et palude et casu ducis impediebantur, ut eos in duas partes diremerint.

Sclopista, æ, sclopetis præditus, sclopetarius; *puskás, puskával ellátott.* B. I. Herold De rebus Turc. Dialogus p. 643. — Phalangi autem sic instructæ, unicuique, in alarum speciem, velitum *sclopistarum* manum circumfuderat.

Sclopororum thecopæus, i, artifex bombardarum scapos fabricans; *puskaágyműves.* Ger. Büchsenschäfter. Tab. Conscr.

Sclopotheca, æ, theca sclopetaria; *puskatok.* Ger. Pistolen, Flintentasche. Pár. Páp.

Sclopottanius, V. *Sclopetarius* 1. Oláh. Cod. Ep. 541. A Persa ad Turcam deficit unus ex suis ducibus cum tribus millibus *sclopottaniorum.*

Sclopum explodere, tormenta mittere; *lőni, elsütni a puskát.* Opin. de Venat.

Sclopum onerare, immittere sclopo pulverem nitrium cum glande plumbea; *puskát tölteni.* Ger. die Flinte laden. Res. ges. p. 133: Ejusdem thematis epistolæ ... aliæ gregario militi, cum *sclopum oneraret,* fortuito se obtulere ...

Sclopus, i, (Du C.) tormentum bellicum manuale (anno 1351. o prima vice memoratus); *puska.* Ljub. Mon. Sl. III. 205. Cod. Dip. Lond. 202. cohors prætoriana facili negocio pulsa et abjectis *sclopis* fugata.

Scoba, æ, (Du C.) scopa; *seprő.* Kronst. I. 410. Schläg. 1019.

Scocare, incidere; *bevágni.* It. scoccare. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 142: si aliquis furatus fuerit ecclesiam, frustetur per civitatem et *scocetur* super nasum ab una auricula usque ad aliam.

Scoch, Sochus (a germ. *Schock* numerus sexagenarius V. s. *Brochus.*

Scoffium, ex Turc. üszkiuf, uskiouf, quod filum aureum vel pannum filo aureo textum signif. *szkófiom.* Thök. Diar. II. 325. Una chlamys ex panno viridi Holandico, aureis fimbrys exornata, nodos habens ex *scoffio,* attrita terczenella subducta fl. 120.

Scoffum, V. *Scoffium.* Thök. Diar. II. 375. Unum czaffrag *scoffo* pictum fl. 75.

Scolares, vel **Scholares,** discipuli; *iskolások, tanulók.* Száz. XXVII. 489.

Scolaris, ludimagister; *tanitó.* Fjp. Szám. p. 488. an. 1439.

Scoleum, rupes; (Du C. Scolium) scopulus; *kőszikla.* Dip. Reip. Rag. 314.

Scolium, insula parva, pars separata (Du C. al. s.) V. *Scolyum; kis sziget, elszigetelt rész.* Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 202: incantus *scolii* ... *scoliorum.*

Scolteconatus, us, dignitas munus sic dicti sculteti; *elöljáróság, biróság.* Tör. Tár. 1892. p. 59. scultetus de Podolino ..

et litteras super *Scolteconatum* de Podolino . . . ipsum *Scoltetonatum* optinuit.

Scolyum, V. *Scolium.* Han. Mon. Jur. II. 291 : insulas parvas seu *scolya.*

Scoma, tis, pro : scomma; *csúfolás, szitok.* Tör. Tár. 1888. p. 548. per *scoma* subsannare.

Scombris tunicæ, Prov. cloacæ inserviens charta ; *árnyékszéki papiros (kamaraszékre való irás).* Pár. Páp.

Scommatice, *satirice,* acerbe; *gúnyosan.* It. satiricamente. Otia. Bachm. 188. tam *scommatice* posse de Sacra Scriptura scribere ?

Scommaticus, 3., cavillans; *gáncsoló, gúnyoló.* Fabó. Monm. Evang. II. 297. diligenter inquisivit, quænam partium dogmaticis et *scommaticis* atque extravagantibus disceptationibus ansam dederit.

Scommista, æ, criminator, calumniator. *csúfolódó, rágalmazó,* Austr. Aust. passim.

Scomptare, subducere, deducere de summa ; *levonni.* It. scontare. Vjestnik 1., 180. an. 1289. quatenus *scomptavi* libras V. denariorum.

Scomputare, V. *Scomptare.* Ljub. Mon. Sl. XI. 119. an. 1324 : *scomputetur* de ipso dampno.

Scontare, subducere, detrahere de summa ; *leszámitani, levonni.* It. scontare. Ljub. Mon. Sl. XII. 112. an. 1413... ducati... *scontari* debeant de anno in annum. Han. Mon. Jur. P. I. 197. creditor non possit facere *scontare* suum creditum in datio communitatis.

Scontralis, (ab ital. scontrare) V. *Liber scontralis; rovancsoló.*

Scontrare, (Du C.) comparare ; *rovancsolni, összevetni.* It. scontrare. Ljub. Mon. Sl. XII. 212. an. 1415. teneatur subito *scontrare* cum quaternis comitum.

Scontrinizare, V. *Scontrare.* Törvt. Msz.

Scontro monendorum, urgens actus conferendarum rationum ; *sürgetvényrovancs.* Törvt. Msz.

Scontrum, actus conferendi rationes ; *ellenőrzés.* It. scontro. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 270.

Scopare, (Du C.) scopis verrere ; purgare ; *söpörni, takaritani.* Rák. Ön. 199. *scopato* cordis nostri domicilio.

Scoparolus, i; *kefekötő.* Ger. Bürstenmacher. Star. XVII. 57. an. 1515. Marcus spadarius . . . Rubeus *scoparolus.*

Scopatus, (Du C.) apertus ; *nyilt.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. VIII. 287. licet et ante Lest est sylva *scopata* dicta, sed non obstructa.

Scopatio, V. *Scopatum ire; kirándulás vesszők gyűjtése céljából.* Teut. Schul. I. 336 : novicius tum in *scopatione,* tum in festo Gregoriano cursorem per unum diem agat.

Scopatum ire, in campum ire pro scopis; *vesszőkért menni.* Teut. Schul. I. 273. (367 : Am charakterischsten war der Sommerspaziergang in Schässburg als «Scopation» ausgebildet. Sie ist zusammenzuhalten mit der schon im 14 Jahrhundert in Deutschland bezeugten Sitte «*in die Rutten gehn*» (Ruthen holen).

Scopelismus, i, termino minus recte posito damnum inferre (Du C.) ; *határkő elmozdítása.* Pár. Páp.

Scophia, æ, aureis filis picta vestis ; *szkofiom.* Magy. Tört. Eml. XXX. 483. catenas aureas, torques, *scophias.*

Scophinus, scobina, lima crassa aspera ; *ráspoly.* It. scufina. Raspel. V. *Scancellum.*

Scophonus, i, indumenta pedum. V. s. *Clavellus ; lábbeli.* It. scoffoni.

Scopitare, (Du C.) scopis verrere, purgare ; *kiseperni.* Ljub. Mon. Sl. XI. 117. an. 1324.

Scoporata, æ, sordes, illuvies, purgamenta (a scopa) ; *piszok, szemét.* Ger. Kehricht. Prot. inq. 207 : et cum manibus suis portabat *scoporatas* extra.

Scopulā pectere, pro : scopulis pectere; *ecsettel ecsetelni.* Ger. pinseln. Kecsk. P. Ötv. 143.

1. **Scopus,** pro : propositum ; *czél.* It. scôpo. Wagn.

2. **Scopus,** i, res ad scopum proposita (Du C. mensura vinaria) ; *czél, czéltábla.* Ger. Zielscheibe. Kronst. II. 371 : pixidariis nostris ad *scopum* sagittantibus ; et 525.

Scorcium, (Du C.) cortex ; *héja.* It. scorza. Ljub. Mon. Sl. II. 265 : castanei cum *scorcio* solvant.

Scorialis, ad σκωρία-m pertinens ; *salak.* Ger. Schlacke. Juriev. Jur. Met. 180. Causæ de Collatione, Mensuris et cessione Feudorum montanisticorum, de venis, fibris... de acervis lotorialibus, *scorialibus,* machinis, cistis, trochleis, tuguriis etc.

Semen, (Du C.) progenies dicitur maris, *posteritas* vero mulieris in iure Hungarico; *ivadék.* Samb. Tyrn.

Seminis defectus, exstinctum genus virile; *magvaszakadás.* Ger. Austerben des Geschlechts. Samb. Tyrn.

Sementivus, 3., semina procreans; *magtenyésztő,* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. III. 16. cum tamen in illis, quæ ex semine tantum crescunt, *vis sementiva* loco uni illigata sit.

Semestralis, semestris; *félévi.* Moln. Patv. 29. In Militaribus et Commissariaticis hi termini occurrunt: *Semestralis,* sex et *Bimestralis,* duorum mensium spatium significat.

Semestraliter, per intervalla semestria; *félévenként.* It. semestralmente. Ger. halbjährig. Kass. Jur. Civ. I. 50. ut obvenientia quidem ab eadem Interusuria *semestraliter* solvere... teneatur. Cher. Jus. Eccl. II. 18.

Semialter, (Du C.) unus dimidiatusque, sesquialter; *másfél.* Rák. Ön. 223. *semialtero* die Diepi transacto. Kass. Jur. Civ. I. 155.

Semiasinus, leviter eruditus; *félszamár, műveletlen ember.* Szamosk. II. 14. Plerosque... alebat... monaulas, choraulas, sacerdotes ad sacra decantanda apprime vocales, cætera *semiasinos.*

Semicantharus, i, dimidius cantharus; *quaterka* (a Bácskában). Teutsch. Schulord. I. 77: absit et helluatio atque *semicantharorum* evacuatio.

Semiblaveus, 3., semicæruleus; *félkék.* Tör. Tár. 1887. p. 184.

Semi-Catholicus, *fél-katholikus.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. I. p. 193. potius se transiturum ad integram et vere Romano-Catholicam, quam ad *Semi-Catholicam* seu Lutheranam.

Semicentenarius, 3., *félmázsás.* Ger. halben Zentner schwer. Ac. Com. Sopr. p. 22. Alii cum summo et mundi scandalo totaliter denudati, per plateas Civitatum, alligatis (pudor vetat dicere, sed res exigit) ad naturalia *semicentenariis* lapidibus circumducti.

Semicinctium, (Du C.) prætenta ventri castula, quam nos *tablier* dicimus, quod tabulæ formam referat; *félöv, bőrkötény.* Szentiv. Curios Misc. III. Eventus Memorabiles... Sæculi 1.... 10. Pauli sudaria et *Semicinctia* tactu ac Petri umbra plurimas Sanationes faciunt. Cf. Petr. Sat. 94., 8.; Isid. Orig. 29., 33.

Semicircularis, semi rotundus, semi circulatus; *félköralakú.* It. semicirculare. Bel. Comp. Hung. Geog. 62. Barsiensi et Comaroemiensi ab ortu et meridie forma *semicirculari* incingitur.

Semicircumferentia, æ, dimidiatus circuitus, semicircuitus; *félkerület.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. 1. p. 4.

Semicupium, (Du C. cupa brevior); *félfürdő.* Ger. Halbbad. Bene Med. II. 12. in quo casu balneum tepidum, *semicupium* ex aqua tepida... utilissimum est.

Semidecima, æ, (Du C.) quæ a decima ad quintum numerum reducitur; *a tized huszadik része.* Kuk. Jura I. 192. an. 1434: *semidecime,* id est vigesima pars decimarum. Batty. Leg. III. 419. au. 1434.

Semidigitus, 3., semidigitalis; *félújjnyi.* Ger. halben Finger breit. Kat. Hist. Reg. I. 322. Posterior fascia uno *semidigito* strictior est.

Semiepiscopi, V. *Praelati Nullius.*

Semi-evolutus, 3., nondum adultus; *félig kifejlett.* Imre Phil. 240.

Semiexul, adj. pæne exsul; *félig számüzött.* Phil. Callimachi vita p. 443. — apud veterem amicum Vilnæ occultatum *semiexulem* fato Cessisse.

Semifama, dispersa fama; V. s. *Amiclari; elterjedt hír.*

Semifatus, pro: *semifatuus; félbolond.* Georg. Sirm. I. 86. quia nugax valde pauper quasi *semifatus* vel furibundus iste Bossnak Mathias. Tör. Tár. 1888. p. 388.

Semiferto, onis, dimidius ferto; *félferto.* Sim. Num. 65. Ipsæ tamen apud nos vix unquam æquali numero constabant grossorum Marcæ et Sexagenæ, nam ut vidimus 120 grossi intrabant Marcam atque adeo Grossi Bohemici hac vice duplo majores erant Hungaricis Carolinis, si eandem marcam in usu habebant. Et hinc factum est, ut in Diplomatum contextu, Marcis et sexagenis, Species Grossorum adiungeretur. uti in Sigismundi R. H. adparet. Fiebat etiam computus per *Semifertones.* Item quia 1/10 Marca denotat lotonem, etiam hoc nomine computatum est.

Semiflorenus, florenus dimidius; *fél forint.* Bel. Comp. Hung. Geog. 31. Moneta in Hungaria sequens est in usu: 7. *Semiflorenus,* 30. cruciferos valens.

Semifluidus, 3., *félig folyékony.* Alexy. 7.

Semigeneralis, (synodus); *fél egyetemes.* Lampe. Hist. Eccl. p. 389: Anno... 1646. Thokainum *semigeneralem*... Synodum... ad sopiendas... indici oportuit. Bod. Hist. Eccl. II. 289.

Semigigas, *félóriás.* Gall. demi-gigant. Ger. Halbriese. I. Bet. Comm. III. 231. Qui statura *semigigas* in præsentia consiliariorum ingenti cum clamore... ita principem Apafium alloquitur.

Semigrossus, V. *Poltura.* Bel. Comp. Hung. Geog. 30. Moneta in Hungaria sequens est in usu: 4. *Poltura* seu *semigrossus,* duarum grossicularum valorem habens.

Semihorarius, 3., ad semihoram pertinens; *félórai.* Severin. Præf.

Semihorologium, semihora: *félóra.* Bod. Hist. Un. Trans. 415. Hora circiter septima in *semihorologio* Palatium iterum ex mandato Principis repetunt.

Semiieiunium, *félböjt.* Cher. Jus. Eccl. II. 136. Jejunia hebdomadalia autem vel abstinentiæ aut *Semiieiunii* dies nuncupantur *illi,* quibus carnium usus quidem vetitus est, sed refectio tum diurna tum vespertina admittitur. Cf. Tertull. adv. Psych. 13.

Semi-invalidus, 3., vix viribus pollens; *félig rokkant.* Ger. halbinvalid. Rel. Dep.

Semi-Judæus, qui nonnullas cærimonias Judæorum sequitur. V. *Sabatista; félzsidó.* Szentiv. Curios Misc. III. Contin. Synops. Chron. 823. Michael Balbus Imperator primo quis et qualisnam esset, aperit, nempe *Semi-Judaeus,* impius, hostis Literaturæ. Cf. Hieron. in Jesaj. 1., 2., 20.

Semi-Judaismus, doctrina et cœtus sabatistarum. V. *Sabatista; szombatosok vallása.* Czvit. Spec. 114. in Arianismum, deinceps, Socinismum et *semi-Judaismum* prolapsus.

Semi-Judaizans, Semi-Judaizantes dicuntur sectatores cuiusdam religionis sectæ, cuius confessio hebrææ confessioni similis est; *zsidózó, szombatos.* Bod. Hist. Un. Trans. 861. Eius adstipulatores titulo contumelioso *Semi-Judaizantium* passim traducti sunt.

Semilateralis, 2., ad unum latus pertinens; *egyoldali.* Abeles. 10.

Semi-latine, aliquid latine; *félig-meddig latinul.* Corp. Gram. 114. *Semi-latine* loqui.

1. **Semiluna,** luna dimidiata; *félhold.* Numi Hung. 79.

2. **Semiluna,** lunæ dimidiatæ formam habentia externa munimenta; *félhold alakú vértgát.* Szentiv. Curios. Misc. 358. *Semi-*

lunae differunt in hoc a Ravelinis, quod hi fiant inter duo propugnacula et alis careant; illæ vero ex adverso propugnaculi construantur et habeant alas, sed sine vallo et lorica.

Semilunium, V. *Semiluna* 1. *félhold.* Schläg. 59.

Semilutheranus, V. s. *Lutherani Rigidi.* Szilády Á. Irodtört. Közl. VI. évf. I. f. 91.

Semimedicus, medicus artis suæ parum peritus; *kuruzsló.* It. ciarlatano. Germ. Quacksalber. Verancs. IX. 285. nec mulierculas, quas nostri Pannones noctivagas et *semimedicas* vocant.

Seminarialis, ad seminarium pertinens; *képezdei.* Kass. P. P. 132. aut in *seminariali* Cleri iunioris educatione.

Seminarista, æ, alumnus seminarii; *kispap.* Száz. XVIII. 172.

Seminaristicum, præstatio, quam episcopus ad sustentanda seminaria alumnorum a beneficio ornatis exigere potest. Kon. Egyh. 283. Az u. n. *Seminaristicum* vagy *Alumnaticum* oly adónem, melyet a püspök a tridenti zsinat határozata alapján legalább két káptalanbeli és két egyéb a városi clerusból kiszemelt tag meghallgatása után a papnöveldék alapitása tekintetéből a megyéjében levő javadalmasokra róhat.

Seminaristicus, 3., ad seminarium pertinens; *képezdei.* Nill. Symb. p. 687: In comparationem librorum pro erigenda diœcesana vel *seminaristica* bibliotheca locali omni anno dabuntur 50 fl.

1. **Seminarium**, domus, in qua futuri sacerdotes educantur; *képző, papnövelő intézet.* Kass. P. P. I. 132. partim in erudienda formandaque in *seminariis* theologicis iuventute ecclesiastica . . . in lyceo domestico . . . ac in *Seminariis* Clericorum. Rák. Ön. Est in urbe ampla domus Jesuitarum et ad instruendam iuventutem collegium, uti hic appellatur (ibi vero *seminarium* dicitur).

2. **Seminarium**, piscina (Du C. al. s.); *haltenyésztő hely, halastó.* Szentiv. Curios. Misc. II. 264. Transpositio fœtus piscium ex minoribus piscinis seu *seminariis* in maiores piscinas, ubi adolescant, fiat tempore verno.

Seminarium generale, *központi papnevelő intézet.* Ger. Central-Seminär. Fej. Jur. Lib. 671: *Generale seminarium* subordinatur primati regni, archiepiscopo Strigoniensi, hac vacante sede inspectionem habebit senior archiepiscopus.

Seminarium pauperum, ædificium orbis alendis et honeste habendis; *árvaház.* Arch. Ver. Sieb. VII. 1., 42.

Seminata, æ, seges, sementis, legumen; *vetemény.* Cod. Dip. Alv. II. 322. Totalem itaque et integram Decimam totalis et integræ possessionis Riho in Sede Saxionicali Szász-Sebes Comitatuque Albensi Transylvaniæ existentis habiti puta: vineæ, tritici, saliginis, hordei, milii, avenæ, cannabis, lini, lentis, fabæ, pisorum, speltarum, bladorum, aliarumque *seminatarum*, universorum e terra nascentium.

Seminatura, æ, (Du C.) satio, seminatis; *vetés.* It. seminatura, seminazione. Kass. Jur. Civ. 1., 257. quot diebus et pro quali mercede Aratura, *Seminatura* et Occatio in uno iugero perficiatur. Schwart. Scult. 171. Szék. Okl. IV. 187.

Seminatura hortilia, quod in hortis nascitur; *kerti vetemény.* Martonf. 183. Item universa *seminatura hortilia* quamplurima valentes fl. 25.

Seminodus, i, *félcsomó.* Thök. Diar. II. 330. Item aliud frœnum ex bagaria una cum antilena argento deaurato obductum, per formam *seminodorum.*

Seminumizma, quarta pars cruciferi, obolus; *fillér, félpénz.* Arch. Rák. VIII. 354. Item unum *seminumizma.*

Semioculus, (auctore Battyáno Hungarica phrasis est, unum oculum dicimus semi oculum, *félszem;* monoculus, *félszemü* medii oculi homo audit. Batty. Leg. T. II. 113. (Decr. St. Ladisl.) si servus sex denariorum precium furatus fuerit: careat oculis, si minus. *semioculis.* Pfahl. Jus. Georg. furtum minus altero tantum lumine (iuxta stylum curialem ævi illius *semioculo)* luebatur.

Semiopacus, 3., minus pellucidus; *félhomályos.* Szentiv. Curios Misc. 284. aut igitur illa ipsa materia seu subiectum constabit ex corpusculis *semiopacis.*

Semiotica, æ, doctrina de signis; *jegytudomány, jeltan* (oklevéltan része). Wallaszky 317. *Semiotica* de Chrismis. Száz. XX. 765.

Semipaganus; *félpogány.* Georg. Sirm. 1., 56. et in arche Nandor-Albensi et in Sabach *semipaganos* suos intrare cogebat.

Semipapista, æ, qui nonnullos ritus catholicorum amplectitur; *félpápista.* Szil. Régi Magy. Költ. T. I. 320.

Semiparalyticus, qui tantum ex parte paralysi est affectus; *félig bénult.* Bene Med. IV. 124.

Semipecia, æ, dimidia pars; *féldarab.* Tör. Tár. 1887. p. 173.

Semipelagianus, sectator I. Cassiani, præfecti claustro Massiliæ, qui Augustini doctrinam de libero arbitrio, de prædestinatione refutavit et liberæ voluntati humanæ partem aliquam in emendando homine vindicavit. Asseclæ eius Massilienses vel *Semipelagiani* vocabantur; *félig Pelagiusok.* Cher. Jus. Eccl. I. 91. debellavit scriptis Manichæos, Arianos, Donatistas Pelagianos, *Semipelagianos* etc. For. Scr. 33. Szentiv. Cur. Misc. III. Catalogus V.

Semiperipheria, æ, semiorbis, semicirculus, hemicyclus; *félkör.* Hor. Mem. 274.

Semipigmeus, 3., parvus; *féltörpe.* Pfahl. Jus. Georg. 99. Cæterum pro eiusmodi cincturis neque asseres neque ligna fissa (bifissa) verum frutices et *semipigmeae* arbustorum species adhibeantur.

Semiplene probare, (Du C.) non perfecte probare; *félig tökéletesen bizonyitani.* Ger. halbvollgültig. Kövy El. 456. si non habet I-se purgabit iuramento, *semiplene* scilicet probans.

Semipoculum, dimidium poculi; *félpohár* (quaterka). Száz XXI. 56.

Semipretium, dimidium pretii; *fele ár.* Coll. II. 133.

Semiputrescere, aliquantum ex parte putrescere; *félig rothadni.* Germ. halb faulen. Hist. Nat. 47. (Accipitres) vivunt laniena animalium vivarum communiter lactantium ac avium, quidam etiam piscium horumque cadaveribus *semiputrescentibus.*

Semiputridus, 3., ex parte, non plene putridus; *félig rothadt.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VII. 189.

Semirasura, pars semirasa; *félig beretvált rész.* Knauz. M. E. Str. 1. 267., 296. servos refractarios in *semirasura* capitis condemnat.

Semi-repletus, semi-plenus; *félig megtöltött.* Hist. Nat. 54. Rana arborea intra vitrum aqua *semi-repletum* pro specie quadam barometri adhibetur.

Semiretractilis, quod ex parte retrahi potest; *félig visszahúzható.* Ger. halbzurückziehbar. (Alexy) 6.

Semiruber, *félpiros.* Ger. halbroth. Archiv. Rák. VIII. 317.

Semirubeus, 3. V. *Semiruber.* Tör. Tár. 1887. p. 184.

Semiscolaris, leviter eruditus; *félmivelt, félig iskolázott.* It. semidotto, semiscolastico. Ger. halbgelehrt. Georg. Sirm. 1., 36. attamen non peritus erat, sed *semiscolaris* erat.

Semisericus, subsericus; *félselyem.* Ger. halbseiden. Arch. Rák. VIII. 310., 330., 348.

Semisphæricus, formam dimidiatæ, dimidiæ sphæræ referens; *félgömbalakú.* It. emisferico. Fej. V. 1., 30. ex parte autem opposita visitur crux geminata, stipes longior habens coronam lauream, in basi utrinque *semisphaerica.*

Semisse, (Ablat. a *semis*, issis ap. classicos) media parte; *felerészben.* Szamosk. I. 111. Nam stemma paternum lupus fuit, *semisse* sui e ternis collibus emergens.

Semistultus, *félbolond.* Ger. Halbnarr. Vern. Psych. 215. *Semistulti* (Félbolond), qui singularia sensa adsectantes, ut inter contribules sibi nomen pariant, ab eo, quod naturale et communi usu sacratum est, recedunt, persuasi se hac ratione certo certius originalitatis lauream reportaturos.

Semita ferrea, orbita ferrea; *vasut.* Art. D. 1840. p. 29.

Semitare, viam facere, struere; *ösvényt csinálni.* Pár. Páp.

Semitertius, duo cum dimidio; *harmadfél.* It. due e mezzo. Ger. dritthalb. Kass. P. P. II. 123. Relationem per *semitertium* annum in pertractationem non assumserit.

Semitonium, ordo et concordia partium; *a részek összeegyeztetése.* Batty. Ger. XXXVIII. *Semitonium* est ordo et concordia partium, et, ut scholastice loquar, concordia prædicatorum.

Semitres, (Du C. semitria) duo et dimidium; *harmadfél.* Tör. Tár. 1888. p. 803 iam *semitrium* annorum spatio.

Semi-usus, temporis media pars, ut usus fert, quo solutio præstanda est; *szokásfele.* Art. D. 1840. p. 69.

Semivirbius, rectius: semiverbius, seminans verbum sc. S. Paulus; *az Isten igéjét terjesztő.* Batty. Ger. 9.

Semotim, (Du C.) in specie, particulariter; separatim; *különösen.* Batty. Ger. 254.

Semper, per ludibrium iusculum quotidianum ita appellatum in collegio Debreceniensi. Jók. Epp. I. 9. a «semper» mindennapi leves.

Sempiternalis, sempiternus; *örökkévaló.* Pesty Ször. III. 152.

Sempiternaliter, (Du C.) in sempiternum; *örökké.* Batty. Ger. 160. lucente . . . *sempiternaliter* . . . luce. — Pel. Serm. Hiem. 6. x. Et ibi erit civitas Christi in beatitudine *sempiternaliter.*

Semula, æ, V. *Semela* et *Decagena; zsemlye.*

Senascalcus, Senascalus, V. *Seneschalcus.* Chr. Dubn. p. 163: Leustasium... tunc *Senascalum* regis ... cum uno lapide in pectore percusserunt. Batty. Leg. I. 29.

Senator Statuum, a consiliis reipublicæ; *államtanácsos.* Ger. Staatsrath. Arch. Rák. I. 437. Cavalleriæ Generalis, Suæ Societatis et Confœderatorum Regni Hung. *Statuum Senator.*

Senatoralis, Senatorialis, ad senatorem pertinens; *tanácsosi.* Dug. Főlj. 71. officium *senatorale ... senatoriale.*

Senatoria-Commissio, viri a consiliis; *tanácsosi bizottság.* Arch. Rák. II. 14.

Senatorialis Conferentia, V. *Senatorialis Deputatio.* Arch. Rák. 1., 172. mindazonáltal *Senatorialis Conferentiát* az ellenség által offerált Armistitium és aztat következendő Békesség tractája eránt tartatván.

Senatorialis-Deputatio, consilium, concilium senatorum; *tanácsosi értekezlet.* Arch. Rák. 1., 28., 72. Magánossan való foglalatosságokban bizonyos delineatiók körül occupálódván eő Fölsége, azután az ország Sátorában Némelly Senator Urakkal és egyéb Uri- s Főrendekkel Missére ment, kinek végbevitele után *Senatorialis-Deputatiot* majd két óráig délután continuáltatván.

Senatorialis Secretarius, scriba collegii senatorum; *a tanács titkára.* Arch. Rák. 1., 8. Az hátramaradott Nemes Vármegyék is azalatt compareálván, mindenekelőtte maga eő Felsége publica Sessióra bemenne; Krucsaj István *Senatorialis Secretariust* alá a statusokhoz köldette.

Senatorium, i, munus senatoris; (Du C. al. s.); *tanácsnokság.* It. officio senatòrio. Cod. Dip. Lond. 190. Interim autem, si quid erit, quod ego in his partibus Poloniæ, ubi *Senatorium* ago, et in alios dicionibus mihi subjectis vel Serenissime Reginali Maiestati Vestre inservire vel subditis illius gratificari possum.

Senatorius spiritus, sanum consilium, sana mens; *tanácsosi ihlet, gondolat.* Arch. Rák. II. 176. akarom, hogy az Isten *spiritust senatoriust* infundalt belé.

Senatus, us, consilium publicum; *kormánytanács.* Száz. XXII. 315.

Senatus Regius, *kir. helytartósági tanács.* Kelem. Hist. Jur. Pr. 432. *Senatus Regius* (hodie *Excelsum Consilium Regium Locumtenentiale Hungaricum* compellamus) Primitus ab ipso S. Stephano institutus, dein a Ferdinando I. instauratus.

Sened, pactum commerciale; *kereskedelmi szerződés.* Károlyi Mat. Tent. 21. Impedimenta, quæ Commercio inter Mon. Austriacam et Portam Ottomanicam exercendo prius obstabant, sustulit Josephus II. Imp. per tractatum *Sened* dictum: eidem commercio sunt etiam domestici favores adtributi.

Senes de ponte dejicere, inanes res perficere; *haszontalan dolgot mivelni.* Funda David. D. 34: Sed hoc est *Senes de Ponte dejicere,* dum dicuntur, quæ non sunt.

Senescalcus, magister dapiferorum; *tálnokmester, udvarmester.* Fej. III. 381. Datum per manus Cleti ... Bancone aulæ regiæ Curiali et Comite de Alba Demetrio *Senescalco* (magistro dapiferorum) et Comite de Woswar.

Senescallus, (Du C.) V. *Senescalcus.* Pel. Serm. Tunc ille faber mane surgens aurum et argentum in magna copia repperit... abiitque Romam et muneribus datis familiaribus imperatoris obtinuit fieri *senescallus* in curia imperatoris. Aest. 41., 4.

Senescalus, (Du C.) idem ac Seneschalcus ex *son* vel *seneste, sente,* = grex et schalcus, servus; *udvarmester.* Batty. Leg. T. I. 500 an. 1459.

Seneschalcus magnus, *hopmester.* Ger. Hofmeister. Törvt. Msz.

Seniculus, dim. a senex; *vénecske.* Fabó. Monm. Evang. II. 271. Paulus Szedmák, incola bozókiensis in inc. comitatu honthensi, *seniculus,* de veritate evangelica convictus...

Seniochalcatus, us, alias: senescalchatus, dignitas Seneschalci; *udvarmesteri méltóság.* Batty. Leg. T. 1., 623 an. 1555.

1. **Senior,** (DuC.) dominus; *úr.* Gall. seigneur. Kat. Hist. Reg. 1., 221. Volumus, ut unusquisque *senior* seu dominus habeat militem, id est servientem. Vuch. Jur. Feud. 2. Feudum concedens adpellatur Dominus, non tam ob Dominium directum, penes se retentum, quam ob fidem et servitia ipsi honoris causa a Vasallo debita. Dicitur et *Senior* I. F. 17. et 18. in fin. non ab ætate sed a longobardorum Signore vel Segnore, quod Dominum significat. Szék. Okl. I. 20.

2. **Senior,** vicarius rectoris, præfectus alumnorum; *igazgató tanító helyettes.* Bék. Maros. 32. *Senior* huius scholæ tamquam ipsius rectoris fidelis vicarius. Csurgói ref. főgymn. Ért. 1894/5. A nagyobb tanulókból választattak: *Senior,* ki felügyelt az alumnistákra. Száz. XXII. 563.

3. **Senior,** Vicearchidiaconus; *alesperes.* Cod. Evang. V. III. p. 273: Sub præsidio *seniorum,* seu ut moris erat loqui, vicearchidiaconorum. Hist. Ecc. Ev. Præf. 11. Ker. Nap. 237.

4. **Senior,** Fidei commissarius vel Majoresco; *örök hagyományos.* Georch. Ért. 168.

Senior (cehæ), = senior opificum magister; *öregmester, atyamester,* Ger. Altmeister. Opin. P. II. Sec. II. Cap. IV. art. 6: pro quibus obligationibus *Seniores* præter præcedentiæ præ omnibus suis Contubernalibus honorem, nullam aliam habebunt remunerationem.

Senior provincialium, Dynasta Saxonum, quod vide.

Senior Rutorum, ruthenorum princeps; *rutén fejedelem.* Száz. XXII. 450.

Senior Sedis, iudex senior; *öregbiró.* Szék. Okl. I. 251. Capitaneis Judicibus et *Senioribus Sedis* Maros.

Senioralis, ad senioratum, archidiaconatum pertinens; *espereségi.* Hist. Eccl. Ev. 247. qui rubro corio obductus etiamnum in Tabulari *seniorali* superest.

1. **Senioratus,** us (Du C.); *korbizomány, idősbségi jog, öregebbség.* Vuch. Jur. Feud. 140. *Senioratus* est ordo succedendi specialis, quo successio feudalis in omni successionis casu soli seniori in familia defertur, nulla habita gradus vel lineæ prærogativa. Georch. H. T. II. 46. Különbözik az elsőszülöttségtől, valamentég az öregebbség *(senioratus)* annyiban, hogy az elsőszülöttségben mindenkor az elsőszülöttnek nemzetsége és ebben is csak az első szülött szedi az epret: az öregebbségben pedig kizárja ugyan az öregebbik az ifjabbakat, de mindeniknek az egész nemzetségben lehet természetes reménysége. Kövy El. 324. *Senioratus* in lege nulla mentio est, tamen in usu est in Hungaria. In bonis *Senioratus* succedit, qui inter primi acquisitoris descendentes agnatos seu sexus masculini maximæ ætatis est. Száz. XVIII. 387. Kass. P. P. II. 229.

2. **Senioratus,** us, officium et districtus senioris; *esperesség.* Hist. Ecc. Ev. Præf. Volvi octo Tomos ... Bibliothecæ *Senioratus* Tredecim Oppidani donatos. Kon. Egyh. 324.

Seniores, (apud Saxones); *öregebbség.* Ger. Altschaft. Hajnik Perjog. 129.

Senna, æ, idem quod *Schena* apud Du C., onus hominis, quantum dorso fert; End. p. 612. (Ladislai III. moderatio an. 1288. 34.) De singulis oneribus cumulorum, que bytel vocantur, et de *senna* solvitur unus frisaticus.

Senpecta, æ, (Du C.) senior sapiens frater; *idősebb bölcs testvér.* Reg. S. Ben. 27., 16. Et ideo uti debet ut sapiens medicus: inmittere (quasi occultos consolatores) *senpectas,* id est seniores sapientes fratres.

Sensalis, proxeneta; *alkusz, hajhász.* Cod. Camb. Merc. 78. Præterea jurisdictioni eidem subiacent Proxenetæ, vulgo *Sensales,* non tamen in aliis causis quam, quæ negotium sensalisticum pro obiecto habent.

Sensalisticum negotium, munus, res proxenetæ; *alkuszi foglalatosság.* Cod. Camb. Merc. 78. V. Textum s. *Sensalis.*

1. **Sensaria,** stipendium, honorarium proxenetæ, proxeneticum; *alkuszi díj.* Cod. Camb. Merc. 88. Sicut autem ad acquisitionem defixi Proxenetici, cuivis Proxenetæ publico ex contractu innominato actio competet; ita, si quis lege defixam hoc titulo mensuram excesserit et ab alio duplicem *sensariam* acceptando hoc ex obtutu eidem præferentiam tribuere præsumserit.

2. **Sensaria** seu **Courtagia,** munus proxenetæ; *adásvevést eszközlő, közvetítő tisztség.* Törvt. Msz.

Sensarius, (DuC.) V. s. *Missetus.*

Sensatio, sensus (Du C. al. sensu); *érzés.* Diar. Com. 68. Interpretem *sensationis* meæ, quam Actus hic in animo meo excitavit.

2. **Sensatio** impressio, vis; (Du C. intelligentia, cognitio); *érzés, benyomás.* It. sensazione. Vern. Psyph. 28. Id genus animæ determinatio affectio seu impressio vocatur et repræsentationes, quæ inde existunt, si obiective sensuales sint, perceptiones intuitus seu intuitiones dicuntur, sin autem eæ subiective sensuales sint, *sensationes* nominantur.

Sensationalis, animum incitans, movens; *zajütő, szenzácziós, feltűnést keltő.* Száz. XIV. 484.

Sensatus, 3., iudicio polleus. (Du C. sensu pollens); *értő.* Ger. Gesinnt. Georg. Sirm. 1., 382. Joannes Rex meliorem caput habebat *sensatum,* quam Ferdinandus, sicut scriptum est ut supra. Cf. Firm. Math. 5., 12.

Sensibilitas, (Du C. sensatio) facultas sentiendi, percipiendi; *érzékenység.* Vern. Psych. 44.

Sensifer, 3, sensus ferens, ducens, con-

tinens; *érző, érzésvivő, érzéshozó.* Abeles. 25. Cf. Lucr. 3., 241., 246., 273., 380., 569., 937.

Sensificare, (Du C.) sensibus subiicere, ad sensus revocare, sentire facere; *megérzékiteni.* It. rendere sensibile. Vern. Met. 31. Categoriæ intellectus extra coniunctionem cum categoriis sensualibus cogitatæ puræ; in hac autem coniunctione cogitatæ *sensificatae* seu *schematisatae* categoriæ possunt appellari. Saltem qua tales schemate utpote vestitæ possunt ad obiecta experientiæ accomodari, nam hæc nonnisi a sensu et intellectu in communi activitate constitutis revera cognoscuntur. Cf. Mart. Capell. 9., 308.

Sensilitas, animi naturæ mollities; *érzékenység.* It. sensibilità. Vern. Phil. Mor. 357. Indulgentiæ opposita est nimia *sensilitas,* seu facultas omnia aliorum facta suam iniuriam interpretandi.

Sensio, actus sentiendi, sensus; *érzés.* It. sentire, sentimento. Vern. Psych. 25. Sic. sentimus dolorem vel voluptatem: facultas fundamentum possibilitatis phænomenorum in se continens, facultas *sensionum* audit.

Sensitivo-rationalis, sensilis et rationis compos, particeps ... sensibus et ratione præditus; *érzéki-eszes.* It. sensuale e razionale. Vern. Met. 28. Homo est ens *sensitivo-rationale.*

Sensitivus, 3. sensibus subiectus; *érzéki.* It. sensibile, sensuale. Ger. sinnlich. Pel. Pom. L. III. p. 3. a. 1. c. 1. Repleta est malis, scilicet pene, anima mea, scilicet *sensitiva.*

Sensivitas, V. *Sensilitas.* Törvt. Msz.

Sensivus, 3., verus, accuratus (quod sensibus respondet); *igaz, helyes.* Batty. Ger. 144. Nam formativi characteres, nisi *sensivi* sunt, occidentales promulgantur.

1. **Sensualis,** ad sensum, significatum pertinens; *értelem szerint való.* Werbőczi. 311. Transsumptio autem: est alicuius privilegii, non *sensualis,* sed verbalis, in aliud privilegium translatio.

2. **Sensualis,** voluptatum, quæ ad sensus pertinent, studiosior; *érzékies, buja.* It. sensuale. Ger. sinnlich, wollüstig. Wagn.

Sensualitas, appetitus voluptatum; *érzékiség.* It. sensualità. Ger. Sinnlichkeit. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 275. Oculi sapientis in capite eius; cuius superior pars est ratio et inferior *sensualitas.*

Sensualiter, ad sensum; *értelem szerint.* Kub. D. Hont. I. p. 74. (Carolus I. 1322) litteras ... *sensualiter* conscriptas. Szék. Okl. I. 229.

Sensum, i, quod mente conceptum est; *felfogás.* Pázm. Dial. 401.

Sensus communis, *karszellem.* Reg. Turm. Præt. 19. et nobilis huius insituti *sensum communem* (Esprit de corps) secum tulerit.

Sensus Josephinus, quæ Jos. II. imper. sentiebat; *érzület.* (II. Józs. császár alatt). Lzb. Cod. Med. III. Proœm. 3.

Sensus literalis, proprius, simplex verborum sententia, literæ potestas; *betű szerént való értelem.* Törvt. Msz.

Sensus moralis, sensus honesti et decori; *erkölcsi érzék.* Imre Phil. 270.

Sentenciare, sententiam ferre, censere; *véleményt mondani.* Knauz. M. E. Str. I. 266. 267.,

Sentencionarius, 3., sententiam alicuius continens; *határozatot tartalmazó.* Cod. Dip. Hung. And. V. 212., 16., postmodum ad nos reversi concorditer retulerunt, quod ipsi iuxta informacionem premissarum literarum *sentencionariarum* ipsius magnifici viri comitis Pauli iudicis curie vestre reambulassent eandem per suas veras metas et antiquas.

Sententia absolutoria, sententia, qua quis iudicio absolvitur; *feloldó itélet.* Törvt. Msz.

Sententia calumniæ, qua quis calumniator condemnatur; *patvarkodás iránt hozott itélet.* Hajnik. Perjog. 395.

Sententia capitalis, qua quis capitis condemnatur; *fővesztési itélet, halálos itélet.* It. sentenza capitale. Tisztb. Ir. — Hajnik Perjog. 389.

Sententia condescensoria, V. *Condescensoria.* Törvt. Msz.

Sententia convictiva, qua quis condemnatur; *marasztaló itélet.* Georch. H. T. III. 159.

Sententia decretoria, sententia ultima, decernens; *döntő itélet.* Szentiv. Curios. Misc. Dec. III. P. X. 58.

Sententia definitiva, V. *Sententia decretoria; ügyhatározó, ügydöntő itélet.* Opin. P. II. de ordine Jud. C. XXIV. §. 1. *Sententia* est: causæ in Judicium deductæ legitima Decisio. Quæ prout vel causam principalem vel solum incidens punctum dirimit est, vel *definitiva;* vel *interlocutoria.*

Sententia inappellabilis, sententia; in qua provocationi non est locus; *feljebb nem vitethető itélet.* Törvt. Msz.

Sententia infamiæ, qua quis infamiā notatur; *becstelenséggel sujtó itélet.* Hajnik Perjog. 395.

Sententia Interlocutoria, V. *Sententia definitiva; közbeszóló-, közbenjáró itélet.* Kövy El. 711. *Sententiā interlocutoriā* incidens aliqua quæstio superatur v. gr. circa exceptiones, testes authenticandos vel incidentalia birsagia aut quid cui incumbat facere vel probare in processu. Tiszth. Ir.

Sententia lethalis, sententia, qua quis capitis damnatur; *halálos itélet.* Jókai Erd. ar. k. III. 131.

Sententia meritoria, finalis, in merito rei ultimum lata sententia; *érdemleges, végső, eldöntő birói itélet.* Kon. Egyh. 405.

Sententia notoria, sententia in crimine læsæ Majestatis lata; *felségsértési itélet.* Ac. Com. Sopr. p. 125: Articulus 104 Anni 1659. ut in executione *sententiarum notoriarum* portiones hæredum tempore executionis... intacte relinquantur. Recon. an. 1659. p. 737.

Sententia per non venit, in eum lata, qui recusavit se iudicio tistere; *makacskodási itélet.* Tör. Tár. 1887. p. 592.

Sententia privatoria, qua quis aliqua re privandus declaratur; *megfosztó itélet.* Vuch. Jur. Feud. 221. Pœna feloniæ non incurritur ipso facto, sed, ut vasallus feudo excidat, opus est *sententia privatoria.*

Sententia remissoria, V. *Remissoria.* Törvt. Msz.

Sententia superrevisoria, ab ultimo tribunali iterum explorata sententia; *utolsó biróság törvényszéki iélete.* Törvt. Msz.

Sententialiter, per sententiam (Du C.); *itélet és jog szerint.* Cod. Dip. Arp. Cont. III. 67. taliter inter easdem partes in scriptis *sententialiter* ordinamus, arbitramur, laudamus, componimus, pronunciamus, precipimus, et mandamus. Cf. Macrob. Sat. 5., 16.; Tertull. Carn. Chr. 18 med.

1. **Sententiare,** V. *Sentenciare* (Du C.) Kol. Am. II. p. 119. (Andreæ II. an. 1228 sententia) unde nos cum nostro Palatino ... *sententiavimus* contra infideles servos etc. Szer. not. p. 65. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 73. Pel. Serm. Hiem. 30. x. Kronst. I. 164. Werbőczi 373.

Sententiarii, qui una cum iudicibus et comitibus regebant Nonam urbem (Du C. al. s.) Ljub. Mon. Sl. I. 173.

Sententiatenus, ex sententiā; *itélettel, itélet szerint.* Art. D. 1840. p. 24.

Sententiatio, damnatio, actus sententiæ ferendæ; *elitéltetés, itélethozás.* Werbőczi 405. Sed hic quæritur, utrum filius post *sententiationem* patris natus, qui nullam portionem de iuribus paternis (sicuti præmissum est) habere permittitur etc. Tör. Tár. XV. 149.

Sententionales, litteræ sententiam continentes; *itéletlevél.* Georch. H. T. IV. 243.

Sententionales absolutionales, sententiam absolventem continentes litt.; *felmentő itéletet tartalmazó levél.* Kov. Form. St. CLXXI. *Sententionales Absolutionales* in negotio Commissionis Neo-Aquisticæ ratione remonstratorum in Bonis Controversis Jurium.

Sententionales transmissionales, Sententiam continentes transmissæ lit.; *itéletet tartalmazó átküldő levél.* Kov. Form. St. CLXXI. *Sententionales Transmissionales,* vi quarum Causa in sede Judria Cottus revisa pro maturiori Discussione ad Tabulam Regiam transmittitur cum tota serie processus.

Sententionaliter, ex sententia; *határozat szerint.* Knauz. M. E. Str. I. 314., 383.

Sententionare, capitis damnare; *halálra itélni.* Száz. III. 3.

Sentimentalis, molliores sensus excitans, quo animus suaviter afficitur; *érzékeny.* Jókai Régi jó Tbl. 30. *sentimentalis* jelenetek. Vern. Psych: 291.

Sentimentalitas, naturæ mollities; *érzékenység, érzelgősség.* Greg. Aesth. 58. Receptivitas pro affectibus æstheticis vulgo vocatur *sentimentalitas.*

1. **Sentimentum,** sensus, affectio animi; (Du C. 2.); *érzület.* Reg. Turm. Præt. 32. Data porro occasione, bona de Præpositis et servitio *Sentimenta* Prætorianis instillare Secundarius Locumtenens ne obliviscatur. Pel. De S. Thoma s. III. c. 4. Jogt. Eml. III. 238. Arch. Rák. VIII. 241. Pril. Abact. 111.

2. **Sentimentum,** (Du C. 1.) sententia, existimatio; *vélemény.* Lzb. Cod. Med. T. II. 234: medicorum etiam ... *sentimentum* exposcant.

Sentinare, (Du C.) sentinam exhaurire; *a büdös vizet kimeriteni.* Ljub. Mon. Sl. V. 244. an. 1334: pro *sentinando* et mondando galiono. Cf. Augustin. Homil. 42.

Sentinella, æ, excubiæ V. s. *Scutarius;* It. sentinello.

Sentles, contractum pro: *Sententionales.*

Seorsim, pro: seorsum, separatim; (adv. etiam *seorsim* quidam scribunt. Seorsim barbarum est, inquit Fore.) *külön elválasztva.* Isthv. VI. 78. Wagn. Szék. Okl. I. 267.

Seorsive, seorsum, præcipue; *külön. Reg.* Turm. Præt. 28. Fej. XI. V. Un. 475. *seorsive* privilegio mediante.

Seorsivus, 3., (Du C.) distinctus, separatus; *külön.* Szék. Okl. 1., 220. facta per vos sine mora generali collustracione fidelium nostrorum. Siculorum equites in suo statu a maioribus progeneratos in *seorsivas* tabulas referatis, qui propter permansuram distinccionem Primipili vocabuntur.

Separabilitas, (Du C.) separatio, divisio; *elválasztás.* Pázm. Dial. 94.

Separare, nude pro; metalla separare; *érczet szemelni.* Ger. scheiden. Besztb. Levt.

Separare in frusta, concidere, obtruncare; *felkonczolni.* Ger. In die Stücke hauen. Mon. Com. Trans. IV. an. 1598. imo parum obfuit, quin Gaspar Kornis *in frusta separetur.*

Separatio, limes; *határjel által való elválasztás, mesgye.* Soos Mon.

Separatio a toro et mensa, divortium a toro et mensa; *az ágy és asztaltól való elválasztás.* Törvt. Msz.

Separator auri, qui separat aurum ab aliis metallis; *aranyszemelő.* It. affinatore del'oro. Germ. Goldscheider. Nov. Calend. 213. D. M. Scarvuth, Primarius *Auri separator.* Tör. Tár. 1881. p. 376.

Separatorium, locus, in quo aurum ab argento separatur; *válóház, választó kohó.* Arch. Ver. Sieb. VII. 1., 407. *separatorium* auri ab argento nullum est, sed separat quisque ut libet.

Separatorius, 3., separatus; *külön.* Tör. Tár. 1881. p. 373. pro mercede *separatoria.*

Separatum corpus, Fiume. Tör. Tár. XX. 43. magyar kormányhoz külön testként — *separatum corpus* csatolt Fiume.

Seperunt, mendum pro: *sepserunt.* Fjp. Szám. p. 547. an. 1442.

Sepetactus, 3., sæpe memoratus; *gyakran említett.* Tör. Tár. VI. 44.

Sepetor, qui sepe construit; *kerítés csináló.* Fjp. Szám. p. 574. an. 1443. Ibid. 578.

Sepificatio, munitio, vallum. V. *Barbata pyxis; sánczolás.* Gall. retranchements. Ger. Verschanzung. Epist. Proc. P. II. p. 151.

Sepium, sebum, sevum; *faggyú.* Ger. Inselt. Talg. Kronst. I. 167.

1. **Seplasiarius,** qui *seplasia* seu pigmenta vendit (Du C.); *pipere; csemege áruló.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. 1. p. 249. atque sic iam præparatum (Saccharum) in officinis *Seplasiariorum* varias in figuras formatur. Cf. Lamprid. Heliog 30; Orelli Inscr. nro 4202, 4416.

2. **Seplasiarius,** V. *Strictor annonae* q. v. (Du C. negotiator παντοπώλης).

Seponibilis, supervacaneus, quo facile careas; *félretehető, mellőzhető.* Proj Leg. Civ. 246. Illa vero conditio . . . illegalis, ipso iure nulla et *seponibilis* est. Georch. Ért. 167. Kövy El. 24.

Sepositio, actus intermittendi, postponendi (Du C. al. s.); *félretétel.* Georch. H. T. III. 81. Cf. Uip. Dig. 50., 12., 2.

Sepositorius, 3. V. *Processus successionalis Sepositorius,* ad actionem intermittendam pertinens; *félretétető.* Kövy El. 108. Ad sepositionem, vel successionali *sepositorio* contra factum et alienationes tutoris, agit ipse orphanus legitimæ vel perfectæ ætatis. Kass. Jur. Civ. I. 6.

Seprepium, pro: præsepe; *jászol.* Ger. Krippe. Fjp. Szám. p. 373. an. 1437: pro uno *seprepio* ad stabulum.

Septemcenti, pro: septingenti; *hétszáz.* Magy. Tört. Eml. XXX. 124. an. 1537. *septemcentos* . . . denarios.

Septem sedes, a Saxonibus inhabitatus districtus; *hét szék.* Passim.

Septemstilium, (rectius: septistellium Dief.) siebensterne; *fiastyúk.* Schläg. 2089.

Septem-viralis, ad iudicium septem virale pertinens; *hétszemélyes.* Art. Diæt. Pos. 13. etiam contra Judicum Regni Ordinariorum et aliorum *Septem-viralis* aut Regiæ Judiciariæ seu Districtualium Tabularum . . . pœna Actus maioris potentiæ observanda.

Septemviralista, æ, fori septemvirorum iudex; *hétszemélyes tábla tanácsosa.* Ker. Nap. 283. *septemviralista* consiliarius.

Septem-viratus, *Tabula septemviralis,* quod v. Art. Diæt. Pos. 36. ac demum etiam abinde in continenti ex antiqua consuetudine in *Septem-Viratum* Causarum Appellatæ earundemque Revisiones legitime deducantur.

Septemviri, septem duces Hungarorum; *hét vezér.* Száz. III. 686.

Septenarius, i, (Du C. al. s.); *hetes.* Comp. Hung. Geog. 30. Moneta in Hungaria sequens est in usu: *Septenarii,* qui olim quinque cruciferos æquabant et propterea quinarii vocabantur, nunc septem cruciferis pares sunt.

Septenicus, i, alias: Satnicus (Du C.) dignitas in regno Croatiæ et Dalmatiæ, qui præerat regioni, quæ centum armatos dare poterat. *százados.* Ljub. Mon. Sl. I. 220.

Septennalis, e, septem annorum, septennis; *hét éves.* Diar. Com. II. 85.

Septicollis, septem collium; *hét bérczü. Septicollis* Dacia, in octavo colle beata, genti Haller de Hallerkő devoto etc. Claudiopoli 1735. Cf. Prudent. περὶ στεφ. 10., 412.

Septiformis, septem formarum; *hét alakú.* Szilády. Régi Magy. Költ. T. I. 368. Tu *septiformis* munere, qui paracletus diceris. Cf. Augustin. de Serm. Domin. 1., 4.

Septimalitas, pars septima; *heted.* Ger. Siebentel. Kass. P. P. II. 339. ad unam dumtaxat *septimalitatem* reduxerit.

Septimaliter, in septima parte; *hetedrészben.* Batty. Leg. T. II. 296. an. 1207: ad relevandam eorum inopiam omnes sextarios farinæ, qui *septimaliter* pertinebat ad Banum ad usum . . . ecclesiæ decernimus convertendos.

Septimana, (Du C. 2.) hebdomas, septem dies; *hét.* It. settimana. Kass. Prax. II. 267. semper diebus T. earum *septimanarum.* Cf. Cod. Theod. 15., 5., 5

Septimanarius, i, (Du C.) *hebdomadarius* q. v.; *hetes, heti szolgálatot tevő.* Tör. Tár. 1893. p. 27. — Star. VII. 98. De *septimanariis* coquinæ.

Septimanatim, (Du C.) per singulas hebdomades; *hetenként.* Arch. Rák. III. 726. Can. Ecc. LI. Opin. P. II. S. I. cap. II. Art. 41.

Septimestris, septem mensium; *hét hónapos.* Szamosk. IV. 8. Zsigmond fejedelem *septimestris* partus quod satis constat.

Septimum, septima pars; *heted.* Vjestnik I. 171. an. 1289. teneamini . . . dare . . . *septimum* pro terratico.

Septimusmet, V. s. Met.; *hetedmagával.* Ger. zu sieben. Mon. Com. Trans. I. 89. an. 1540.

Sepulchrales, *Inferani* q. v.

Sepulchretum, locus sepulturæ, cœmeterium; *temető.* Star. XIX. 191. an. 1601. Cf. sepulcretum. Catull. 59., 2.

Sepulcrale saxum, cippus; lapis memoriæ alicuius exstructus, inscriptus; *sírkő.* Hor. Mem. 465.

Sepulcretum, sepultura, locus sepultorum (Du C.). *temető.* Can. Ecc. LXXVI. Cf. Catull. 59., 2.

Sepulcrum dealbatum, pharisæus; *fehérített koporsó, külszin, máz.* Rák. Ön. 210.

Sepultorium, (Du C.) cœmeterium; *temető.* Bék. Debr. főisk. törv. 114. Studiosi e schola in cœmeterium seu *sepultorium* egressi . . . verbum prædicatum devote . . . audiunto.

Sepum, (Du C.) sebum; *faggyú.* Tör. Tár. 1889. p. 381. Observatio in *sepo* et candelis vendendis. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 205. De mensura *sepi,* quod wlgo masa dicitur, qui vendit unum denarium.

Sequacio, actus arbores succidendi; *vágás.* It. succidere. Cod. Dip. Kár. I. 247., 157. Johanem . . . de omnibus usibus et utilitatibus terrarum arabilium et a virgultis *succidencium* et *sequacione* et aliquibusvis nomine vocitatis utilitatum et specialiter de metis de . . . et aracione inibuisset.

1. **Sequaciter,** itaque, quæ, quum ita sint, (Du C. ordinatim); *következőleg.* Tag. Erd. II. 879; iuvenes ex scholis egressi . . . ad manipulationem silvarum applicentur, *sequaciter* ex his . . . utilia . . . individua evadere possint. Lzb. Cod. Med. II. 507. Jos. Rep. 24. *Sequaciter* congregationibus . . . restabilitis . . . Justitiæ administratio ad veterem formam exerceatur. Star. VIII. 5. an. 1772. Cf. Arnob. 2., 49., 75. August. Doctr. Christ. 1., 22. de Musica 4., 10.

2. **Sequaciter,** (Du C.) ordinatim, ordine, prout ordo, norma fert; *következésképen, rendesen.* Kass. Jur. Civ. I. 89. atque in iisdem sine omni restrictione *sequaciter* semet in solidum coobligaverint.

Sequari, pro: *secari; vágatni.* Eszt. Okm. p. 33. (Decr. Andreæ an. 1235): in medium *sequari* fecimus (sc. sigillum).

Sequax, sectator, (Du C.); *követő.* S. de Kz. Chr. I. 4., 2. Archi-Præsulem Arianum cum omnibus *sequacibus* et complicibus. Tör. Tár. XI. 31. adherentes, complices, vallitores vel *sequaces.*

1. **Sequela,** æ, comitatus (Du C. 2.) famulorum cœtus; *kiséret, követő, a szolgálattevők tömege.* Ljub. Mon. Sl. IX. 23. an. 1409. Uj. Magy. Muz. 204. Cf. Frontin. Strat. 2., 4., 8; Ulp. Dig. 47., 2., 4 §. 15.

2. **Sequela,** (Du C. 3.) consecutio, consequentia; *következés.* It. sequela. Kass. P. P. I. 289. et pass. quod cum Altissimo annutu

Summi Terræ Principis Stallum agendi obtinuerit, locata eiusdem consilio aut ope uti cupit vel necessitatur et *sequelae* inde enascituræ, si delectus Agens requisita habilitate solertia aut moralitate, fors destitueretur, magni momenti sint . . . Cf. Gell. 6., 1., 9.; Lactant. 7, 5 med. Id. de Op. D. 4.

Sequentia, (Du C.) canticum exultationis, quæ et *prosa* dicitur sic appellatum, quia *pneuma* iubili sequitur; *dicsőitő ének.* Száz. XXVII. 345. rhythmusokat, antiphonákat, hymnusokat és *sequentiákat* tartalmaz.

Sequentionales, liber seu codex, in quo continentur sequentiæ; sequentia vero est canticum exultationis, quod et *prosa* dicitur, (Du C.); *dicsőitő éneket tartalmazó.* Cod. Dip. Arp. Cont. I. 40. I. Bibliotheca IIII. Nocturnales IIII. Antiphonaria IIII. Gradualia II. *Sequentionales* cum trophis.

Sequester, is, (Du C. 1.) conciliator; *békéltető.* Ger. Schlichter (Dief.) Batty. Leg. T. II. 31. Schläg. 513. Cf. Senec. Cons. ad Helv. 12; Sil. 6., 347; Lucan. 10., 472.

Sequestracio, (Du C.) separatio; *elvalasztás.* Pesty Ször. III. 55. metalem limitacionem et *sequestracionem.*

1. **Sequestrare,** separare; *elkülöníteni, elválasztani.* It. sequestrare. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 443: Fratres in uno pane existentes et sese per divisionem *sequestrantes* ac totaliter *sequestrati* neo ædificantes immunitantur. Verancs. VI. 175. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 211. per quam *sequestratur* terra . . . a terra ville. Cf. Macrob. Somn. Scip. 2; 14. Id. 1., 8. med. Sidon. Ep. 1., 11.; Veget. 2., 1., 5.

2. **Sequestrare,** apud sequestrum deponere, (Du C. al. s.); *birói zár alá tenni.* It. sequestrare. Ger. sequestriren. Kass. P. P. I. 190. ut totam *sequestratam* præattactæ Comitissæ substantiam neoconstituto huic sequestri curatori erga onus reddendarum rationum penes rite confectum inventarium resignari faciat. Cf. Prudent. Cath. 10., 133.; Tertull. Resurr. Carn. 27 med.

Sequestratio, *zár alá vevés.* Nagy. Jus. Trans. Sax. 140. aliud est sequestrum, subdivisum in voluntarium et necessarium definiturque *sequestratio,* quod sit, rei litigiosæ a pluribus facta depositio. Cf. Cod. Theod. 2., 28.

Sequestratorio - Transmissionale, mandatum missum, quo res in sequestrum danda præcipitur; *zárató és általküldető parancsolat.* Georch. H. T. IV. 268.

Sequestratorium, (Du C. al. s.) mandatum sequestrum præscribens; *zárató parancsolat.* Georch. H. T. IV. 268.

Sequestri curator, V. *Curator sequestri.* Törvt. Msz.

Sequestri reseratio, V. *Reseratio sequestri.* Törvt. Msz.

Sequestri Reseratorium *mandatum, quo retentio solvenda praecipitur; zárt oldó parancsolat.* Georch. H. T. IV. 8.

Sequestrum, retentio; *zárlat, birói zár.* It. sequestro. Ger. Beschlag, das Sequester. Kass. Prax. I. 26. Generalibus Comitatuum Congregationibus ius est in casibus lege admissis ordinare *sequestrum* . . . Georch. H. T. II. 388.

Sequestrum Judiciale, V. *Sequestrum; birói zárlat.* Kass. P. P. I. 190.

Sequi, passive usitatum. Batty. Ger. 162. non a mundanis meditari possunt insignia perfectorum, nec illorum fortia *sequi.* Recte: *mundani non possunt sequi fortia perfectorum.*

Sequimentum, (Du C.) obedientia; *követés, engedelmesség.* Star. XXIV. 204. an. 1240. iuraverunt fidelitatem et *sequimentum* potestati spalatensi.

Sequior sexus, genus fœmininum; *nőnem.* Törvt. Msz.

Ser, (Du C.) dominus (tit. honoris); *úr.* Gal. sir. Ljub. Mon. Sl. I. 390.

Sera, æ, (Du C.) vesper; *est.* It. sera. Gall. soirée. Ger. Abend. Mem. Pauli. 438. die Mart. 8. Petrus vir Milize servitialis meæ de *sera* per quosdam Vlacorum, dum solus pergeret ad molendina, mortaliter super caput vulneratus fuit.

Sera flinetea, igniarium sclopeti. V. *Sera rotea; puskalakat.*

Sera laminata, sera e lamina ferrea; *pléh lakat.* Monm. Comit. Trans. II. 183. Stapedes kengyelwas vendantur d. 25. *sera laminata* peleh lakath d. 40.

Sera rotea, sera sclopeti rotis mobilibus; *kerekes puska lakat.* Arch. Rák. VIII. 330. Cum sera flinetea latioris oris vulgo, Tőcséres Karabély unum. Cum *sera rotea* et striatis foraminibus Stucz Nro 3.

Seracium, (Du C.) serum lactis; *savó, szerdek.* Ger. Ziger (Dief.) Schläg. 1433.

Seraleum v. Seralleum, vallum. V. s. *Impresia. sáncz.* It. serraglia.

Seralia, serica; *selyemkeret.* Germ. Seidenstoff. Száz. XXVII. 682.

Seramantia, æ, mendum pro: *Scaramutia* q. v. Kov. Form. St. 510. quod quamdiu ipsum in servitiis nostris tenebimus ad unum *quartale* anni ad singulum unum equitem decem florenos ad singulum vero peditem singulos sex florenos auri dabimus, de dampnis quoque suis iustis et licitis sique in confluitu (lege; *conflictu)* aut *Seramantiis* vel illac quo nos aut Capitanei nostri mittere.

Seraphicus, 3., angelicus; *seraph-, angyali.* Kaprin. Eloq. II. 514. Liceat igitur mihi hunc Divum familiæ vestræ parentem, quem orbis universus communi nomine ab ardentissimo, quo Seraphin Spiritus æstuant, amore, *Seraphicum* compellat.

Seraphicus Ordo, ordo Sti Francisci. Beng. Ann. Erem. Cœnob. 311. atque in Tersactana Thaumaturgæ Matris æde Patrum *Seraphici Ordinis* curæ subiecta humatus est.

Seraphinus, angelus; *szerafin.* It. serafino, serafo. Beng. An. Er. Cœnob. 123. Et cum interrogaret Sacerdos, cuius conditionis Angelus aliquando fuisset? respondit: Se unum fuisse ex *Seraphinis.*

Serascherius, (a turc. pers. *ser,* caput et arab. *asker,* exercitus) dux, summus administrator rei bellicæ; *vezér, hadvezér,* ma: *hadügyminiszter.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. IX. 106. ex mandato Chami Tartarorum ac *Serascherii* eidem adiuncti vires instar diluvii ditiones Transylvanicas inundaturus. Tör. Tár. 1888. p. 357.

Seraschierus, Seraschier, Seraskerius, Seraskierius, Seraskierus, V. *Serascherius.* Tör. Tár. 1888. p. 344., 345. Instr. Pac. Præf. Arch. Rák. II. 532. ad *Seraskirium* in Bender mittendi. Bod. Hist. Eccl. I. 158.

Serator, serarius faber (Du C.), faber claustrarius; *lakatos.* It. chiavaro. Germ. Schlosser. Kov. Jur. Tav. Ind. *Seratores* suæ artis duntaxat producta laborent. Monm. Com. Trans. II. 182. Kronst. I. 83.

Serator asserum, sector tabularum; *deszkavágó.* Tör. Tár. 1887. p. 781. *seratoribus asserum* in vestro vulgari Brethsneyder vocatis.

Serdarius, Serdarus, (a pers. *sar, ser,* caput, et *dàr,* qui tenet) locum tenens, præfectus; *szerdár pasa.* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. VIII. 373. *Serdarius* Ibrahimus Budensis. Cod. Alv. I. 29. 162. *serdarum* Budensem.

Seregbontho, sclopetum; *puska.* Szék. Okl. IV. 288. Ann. 1655.

Serenatio, (Du C.) pax, tranquillitas; *béke, nyugalom.* Pel. In Epiph. s. IV. c. 4: per signum *serenationis* conscientiæ, quæ per stellæ claritatem probatur.

Serenissimus, Serenitas Vestra (titulus honoris); *Fenséges, Fenséged.* It. Serenissimo, Altezza Serenissima. Ger. Durchlauchtigst, Durchlaucht. Kass. P. P. I. 45. — *Serenissime* Cæsareo-Regie Hæreditarie Princeps, Archidux Austriæ et Regni Palatine, Domine Benignissime . . . *Serenitas Vestra* Cæsareo-Regie.

Serenitas, (Du C.) titulus honoris; *fenséged.* Ljub. Mon. Sl. XXI. 417. an. 1452: si *serenitati* vestræ videatur.

Serenitudo, titulus honorarius imperatorum et regum; *Felség, Fenség.* It. serenità. Ger. Durchlaucht. Cod. Zi. Vol. V. 66: Serenissimo principi Sigismundo . . . mandatis vestre *Serenitudinis* obedire volentes.

Serenus, (titulus regis) gradus superlativi loco, serenissimus; *felséges.* Fej. VII. 244. ex forma privilegii quondam Stephani Regis *Sereni.*

Serganteria, Serjanteria, (Du C.) servientis feudum, i. e. beneficium, seu reditus propter eius officium; *szolgálatosnak* (servientis) *hűbére javadalma vagy jövedelme tisztségeért.* Uj. Magy. Muz. III. 199. Nos non habebimus custodiæ heredis vel terre alicuius, quam tenet de alio per servitium militare occasione alicuius parve *Serjanterie,* quam tenet de nobis per Servitium reddendi nobis *cultellos* vel sagittas vel huiusmodi.

Sergmenbastia, æ, *vadászat főnöke.* Adelm. De orig. Turc. 11. *Sergmenbastia* est magister venatois (lege: *venationis).*

Serialis, ordine procedens; *sorba teendő.* Georch. H. T. IV. 85.

Serialis numerus, numerus ordinalis; *sorszám.* It. numero ordinale. Kass. P. P. I. 389. articuli in paragraphos iuxta *numeros seriales* . . .

Serialitas, atis, ordo, gradus; *sortartás.* Rangfolge. Törvt. Msz.

Seriatim, (Du C.) ordinatim, ex ordine; *részenként, sorban.* Werbőczi. 2. Cod. de Sztára II. 386. Pel. In parasceve s. II. c. 11. Cod. Dip. Arp. V. 12. Diar. 1802. p. 74. Samb. Tyrn. Bod. Hist. Un. Trans. 424. *Seriatim* proclamantur, qui adscripti erant.

Sericarius, (Phrygio), (Du C. sericorum textor); *selyemszövő.* Pár. Páp.

Sericeus, 3., sericus, bombycinus; *selyem* . . . Pel. De exaltat. s. crucis s. II. c. 2: Ipse (Judas) *sericeis* chordis suspensus est.

Serici colorator, infector sericorum; *selyemfestő.* Ger. Seidenfärber. Tab. Conscr.

2. **Similitudinarius,** (Du C.) similis, uniformis; *egyenlő.* Fej. X. 4., 504. ut ipsi more et ad instar civium prædictarum civitatum, quarum ritu seu *similitudinario* typo, iuribus et consuetudinibus fruuntur.

Simillarius, (Du C. similarius) pistor similæ; *zsemlyesütő.* Opin. P. II. Sec. II. Cap. V. (ee) Magistri in *simillarios* diligenter attendant, ut pisturas suas e puro tritico et butiro conficiant.

Simitum, cerussa; *fehér ólom.* Ger. Bleiweiss. Vect. Ref. O2: Centenario *Simiti,* Bleiweiss.

Simonia, (Du C.) sacrorum nundinatio, mercatus sacrilegus; *szent dolgokkal való üzérkedés.* Wagn.

Simonia confidentialis, quum quis sub turpibus conditionibus in emolumentum alterius beneficio renunciat; *szentségárulás; midőn valaki javadalmáról lemond egy harmadiknak javára, hanem piszkos kikötések mellett.* Kon. Egyh. 427.

Simonia conventionalis, cum quis turpi pacto inito beneficio renunciat; *szentségárulás, ha már az alku is létrejött.* Kon. Egyh. 427.

Simonia mentalis, quæstus cum beneficiis, cui inest studium emolumenti; *szentségárulás, ha csak a szándék is nyereségre irányozva vala.* Kon. Egyh. 427.

Simonia mixta, quæstus cum beneficiis ab una tantum parte effectui mandatus; *szentségárulás, ha csak az egyik fél által vétetett foganatba.* Kon. Egyh. 427.

Simonia pura, quæstus cum beneficiis a neutra parte adhuc effectui datus; *szentségárulás, ha még egyik fél részéről sem vétetett foganatba.* Kon. Egy. 427.

Simonia realis, quæstus cum beneficiis, quum et pactum et factum locum obtinet; *szentségárulás, ha nemcsak az alku, hanem a teljesités is hozzájárult.* Kon. Egyh. 327.

Simoniace, V. *Simoniacus,* per quæstum; *üzérkedési módon.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 117. De *simoniace* vero ordinatis iuxta postulationem tuam certum tibi non possumus dare responsum ... *simoniace* ordinentur.

Simoniacus, derivatum a voce *Simonia,* a Simone Magno dicta Sacrorum venditio, unde etiam *Simoniaci* appellati, qui hac labe infestantur (Du C.); *szentségáruló.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 117. in suis tamen possint ordinibus remanere, quia *simoniaci* non sunt. Fej. III. 300. Brezny. 139.

Simpaticus, 3.; *(συμπαθικός)* consentiens, consentaneus; *együttérző, rokonszenves.* Rák. Ön. 221. l. 19—21. (20): ... cogebas me ire in Galliam in regnum, quod videre semper desideraveram et inter nationem, quam *simpatico* quodam affectu diligebam ...

Simphonizare, canere fidibus; *énekelni zeneszó mellett.* Georg. Sirm. 1., 93. corizabant, *simphonizabant,* scortizabant cum puellis Regine.

Simphorisator, mendum pro: stupanizator; *csepes.* Ger. der das Werg hechelt. Schläg. 1004.

Simplicitudo, simplicitas: candor animi; *egyszerüség.* Vern. Phil. Mor. 147. Qui ita agit, rationem agendi manifestat harmonicam, *simplicitudinem* moralem præsefert.

Simpliculus, (dem. ex simplex) stolidus, stultus; *együgyü.* Fej. Jur. Lib. 55 *simpliculis* fucum fecerunt.

Simplificare. rem simplicem reddere; *egyszerüsiteni.* Törvt. Msz.

Simplificatio, rem simplicem reddere; *egyszerüsités.* Opin. 1802. f. 2.

Simpulator, (Du C.) conviva a gr. *σὺν* et epulator; *vendégtárs.* Nagy Hier.

Simula, semelle (Dief.); *zsemlye.* Schläg. 1847.

Simulacra præliorum, intelligendi sunt ludi bellici hoc tempore magno apparatu et pompa repræsentati; *harczjáték.* Isthv. IV. 52.

Simulatim, clam, simulate; *titkon, tettetve.* Georg. Sirm. 1., 48. et imprimis tremebant publice vendere, hawd tamen *simulatim* et tabulam boli non presumebant infra mitere.

Simulative, (Du C.) simulando, simulate; *tettetve.* Tör. Tár. VI. 49. fictive, *simulative.*

Simulatorie, simulate; *tettetve, színből.* It. simulatamente. M. Flor. Fontes. Chr. pict. Vind. II. 188. Dixitque regi *simulatorie.*

Simultanee, unā; *egyetemben.* Törvt. Msz.

Simultaneitas, æqualitas temporis; *egyidejűség.* It. simultaneità. Vern. Met. 22. Relatio autem in tempore est *simultaneitas,* si eæ uno eodemque tempore aut successio, si diversis temporibus existant.

Simultas, concentus (Du C. conspiratio); *együtthangzás, együttérzés.* Pel. Serm. Requiritur *simultas* verborum cum intinctione aqua, et tanta sufficit *simultas,* quod unum non sit finitum complete et totaliter sine alterius inceptione. Hiem. 23. k.

Sin, pertica; *sín.* Germ. Schiene. Arch. Rák. VIII. 347. Viginti pertices ferri longæ et aliæ breviores vulgo *sin* decem.

Sinapinus, 3., ad sinapim pertinens; *mustár* . . . Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VIII. 283.

Sinare, (fors: approbare) (Du C. al. s.); *helyeselni, jóváhagyni.* Sup. An. Sc. II. 225. an. 1427: promittentes . . . quod arbitrium . . . susciperent et *sinarent* . . . quod ex . . . marcis quinquaginta marcas parti arbitrium *sinanti* . . . solvere teneatur.

Sincerisare, confidenter loqui; tractare aliquem; *bizalmaskodni.* Jókai Debr. lun. 70 mikor a szomszédasszonyok kezdenek *sincerizálni.* Et passim.

Sincerisatio, usus familiaris; *bizalmaskodás.* Tör. Tár. 1892. p. 629. persuasionibus igitur et suis *sincerisationibus* laboravit nonnullos a Suecis abstrahere.

Sinceritas, atis, Titulus, quo Báthory oratores Polonum ornavit. Epist. Proc. P. III. p. 213. hortamur . . . velint *Sinceritates* Vestræ . . . curare.

Sinceriter, (Du C.) sincere; *őszintén.* Faber. Urk. 108. an. 1496. Thom. Archid. Hist. Sal. 345. Cf. Gell. 13., 16., 1.

Sincerius, rectius (Papias); *helyesebben.* Batty. Ger. 185. *sincerius* . . . dicit Apostolus.

Sincopare, contrahere; in breve cogere (Du C. syncopare); *rövidíteni.* Batty. Leg. III. 563. an. 1489: *sincopant* divinum officium.

Sincopis, (Du C. Syncope) defectus cordis; *szívbaj.* Andr. Pann. 37. Incidunt ebriosi in homicidia, adulteria, furta . . . podagras, *sincopim* et crebrius suffocati in puncto moriuntur.

Sincoran, V. *Sinkorán.* Kövy El. 128. Hinc canes Anglicos *Sincoran* dictos ne intertenere quidem licet.

Sincronus, 3., a gr. σύγχρονος, coævus, æqualis; *kortárs.* Burian. Blandr. p. 28: quod ipsam Reginam Arianismo infectam præterquam quod nulla *sincrona* manus notet.

Sindicare, (Du C. syndicare) rationes contrascribere, acri censura carpere V. s. *Abinare; ellenőrizni.* It. sindacare.

Sindicaria, æ, munus, officium ita dicti *sindici; ügyészségi hivatal.* Star. XXVII. 75. an. 1267.

Sindicarie, per sindicum, advocatum; *hivatalosan, ügyészileg.* Ljub. Mon. Sl. II. 144: cartam *sindicarie* scriptam.

Sindicarius, 3., ad sindicum, curatorem pertinens; *gondnoki.* It. sindicale. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 500. indiccione tercia die sexto intrante mense Martij, procuratorio, *sindicario* et actorio nomine pro predictis dominis Paulo Bano etc.

1. **Sindicatus,** us, (Du C. Syndicatus), munus, officium procuratoris; *gondnokság, gondviselőség.* It. sindicato, proccurèria. Cod. Dip. Arp. Cont. X. 72. nobilis viri domini Micha Petri de Spalato, Sindici et procuratoris Communis ac singularium personarum civitatis Spalati, prout de eius *Sindicatu* patet per instrumentum publicum.

2. **Sindicatus,** i, facultas, potestas agendi (Du C. syndicatus); *felhatalmazás.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 160. an. 1422: nostri deputati . . . non petierunt videre libertatem vel *sindicatum* . . . ambassiatoris possendi venire ad pacem.

3. **Sindicatus,** us (Du C. Syndicatus) relatio rationum; *számadás, beszámolás.* It. sindacato. Tör. Tár. XI. 53. tenor *sindicatus* Januensium.

Sindicus (Ambasciator) legatus, actor, (Du C. syndicus 1.); *követ.* Luc. Regn. Dalm. 172. Ambasciatores sive *Sindicos* constitutos fuisse ad componendas res Jadrensium restitutorum. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 108. XI. 397. Ego Magister . . . *sindicus,* actor et procurator.

Sindon, onis (Du C.) species panni, byssus tenuis; *gyolcs, vászon.* It. sindone. Monm. Comit. Trans. V. 196. De *Sindonibus* et telis. Ab uno bal *sindonis* galler f. 2. Cf. Martial. 2., 16.; 4, 19.; 11., 1.; Auson. Ephem. in parecb. 2.

Sindon Renensis, species panni byssus tenuis Renani; *Rajnai finom gyapot.* Tör. Tár. 1887. p. 188 . . . alba de *sindone Renensi.*

Sine, pro: præter, extra; *kivül.* S. de Kz. Chro. I. 1., 3: Sed quia gygans Menroth uxores alias *sine* Eneth perhibetur habuisse, ex quibus absque Hunor et Mogor plures filios et filias generavit. Chr. Dubn. 206. Batty. Ger. 47. sed ego aliud quæro *sine* hoc cœlo.

Sine sua sponte, invitus; *önkénytelenül.* Fjp. Anon. 4. b. et subiugati essent *sine sua sponte* duci Almo.

Singarus, i, cingarus; *czigány.* Tör. Tár. 1891. p. 261.

Singillativus, 3, singula prosequens; *külön-külön.* It. singolo, separato. Kass. Jur. Civ. 1., 10. Peculiariter advertendum, ut quævis distincta prætensio peculiari sua Actione quæratur, id est, ut quævis actio sit *singillativa.*

Singulares singularitate cumulativa, testes, qui unius causæ alias atque alias sed ad eandem rem pertinentes res enumerant. Georch. H. T. IV. 149. De elfogadtatnak az ollyan egyre-vezető egyes tanúk *(singulares singularitate cumulativa),* melylyek azon-egy tárgynak más-más ugyan, de egynemű és egyre-vezető környülállásait számlálják elő.

Singulari nomine aliquem compellare, fraterno nomine compellare; *tegezni.* Ger. duzen. Wagn.

Singularismus, conditio, qua quis omnia aliter facit; *különczködés.* Ger. Sonderlichkeit. Otia Bachm. 124. Lutheranismum speciosum repudiavi, *singularismus* non substitit.

Singularista, æ, qui omnia alio modo facit; *különczködő.* Ger. Sonderling. Otia. Bachm. 122. Credo te *singularistam* id invitum facere.

Singularitas diversificativa, *ellentétes egyediség.* Kövy El. 684. Si testes dissentiant, erunt tantum singulares et quidem, si singularitate sibi in vicem repugnante opponantur, plenam probam non faciunt, quia contraria fatentur; eodem redit *singularitas diversificativa* seu discrepans, dum diversa narrant, quorum unum alterum non iuvat.

Singularitas testium obstattva, si singuli testes sibi contradicunt; *ellentmondó egyediség.* Törvt. Msz.

Singulus, 3., inusitatus singularis numerus pro: *unus,* unusquisque; *egy-egy.* Szék. Okl. III. 141. de septem Sedibus Siculorum *singulum* equum. Cod. de Sztára. II. 38. grossum *singulum.* Verancs. V. 51. in . . . doliolis, quorum *singulum* continet . . . millia tallerorum. Cf. Plaut. Cist. 4., 2., 34: Gell. 19., 8., 5.

Sinistreijtas, ratio a lege abhorrens; *törvénytelenség.* Fabr. Urk. 50. an. 1432: Cristanus . . . diœcesis verus pastor ac rector ecclesie, in eadem licite non intrusus . . . per aliquem modum *sinistreijtatis.*

Sinistreitas, (Du C. sinisteritas) infelicitas, sinistra fortuna; *balszerencse.* Szék. Okl. I. 110. nec alicuius *sinistreitatis* dolo circumventi.

Sinistrum, casus adversus; *baj, balszerencse.* Star. I. 146. an. 1374. in eorum damnum pariter et *sinistrum.* — Dip. Reip. Rag. 66.

Sinkorán, *vizsla.* Kelem. Ins. Jur. Pr. II. 37. Peculiari autem ratione canes Anglico-Venatici *Sinkorán* ex Gallico, ut videtur, *Chien-Courrant,* quod canem celerem notat, ita dicti, etiam ali, servarique vetantur. Art. Diæt. Pos. 24. Arch. Rák. VIII. 360.

Sinocossa, æ, (sl. seno kositi) campus feni; *szénarét.* Han. Mon. Jur. P. I. 185: *sinocossa* seu campus fœni . . . reservatam pro equorum pascuis. Ljub. Mon. Sl. XXI. 68. an. 1434. quod pratum sive *sinochossa* positum sub castro.

Sinodalis, ad sinodum pertinens (Du C. Synodalis); *zsinati.* It. sinodàle. sinòdico. Cod. Dip arp. Cont. IV. 17. ubi testes *sinodales* ad hoc electi et iurati deponere consueverunt.

Sinopis pontica, color rubeus (Du C. Sinopis, color viridis); *piros szin.* Schröer. Arch. Gr. et R. 22. Postea quatuor coloribus et quidem: atramento, schwarz, *sinopide pontica,* roth, *melino,* weiss et *sile,* gelb, utebantur pictores. Cf. Plin. 35., 6., 13.; Vitr. 7., 7.; Veget. 2., 16.. 3 et 5.

Sinus deceptorius, ab hungarico: *csalóköz.* Schüttinsel. Szegedi Rubr. Pars. II.

p. 48: Csalóköz insulæ libertates veteres observentur, in eductione frumenti (Insula Danubii, quæ Posonium et Comaromium jungit, dicta gentis idiomate: *Sinus deceptorius*, quod viatori brachium Danubiale trajicienti ob latitudinem suam imponat, ut credat nil amplius ejusdem fluminis trajiciendum restare: Vel, ut alii contendunt; quod exundans persæpe restagnansque in agris Danubius spem pulcherrimæ segetis, quam isthæc plaga solet producere, succidat, sicque cultores decipiat). Decret. Ferdin. I. 1546.

Sipho incendiarius, sipho ad incendium compescendum; *tüzi fecskendő.* Rau. Elem. p. 108.

Sirenula, demin. a *sirenes; kis szirén.* Bocat. Hungar. p. 363: Desidia hæc habet, *Sirenula* blanda, Voluptas.

Siricum, sericus, serica; *selyem.* It. seta; serico. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 7. In Sancta Maria uno panno *di sirico.* Ibid. XI. 23.

Siricus, 3., sericus; *selyem...* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 23. Hoc est exemplum cuiusdam privilegij Regalis muniti appensione cuiusdam sigilli magni rotundi cum *cordula sirica* crocei et rubei coloris.

Siringa, æ, sipho ad incendium compescendum; *vizi puska.* Ger. Feuerspritze. Jogt. Eml. T. II. 2. p. 404: conclusum est, ut pecunia illa... *siringae* vulgo *vizi puskák* compararentur.

Sirizum, sericum (Du C. siricus) V. s. *Giallus; selyem.*

Sirix, icis, (Du C. sirica) pannus sericus; *selyem.* Száz. XV. 227. in cordula gialla *siricis* cum cera alba.

Sirocalis, meridionalis, australis; *déli.* Ljub. Mon. Sl. XXI. 79. an. 1434: a parte *sirocali.*

Sirochus, i, regio australis; meridies (Du C. Ventus Euronothus); *délkeleti.* It. scirocco. Gal. sudest. Ljub. Mon. Sl. XXI. 68. an. 1434: congeries lapidum... que est posita... a parte *sirochi.*

Sischalia, idem ac Senescallia, officium domus rusticæ, œconomiæ seu rei familiaris administratio (Du C. Sischalus); *háztartás.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 23. similiter et decimas proprii laboris omnium dominorum quoquomodo laborancium et croacarum, bovariarum, iugerum, coloniarum, nemorum, saginatorum, *sischalie*, merescacie, brolii, ancingiarum et decimum nummum pascinacii.

Siska, sclopetum cupreum; *siska.* Szék. Okl. IV. 288.

Sistorium, storea (Du C. al. s.; *gyékény.* Ger. Binsenmatte. Schläg. 1141.

Sita, æ, fors. *sica.* V. s. *Arma* æ, 1.

Sitamentum, V. *Sittamentum.* Ljub. Mon. Sl. II. 253: baliste C bene furnite omnibus necessariis et *sitamento.*

Sitarca, æ, (Du C. Sitarchia) sacculus, crumena pani deferendo; *tarisznya.* Mon. Com. Trans. V. 200. an. 1603. a 100 *sitarcis* ex pilo factis.

Sitibundus, 3., sitiens; *szomjas.* It. sitibondo. Fej. IV. 2., 444. laudabilis prodigialitatis *sitibundo* æstu — mercedem gaudemus.

Sitocomia, æ, (Du C. sitocomi) officium atque cura annonæ et cibi militaris; præfectura annonæ; *élelem beszerzési hivatal, kasznárság.* M. Soiterus De Bello Pannonico p. 588. *Sitocomiae* munus atque omnis annonæ militaris cura huic erat demandata. Pár. Páp.

Sittamenta, orum, arma sagittea; *ijak.* Ljub. Mon. Sl. II. 66.

Sittamentum, alimentum, annona; *készlet, élelmi szer.* Ljub. Mon. Sl. II. 343: mittatur *sittamentum* et pecunia.

Situare, ponere, collocare (Du C.); *elhelyezni.* Gall. situer. Pel. De ascensione Dom. s. I. c. 3: Versus quippe plagam orientalem paradisus *situatus est.* Kass. Prax. I. 276.

Situatio, (Du C.) conditio, situs; *helyzet, fekvés.* Kuk. Jura. II. 281: Cognoscent... quam ardua fuerit... ablegatorum *situatio.* Knauz. M. E. Str. I. 129., 151.

1. **Situla,** (Du C.) mensura liquidorum; *roncsika, rocska.* Ger. die Gelte, Sächter. Schläg. 1107. Cf. Plaut. Amph. 2., 2., 39. Paul. Dig. 18. 1., 40. fin. Poët. in Anthol. Burm. 1. p. 493.

2. **Situla,** Serpens quidam; *kigyófaj.* Pel. Serm. Mordet serpens, qui *situla* dicitur, de quo dicunt naturales: quod *situla* genus serpentis, si quem mordeat usque ad mortem sitire facit. Aest. 42. i.

Situla incendiaria, hama; *tűz vödör, -csöbör.* Ger. Feuereimer. Rau. Elem. p. 110.

Skarlatin, pannus cocco tinctus; *skarlát.* It. scarlatto, scarlattino. Thök. Diar. II. 324. Una chlamÿs ex rubro *skarlatin* argenteis fimbrÿs.

Slap, mola; *malom.* Luc. Reg. Dalm. 234. Item molendina sive *Slap* cum flumine Karka, quæ nunc possidere dignoscuntur, eisdem in perpetuum gubernanda commisimus.

Slapus, i, *saláp.* Dief. slappe. Ljub. Mon. Sl. II. 43. an. 1339. *Slapus* cum cerveler. Ibid. III. 306.

Slavinicus, slavus; *szláv.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 10. sicut vos estis in barbara seu *Slavinica* lingua Deo sacrificium offerre delectatur?

Slavisare, slavicam linguam propagare studere; *tótositani.* Száz. XV. 34.

Slavista, æ, studiosus linguarum slavicarum; *szláv nyelvet kedvelő.* Száz. VI. 467.

Slavonismus, genus dicendi in Slavonia usitatum. Text. v. sub. *Polonizare.* Hor. Mem. 442. M. Bel. Prodr. 80.

Slovako, onis; *tót.* Sl. slovák. Hor. Mem. 442.

Smaldum, vitrum metallicum (Du C. Smaltum); *zománcz, zománczolat.* It. smalto. Gall. *émail.* Ger. Email, Schmelz. Cod. Dip. Arp. Cont. I. 36. inter quæ (cappæ) una habetur super se pectorale aureum *smaldo* paratum. Star. XXVIII. 105. an. 1281. de xamito cum *smaldis* et perlis.

Smals, tis, encaustum, liquati colaratique metalli pigmentum; *zománcz.* It. smalto. Tör. Tár. 1886. p. 563. ex *smalte* decorato 562. in *smalte.* — 563. in quatuor angulis *smaltes* habentes. — 561. et *smaltis* decorata.

Smalteus, 3., encausto distinctus; *zománczos.* Tör. Tár. 1886. p. 568. in tabula *smaltea.*

Smaragdulus, i, dem. a smaragdus; *kis smaragd.* Tör. Tár. XX. 185.

Smaruginus, 3., smaragdi colorem habens; *zöld.* Bárczay.

Smegmator, V. *Smigmator.* Bene Med. IV. 278.

Smerek, rhus; *szömörcze.* Cod. Dip. Arp. X. 111. an. 1293. ad unam arborem *Smerek.*

Smigma, (Du C.) *(σμῆγμα)* sapo; *szappan.* Vern. Psych. 55. Debilioris itaque complexionis tepidis potius, in quibus 6 circiter unciæ *smigmatis aromaticis* plantis commixtæ solutæ sunt.

Smigmator, saponis coctor; *szappanos.* Ger. Seiffensieder. Tab. Conscr. Cher. Jus Eccl. I. 289. Egri Levt.

Smindiridæ, gr. *Σμινδυρίδης*, sybarita. Ke. Or. Arist. B. 3. 3: Sapientiam... non noscere *Smindiridas.*

Smiris, pulvis sculpendis vitris; *üvegmetsző por.* Ger. Schmirgel. Vect. Gen. Y42 *Smiris* ad acuendum et poliendum.

Smuciditas, a Germ. schmutzig i. e. sordidus, avarus, per suffixum proprietatem notans fictum voc., signif. idem ac: sordes, spurcitia, avaritia; *piszkosság, galádság, fukarság.* Ger. Schmutzigkeit, Knauserei, Filzigkeit. Vern. Psych. 440. Ad eam (parcitatem) pertinent: *sordities*, quæ in necessariis erogationibus res etiam exigui aut nullius momenti parce emetiri et tenaciter retinere conatur et *smuciditas*, quæ posita omni decentia cultiorique more ipsas necessarias munditiæ indigentias negligit.

Smucidus, 3., sordidus (a ger. schmutzig); *piszkos.* Bene. Pol. 102. in superficie cineres forma spumæ *smucidae* aquæ innatent.

Smyris, V. *Smiris;* Pár. Páp.

Sobelinus, Zibellinus; *czoboly.* It. zibellino. Thök. Diar. II. 376. Tria frusta subducturarum *sobelinarum* fl. 18.

Socagium, (Du C.) servitium socæ. Est enim soca aratrum. Olim enim, qui per servitium socæ terras possidebant, dominis in exercenda agricultura inservire et cum socco et aratro proprio agrum domini arare et colere tenebantur; *az ekevas szolgálata*, vagyis azon kötelezettség, melynél fogva a telek haszonvevője hűbérurának földjét tartozott megszántani, mit utóbb évenkénti fizetéssel megváltani lehetett. Uj. Magy. Muz. III. 199. Si aliquis teneat de nobis *feodifirmam* vel per *Socagium* vel per *Burgagium* et de alio terram teneat per servitium militare, nos non habebimus custodiam heredis.

Sochena, æ, fors. idem quod ap. Du C. sogneia: pensitatio, præstatio pro servitute; *bér.* Rač. Mon. Sl. XIII. 91. an. 1349: promisit mihi dare... victum et vestitum de *sochena.*

Sochus, i, *Scoch* q. v.

Socialis contractus, pactum inter socios; *társasági szerződés.* Gesellschaftsvertrag. Törvt. Msz.

Socialitas, natura proclivis ad societatem ineundam; *társalkodási hajlam.* Törvt. Msz.

Sociare, (Du C.) comitari; sequi, ad obsequium esse; *követni, kisérni.* Prot. inq. 293.

Socidæ pactum, V. *Pactum socidae; marhák haszonbérlése.* Törvt. Msz.

Societas aurifabrorum, cœtus aurif.; *ötvös czéh.* Ger. Goldschmiedzunft. Tunyogi J. kézir. 1638. X.

Societas aperta, *nyilvános társa-*

ság. **Societas tacita,** *csendes társaság.* **Societas superior,** *kültársulat.* V. *Accomandita.* Cod. Camb. Merc. 57. Tres usu magis venientes *Societatum* species sunt: *Apertae:* dum singulorum Sociorum Firma, nomina præterea ac cognomina iudicialiter improtocollata ac Publico per oblatorias literas palam facta sunt. *Tacitae:* dum seu unus tantum, seu plures e Sociis Firma donati per *oblatorias Literas* Publico innotescunt, reliqui vero, licet Tribunali cogniti, collato in Societatem limitato Capitali, in generali adiectione illa «et Compagnie» collective comprehensi latitant. Tandem sic dictæ *superiores Societates* seu in Accomandita, dum nimirum seu unus seu plures privati, collato ad invicem in determinata quantitate capitali mercantilem negotiationem erigunt.

Societas bancalis, societas ærarii mercatorum, s. mensæ publicæ; *banktársaság.* Ger. Bankgesellschaft. Opin. T. II. Sec. II. Accl. (c.)

Societas draconum, a Sigismundo Hungariæ rege instituta. Insigne eius erat de cruce dependens draco; *sárkányrend.*

Societas herilis, societas inter dominos, heros, inita; *gazdai társaság.* Törvt. Msz.

Societas Ignatiana, Loyolitæ; *jezsuita-társaság.* Hor. Mem. 593.

Societas Jesu, Jesuitæ; *jezsuita társaság.* Kaprin. Eloq. II. 668. minimam *Societatem Jesu* hunc in finem erexit.

Societas leonina, denominatio hæc revocanda est ad Aesopi notam fabulam de leone, qui cum sociis prædam dividit; *csaló társaság.* Vern. Phil. Mor. 392. cavendum tamen, ne unius dolo hoc negotium (in societate negotiatoria) in *societatem leoninam* degeneret, ut unus solus habeat lucrum et alter solus damnum, quia non licet cum damno alterius locupletari.

Societas Loiolitica, Jesuitæ; *Loiola Ignácz alapította jezsuita rend.* Hor. Mem. 58.

Societas negotiatoria, *kereskedői társaság.* Vern. Phil. Mor. 392. *Societas negotiatoria,* quo duo vel plures rem aut operam in negotiationem conferunt eo fine, ut lucrum sit commune.

Societas reformatorum, societas sententiis a Gallis præterito sæculo ascitis imbutorum; *az újitók társasága.* Száz. XIII. 48.

Socinia, orum, educilla (Du C. *socina,* officina); *kocsma.* Batty. Leg. III. 403. an. 1427: domos, cellaria, *Socinia* rusticorum confregerint. (Nota Bath.: *Socinia* rusticorum non possunt aliud esse, quam educilla, in quibus nempe *sociantur* ad potum capiendum, præsertim cum de vinis auferendis agatur.)

Socineum, capsula. V. s. *Anchona* 2.; *tartó.*

Socinianismus, doctrina Socinorum (Lælii et Fausti), qui tantum patrem unum deum esse credebant et revelatione traditos fidei articulos negabant; *Socinus tana.* Pauer Athen. VI. 2. p. 277. Not. Rel. II. 247. Száz. XXIV. 438.

Socinianus, antitrinitarius, unitarius assecla Lælii Socini, Itali, Senensis Patritii, natus anno 1525. patre Mariano Socino Juniori; *Socinius követője.* Burian Blandr. p. 131. Fabó. Monm. Evang. II. 80. Not. Rel. II. 247.

Socinismus, V. *Socinianismus.* Czvit. Spec. 114. in Arianismum deinceps, *Socinismum* et Semiiudaiismum prolapsus.

Socius delicti negativus, qui non impedit delictum; *tettet nem gátló bűntárs.* Törvt. Msz.

Socius delicti physicus, qui vi corporis promovet delictum; *testi erővel segítő bűntárs.* Törvt. Msz.

Socius delicti positivus, qui facto promovet delictum; *tettel elősegítő bűntárs.* Törvt. Msz.

Socolaris, (Rački: socolar, falconarius. V. Daničić: rječnik iz književnih starina srbskih); *solymár.* Rač. Mon. Sl. VII. 82. an. 1070.

Socteratorium, sepultura; *temetés.* Star. XVIII. 19. an. 1462. ecclesie reliquit ducat. duos pro anima sua et *socteratorio* cadaveris sui.

Soculus, dem. a soccus; *papucs.* Ger. Socke, leichter Schuh. Kronst. I. 97.

Soda, æ, (Du C.) cephalalgia, dolor capitis sermone arabum; *főfájás.* Argenti 3.

Sodalitas, sodales; *legénység.* Kronst. III. 65: Andreæ . . . cum sua *sodalitate.*

Sodiacus, pro: *Zodiacus; állatöv.* Arch. Rák. II. 69. Asinus *Sodiacum* non ingreditur.

Sodomia, Sodomisis, stuprum, dicitur de famosissima urbe Sodoma; *fajtalankodás.* It. soddomia. Gall. sodomie. Tisztb. Ir. Bod. Hist. Un. Trans. 346. Fœda *Sodomisi* se polluerat Blandrata. Cod. Alv. I. 18.

Sodrere, torquere, (ab Hung. *sodorni).* Georg. Sirm. I. 14. Et omni die in os trudebant et *sodrebant* linguam eius et sic dira morte exalavit de mundo.

Sodus, 3., (Du C.) incultus. V. *Vineatus; műveletlen.* It. sodo. Star. XVIII.

Sœculum, pro: sæculum. Tör. Tár. 1890. p. 406.

Soga, æ, (Du C.) restis, funis; *kötél.* It. soga. Prot. inq. 321. LXVI. et ligatus fuit in collo cum una *soga.*

Sogomator, ab It. *sacoma* = libra, qui librat aliquid V. s. *Savonarius; mérlegelő.*

Soiaragdus, corruptum ab It. *scaricare* pro: scaragdus; *a hajónak kiürítése.* Knauz M. E. Str. II. 240., 215. de singulis navibus victualium de *Soiaragdo* datur unus frisaticus. In transsumpto Andreæ a. 1290. «*Smaragdo*» in trans. 1357. *Snaragdo.*

Sol ulefedczi bassi, szpahi agalarum quartus; *a lovasok negyedik rangu vezére.* Tör. Tár. 1892. p. 431.

Sola, æ, (Du C.) solea calcea. V. s. *Parium; talp.*

Sola manu vel bracchio, suis viribus; *önnön erejükből.* Reg. S. Ben. I. 10. Deinde secundum genus est anachoritarum, id est heremitarum horum, qui... *sola manu vel bracchio* contra vitia carnis Deo auxiliante sufficiunt pugnare.

Solachus, i, custos corporis Sultani; *testőr.* Adelm. De orig. Turc. 11. Habet etiam imperator alios custodes corporis sui, qui sunt optimi sagittarii electi ex numero ianizerorum, *Solachi* nuncupantur; hii non vadunt in equis sed sunt ornati framea, brevi arcu cum sagittis, stuphas i. bireta in capite ferunt albas et rectas.

Solaciabilis, solatii plenus; *örvendetes.* Dipl. Reip. Rag. 310.

Solacium facere, adiuvare aliqua re; *(pénzzel) támogatni, könyöradományokat osztogatni.* End. p. 354. (Synod. Strigon. 38): abbates parentibus suis non plus quam ceteris pauperibus *solacium faciant,* quod si abbas inventus fuerit bona monasterii dissipare, ipse deponatur.

1. **Solarium,** (Du C.) Text. v. s. *Gayfus* et *Moenianum,* locus editus supra domum lithostrato pavimento tectus, soli expositus, ad apricandum idoneus, quo nunc quoque utuntur Neapolitani, ita appellatum, *quod soli pateat.* Deinde cum ex tegulis et imbricibus tecta in usu esse cœperint, *solarii* nomen permansit loco, qui tecto contegebatur, fuitque extrema domus contignatio tecto supposita (Forcel.); *padlás, emelet.* It. solago, soffita. Gall. étage. Ger. Söller. Cf. Plaut. Mil. Glor. 2., 3., 69. 2., 4., 25. Augustus ap. Macrob. Sat. 2., 4. Suet. Nero 16. Claud. 10. Pallad. Maj. 11., 1. Ulp. Dig. 8., 2., 17. Inscr. Grut. 173., 1. Inscr. Orell. no 4536.

2. **Solarium,** V. *Sala.* Beng. Ann. Er. Cœnob. 368. *solarium* magnifice exstructum salam vocant iconismis . . . decoravit.

3. **Solarium,** alias: *salarium,* stipendium, (Du C. al. s.); *bér, zsold.* Quel. Sieb. I. 63. an. 1479. dedi *solarium* ... flor. — Fjp. Szám. 362.

Solatiari, (Du C.) consolari; animum relaxare; *megvigasztalni.* Prot. inq. 185: scio, quando eram parva puella, ibam ad eam ridendo et *solatiando.*

Solatiosus, 3., solatii plenus; *örvendetes.* Fej. V. II. 454. et fidelibus ac fautoribus nostris in Austriæ et Stiriæ ducatibus efficax oportuni patrocinii prætendatis umbraculum et *solatiosi* consilii et auxilii fulcimentum.

Solatorius, 3., solus; *egyedüli, magányos.* Szilády Irodt. Közl. VI. 3. 357.

Solatrum, pro: solanum. V. *Stringnus.* Schläg. 882. *muharcz.*

Solaxismus, pro: soloecismus; *nyelvtan elleni hiba,* Tör. Tár. 1892. p. 431.

Soldanus, i; *szultán.* Pel. De s. Franc. s. IV. c. 5: Tanto fervore prædicare cœpit Christum, ut *soldanus* miraretur. S. de Kz. Chr. I. 3., 1. II. 4., 11. etc.

Soldare, solvere; stipendio conducere; *fizetni.* It. soldare. Dip. Reip. Rag. 370.

Soldarius, miles, stipendiarius; *katona, zsoldos.* Fej. Per. Nom. Magy. 62, Omnes pene tetri, in tetris armis procedunt, nisi quod a hospitibus, quos nunc *Soldarios,* Soldaten, dicimus educati.

Soldat, miles germanicus; *katona.* Száz. XV. 45. SS. = Superat *Soldat,* V. C. = Vincit Curucz.

Soldata, æ, præstatio; *adózás, szolgálás.* Vuch. Jur. Feud. 58. *Soldata* autem est præstatio quædam annua gratuita, quæ e neutra parte transit in hæredem. Morte enim dantis vel accipientis interveniente finitur.

Soldatus, i, miles; *katona.* Gall. soldat. Thurócz. in Colom. Rege 62: quæ quidem civitates per *Soldatos* Parisanorum missos per Cæsarem expulsis Venetis sunt rehabitæ. Tör. Tár. 1892. p. 431. *soldatos* equestres. Ljub. Mon. Sl. I. 173. *paga mittatur* pro *soldatis.*

Soldinaria, æ, stipendium, merces; *bér.* Georg. Sirm. I. 300. Et sic de singulis currebant ad eum propter largam *soldinariam,* id est mensionariam.

Soldinus, i, (Du C.) ut *solidus,* monetæ species. Vicesima pars ita dictæ *lirae. Garas.* Gall. sou. Kuk. Jur. I. 204. nec non de singulis dicis sex denariorum *Soldinos,...* extorquerent.

Soldinus denarius, V. *Soldinus.* Kuk. Jura. I. 202. Quod unum quemque villicum, qui ab huiusmodi collecta mardurinali omnino supportatus esse deberet, in uno floreno auri dicare, nec non de singulis dicis sex denarios *Soldinos.*

Soldizare, militibus stipendium dare; *zsoldot adni.* Star. VI. 5. an. 1463. ad *soldizandum* homines ducentos. Ljub. Mon. Sl. I. 91.

Soleare, equo induere soleas ferreas; *patkolni.* It. ferrare. Kov. Jur. Tav. 251. puta ligonem, securim, *equum soleare,* vomerem et similia.

Soleatio, actus equos calceandi; *patkolás.* Reg. Turm. Præt. 89. Opin. P. I. Sec. II. §. 3.

Solemnisare (documentum), documenti fidem firmare; iuris formula instruere; *hitelesitve kiállitani.* Kisf. Kér. I.

Solemnisatio, confirmatio, auctoritas; *meghitelesitetés.* Georch. Ért. 178. A végintézet külső formájában vagyis *hitelességében (solemnisatio).* Ibid. 190.

Solemnitas, festum; *ünnep.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 180. in tribus festivitatibus Sanctæ Mariæ omniumque Apostolorum Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ, *solemnitate Sancti Dominii,* in consecrationibus Ecclesiarum etc. Cf. *Sollennitas* ap. Gell. 2., 24. fin. Solin. 7. Auson. Grat. act. 36.

1. **Solemnizare,** (Du C.) celebrare, festum agere; *ünnepelni.* It. sollennizzare. Beng. Ann. Er. Cœnob. 73. Et subsequenter Patrum nostrorum introductio *solemnizata* ac fundatio ad mentem pii Fundatoris stabilita fuit.

2. **Solemnizare,** (Du C.) sacrare, consecrare, publicare; *szentesíteni, kihirdetni.* Fer. Mon. Sl. XVIII. 362. an. 1736: matrimonium... in facie ecclesiæ *solemnizare.*

Solempniter, more, modo solemni; *ünnepélyesen.* Tör. Tár. XI. 29.

Solempnizare, celebrare solennia; *ünnepelni.* It. solennizare. Fej. III. 375. Ut annuatim in festo Sancti Regis, nisi arduo negocio ingruente vel infirmitate fuerimus prohibiti, Albe teneamur *solempnizare.* Tör. Tár. III. 215.

Solennia Divini Cultus, pompa militaris tempore cultus divini; *disz-isten-tisztelet.* Ger. Kirchenparade. Reg. Turm. Præt. 34.

Solennicare, idem ac *authenticare; hitelesíteni.* Irodtört. Közl. VI. évf. I. f. 99. Testimoniumát által adta, subscribálta s *solennicálta.*

Solennisare, V. *Solennicare.* Kass. P. P. I. 309. descriptasque sua forma subscribere sigilloque suo munire taliterque *solennisatarum* quidem par Magistratuales pro inquiri curantem designatum eidem illico extradare possunt...

Solennitas, præscripta ratio, formula documentis apposita; *kiállitás, fölszerelés, fölkészítés.* Kass. P. P. I. 41. *Solennitates* earum aliæ respiciunt materiam, aliæ formam (sc. recursuum, instantiarum). Cf. Paul. Dig. 26., 8., 19. Ulp. ibid. 1., 7., 25.

Solennitas symposii, V. *Aldomasium.* Nagy. Jus. Trans. Sax. 150. Tertium confirmatio actus per pocula et propinationem vini, uno vocabulo iuris, adesse debet *solennitas symposii* (áldomás ital, Wisswein).

Solennitales contractus, præscripta ratio, formula contractūs; *a kötésnél megkivántató fölszerelés.* Törvt. Msz.

1. **Solennizare,** V. *Solemnizare* 1. Pel. Pom. S. de Temp. Dom. I. Adv. s. I. c. 5. Ecclesia eos non *solennizat.*

2. **Solennizare,** publica judicia asservare; *nyilvános biráskodást üzni.* Tör. Tár. 1893. p. 27.

Soleratus, 3., (Du C.) solariis, tabulatis superioribus instructus; *emelettel ellátott.* Star. XVIII. 46. an. 1496. domum terruream, *soleratam* et tectatam.

Solertus, 3., (Du C.) sollers; *ügyes, okos, buzgó.* Ger. geschickt. Thök. Diar. 213. In militia principis neque tartari neque turcæ reperiuntur, rasciani valde pauci, sed ita rigorose seligi et sequestrari non potest, quin duo millia *solertorum* armatorum reperiantur et ausim dicere, absit iactantia verbis, ducenti kuruczones contra trecentos labanczones semper cum aviditate pugnant.

Soleuciani, alias *Hermiani* dicti. *Soleukus követi.* For. Scr. p. 30: *Soleuciani* docebant: Non esse utendum in Baptismo aquâ, sed igne... Negabant *Soleuciani* Spiritum hominis factum esse a Deo per Filium, profectum vero a terrâ contendebant.

Solfuga, alias: solifuga et solpuga; *mérges hangya neme.* Ger. eine Art giftiger Ameisen. Szentiv. Curios. Misc. Dec. II. P. I. p. 59. quod aliis locis serpens, hoc *solfuga* est sardeis agris animal perexiguum simileque araneis formā, supersedentibus siquidem, pestem facit.

Solicitarius, 3., solitarius; *magányos.* Verancs. IX. 246. Quapropter et ipsa me ut iam senem curis temporalibus et munerum Reipublicæ administratione vitaque prope fatigatum, habeat excusatum et optantem statum *solicitarium* non condemnet eadem.

Solicitator, (Du C.) V. *Sollicitator* 1. Cod. Alv. I. 22. hogy az az kereskedő ember, kit az panasz illet, most itthon nincsen, megjövén, ha *solicitator* leszen valaki, törvény szerint eligazodik dolga.

Solida moralis, universalis moralis; *egyetemes erkölcstan.* Száz. XVIII. 19. docebitur dogmatica seu positiva item polemica seu controversiæ ac *solida moralis.*

Solidamen, actus solidandi, confirmandi, corroborandi, munimen; *megerősítés, szilárdítás.* Kass. Jur. Civ. II. 88. quæ Partes respectivæ in *solidamen* et tuitionem Jurium suorum produxerint. Cf. Venant. Carm. 6., 2., 144.

1. **Solidare,** stipendium præbere, (Du C. 3.); *díjazni.* S. de Kz. Chr. II. 2., 4: licet pro militia *solidanda* affluentem pecuniam tradidisset. II. 4. 5. galeas, naves et teritas cum Venetis *solidavit.* Chr. Dubn. 97., 98.

2. **Solidare,** (Du C. 2.) firmare, munire; *megerősíteni.* Chr. Dubn. p. 12: Tabernacula... habere consueverat... unum tamen... sic celebre... ut ex laminis aureis mirifice coniunctim *solidata* modo solvi et nunc reconiungi ad tendencium staret voluntatem. Diar. Com. 28. Statibus universis *solidavit* iura. Opin. P. II. de ordine Jud. Sec. II. c. VII. §. 2. *solidantia* documenta. Cf. Verg. Georg. I. 179. Vitruv. 2., 3. fin. 7., 1. Tac. Ann. 15., 43. Hist. 2., 19. Cod. Theod. 15., 9., 1. Plin. et Cels.

Solidarii, (Du C.) milites stipendia merentes; *zsoldos katonák.* Ger. Söldner. Vuch. Jur. Feud. 173. Interdum et stipendio milites conducti, qui *solidarii* nominati sunt.

Solidatio, solidum reddere, (Du C. confirmatio); *tartóssá tenni.* Batty. Leg. T. II. 390. an. 1255: reparationi, *solidationi* ac *corroborationi* Regni. Cf. Vitr. 5., 3.; 7., 1.

Solidenter, lapsus calami pro: solidentur; Fej. X. I. 546. ut quæ in tempore geruntur, ne simul labantur cum eodem, litterarum testimonio *solidenter.*

Solidescere, corroborari, firmari; *erősödni.* Lzb. Cod. Med. T. II. 738: hinnulus... crescere et *solidescere*... non potest. Cf. Vitr. 2., 6. Plin. 11., 37., 87.

Solidi Byzantii, (Du C.) Sim. Num. 43. Byzantii similes ducatis venetis aut Florenis aureis Florentinis. Sæpe in antiquis *Solidi Byzantii* vocantur. Ita Dipl. an. 882. centum *auri solidos Constantinianos* memorat.

1. **Solidum,** (fors. idem quod ital. *soletta)* soccus; *lábbeli.* Magy. Tör. Tár. VI. 7. canthari, *solida,* par sindonis et alia huius generis.

2. **Solidum,** (Du C.) *in solidum,* mutuo, alter pro altero; *egymásért.* Gall. solidairement. Georch. H. T. II. 226.

Solidungulus, 3., ungulā solidā; *erős patáju.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. VII. 202.

1. **Solidus,** i, species monetæ, quorum 5 aut 10 unum florenum efficiebant. (Sub Bela rege *solidus* 40 denarios valuit). Fjp. Szám. p. 146: 60 gulden ze 5. *solid.* et 109: 13 flor. per 10 *solidos.* Thurócz. in Bela rege I. c. 45.

2. **Solidus,** i, plaga; *bot, ütés.* Germ. Stockhieb. Jók. Epp. I. 167. Vellem, quod accepisset quinquaginta *solidos* = bár ötvenet kapott volna keményűl.

Soliloquium, (Du C.) sermo intimus, inter se dicere; *magánbeszéd.* Selbstgespräch. Száz. XV. 413. Fej. V. II. 412. Rák. Ön. 149. Cf. Augustin. Soliloqu. 2., 7. fin.

Solipsismus, i, proprietas et ratio agendi eius, qui solius ipsius commoda curat et sectatur; solipsismus (solus + ipse) idem est ac Egoismus; *önzés.* Vern. Psych. 455. Quodsi amor exclusive ad nostrum ego referatur: egoismus, *solipsismus,* in vanitate vel superbia vel proprii commodi studio fundatus oritur.

Solipsista, æ, solum se ipsum extollens; *egyedeskedő.* Nagy Hier.

Solisequus, 3., qui solem sequitur, dicitur de plantis, quæ ad solem folia convertunt; *napraforgó.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. III. p. 43.

Solitio, *a lóra való felugrás.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 250. antiqui eo adminiculo stapedes non utebantur, sed saltu coniiciebant se in equos unde exercitium insiliendi in equos, quod *Solitio* dicebatur, non tantum a tyronibus verum etiam a stipendiariis districte semper exigebatur.

Solitior, solito maior; *nagyobb, tüzetesebb.* Batty. Leg. III. 455. an. 1446.

Solium, sal (Saal) Dief. (Du C. 3. solarium, camera); *terem.* Schläg. 1053.

Solius, duntaxat; *csak.* Batty Ger. 26. et passim.

Sollemnisare, (Du C.) V. *Solemnizare.* Pel. Dom. adv. s. I. c. 3: Ecclesia eos non *sollemnisat.*

Sollemnisatio, festum sollemne (DuC.); *ünnepélyesítés.* Pel. In cena Domini s. II. c. 4: Olei consecratio fit in cenæ *sollemnisationem.*

1. **Sollicitator,** executor, exactor; *adóbehajtó.* It. sollecitatore. Jókai Régi jó Tbl. II. 5. Egy hónap alatt ugy ismerte már a miniszterek, kamarások s titkos tanácsosok bejárásait mint egy husz esztendeig szolgált *sollicitator* és rettegésben tartott minden embert. Magy. Tört. Eml. XXX. 102. an. 1567.

2. **Sollicitator,** qui fundationes ecclesiasticas in capitulo administrat; *a káptalanra bizott egyházi alapitványok gondviselője.* Kon. Egyh. 302. Cher. Jus. Eccl. I. 268.

3. **Sollicitator,** concitator; *fölkelésre inditó, lázító, bujtogató.* Szék. Okl. II. 167.

Solliciter, anxie, sollicite, vix; *bajosan, gonddal.* Fej. T. XI. V. Un. 275. meritis *solliciter* enactis.

Sollidare, (Du C. solidare) confirmare, ratum facere; *megerősiteni.* Ljub. Mon. Sl. XXI. 443. an. 1452: debeant... examinare rationes... *sollidando* illas usque diem, quo illas videbunt. Fej. X. 3. 160.

Solliper, mendose pro: *sellipar* quod vide. Cod. Dip. And. V. IV. p. 322.

Solœcissare, solœcismo uti; *nyelvtan ellen hibát elkövetni.* Rep. Cast. p. 73: Adiectivum et Substantivum genere non cohærere insolens, apud te credo consuetum, qui non uno modo solœcus es, neque uno errore *soloecissas.*

Solœcus, 3., *(σόλοικος),* dicitur de eo, qui sermone corrupto utitur, incultus, rusticus, durus; *hibásan beszélő, müveletlen, durva.* Leges Schol. Schem. 23. oratio et scriptio eorum seu argumentorum compositio sit latina, non barbara nec impune nimis *solaeca.*

Solotenus, (Du C. quasi ad terram prostratus) funditus; *földig.* Verancs. IV. 100. Jaurinum quoque, si poterit, capiat et retineat, sin minus, exscindat *solotenus.*

Solsequum, solsequium, Helianthus annuus (Linn.); *napraforgó.* Schläg. 899. *apró málva.* Beszt. *katáng.*

Soltetus, V. *Scultetus.* Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 517. *Soltetos* vero cum Juratis volumus omnia iudicia iudicare.

Soltuzus, i, vici magister; prætor rusticanus (scultetus); *soltész.* Száz. XV. 573.

Solucio Boum, apud Siculos. V. *Signatura Boum.* Szék. Okl. III. 166.

Solucionalis, in pecunia præstandus; *fizetési, kielégítési, pénzbeli.* Cod. Zi. I. 605. *solucionalis* satisfaccio.

Soluphtarus, Soluphtuarius, i, *custos corporis Sultani* (magis strenuus); *a Sultan testőre* (elszántabb). Adelm. De orig. Turc. 11. Maior tamen pars eorum (Spahioglanorum) post annos pubertatis custodes corporis imperatoris efficiuntur. Itaque hi, qui minus strenui apparent, retinent pristinum nomen et dicuntur Spahioglani, magis autem strenui *Soluphtuari* appellantur; cum igitur imperator iter facit, est stipatus nudique catervis horum custodum in una etiam parte sunt Spahioglani, qui sunt circiter mille et sexcenti, in alia parte sunt *Soluphtari,* qui sunt circiter quingenti.

Solustenens, qui solus tenet imperium; *egyeduralkodó.* Ger. Alleinherrscher. Star. XVI. 245. an. 1597. nos, magnus dominus et magnus princeps... *solustenens.*

Soluta, æ, femina cælebs; *szabad, hajadon.* It. soluta. Gall. non mariè, libre. Ger. ledig, frei. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 104. tu defectu natalium, quem de presbitero genitus et *soluta* pateris.

1. **Solutio,** actus solvendi manus e ligaturis, quibus rei tempore examinis ferri candentis ad devitandam fraudem ligatæ erant; *kézoldás.* Kandra Reg. 214.

2. **Solutio,** fusura, conflatura, (Du C. al. s.); *oldás.* Kol. Cod. 7. *Solutio* est rem non fusibily in fluentem resolvatio.

Solutio indebiti, V. *Indebiti solutio.* Törvt. Msz.

Solutio per syngraphas publicas, solutio tesseris, quæ cavent de versura publica; *állami adós kötvényekkel való fizetés.* Tilgung mittelst der Staats-Schuldscheine. Törvt. Msz.

Solutionalis, solutionem pecuniæ præcipiens; *fizetésit meghagyó, elrendelő.* Cod. Zi. Vol. V. 114: salvis... litteris nostris iuramentali ac *solutionali* et obligatoriis, iuxta quarum continentias dicti nobiles... certas solutiones pecuniarum... coram nobis facere deberent.

Solutor, (Du C.) debitor, qui ad solvendum obligatur; *fizető.* Art. D. 1840. p. 73. Cf. Tertull. adv. Marc. 4., 17.

Solutorium Officium, munus quæstoris, tribuni ærarii; *fizető hivatal, pénztár.* Irodt. Közl. VII. 1. p. 96. Kass. P. P. I. 240. salarium... penes gremiale *solutorium officium* assignatum.

Solvamentum, ius solutionem exigendi. V. s. *Cordia; pénzbehajtási jog.*

Solvere aliquem, negare; *megtagadni.* Batty. Ger. 35. hoc facto Jesum *solvunt,* id est negant.

Solvere iudicium, iuri stare; *törvényt állani.* Ger. vor Gericht stehen. Kandra Rep. 244. Abbas cum deberet iurare et *solvere iudicium.*

Solvere rippam, solvere pro usu rippæ; *tengerparti díjt fizetni.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 31 an. 1420: tragurienses non *solvant rippam.*

Solvere sclopum, telum emittere; *elsütni a puskát.* It. tirare. Ger. abfeuern das Gewehr. Series Ban. p. 206. *soluto* opportune *sclopo.*

Solvilumbus, 3., qui lumbos solvit; *ágyéklankasztó, ernyesztő.* Vern. Met. II. 218. O quam horrendi calculus et *solvilumba* podagra tot miseris mortalibus sunt tortores.

Solya, (caliopides) solea lignea; *fapapucs.* Tör. Tár. 1889. p. 378. unum par caliopidum seu *solya* bene dispositum.

Somalczum, vitrum metallicum; *zománcz.* Ger. Schmalz, Email. Tör. Tár. 1890. p. 368. unam pelium (fors. pelvim) vitream cum *somalczo* et cristallo ac argento.

Somarius, Somerius, i, (Du C. s. *sagma)* iumentum sarcinarium; *teherhordó állat, szamár.* It. somiere, somaro. Sl. somár. Ljub. Mon. Sl. XXII. 66. an. 1455: qui laborabunt cum persona et *somerio,* habeant soldos quinque in die. Fej. IV. 1. 422. quædam stationes solventur et reparantur et super *somarios* deferuntur.

Somaticus, 3., ad *σῶμα,* corpus pertinens; *testi.* Bene Med. I. 40.

Somentum, opertorium; fors. e lat. *fomentum.* Ger. Bettdecke. Quel. Sieb. I. 315. an. 1508.

Somnambulatio, ambulatio ægri, qui dormiens omnia vigilantis in Somno noctu peragit; *alvajárás.* Vern. Psych. 497. atque sic lusum *somnambulationis* producant... Psychica *somnambulationis* remedia in eo consistunt...

Somnambulismus, i, morbus noctu ambulantis vel lunatici, lunambulistæ, lunambulismus, nam morbum hunc antea efficientiæ lunæ tribuere, adscribere solebant; *alvajárás.* Vern. Psych. 488. Ad memorabiles naturæque adversos facultatis imaginandi status pertinet etiam *somnambulismus* seu ex partiali Somno et vigilia compositus hominis status cum externis actionibus in vigili duntaxat statu perfici solitis connexus.

Somnambulo, onis, noctu ambulans, qui in somno partes vigilis, vigilantis agit; *alvajáró.* It. sonnambulo. Vern. Psych. 488. Atque ex hinc accuratæ illius suscipiendarum actionum determinationis et mirabilis motuum securitatis, quam in *somnambulonibus* observare licet, ratio repetenda venit.

Somniculum, demin. ex somnus. Text. v. sub *Jesulus.*

Somnificatio, actus sopiendi, consopiendi; *elaltatás.* Star. XXV. 22. an. 1657: simplicissimæ personæ talis qualis *somnificatio.*

Somnulus, demin. ex *somnus.* Textum v. sub *Jesulus.*

Somnus, summus; ad somnum pro: *ad summum; legfölebb.* Tör. Tár. 1889. p. 373. Item pinta aceti boni et acerrimi *ad somnum* vendatur d. *iiij.*

Somnus brumalis, hyemalis nox, quæ longa esse solet; *téli est.* Jan. Pan. Poëm. I. 42: *Brumales* hæc tibi *somnos* Contrahat et multum, membrana absumat olivum.

Sona, pro: Zona: funiculus (Du C. al. s.); *zsinór.* Kronst. III. 421.

Sonancia, æ, sententia, argumentum; *tartalom.* It. tenore. Passim.

1. **Sonare,** agere (Du C. al. s.); *szólni.* Ger. handeln. Reg. Mil. an. 1728. p. 31: cum dictus §. non de Militia in corpore *per Marschus* sed de singillatim uno... *sonet.*

2. **Sonare,** (alcui) pertinere ad aliquem; (a Germ. lauten); *szólni (valakinek).* Kass. P. P. I. 215. Designatio Dicasterii inferioris, *cui* Decretum *sonat.*

Sonare in gurgis, agitur de vita; *nyakáról van szó.* Georg. Sirm. I. 278. Hic cumque *sonuisset in gurgis* Regis Joannis, mox velle nolle precursorem misit iterum ad Kazon vajda.

Sonat bene ad fucum, verbis speciosum esse; *elámitásra jól hangzik, mézes madzagot húz valakinek a száján.* Frak. Mát. lev. II. 142: Misit paternitas... nobis breve... quod *bene sonat ad fucum,* sed de preteritis... non est in eis aliqua expressio facta.

Soncia, æ, adeps. V. s. *Callegarius; háj.* It. songia. Ger. Schmeer.

Sonetta, æ, carmen tetradecastichum; *szonett.* It. sonetto. Greg. Aesth. 119. quo spectant præterea Cantio romantica (Italis Canzone) et *Sonetta* lyrica est enim etiam didactica.

Sonettum, i. V. Sonetta. Obs. Jadr. 399. fiunt per vicos mirabilia modulamina vocum hymnorum et *sonettorum* cum tubis et lyris miscunt suaves melodias.

Sonnaleum, tintinnabulum (Du C. sonalium); *csöngetyü.* It. sonnaglio. Ljub. Mon. Sl. V. 4. an. 1403: due austures . . . donentur . . . comiti fulcitis zetis et *sonnaleis.*

Sonorositas, sonus clarus; *hangzatosság, csengőség.* Tkal. Mon. Civ. Zag. I. 292. an. 1380: cantus lamentabili *sonorositate.*

Sonorosus, 3., (Du C.) ψοφώδης, strepens; *zajos, lármás.* Pel. De S. virg. et vid. s. VI. c. 6: Mulieres sunt *sonorosae* loquacitate.

Sonzia, V. *Soncia.* Ljub. Mon. Sl. I. 195.

Sopha, æ, lectica lucubratoria, grabatus; *kerevet, pamlag.* Ger. das Sofa. Tör. Tár. 1887. p. 743. *sella,* quam *sopham* vocant.

Sophisticare, (Du C.) corrumpere, adulterare; *meghamisítani.* Pel. De S. Joan. s. III. c. 4: Non auctoritate Regis sed furtivæ factæ monetæ non habent valorem; sicut est in florenis *sophisticatis.*

Sophisticatio, captio dialectica (Du C. adulteratio); *álokoskodás.* It. sofisticheria. Han. Hist. Eccl. p. 102: quo factum, ut cum mascule omnes . . . *sophisticationes* elusissent . . .

Sophos, (Du C.) acclamatum in theatris; *taps. Éljen.* Ger. Bravo. Száz. VIII. 166. Cf. Martial. 1., 50. 67., 77. 3., 46. Petron. Sat. 40., 1. Sidon. Ep. 9., 13. in carm.

Sopire causam, deponere causam; *a pert letenni.* Hajnik Perjog. 412.

Sopitivum, soporiferum; *altató.* It. soporifero, sonnifera. Wagn.

Soporosus, 3., somniculosus; *álmos.* Bene Med. I. 89.

Sora, (fors. pro ψώρα), scabies; *rüh.* Bene Med. II. 254.

Sorbellinus, 3., (arbor). V. *sorbellus.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 155. et iuxta viam in latere montis sub arbore *sorbellina* est meta terre.

Sorbellus, sorbus, i; *berkenyefa.* Ger. Arlesbeerbaum. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 37. in fine vinearum Nempty prope arborem *sorbelli.* Schläg. 1543.

Sorbilis, quod sorberi potest; *szörpölhető.* Bene Mod. IV. 246. Increscentibus ventriculi viribus commendamus *ova sorbilia,* carnes teneras et coctas et assatas. Cf. Cels. 2., 18. med. Petron. Sat. 33., 5. Colum. 8., 17., 13.

Sorbonnista, æ, assecla scholæ Sorbonnensis. (Heyse Sorbonne: ehem. ein Hauptcollegium der Gottesgelehrten zu Paris und die dazu gehörigen Gebäude); *a Sorbonne követője.* Fabó. Monm. Evang. II. 144. Ex sententia enim *sorbonnistarum* parisiensium lojolitæ magis ad destructionem quam ædificationem inclinati sunt.

Sordidulus, dimin. a Sordido. V. s. *Comptulus; egy kissé piszkos.* Cf. Juvenc. 3., 149.

Sordities, (Du C.) sordes, sorditudo, spurcitia, avaritia. V. s. *Smuciditas; piszok, fösvénység.* Cf. Fulg. Mythol. 2., 16.

Soror, (Du C.) virgo sanctimonialis; *testvér, apácza.* It. suôra. Cod. Dip. Arp. Cont. X. 6. *sorores* seu *sanctimoniales* de Insula Virginis gloriose.

Sororgia, (Du C.) uxoris soror; *a feleség nőtestvére, sógornő.* Nagy Hier.

Sororgius, Sororius, Sororinus, (Du C.) sororis maritus; *a nővér férje, sógor.* An. Sc. IV. 86. Nagy Hier.

Sororiarii, Presbyteri v. Episcopi, qui ab uxoribus abstinebant vitamque cum eis tamquam sororibus degebant. (Cf. Du C. s. *Sorores); nejeikkel csak mint testvérekkel élők.* Alv. Dip. Patr. III. 2. an. 1237.

Sororiarius, i, affinis, affinitate coniunctus; *sógor.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 44. hac causa adiuvabunt eorum *sororiarij.*

Superinfeudatio, esetleges iktatás a hűbérbe. Vuch. Jur. Feud. 144. Investituræ simultaneæ proxime iuncta est investitura eventualis, dum feudum alteri successionis causa constituitur in eventum, si dominu fuerit apertum... Occurrit sub variis nominibus *Investitura in casum successionis. Investitura de feudi caducitate, Investitura abusiva, Superinfeudatio,* ein gelehnt Geding, a conditione illa aperturæ, sub qua conceditur.

Superinfusio, actus superfundendi; *ráöntés, elöntés.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. II. 136.

1. **Superinscribere,** superscribere, suprascribere; *fölibe irni, ráirni.* Rák. Ön. 113. I. 8—11. (9.)... Vere mentitus sum dicens literas mihi demonstratas, quibus nullus *superinscriptus* fuerat titulus regi Vilhelmo Angliæ scripsisse, ab ipso Longuevallio dictatas et compositas...

2. **Superinscribere,** (Du C.) superscribere) pignori capere, titulum prædio adscribere; *betáblázni.* Ger. intabuliren. Arch. Rák. IX. 385. Kass. Jur. Civ. I. 196. Kövy El. 477.

Superinscriptio, actus pignoris capiendi; actus titulum prædio inscribendi; *betáblázás.* Kövy El. 469. Processus ad *superinscriptionem* et ex superfluitate fundi contra illum, qui a debitore bona in pignus emit movendos, excogitare, quod asserere contra communem sensum et usum esse videtur. Proj. Leg. Civ. 269.

Superinscriptionalis processus, V. *Processus ad superinscriptionem; felülfizetési per.* Törvt. Msz.

Superinspectio, summa alicuius rei cura; *felsőbb felügyelet.* Reg. Turm. Præt. 36. *Superinspectio* in studiis et gymnasticis Exercitiis Primario Locumtenenti defertur. Kass. P. P. I. 30.

Superinspectio sylvarum, summa cura sylvarum; *erdőkre való felvigyázás, felügyelet.* Art. D. 1840. p. 23.

Superintendens, (Du C.) præfectus inspiciendis curatoribus; episcopus (aug. conf.) Bel. Geogr. Comp. 502. Wagn. et passim.

Superintendentalis, ad superintendentem pertinens; *superintendensi, püspöki.* It. di sovrintendente. Ger. Superintendent... Hist. Eccl. Ev. 264. qui hodie in Tabulario *Superintendentali* Leutschoviæ asservatur.

Superintendentia, æ, (Du C. superintendentis munus) societas cœtuum sacrorum ab uno superintendente administratorum, superintendentia in Ecclesia Evangelica idem est ac in Catholica Episcopatus. *szuperintendencia, evang. püspökség.* Hist. Eccl. Ev. 280. Coordinatio Rei Religionaris Ecclesiasticæ *Superintendentiae* A. C. Add. Evangel. Tibiscanæ per Gregorium Berzeviczy elaborata.

Superintendentialis, V. *Superintendentalis.* Hist. Ecc. Ev. Præf. Consului Protocollum Visitationis *Superintendentialis;* et passim.

Superintendere, custodire, servare, curare; *felügyelni.* Sup. An. Sc. II. 389 an. 1551: reparationem viarum... *superattendant.*

Superinvestitio, iusto plus, amplius erogare; *fölül való beleruházás.* Germ. Mehrausgabe. Kövy El. 765. Communis Debitoris bona ante Executionem ingressus Creditor licite opponet; ex Prælatione vel ad *Superinvestitionem* aut ex superfluitate fundi debebat citari.

Superinvisibilitas, naturæ invisibilis supremus gradus; *legeslegnagyobb láthatatlanság.* Batty. Ger. 281.

Superior, qui præest ordini; *főnök.* It. superiore. Beng. Ann. Er. Cœn. 569. Reverendo Patre W. S. sacri eius loci *Superiore.* Tör. Tár. XIII. 45.

Superior locumtenens, subcenturio superior; *főhadnagy.* Irod. tört. közl. X. 1. f. 93. lap. *superior locumtenens* (főhadnagy) penes statum militarem cautionem 3000 fl. in moneta conventionali deposuit (duxit Annam).

Superioratus, us, summa dignitas (in monasteriis) (Du C. al. s.); *főnökség.* Germ. Superiorat. Beng. Ann. Er. Cœnob. 214. Demum ad Claromontanum *superioratum* ordinatione Maiorum dum venisset.

Superiorissa, sacrarum virginum antistes; *főnöknő.* Cher. Jus. Eccl. II. 61. Siquidem Moniales velut corpus ecclesiasticum considerentur ac sicut Religiosi regulis suis disciplinaribus coalescant et regantur: harum quoque Superiores commemorandas esse dubio vacat. Superiores vero harum dicuntur Abbatissæ, Priorissæ, *Superiorissae* et Matres. Tör. Tár. XIII. 54. Beng. Ann. Er. Cœnob. 367.

Superioritas, magistratus, qui præsunt alicui rei; *elöljáróság.* Germ. Vorstände. Obrigkeit. Cod. de Delict. 312. obligatio itaque delicta, eorumque auctores detegendi, ad Magistratus publicos et locorum *superioritates* restringenda videbatur. Georch. H. T. IV. 280. Lzb. Cod. Med II. 438. Tör. Tár. IX. 180. Jogt. Eml. II. 2. p. 38. Star. VIII. 2. an. 1772.

Superista, æ, (Du C.) æedituus (gr. ὑπερίστης); *egyházfi.* Ger. Kirchendiener. Nagy Hier.

Superlativus, nimius, omnia excedens; (Du C. optimus, præstantissimus); Obs. Jadr. 402. de cuius navigii abstractione ille Capitaneus pariter cum patriotis *superlativum* dedecus eis per inimicos fore factum ascribunt.

Superlaudatio, laus eminens; *kiváló dicsőités.* Batty. Ger. 5.

Superlaus, laus eminens; *kiváló dicsőités.* Batty. Ger. 5.

Superlecticia, pro: *Supellectilia; bútor, holmi.* End. p. 583. (Synodus Budensis an. 1279): 41. prohibetur... ne *superlecticia* sacerdotis propria... in ecclesiis reponantur.

Superlectilia, supellectiles; *házi butorzat.* Thök. Diar. 213. si kuruczones ad nos pervenire fecerit, nostras domos, *superlectilia,* et omnia quæque habemus, kuruczonibus relinquemus et fugemus.

Superliminare, is (Du C. ὑπέρθυρον) fores, limina; *ajtóküszöbfölötti rész.* Gall. entrée de maison. Szerdah. Celebr. II. p. 36: huius fundatorem demonstrat cronographicum in *superliminari* scriptum.

Superlucrari, reponere, superesse aliquid; *megtakaritani.* Kronst. III. 151. an. 1542. pecuniam *superlucratus* fuerat.

Superlunaris, qui est super lunam; *holdfölötti.* Szentiv. Cur. Misc. 69. Cum Cometæ alii sint Cœlestes seu *superlunares;* alij vero Elementares seu sublunares, necesse esse ex alia illos, ex alia vero hos, materia generari.

Supermanere, remanere, restare, superesse; *fennmaradni, megmaradni.* Rák. Ön. 130. l. 11—12. (11.): Non mihi *supermansit* amplius captivitatis et castigationis tuæ memoria.

Supermirabilis, V. *Superadmirabilis.* Pel. Pom. L. VII. P. I. Art. I.: Nec ab evangelistis texitur quicquam de eius vite historia ... nec de gloriosis actibus et gestis *supermirabilibus.*

Supermundanus, 3., humanas vires excedens; divinus (Tertul. supermundialis); *emberfölötti.* Batty. Ger. 31. *supermundanum* vaticinium.

Supernalis, supernus; *fölötti.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 366.

Supernatantia, æ, reliquum, residuum (a germ. Überfluss); *fölösleg, maradék.* Pfahl. Jus. Georg. II. 76. in qua 214 iugerorum *supernatantiam* ad allodiaturam applicari (curialisari) admittebatur. Kass. Jur. Civ. I. 89.

1. **Supernatare,** remanere; *felülmaradni.* Ger. übrigbleiben. Pfahl. Jus. Georg. II. 27. In casu ultimo ante omnia defectus si quis aderat vel per Dominum Terrestrem, si voluit, vel vero ex fundis *supernatantibus* compensandus erat.

2. **Supernatare,** præponderare, superare; *felülmúlni.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. III. 13. Rubri fiunt (flores), in quibus aqueo et terreo *supernatat* terreum incensum.

Supernaturalis, mirabilis, superans naturam; *természetfölötti.* Arch. Rák. I. 382. egy Görögöt láttam, a ki az égő szenet úgy ette, mint egy darab kenyeret és az lángoló szurkot mint valami jóizű levest stb. Ugyanezen a vásárban láttam egy anglus lovat, az ki külömbnél külömb *supernaturalis* dolgokat cselekedett.

Supernaturalista, æ; *a természetfölötti dolgokkal foglalkozó.* Imre Phil. 457. Illi, qui Deum esse indicem sui et per revelationem immediatam innotescere ideoque ad probandam eius existentiam aliis argumentis opus haud esse asserunt, quive *Supernaturalistae* dicti sunt.

Supernaturaliter, modo fines naturæ excedenti: *természetfölötti módon.* Pel. Pom. S. de Temp. Dom. T. Adv. s. III. c. 5. *Supernaturaliter* fiet, quod tua vox a remotioribus partibus audiatur. Pázm. Dial.

Supernumerarius, 3., (Du C.) numerum excedens; *számfeletti, tiszteletbeli.* It. soprannumerario, onorário. Kass. P. P. I. 238. si cuipiam officium *supernumerarii* Assessoratus conferatur ... munus vel officium *supernumerarii* seu *honorarii* Assessoris. Reg. Turm. Præt. 121. Diar. Com. 92.

Superoptimus, eminenter optimus; *legeslegjobb.* Batty. Ger. 25. *superoptimus* dicitur descendisse in hortum.

Superpelliceum, (Du C.) Vestis linea, manicata ita appellata, quod teste Durando in Ration. I. 3. cap. 1. n. 10 antiquitus super tunicas pellicias de pellibus mortuorum animalium factas induebatur: *hosszú ujjas ruha.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 157. Ut Canonici in nigris cappis vel albis *superpelliceis* ad Divina officia celebranda conveniant ... Pel. Pom. In vig. Nat. c. 2.

Superpellicium, V. *Superpelliceum.* Cod. Dip. Arp. Cont. I. 40 et passim.

Superpelliciati, Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. 1. p. 195. Fuere quoque olim in Hungaria Ordines bini Canonicorum Regularium S. Augustini: Unus eorum, qui *Superpelliciati* dicti sunt, horum antiquissima Præpositura putatur fuisse Præpositura S. Ladislai de Develich, quæ viguit Anno Christi 1292. Fej. X. 2. 375.

Superplenus, 3., plenissimus; *telidesteli.* Pel. Pom. L. V. P. I. Art. I. c. 4: O femina plena et *superplena* gratia.

Superpondium, i, supplementum, additamentum, appendix (Du C. auctarium ponderis); *adalék, toldalék.* Wallaszky. 34. *Superpondium* de Feudis Hung.

Superportirus, velum super portam; *ajtófüggöny.* Gall. portière. Arch. Rák. VIII. 332. Cortinæ parietibus affixæ vulgo Spalier semisericeæ, rubro et albo colore distinctæ, flammatæ Nro. 6. cum *superportiris* ex eadem materia tribus.

1. **Superpositus,** præpositus; *főnök.* Batty. Leg. T. II. 48. an. 892.

2. **Superpositus,** i, idem ac *Supracomitus* q. v. (Du C. al. s.) Ljub. Mon. Sl. XI. 4. an. 1306: *superpositus* sive nauclerius.

Superprincipalitas, natura, quæ omnia a principio superat: *legeslegelső lét.* Batty. Ger. 281.

Superprotensus, 3., extensus super aliquam rem; *valami felett kiterjesztett,* Pel. Pom. L. I. P. I. Art. I. c. 2: Næ linealiter nasus cum linea gene facit: h, oculus iuxta facit: o; et *superprotensum* supercilium quasi titellus secat literam hō, et hec quoad utramque partem.

Superraducere, subducere; *felvontatni.* Star. XVI. 3. an. 1683. tormenta ... quæ ... contra nostros *superraduxerat.*

Supertenuitas, natura omnia tenuitate superans; *legeslegnagyobb finomság.* Batty. Ger. 281.

Superregius, 3., reges superans; *királyokat felülmuló.* Pel. In. Nativ. Dom. s. VII. c. 8.: (Puer Cristus) est progenies altissima et *superregia.*

Superrevidere, recensere; *felülvizsgálni.* It. revidere, riscontrare. Ger. Ueberprüfen. Jogt. Eml. T. II. 2. p. 49. rationes.... *superrevidebit.* Art. D. 1840. p. 43.

Superrevisio, onis, recensio; *felülvizsgálat.* It. revisione. Ger. Revision. Ueberprüfung. Jogt. Eml. T. II. 1. p. 61: extunc liceat judicium pro *superrevisione* ... provocare. Diar. Com. II. 74.

Superrevisio inspectionis mortuorum, spectationis mortuorum invigilatio; *a halotti kémlés felülvizsgálása.* Bene. Pol. m. 282.

Superrevisoria oculata, revisio, recognitio, oculis perlustrare; *felülvizsgálati szemle.* Ger. Uiberprüfungs-Beschau. Opin. Deput. 38. Pro *superrevisoria oculata,* dum totus Magistratus in pleno ad faciem loci exit, non alias, quam erga expressum unius, aut alterius Partis petitum determinanda, toti Senatui 20 fl.

Superrevisorium forum, supremum iudicium recensendis causis; *felülvizsgáló törvényszék.* Art. Diæt. Pos. 46. ipse deinde in ultimo *superrevisorio Foro* triumphaverit.

Superscaturire, superfluere, exundare; *kiáradni.* Bod. Hist. Eccl. I. 26.

Superscripcio, Superscriptio, inscriptio; *felzet, hátirat.* It. rubrica. Ger. Überschrift, das Rubrum. Cod. Dipl. Pat. T. I. p. 381: quorum *superscripcio* a tergo talis erat. Wagn. Cf. Schol. Iuven. 6, 123; Hilar. in psalm. 63, 1.

Superscriptum, i, inscriptio, index; *felirat, czim.* Ger. Ueberschrift, Aufschrift. Fej. P. XI. V. Un. 192. *Superscriptum:* Pro Georgio contra Domina Dorothea vocatam.

Supersedere, ascendere (equum); *felülni (lóra).* Georg. Sirm. 1., 214. Et iterum unum equum asellatum duxerunt et *supersedi.*

Superseminare, inseminare; *elvetni.* Olt. Act. Synod. 40. in quo inimicus homo *superseminavit* Zizania. Passim ap. Script. Ecclesiasticos.

Supersensibilis, suprasensualis, qui sensus eorumque facultatem superat; *érzékfölötti.* Vern. Met. II. 126. unde eam (naturam) etiam in sensibilem aut *supersensibilem,* intelligibilem aut intellectualem dividunt.

Supersolvere, plus solvere, amplius numerare; *felülfizetni, ráfizetni.* Kass. Jur. Civ. II. 144. Si præter Bona in Cambium data ad compensandam inæqualitatem aliquid adhuc *supersolvi* vel res aliqua mobilis superaddi deberet. Kövy El. 341.

Superstaberit, præfuerit; *élén áll.* Vjestnik I. 196. an. 1289. que ex ipsis *superstaberit* ad opus, illa habeat duas partes.

Superstans super beccharriis, qui invigilat macellis; *mészárszékfelügyelő.* Han. Mon. Jur. II. 50. an. 1312.

Superstatuere, insuper statuere; *azonkivül rendelni.* Fej. X. 3. 193: decreto unanimi sanximus, statuimus et *superstatutum* fecimus, ut.

Superstes, (Du C.) præfectus; *főnök.* V. s. *Cathona.*

Supersticium, superficies (Du C. al. s.; *felület.* Kuk. Jura. I. 235. an. 1496.: in ... medio *supersticio,* campo ... rubicundo.

Superstructio, quod alicui superstruitur; *felül való épitmény.* Tör. Tár. 1888. p. 552. ceu fundamento suo innituntur ceu *superstructiones* reliquæ deinde subsecutæ legationes.

Supersubstantialis (panis); *lényeget növelő.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 340. *supersubstantialis panis.* Per quotidianum panem intelligitur cibarius, frugalis et vulgaris panis, per *supersubstantialem* autem talis, qui ad substantiam seu naturam nostram fovendam requiritur, sufficit et necessarius est.

2. **Supersubstantialis,** superans substantiam; *lényegfölötti.* It. soprassustanziale. Fej. I. 176. Trinitatem sanctissimam *supersubstantialem* substantiam hoc quidem, quod omnem substantiam Deo decenter supergreditur.

Supertunicale, (Du C.) vestis, quæ tunicæ iniicitur gr. ἐπενδύτης; *felruha, felöltő.* Knauz. M. E. Str. 1., 280., 326.

Supertunicalis, tunicæ injectus, su-

per tunicam gestari solitus; *felöltő, felső.* Fej. III. 2. 269. item filiæ sororis meæ similiter tunicale de scarlato, foratas de pellibus variis et pallium *supertunicale.* Cod. Patr. VIII. 20.

Supervacaneitas, quod supervacuum est; *fölösleges dolog.* Moln. Patv. 39.

Supervenientia, æ, *utólagos törvény elé jutás.* Proj. sanct. Crim. P. II. Tit. VI. Art. I.: *Supervenientia* est remedium parti per absentiam convictæ concessum, beneficio cujus a die publicatæ sententiæ intra octiduum penes sufficientem absentiæ legitimationem a competente judice medio supplicis libelli Inctus petere potest, ut ad suscipiendam defensionem admittatur.

Superventus, us, (Du C.) incursio; *betódulás.* Tör. Tár. 1881. p. 481. *superventus* maris.

Supervigil, summus custos; *felvigyázó.* Gall. surveillant. Germ. Oberaufseher. Kov. Jur. Tav. 208 iudex et iurati cives debent adhibere scrutinium, per vigiles et *supervigiles,* quia per tales maximum consuevit oriri periculum.

Superviolentus, 3., valde violentus; *igen dühös.* Kov. Form. St. 37. quæ inter ipsos contigissent usque modo specialiter ratione deturpationis infamiæ contra dominam N. Sororem eiusdem C. *Superviolenta* oppressione sua laboranti lis et contentio mota fuisset.

Supervivere, (Du C.) vitā superare, superstitem esse; *meg-, túlélni.* Ger. überleben. Star. VIII. 124. an. 1748 annos quam plurimos *supervivere.* Cf. Justin. 28., 3. Plin. Ep. 2., 1., 2.; Florus 2., 2., 14.

Supine, ap. script. med. et sequ. ætatis invenitur, sed omnibus locis translate. H. l. proprio sensu. It. supino; *fent, hanyatt.* S. de Kz. Chr. I. 4., 4. ex eius naribus *supine* dormienti (quum supinus dormiret) sanguis est egressus.

Supitza, dem. ad *subam; subicza.* Mon. Com. Trans. II. 69. an. 1556. De tunica duplicata *supitza.*

Suppa, fors. idem quod *Zupa, Zuppa,* apud Croatas: regio aliqua habitata. V. Text. sub *Supparius.*

Supparius, i, Suppæ incola; *kerület lakója.* Fej. X. I. 91. singulis quatuor temporibus anni singulos sexingentos florenos ad computum iam dicti salary de Suppis nostris de Bohna per *supparios* nostros præsentes et futuros dari et integraliter persolvi tali interposita conditione.

Supplantare, prodere (Du C. evertere); *elárulni.* Rák. Ön. 113. sic homo, qui edebat panem meum, *supplantavit* me.

Supplebilis, qui suppleri potest; *helyettesíthető.* Faber. Jur. Met. 92. Illi dumtaxat fodinales, Ustrinales et monetarii operarii, qui plurium annorum exercitio semet excolendos habent, proin non facile *supplebiles,* non vero vulgares, præter extremæ necessitatis casum eximantur.

Supplementales Copiæ, V. *Reserva.* Diar. 1802. p. 111.

Supplementaris, ad supplementum pertinens; *kiegészítő.* Fej. X. 3. czim. Tomi X. Volum 111. *supplementare* et ultimum.

Supplens, in locum alicuius substitutus; *helyettes.* Száz. XIII. 86.

Supplentes officiorum, partes alicuius sustinentes; *helypótló, helyettes.* It. supplente. Kass. P.P. I. 28. *Supplentes officiorum* vocantur officii Supremi Comitis Administratores.

Supplere aliquem, partes alicuius sustinere; *helyettesíteni, helyét kitölteni.* It. supplire. Wagn. Cf. Sen. Hipp. 663.

Suppletatio (tyronum annua), actus supplementi scribendi; *ujonczozás.* Diar. 1802. p. 100.

Suppletorie, supplementi loco; *pótlólag.* Knauz. M. E. Str. I. 11. Art. D. 1840. p. 20.

Suppletorium, nude pro: iuramentum suppletorium; *pótoló hit (eskü).* Georch. H. T. IV. 152.

Suppletorius, 3., in supplementum, additamentum. Textum v. sub *Juramentum suppletorium*; *pótló, pót...* Numi Hung. 141.

Supplicans, discipulus ad colligendas eleemosynas missus; *kéregető, gyüjtésre kiküldött diák.* Ker. Nap. 378.

Supplicare, cum Acc. pro Dat.; *könyörögni.* Szend. Misk. tört. III. 35. an. 1325. ad nostram accedentes præsentiam *nos* humiliter *supplicarunt.* Passim ap. Iurisconsultos et Ammian.

Supplicatio, (Du C.) libelli supplices; *kérvény.* It. supplica, petizione. Wagn.

Supplicativus, 3., supplex; *könyörgő.* Cod. Dip. Hung. And. Vol. V. 239., 29. ad vindicandum ipsius fratris nostri sangvinem innoxium suam propriam *supplicativam* (epistolam) ad ammonicionem transmisimus.

Supplicatorie, supplicantium modo; *alázatosan könyörögve.* It. supplichevole. Ger. flehentlich. Pel. Pom. L. VIII. P. II. Art. III. c. 12; Alii sancti solum deprecatorie seu *supplicatorie* tanquam servi dei pro suis meritis habent impetrare pro nobis.

Suppodiare, (Du C. sustinere) hoc loco: niti, inniti; *támaszkodni.* Pel. De S. Nicol. s. III. c. 2: Bos veteranus iugo se *suppodiando* portatur.

Supponere, ponere, sperare; *föltenni.* It. supporre. Ger. voraussetzen, annehmen, supponiren. Wagn.

Supportabilis, tolerabilis; *elviselhető.* Knauz. M. E. Str. II. 106: vix fortissimo etiam viro *supportabili* vitæ ratione.

1. **Supportare,** obire alicuius vices, substituere, sufficere, (Du C. auctore Sambuco ferre onus, et alii parcere); *helyettesíteni.* Ger. substituiren. Jogt. Eml. T. III. p. 396: Quod si vero ob illegitimam absentiam fiscalis per alium quempiam *supportatus* fuerit, diurnum... *supportantis* ex ejusdem salario solvatur. An. Sc. I. 362. an. 1510. quod si aliquis indispositus esset ad Divina peragenda, ex tunc vocans eundem *supportare* debebit in Missa.

2. **Supportare,** solvere, liberare, immunem reddere, (Du C. protegere, favere); *kivenni, felmenteni.* Ger. entheben. D. Ráczk. p. 6: duximus eximendos et *supportandos,* eximimusque libertamus. Jogt. Eml. I. p. 8. Siculi a cuiuslibet tributi... exactione sunt exempti et *supportati.* Szék. Okl. III. 212.

1. **Supportatio,** (Du C.) cura, defensio; *gondviselés, védelem.* Werbőczi. 105. Sciendum hic præterea: quod illi erit omnium causarum et litium contra fratres motarum vel movendarum infra divisionis tempus, *supportatio* (communi tamen sumptu), ad quem literarum ipsarum spectabit conservatio.

2. **Supportatio,** actus solvendi ab aliqua re, immunem reddendi, (Du C. al. s.); *felmentés.* D. Ráczk. p. 13: contra Formam præscriptæ... *Supportationis*... tricesimam exigere... nullatenus præsumatis. Arch. Rák. IX. 41. Fjp. Szám. p. 41. an. 1373.

3. **Supportatio,** actus sustinendi, (Du C. al. s.); *viselés.* Ger. das Tragen. Jogt. Eml. T. III. p. 317. Dari quam plurimos, qui... in *supportationem* publicorum onerum vix aliquid... contribuissent.

Suppositorium, patera alvo exonerando (Du C. al. s.); *székmedencze.* Germ. Leibschüssel. Poor. zsebsz. 164.

Suppositorium subephippiale, stratum; *csótár, nyeregpárna.* Ger. Sattelunterlage. Thök. Diar. II. 333. Unum *suppositorium subephippiale* rubrum, habens annexam pellem ex Karmazino rubro in superficie fl. 3.

Suppositura, æ, stratum, (Du C. al. s.); *csótár.* Gall. couche inferieure. Ger. Unterlage. Thök. Diar. II. 354. *Suppositurae* pro ephippys Turcicæ, in finibus holoserico exornatæ, tineis corrosæ duæ fl. 6.

Suppressor, qui supprimit, celat alqd.; *orgazda.* Art. Diæt. Pos. 77. De Pœna Interceptoribus, Detentoribus, *Suppressoribus* et Violatoribus Literarum Missilium irroganda. Cf. Ulp. Dig. 48, 15, 6 §. 1.

Supprior, (Du C.) qui absente Priore cœtui Monachorum præest; *alperjel.* Fabr. Urk. 126. an. 1500. Beng. Ann. Er. Cœnob. 94. et passim.

Supprioratus, us, munus, dignitas supprioris; *alperjelség.* Ger. Unterpriorat. Beng. Ann. Er. Cœnob. 600. idemque subinde munus cum *Supprioratu* ea tenuit diligentia.

Suppriorissa, æ, (pro: Superiorissa), præposita monialium; *főnöknő.* Pel. Serm. Quedam monialis in morte agonizavit septem diebus maxima infirmitate, que post mortem apparuit *suppriorisse.* Pasch. 20. z.

Suppullulare, pullulare, germinare; *kiütni, kicsirázni, kikelni.* Verancs. VII. 36. Ante VI. annos fere in comitiis Vasarheliensibus mirari non poteram, unde illi motus *suppullularent* contra te.

Supracentus, 3., fors. supra memoratus; *előbb említett.* It. sopraccennato. Ljub. Mon. Sl. III. 294: batillea... II. de *supracentis.*

Supracomitaria, æ, officium supracomiti, præfecti navium; *gályanagyi hivatal.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 128. an. 1433.

Supracomitus, i, (Du C.) præfectus eorum, qui turmis, copiis militaribus navalibus præsunt; *tengernagy.* It. sopracomito. Ger. Obergaleerenvogt. Ljub. Mon. Sl. II. 292. an. 1345: gubernatores ac *supracomiti.*

Supraconsul, summus magistratus Venetiis; *főhivatalnok.* It. sopraconsule. Ljub. Mon. Sl. XII. 203. an. 1415.

Supradeducere, supra enumerare; *előbb felsorolni.* Kuk. Jur. II. 187. Quoniam ex *supradeductorum* confiniariorum emolumentorum Cassam Regni publicam pro exsolvendis militarium Officialium Stipendiis concernentium diminutione fundi contributionalis necessario sequeretur defectus.

Supradictus, supra memoratus; *előbb*

emlitelt. Cod. Dip. And. I—II. pass. Rák. Ön. 125.

Supradistinctus, 3., supra singillatim memoratus; *előbb külön felhozott.* Fej. X. I. 624. dictas metas *supradistinctas* pronunciari, spectare ac pertinere ad Ecclesiam... prohiberi.

Supraexponere, supra memorare; *előbb felhozni.* Priv. Ceh. Magistr. Alutariorum 1781. *supraexpositus.* Pest. Vár. Levt.

Suprаillustratus, supra descriptus; *előbb leirt.* Numi Hung. 90. scutum vero coronatum huius formæ in *supraillustratis* Mathiæ I. monetis recurrerent.

Supra lapsarii, *esetelőttözők.* Not. rel. II. 243; *Supra lapsarii* docebant Deum peccatum Proto-parentum saltem permisisse, non vero ab æterno decrevisse.

Supramassarius, i, villicorum præfectus; *főgazda.* Ljub. Mon. Sl. XI. 183. an. 1345: supra... ligno eligatur unus *supramassarius.*

Supramemoratus, 3., superius memoratus; *előbb emlitett, fentemlitett.* Rák. Ön. 356. 1. 34—35. (35.): ... te docente, agnosco *supramemoratas* veritates.

Supranominatus, V. Supramemoratus. Rák. Ön. 180.

Supra-orbitalis, quod est supra cavum oculi; *szemgödör fölött való.* Bene Med. 4., 34.

Suprapeliceus, ad superpellicium pertinens; *karing.* Száz. XXIV. 340. laborem *suprapeliceum.*

Suprapeliciatus, 3., veste pellicea indutus; *karinggel felöltött.* Knauz. M. E. Str. II. 361., 359. *suprapeliciati* Canonici regulares.

Supraportier, V. *Superportirus.* Arch. Rák. VIII. 330. Cortinæ ad Jannas duæ semisericæ rubri et viridis coloris, cum duobus frustis *Supraportier* ac fimbrys sericeis viridis coloris.

Suprarecensere, supra memorare, enumerare; *fönebb előszámlálni.* Priv. Ceh. 1696. Priv. Magistr. Pelliorum... *Suprarecensitorum.* Pest. Vár. Levt.

Suprarenalis, qui est supra renes; *vesék fölött való.* Bene Med. I. 321. glandulas *suprarenales.*

Suprasaliens, fors. idem qui suprastans. V. s. *Guayta; főkormányzó.*

Suprascriptio, actus supra scribendi; *felül való irás.* Tör. Tár. 1891. p. 327.

Suprascriptum, i, inscriptio, index; *felzet, felirat.* Fej. T. XI. V. Un. 298. *Suprascriptum:* De concessione Domini Regis.

Suprastans, (Du C.) *Superstans* q. v. Ljub. Mon. Sl. XI. 167. an. 1344. *Suprastantes* laborerii.

Suprastare, præesse alicui rei; *élén állani.* Rač. Mon. Sl. XIII. 267. an. 1359: ire debeat ad *suprastandum.*

Suprema aulæ Præfecta Suæ Maiestatis Reginæ, toti rei familiari reginæ præposita; *kir. főudvarmesterné.* Diar. Com. 30.

Suprema Collegia Montana, *főbányaigazgatóság.* Faber. Jur. Met. 39. Singulis Districtibus præsunt *Suprema Collegia Montana* diversi nominis, universa negotia politico-œconomico-Judiciaria Montanistica crediti sibi Districtus moderantia, ratione quorum, diversorum, qui Districtibus continentur, Processuum, Mont-Officia Montana et Substitutiones iis subordinantur.

Suprematia, principatus; *felsőbbség.* It. supremazia. Ger. das Supremat, Suprematie. Kelem. Inst. Jur. Pr. 355. Quod ad Protestantes adtinet, cum iuxta eorum principia, potestas dispensationes impedimentorum dirimentium elargiendi, vi Superioritatis territorialis seu, ut vocant, jure *Suprematiae* Principibus secularibus competat.

Suprematus, us, (in iure canonico) summa potestas; *legfőbb hatalom.* Obergewalt. Törvt. Msz.

Supreme, summe, maxime, summopere; *fölöttébb.* Batty. Leg. III. 147. an. 1313: negotia *supreme* necessaria.

Supremitas, altitudo, (Du C. al. s.); *magasság.* Fej. II. 121. Cum igitur prænominatus Bikach ad nostram præsentiam demum remeando in dicto loco Monasterium sub honore Sancti Nicolai lapides opere usque ad altitudinem seu *supremitatem* unius hominis staturæ se iam erexisse a terra nobis affirmasset.

Supremus Aulæ Prætorio Præfectus, Mareschallus q. v. Probst. Comitiol. p. 19: præeunte nudo ense *Supremo Aulae Praetorio Praefecto,* quem Mareschallum nuncupamus .... templum ingressi sunt omnes.

Supremus bellicus marescalcus, summus, supremus belli dux; *főhadvezér.* Monm. Comit. IV. 88. et in expeditione generali una cum *supremo bellico marescalco...*

Supremus Cæsareo-Regius Primarius Aulæ Præfectus, summus officiorum aulæ magister; *főudvarmester.* Reg. Turm. Præt. 130. *Supremus Caesareo-Regius Primarius Aulae Praefectus* immediatus est omnium Prætorianarum Turmarum Colonellus, per quem proinde negotia tam Obsequia aulica concernentia quam, etiam ad rem œconomicam *Publico-Politica, Disciplinaria* ac in genere ad intrinsecum Turmæ Prætorianæ spectantia velut ab obsequiis aulicis inseparabilia obiecta immediate diригentur.

Supremus Camerarius, (nunc Cameræ R. Præses) toti rei familiari principis præpositus; *főudvarmester.* Numi Hung. 159.

Supremus Cammergrafius, *bánya főkamarás, kamarai gróf.* Törvt. Msz.

Supremus Campi Vigiliarum Magister, Præfectus vigilum. V. *Campi Mareschallus.* Ger. Oberstwachmeister.

Supremus Cehæ Magister, summus magister collegii; *főczéhmester.* Ger. Oberzunftmeister. Priv. Ceh. 1694. Pest. Vár. Levt.

Supremus Comes Comitatus, *megyei főispán.* Ger. Obergespan. Castellanus (ezt előbb viselte fő- v. alispán s más is): katonai várnagy, térparancsnok. Vice-Comes: alispán, sub Præfectus Castri: alvárnagy. Judex servientium: szolgabiró (városgróf). Tör. Tár. 1887. p. 688.

Supremus in Monetariis et Montanisticis Camerægrafius, *kamarai gróf.* Ger. Kammergraf. Faber. Jur. Met. 40. Suprema Officia Montana constant singula Præside, qui in Districtu Schemniciensi *Supremus in Monetariis* et *Montanisticis Cameraegrafius,* una VII Montanarum Civitatum. Inf. Hung. Regius Commissarius est; in N. Bánya et Szomolnok. Districtu supremus Inspector, in Banatico Supremus Director, gravi hoc æque ac honorifico munere fungitur.

Supremus Director, toti rei scholasticæ in districtu præpositus; *főigazgató.* Oberschulrath. Törvt. Msz.

Supremus Director provincialis commissariatus, præfectus officii commissarialis in provincia; *tartományi biztossági főigazgató.* Törvt. Msz.

Supremus Magister Politiæ, supremus morum præfectus; *rendőrfőnök.* Bene Pol. m. præf.

Supremus rei tormentariæ Præfectus, V. s. *Campi Mareschallus; fő fegyvertármester, fő ágyutelepmester, táborszernagy.*

Supremus - Vigiliarum - Præfectus, præfectus vigilum; *őrnagy.* Arch. Rák. IX. 95. Officio Sumpremi-Vigiliarum-Præfecti seu *Obrest-Wacht-Maisteri* functus fuerim.

Suprestans, præfectus; *főnök.* Ljub. Mon. Sl. XI. 149. an. 1344.

Surdo-mutus, naturaliter surdus itemque mutus; *siket-néma.* Bene P. m. 264.

Surgo, onis, targus, indicum frumentum (v. Du C. s. *Sargus); tengeri.* Gall. blé de turque. Kat. Hist. VIII. 598. Ut de singulis capetiis frumenti, siliginis, hordei, avenæ milii et alterius milii, *borkules* vulgariter dicti, ac *surgonis* ... persolvantur sex denarii boni banales, quorum singuli valeant XII parvulos *bagatinos.* Fej. VIII. 3. 329.

Surrogat-Capitaneus, (Civitatis), Vices capitanei gerens; *városi kapitányhelyettes.* Pest. Vár. Levt.

Surrogatio, actus surrogandi; *máshelyébe való választás.* Pel. De S. Mathia s. I. c. 1.: De s. Mathiæ *surrogatione* in locum Judæ.

Surzere, ponere, figere; *lebocsátani.* It. surgere. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 212: si navilium recederet... usque quo non *surzeret* anchoram in aquam.

1. **Susceptibilis,** ad suscipiendum aptus; *valaminek elfogadására alkalmas.* Pel. Pom. L. IV. P. II. Art. I. c. II.: Anima non potest infici a carne infecta, quia non est *susceptibilis* qualitatum corporalium.

2. **Susceptibilis,** contagium in se contrahens, contagiosus; *ragályosságnak alávetett, ragályos.* Lzb. Cod. Med. T. II. 555: pro mercibus ... *susceptibilibus* illæ reputantur, quæ per suscepta effluvia ex infectis corporibus emanantia contagium aliis corporibus communicare valent.

3. **Susceptibilis,** avidus et capax; *fogékony.* Rák. Ön. 226. eram enim nimisquam *susceptibilis* amoris.

Susceptivus, 3., accipiens, suscipiens; *elfogadó.* Pel. Pom. L. I. P. III Art. III. c. 6: Deus enim nil gratie habet *susceptive,* sed potius dative fontaliter.

Susceptor, (Du C. al. s.) adoptator, qui aliquem in Rempublicam Christianam, in Ecclesiam Catholicam i. e. in cœtum sectatorum, initiatorum, addictorum Christi asciscit per sacrum lavacrum; *befogadó.* Vita S. Steph. 14. hunc deo dilectus Adalbertus episcopus crismali baptismate secundum credulitatis suæ veritatem intinxit et *susceptor* eius fuit.

Suscitabulum, *Funiculus igniarius* q. v.

Suscitatrix rixarum: quæ rixas suscitat; *pertámasztó.* Cod. Dip. Arp. V. 85. si quis parcium rixarum *suscitatrix* extiterit.

Susina, æ, prunum. V. *Milon; szilva.* It. susina.

Susolus, i, spermophilus citillus (Linn.) V. *Chomalus; ürge.* Ger. Zieselmaus, Erdzeislein. Gall. souslik, zisel.

Suspectus sum meam fragilitatem, fragilitatem suspectam habeo; *gyengeségemet illetőleg gyanuval vagyok eltelve magam iránt.* Reg. S. Ben. 64., 25. Suamque *fragilitatem* semper *suspectus sit* memineritque calamum quassatum non conterendum.

Suspendere actionem, reiicere actionem in aliud tempus; *felfüggeszteni a munkát.* Wagn.

Suspendere per gulam, innectere fauces laqueo; *felakasztani.* Ljub. Mon. Sl. I. 316.

Suspenderefacere, suspendendum curare; *felakasztatni.* Szék. Okl. III. 237.

Suspendi ab officio, munere ad tempus abstinere iubeor; *felfüggeszteni hivatalból,* Wagn.

Suspendii supplicium, pœna patibuli; *felakasztás.* Verancs. VII. 334. nuper tamen deprehensus unus *suspendii supplicio* affectus est.

1. **Suspensio,** (Du C.) interdictum, muneris vel officii ad tempus privatio; *felfüggesztés, hivataltól.* Cod. Dip. Arp. V. 211.

2. **Suspensio,** (Du C.) actus suspendendi; *felakasztás.* Fej. IV. I. 70. ni forte pœna sanguinis vel *suspensionis* debeat exerceri.

Suspensivus, 3., vim suspendendi habens; *felfüggesztő.* Ger. aufschiebend. Cher. Jus. Eccl. II. 361. Effectus appellationis tres sequentes recensentur I. *suspensivus,* cum nimirum sententiam a Judice latam ita suspendit, ut neque executionem neque aliam ullam innovationem in eadem causa ordinare possit. Törvt. Msz.

Suspensorium vel **Suspensorio-Inhibitorium,** mandatum inhibens; *felfüggesztő parancsolat.* Georch. H. T. IV. 265.

Suspensorius, ad actum suspendendi pertinens, suspendens; *felfüggesztő, megakasztó.* Kass. Jur. Civ. II. 112. vel denique, ut præscindatur plane ipsa via Recursus etiam obtinendi quippe Mandati cuiuspiam v. g. Moratorii, *Suspensorii.*

Suspiciuncula, æ, deminutivum a voce suspicio; *kis gyanú.* B. J. Herold De rebus Turcicis Dialogus p. 637. Incredibilem enim numerum illorum *suspiciunculam* tunc nonnullis iniecisse clandestinæ alicuius molitionis.

Suspirium, aër permeans, (Du C. al. s.); *átjáró levegő.* Kol. Cod. 33. an. 1568: az garasokat ugy rakiad, hogy *suspiriumot* vehessen.

Susque deque habere, nihili putare, habere; *meg nem becsülni, kicsinyleni.* Otrok. Ant. Hung. Rel. Præf. Non esset ille Patriæ Hungaricæ sincerus . . . amator, . . . quicunque . . . monumenta ejusdem Regis de rebus Fidei . . . *susque deque* haberet. Cf. Laber. com. fr. Plaut.

Sustagnus, panni species; fors. pro: *fustagnus; barchet.* It. fustagno. Ger. Barchent. Fej. X. 2. 404. prædictus N. sex ballas pannorum diversorum colorum et unam ballam *sustagnorum* in civitatem Prag. penes virum nob. Nicol. Jacobi deposuissent.

Sustentaculum membranarum, fulcrum marginis lignei fenestrarum; *ablakráma tartó.* Kronst. II. 440: qui *sustentacula membranarum* vulgo Rwmen ad fenestras . . . paravit.

Sustentatio, (Du C.) alimentum; *eltartás, fentartás.* Tör. Tár. XII. 28. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 183. Cf. Ulp. Dig. 34, 3, 28 §. 8.

Sustentativum, fulcrum, adminiculum; *gyám, támasz.* Ger. Stütze. Kövy El. 781. quia unum remedium alterius *sustentativum* esse non potest.

Sustentativum remedium, adminiculum iuris defendendi; *jus fentartó szer.* Törvt. Msz.

Sustentator iurium, qui ius suum defendit; *jogok fentartója.* Törvt. Msz.

1. **Sustinere,** tolerare, ferre; *türni.* M. Flor. Fontes II. 149. Hungari nobiles nolentes ei id *sustinere.*

2. **Sustinere,** audere, (Du C. al. s.); *bátorkodni* (kérvényben). Pest. Vár. Levt. demissime exponere *sustinent.*

Sustollere manus, *nagyon örülni.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. p. 122. *Sustollere manus.* Id est: vehementer gaudere.

Sutor helciarius, faber helciorum; *hámcsináló.* Ger. Kumtmacher. Pár. Páp.

Sutor subularius, sutor, qui subulā utitur in conficiendis calceis; *sarú varga.* Fej. VII. V. 105. Dedit peliparios et *sutorem subularium.*

Sutoralia, taberna sutrina; *varga műhely.* Schwart. Scult. 44. item hospites ibidem congregati sint liberi ædificare macella, *sutoralia, pistoralia, fabrilia* et alias, quascunque artes noverunt iustas, exercere.

Sutrina, æ, non solum sutoris, sed cuiusvis etiam opificis officinam significat; *műhely.* Brut. Hist. XI. 271. 33. aut in fabrica aut in *sutrina* aut in opere rustico vitam agunt. Cf. Plin. 10, 43, 43; 35, 10, 37; Tertull. Pall. 5.

Sutrix, uxor sutoris; *vargáné.* Fjp. Szám. p. 197. an. 1424.

Svermerus, i, (a germ. Schwärmer) fanaticus; entheus; *ábrándozó.* Han. Hist. Eccl. p. 227: Contra hos *Svermeros* (t. i. Calmanchæum et Stanckarum) . . . prædictos Articulos conscribebant.

Svinyadones, vox ioci causa adhibita (slav. *svina:* porcus); *res spurcae; disznóság.* Száz. VI. 511. Ego ad servitia sum sanus et habeo bene signum: sed obiecta desunt ad faciendum *svinyadones.*

Swpycza, (a Slavo župica) vestis domestica; *benső öltöny.* Unterrock; talán diminutivum a župa, župan (Schlafrock) szóból. Tör. Tár. 1893. p. 11.

Swagerus, i, levir, (mariti frater); frater uxorum; *sógor.* Ger. Schwager. Fjp. Szám. p. 84. an. 1390: partem agrorum . . . *swagero* . . . obligavit.

Sycera, æ; mustum, mulsum ex pomis et piris confectum; *alma-, körtemust.* Ital. siccero. Gall. cidre. Germ. Apfel- Birnenmost, -wein. Verancs. V. 246. Ego autem, quum sim non admodum commode redditibus instructus, præsertim his, qui haberent vinorum promontoria, nihil prope aliud ex præpositura Turociensi habens quam panem et *syceram,* consumemque interim semper pensionem meam.

Sycht, stratum; *rakás.* Ger. Schicht. Sup. An. Sc. II. 435. an. 1571: proventus a lapidibus . . . atque de singulis *Sycht* vocatis, tres nummos propterea, ut liberam haberent vectionem et possessionem solvere tenebuntur.

Sydus, eris: homo illustris, splendidus, excellens virtute; *kitünő ember.* Beng. Ann. Erem. Cœnob. 8. Atque adeo licet Benedictinis *syderibus* accenseri possit, quatenus habitu ab iis donatus anachoretico, vitæ tamen cultu eremita fuerit Paulinus.

Syldarius (?) ni fallor a germanico *Schild* = czégér, civis cui jus erat concessum vini vendendi; *czégéres, czégérrel biró.* Cod. Dipl. And. V. III. p. 135: iudex iurati et universi cives *syldarii,* institores.

Syllaba, æ, elenchus, index (Du C. al. s.); *jegyzék.* Lzb. Cod. Med. T. II. 717: *syllabam* illorum, qui . . . semet peculialiter distinguunt . . . transmittant. Cf. *Syllabus* ap. Augustin. Conf. 3, 15.

Syllabalis, syllabam respiciens; *betüvel, szótaggal való.* Pel. In Circ. Dom. s. IV. c. 5: Hoc nomen Jesu Deum incarnatum perfecte ostendit *syllabali* combinatione.

Syllabisatio, actus elementa singillatim appellandi, quomodo faciunt, qui primas literas ediscunt; *szótagolás.* It. sillabare. Gall. épeler. Ger. Buchstabiren. Leges Schol. Schem. 44. lectura latinæ germanicæ et slavonicæ linguæ cum præcedenti *syllabisatione* et literarum cognitione.

Syllabizantes, Classis VI. nunc elementaris. Teut. Schul. I. 314: In dieser Klasse wird das Buchstabiren als das Hauptwerk getrieben.

Syllabus, i, commentarius, index; *jegyzék.* Reg. Turm. Præt. 53. Qui Præfecti Militaris Imperia ferociter detrectaverit e Prætorianorum *Syllabo* eradatur. Fabó Monm. Evang. 84. Kapr. Eloq. II. 26. Cf. *Syllaba.*

Syllogizare, (Du C.) ratiocinari, concludere; *okvetést végezni, következtetni.* It. sillogizzare. Wagn.

Sylphus, *Cobalus* q. v.

Sylvanale officium, præfectura saltuaria; *erdészeti hivatal.* Forstamt. Törvt. Msz.

Sylvanalis, ad silvam pertinens; *erdei.* Kass. Jur. Civ. 1., 88. qualiter Terrestrale Dominium T. Anno Die Mense T. *Sylvanale* beneficium Glandinationis Publicæ Licitationi exposuerit. Nov. Calend. 165. officium *sylvanale.*

Sylvanalis controlarisans, contrascriptor silvarum; *erdészeti ellenőr.* Törvt. Msz.

Sylvanalis inspectio, inspectio cura saltuaria; *erdészeti felügyelőség.* Törvt. Msz.

Sylvanalis tiro, tiro saltuarius; *erdész.* Forstjunge. Törvt. Msz.

Sylvanalis rata, pars rata silvæ; *erdei részlet, illeték.* Proj. Leg. Civ. 213. aliaque beneficia tantum in excissa cuivis *sylvanali* rata competet.

Sylvanus, i, magister, curator, admini-

strator silvarum; *erdőmester.* Ger. Forstmeister, Waldmeister. Szirm. 131.

Sylvula, æ, parva silva; *erdőcske.* Star. XIX. 91. an. 1182. *sylvulam,* que est supra... curtem. Cf. *silvula.* Colum. 8., 15., 4. Sidon. Carm. 9., 229.

Symbalotta, gausape, vestis villosa; *szukmány.* Pár. Páp.

1. **Symbola,** *(συμβολή)* auxilium, subsidium; (Du C. al. s.); *szerep, rész.* Vern. Psych. 92. Mundities... usus conspicillorum... ad vigorem oculorum in remotissimam usque ætatem illibatum conservandum suam *symbolam* conferre valent.

2. **Symbola,** æ, tributum cœtus sacri, contributio (Du C. al. s.); *adakozás. pénzsegély, járulék.* Hist. Eccl. Ev. 278. Quare, ut sumtus hi fieri possent, distributio *symbolarum* inter cœtus facta fuit.

1. **Symbolizare,** mystice idem credere, profiteri; *jelképileg előtüntetni, hinni, vallani.* It. simbolizzare, confessare. Germ. sinnbildlich vorstellen, bekennen. Hist. Zerm. Cobencz. p. 117: Et hæc habet D. V. ... de rebus ipsorum spiritualibus, ex quibus intelligere potest manifeste, facillimam rem esse obtinere et in tam proxime *symbolizantibus* concordare.

2. **Symbolizare,** congruere, convenire; *egyezni.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. III. 35. Hinc videre est plerasque plantas, quæ frigidæ sunt, in primo et secundo gradu, esse humidas et eas, quæ calidæ, esse et siccas. Hæ enim qualitates magis inter se *symbolizant.*

Symbolizatio, congruentia; *egyezés.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. IV. P. V. 101. Antipathia, quæ est contraria quædam naturæ affectio et sympathia, quæ est similitudo quædam, affinitas naturæ, affectionumque animi mutua *symbolizatio,* etiam inter volucres locum habet.

Symbolus, 3., congruens; *egyező.* Szentiv Cur. Misc. 190. Quotuplicia sunt Elementa? Esse duplicia, videlicet *symbola* et *dissymbola. Symbola* illa sunt, quibus qualitates oppositæ in summo non insunt; vel melius, quæ habent qualitates eiusdem rationis; eiusmodi sunt ignis et aër, quia uterque est calidus.

Symmista, socius collationis (Du C.); *társ.* Bék. Debr. főisk. törv. 20., 109. *Symmistae* omnem in exhibendo ... opponendo ... diligentiam præstanto. Cf. Hieron. 58, 11 et 66, 9; Schol. Iuven. 6, 533.

Symoniacus, (alias: simoniacus), ad simoniam pertinens, simoniæ reus. Simonia a Simone mago sic dicta est studiosa voluntas vendendi aut emendi pretio temporali aliquid spirituale aut spirituali adnexum. Knauz M. E. Str. 1., 236., 252.

Sympathisare, concordare instinctu amoris, affectu cognationis attrahi; *rokonszenvezni.* It. simpatizzare. Vern. Psych. 463. Quodsi unus e. g. amicorum per sui ad altiores dignitates elevationem superbus, quod prius non fuerat, reddatur, alter nullam in animo suo in superbiam dispositionem persentiscens cum illo nequaquam *sympathisare* seu consentire poterit.

Sympatriota, æ, civis, qui est eiusdem civitatis; *polgártárs.* It. concittadino. Ger. Mitbürger. Lampe. Hist. Eccl. p. 6. An veroquis cogitare possit Sanctum illum virum zelo Christi ... plenum, non prædicasse Evangelium Christi suis *Sympatriotis* Hungaris Tör. Tár. 1889. p. 397. Bethl. G. Lev. 171. Exam. Aet. b. 3.

Symphoniaci, (Du C.) symphoniam cantantes; *énekesek.* Pel. Serm. Lucifer dixit: Audire consuevit symphonias, surgant *symphoniaci.* Pasch. 18. f.

Sympnous, i, conspiratus, conjuratus (a *συμπνέω*); *egy követ fuvó, összeesküvő.* Galeoti. Præf. Quidquid etiam impij ac scelerati *Sympnoi,* urbicapi et gloriosuli Thrasones ... e contra infremant et aggruniant.

Symposiasterium, caupona; *vendéglő ház.* Ger. Gasthaus. Iter Oec. 299.

Symposium introductorium, *bevezető, ismerkedési vendégség.* Bék. Debr. főisk. törv. 166. nulla convivia aut *symposia,* seu *introductoria* seu valedictoria ... studiosi condiscipulis .. exhibeant.

Symposium valedictorium, V. *Symposium introductorium; búcsúztató.*

Sympresbiter, collega presbiteri; *paptárs.* Szék. Okl. I. 1.

Symptoma, tis, (Du C.) propriæ notæ morbi; *jelenség, kórjel, kórtünet.* Germ. Symptom. S. Benkő Top. Misk. 91. in vita de nullis *symptomatibus* præter mictum impeditum et supressum questus.

Synagoga, Turcica moschea; *török mecset.* Tör. Tár. 1888. p. 555.

Synathletes, æ, socius armorum, miseriarum; *bajtárs.* Waffenbruder. Lampe. Hist. Eccl. p. 592.

Synaxarium, (Du C. Synaxaria) vitæ sanctorum in compendium redactæ in Menæis aliisque Ecclesiasticis libris insertæ: *szentek énekkönyve.* Nagy. Hier.

Synaxis sacra, (Du C.) conventus, congregatio ad orationem et psalmodium; *szent összejövetel.* Can. Eccl. XCVI. ad sacram *synaxem* omni occasione pie accedere. Rák. Ön. 42. Beng. Ann. Er. Cœnob. 451.

Syncellita, æ, (Du C.) socius cellæ, qui in eadem cella habitat; *lakó-, szobatárs.* Nagy Hier.

Syncellus, i, (Du C.) cubicularius (a gr. *σύν* et cella) magister admissionum; *kamarás.* Cher. Jus. Eccl. I. 261. Præterea Episcopus habebat Cancellarios, *Syncellos* seu Cubicularios, consiliarios etc. quorum notitia facilitatem intelligendi documenta ævi medii conciliat.

Synchronus, 3., (Du C.) coævus *(σύγχρονος); egykorú.* Hor. Mem. 129. Kat. Hist. Du C. 11. Kaprin. Eloq. I. 315. Cf. Hieron. præf. in XII prophet.

Syncopare, (Du C. a *συγκοπή)* contrahere, amputare; *rövidíteni, kurtítani.* Kat. Hist. Reg. 1., 83. nagy úr ispán ex nagy úrnak ispánja *syncopatum* esse, doceri debet.

Syncopatio, (Du C.) actus in brevius contrahendi. *szórövidítés.* Hor. Mem. 97.

Syncretismus, i, *reunio,* coniunctio religionum; consociatio religionum; *vallások egyesülése.* Lampe. Hist. Eccl. p. 506: Anno MDCXCII. Christophorus Rexas, Episcopus Neostadiensis ... compellebat Ecclesias Evangelicas ... ad Reunionem seu *Syncretismum* cum Ecclesia Romano-Catholica. Verancs. Hist. I. 66. X. 90.

Syncratia, æ, (a gr. *συγκρατεῖα*) reipublicæ forma, in qua a plebe electi regni gubernacula tenent; *népválasztotta személyekből álló uralkodás.* Törvt. Msz.

Syncretista, æ, qui diversas religiones consociare nititur; *vallásokat egyesítő.* (Heyse-Synkretist: Vereinigungsstifter entgegengesetzter Glaubensparteien, Religionsvereiniger). Fabó. Monm. Evang. II. 373. ut plurimi hostibus veritatis sese adsocient, alii autem hypocritæ, *syncretistae* alii et in religione tepidi fiant.

Syndæresis, alias: *synteresis* (gr. *συντήρησις*) conscientia, cognitio sui; *lelkiismeret, erkölcsi főelvek tudománya.* Pel. De s. Phil. et Jac. s. III. c. 3: Omnis homo remorsum habet de peccatis, quia *syndaeresis* remurmurat.

Syndicaria, æ, officium rerum curatorum; *gondnokság.* Ljub. Mon. Sl. I. 73: dictam *syndicariam* et procurationem voluntate spontanea facientes. Cod. Dip. Arp Cont. XI. 350.

Syndicarius, 3., iudiciarius; *ítélő.* Tör. Tár. XI. 88. procuratorio et *syndicario* nomine. Luc. Regn. Dalm. 208.

Syndicatus, (Du C.) dignitas oratoris publici civitatis; munus curatoris morum; *szószólóság, ügyviselőség.* It. sindicato. Wagn.

1. **Syndicus,** i, (Du C.) procurator; defensor, patronus; *ügyvivő.* It. sindaco. Cod. Dip. Árp. Cont. IX. 474. compareant per *syndicum* vel *procuratorem* ydoneum infra predictum terminum coram nobis paratis facere ipsis complementum iusticie. Passim ap. Iurisconsultos.

2. **Syndicus,** curator ecclesiæ; *templomgondnok.* Coll. I. 242: curator ecclesiæ seu *syndicus.*

Syndicus generalis regis, procurator regis; *királyi prókátor.* Hajnik. Perjog. 283.

Syndon, onis, (Du C. sindon) byssus tenuis; *világos lenszövet.* It. sindone. Thök. Diar. II. 335. Unum linteum ex tenuissima *syndone,* in utroque fine elegantissime, magnis floribus scoffio acupictum, pretiosum fl. 42. Cf. Georges.

Synergismus, i, doctrina, qua homines se ipsi meliores et beatiores reddunt sine auxilio Dei; *szabadakaratú közreműködés.* (Heyse: Synergismus: Mitwirkungslehre, die Lehre von der freien Mitwirkung der Menschen zu ihrer Besserung und Seligkeit). Otia Bachm. 32. Melanchtonem nonne vos ipsi Calvinismi, Adiaphorismi ac *Synergismi* accusatis.

Synergus, 3., (Du C.) cooperator, socius laboris *(συνουργός); munkatárs.* Tör. Tár. 1889. p. 798. ac cautor cum *synergo* erat. Teutsch Schulord. I. 6. Rector scholæ omnes *Synergos* et Pædotribas idoneos conducat. Breznay 64. Cf. Jul. Firm. Math. 1, 4.

Syngrapha additamentalis; *pótczédula.* Faber. Jur. Met. 148. Additamentum singulo trimestri erga impressas a Curatore Mont. et Scriba M. subscriptas, et Officii Signo notatas, *Syngraphas additamentales,* (Zubuss-Zeddel) pendendum est, quod si cum 6-ta trimestris hebdomade solutum non sit, id a Curatore Mont. in Scheda ita dicta Retardatus memorata hebdomade officio montano præsentanda, adnotatur.

Synodalis, ad synodum pertinens; *zsinati.* Hist. Ecc. Ev. Præf. In rem meam converti fragmenta actorum *Synodalium* Quinque Liberarum Civitatum Superioris Hungariæ.

Verancs. VIII. 292. Oltv. Act. Synod. 75. Cod. Dip. Arp. Cont. X. 249. Cf. Ven. Vit. S. Mart. 3, 415.

Synodaliter, per synodum, concilium; *zsinatilag.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 16. quicquid *synodaliter* nostri Legati Episcopi vobiscum una statuerunt. Kuk. Jura I. 8.

Synodaticum, *Cathedraticum* q. v. Kon. Egyh. 282.

Synodicus, 3., V. *Synodalis* (Du C.). Cher. Jus. Eccl. I. 202. jura item *synodica* et cathedratica prætendebant. Cf. Jul. Firm. Math. 3, 6.

Synodologia, æ, tractatus de synodis; *zsinatról szóló értekezés.* Fabó. Mon. Evang. II. 21. Jacobi Zabeleri superintendentis *Synodologia,* cuius celeb. condam Rezikius in Gymnasiologia sua meminit.

Tonitru, us, et **Tonitrus,** i, in cod. nostro loco allato non fragorem cœli, sed fulmen, ictum fulminis significat; *villám, mennykő.* Cod. Zi. III. p. 162. vbi ventum fuisset ad arborem ilicis *tonytru* percussam. p. 184. vbi ventum fuisset ad arborem Ilicis *tonitro* percussam.

Tonitruatio, fragor; *bömbölés.* Probst. Comitiol. p. 18. Mox . . . auditæ ex urbis propugnaculis machinarum *tonitruationes.*

Tonna, æ, (Du C.) dolium; *hordó, tonna.* Ger. Tonne. Szamosk. II. 69. In turri quadam inventæ plus quam tres auri argentique *tonnae.* Tör. Tár. 1888. p. 771. Hic *tonnam* pulveris vult occultare.

Tonsit, pro: totondit. V. s. *Tondere prata.*

1. **Tonsura,** ius excindendi et colligendi ramos in silvis (Du C.) *gallyak szedési jog, engedély.* Pfahl. Jus. Georg. II. 120. Ut *Tonsurae* in Silvis Capitalibus introducantur; Subditi autem duntaxat Lignatione illa contententur, quam *Tonsurae* suppeditaverint.

2. **Tonsura,** æ, tonsus sacerdotum vertex; *pilis, környezet, papkoszorú.* It. Tonsura. Szirm.

Tonsura clericalis, *pilises kispappá való felvétel, papi tonsura.* Kol. Am. II. p. 131. (Dipl. Andr. II. 1222): auctoritate Regia firmiter præcipimus, quatenus nullus nostrorum Udvornicorum seu civium, sive cujuscunque servitutis jugo subditorum ad *tonsuram clericalem* ab aliquo Prælato admittatur.

Tonsuratus, 3., ex ritu ecclesiæ attonsus; *pilises, papkoszorús.* Wagn.

Tonus, i, modus; *hang, modor.* It. tuono, modo. Ger. Ton, Art. Otia. Bachm. Pr. Siquidem vero huius *toni* expressiones et exprobrationes crebriores insimulque interdum multorum Præcipuorum etiam Virorum præsentia fierent . . .

Tonus fundamentalis, vox prima, sonus imus; *alaphang.* Ger. Grundton. Vern. Psych. 78. Simplicissimi seu minimi aëris oscillationibus respondentes toni, *tonum fundamentalem* constituunt.

Topacius, (Du C. Topasio) topazius; *topáz.* It. topazio. Ranzani 335. genus illud lapillorum, qui appellantur *topacii.*

Toparcha, æ, (Du C.) (gr. *τοπάρχης*) præfectus provinciæ; *tartományfőnök.* An. Sc. IV. 106. Galeoti Præf. Epigr.:

Scilicet historicis scriptis, quibus enthea durat
Fama *Toparcharum,* gloria gliscit anus.

Faber. Jur.Met. 162. Cf. Spart. Hadr. 13 med.

Toparchia, æ, (Du C.) regionis præfectura; *tartományi főnökség.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 394. debitam sibi bonorum et *Toparchiarum* administrationem usurparet uxoratus et sui iuris factus F. Rakoczius. Cf. Plin. 5, 14, 15.

Topczi bassi, *a tüzérség főnöke.* Ger. Artillerie-Offizier. Tör. Tár. 1892. p. 431. *Topczi bassi* = supremus præfectus tormentum seu bombardarum.

Tophana, æ, domus æraria; *kincses ház.* Star. XIII. 5. (peregrinatio Georgii Husthii) in propinquo *tophanae,* sic autem Turci vocant domum ærariam.

Topiaria, æ, ars regiones pingendi; *tájfestés.* Greg. Aesth. 89. Respectu objectorum est historica, *topiaria* (Landschaftsmalerei) florum, fructuum, plantarum etc.

Topicus, ad certum locum pertinens; *helyi.* Bene Med. II. 181. sudor *topicus* et universalis.

Topicus libellus, V. *Policorion.*

Toral, V. *Torale; matrácz.* Schläg. 1149.

Torale, (Du C.) suppellex ad sternendos et ornandos lectulos accommodata; *ágytakaró.* An. Sc. I. 157. an. 1512.

Torculator, (Du C.) torcularius; *sajtoló.* Ger. Kelterer. M. Bel. Prodr. 183. unde rursus exhaustum (sc. vinum) *torculator* doliis ingerit.

Tordela, turdus: *rigó.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 120.

Torencator, tornator, artis tornandi peritus; *esztergályos.* Arch. Ver. Sieb. X. I. 344.

Toresinus, i, (Du C. Toro) collis rotundus; *gömbölyü domb.* Ljub. Mon. Sl. XII. 192. an. 1444. in angulo . . . castri . . . ubi est *toresinus* rotundus, fiat una turris.

Torgiditas, rectius: *Turgiditas,* animus inflatus et tumens; *felfuvalkodottság.* Mon. Com. Trans. II. 97. an. 1558: ne . . . fortunæ *torgiditate* rapiatur.

Tormentalis, quod per tormentum fit; *kinzó.* Cod. Zi. V. 552: ipsum cadaver . . . pena *tormentali* . . . decolassent.

Tormentare, (Du C.) cruciare, discruciare; *kinozni.* It. tormentare. Chr. Dubn. p. 59: Quosdam autem effossis oculis *tormentari* (sc. fecit). Fej. X. 2. 67, Knauz. M. E. Str. II. 13. Kronst. I. 346.

Tormentaria militia, milites rei tornamentariæ periti; *tüzérség.* Artillerie. Törvt. Msz.

Tormentaria res, apparatus tormentarius; *tüzérség, lövőszerkészlet.* Wallaszky 553. Rák. Ön. 278. fortalitium cum ingenti exercitus Magni Vezirii strage et *re tormentaria* amisisse.

Tormentariæ rei præfectus, V. *Magister tormentorum; fegyvertármester.* Törvt. Msz.

Tormentarius, i, rei tormentariæ peritus; *pattantyús, tüzér.* Ger. Kanonier. Tör. Tár. 1891. p. 258. Brut. Hist. XII. 298., 21.

Tormentarius (pulvis): pulvis igneus sive pulvis sulfureus; *puskapor.* Brut. Hist. V. 83., 23.

Tormentator, qui tormentis excruciat; *kinzó.* Kuk. Jura. I. 181. mutilatoribus, sanguinis efusoribus, ac hominum interfectoribus, detentoribus, *tormentatoribus,* verberatoribus et quorumcunque malorum generis perpetratoribus.

Tormentulorum exoneratio, iaculatio; *lövöldözés.* Ger. Schiessen. Teut. Schul. I. 335.

Tormentulum, dimin. a tormento, parvum tormentum; *kis ágyu.* Rák. Ön. 206. Szamosk. II. 174. alii gladiis et *tormentulis* cominus eminusque sese lacessiverunt.

Tormentum, genit. plur. pro tormentorum V. s. *Topczi bassi.* Tör. Tár. 1892. p. 431.

Tormentum currule, Machina, qua globos plumbeos in mœnia arcis iaciebant; *ágyutalpokon nyugvó vetőgép.* Isthv. III. p. 35.

Tormentum humerale, sclopetum, quod in humeris gestabant; *vállpuska.* Szamosk. I. 77. Ita cum oppidanis suisque omnibus, qui ad ducentos et quinquaginta ferebantur, partim equites hastis et gladijs armati, partim pedites *tormentis humeralibus* instructi etc.

Tormentum iaculamentarium, balista; *vető hadi gép.* Szék. Okl. IV. 288.

Tormentum murale, tormentum bellicum maximi modi ad muros evertendos; *öreg ágyu, faltörő ágyu.* Ger. Karthaune. Fal. Arch. Mil. 141. Isthv. XI. 186.

Tormentum sutorium, *Varga mozsár.* Schneider-Kanone. Szerdah. Celebr. p. 20: Mathias Rex ... postquam machinis belli æneis Budā atque imprimis unā inusitate magnitudinis afferri jussā, quam *Varga mosar, tormentum sutorium* dicebant, ut in quo sutor opificium peragere posset suum ... arcem Hamburgensem ... in clientelam accepit.

Tormimen, inis, tormina, chordapsus; *hascsikarás.* Bene Pol. m. 48. diversitas lactis infanti displicet et *tormimina* causat.

Tornamentalis, ad tornamentum pertinens; *harczjátéki.* Chr. Dubn. 147., 132. Cum armis *tornamentalibus.*

Tornamentum, i, (Du C.) prœlium hastile; *tornajáték, harczjáték.* It. torneamento, torniamento. Ger. Turnier. Anonym. et passim.

Tornare, (Du C.) divertere, deflectere, abscedere; reverti, redire; *visszafordulni, visszamenni.* It. tornare. Prot. inq. 173: dixit: «Vade ad pausandum, quia tu eris cito liberata» et tum ipsa testis *tornavit* ad lectum suum.

Tornari, verti, flecti; *fordulni.* Fej. V. 1. 243. aqua *tornatur* ad dextram.

Tornatilis, (a tornando) quod attolli potest, (Du C. al. s.); *mozogható, feltolható.* Szentiv. Cur. Misc. 402. In fine pontis ponantur repagŭla, quæ *tornatilibus* trabibus occluduntur, sic accomodatis, ut facile attolli ac demitti valeant.

Tornator, fors. torneator, qui hastiludio decertat; *harczjátékos.* Fej. I. 297. et Abbati regalem visitanti præsentiam duodecim equites servitium studeant exhibere; ministris, qui serviunt cum equis 156 ... *tornatoribus* 12.

Tornatorius, ad tornatorem pertinens, ars tornatoria, ars tornatoris; *esztergályos mesterség.* Chr. Dubn. 135., 115. Fecit illam includi per *artem tornatoriam* in flasconem. Marc. Chr. II. 94.

Torneamen, ludus equester, Judicrum equitum certamen, (Du C. Torneamentum); *lovagjáték.* It. torniamento. Ger. Turnier. Szentiv. Cur. Misc. III. Oct. Synops. Chron. XI. De initiis Scientiarum *Torneamina* primo usurpata ab Henrico Imperatore 938.

Torneamentalis, e, ad ludos equestres pertinens; *lovagjátéki.* Ger. Tourniers... Verancs. V. 369. Supra scutum autem posita est galea, aurea corona regia redimita et ea, quæ faciei objicitur, parte, cancellata ac clatrata, quam *torneamentalem* vocant, teniis aureo et cæsio colore distinctis.

Torneamentum, (Du C.); *torna, lovagjáték.* It. torneamento. Ger. Turnier. Cher. Jus. Eccl. II. 291. *Torneamenta* et Hastiludia Equestres ludos, quos Jus Ecclesiasticum *Torneamenta* nuncupat, iuxta aliquos Troiani, post urbis suæ excidium a Græcis effectuatum in Itaiam commigrantes, iuxta alios vero Galli invenere et a voce *tourner,* in orbem circumduci, *Tornamenta* nuncupavere. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 231. Henricus I. cognomento auceps Imperator 87. primus exhibuit *Torneamenta* nationi Germanicæ Magdeburgi Anno post Christum 930. ad excitandum in Nobilibus Studium Virtutis et Laudis.

Torneamentum equestre, (Du C.) *ludicra equestris pugna; lovagjáték.* Tör. Tár. 1891. p. 466.

1. **Tornearius,** i, qui decertat in hastiludiis; *czimeres vitéz, lovagjátékos.* Arch. Ver. Sieb. XXIV. 344. sacri imperii Nobilium *torneariorum* seu scutariorum, armigerorum more.

2. **Tornearius,** 3., ad ludum equestrem pertinens; *lovagjátéki.* Tör. Tár. 1887. p. 731. galeam *tornneariam.*

Torneator, (Du C. tornator) artis tornandi peritus; *esztergályos.* Ger. Drechsler. Kronst. I. 307. Tab. Conscr. Pest. Vár. Levt. Egri Levt.

Tornecus, 3., (Thorni posztó). Est panni genus, quod in oppido Thorn conficiebatur. Mercatores nostri præcipue Saxones ex Scepusio et Transsilvania frequentem commeatum in oppido Thorn habebant, in quo industria et ars texendi præ ceteris florebat. Fej. VIII. 3., 509. pro pecia panni *tornneci* quatuor marcas.

Tornessellus, i, (Du C. tornesius) monetæ species. Gall. tournois. Ljub. Mon. Sl. IV. 254. an. 1388. moneta *tornessellorum,* que est bona moneta.

Torniamentum, (Du C. torneamentum) ludus equester; *harczjáték.* It. torneamento. Ljub. Mon. Sl. IV. 35. an. 1361.

Tornus fornicus, rutabulum. V. s. *Assamaza; szénvonó, azsag.* Germ. Ofengabel.

Torquerium, torques; *nyaklánccz.* Haz. Okl. 412. an. 1447: quatuor *torqueria* ... de puro auro.

Torsicare, pro: toxicare, veneno inficere; *megmérgezni.* Száz. II. 595. fuit proditorie *torsicatus,* veneno finivit vitam.

Torsio, actus torquendi; *csavarás.* Abelsb. 35. *Torsio* arteriarum ligaturæ non præferenda quidem, ast æquiparanda est.

1. **Torta,** æ, panis siligineus, (Du C.); *pogácsa, kalács.* Schwart. Scult. 123. duas *tortas* (Kaláts, Kuchen) et unum pullum de singulis laneis. End. I. 463. (Alberti Præpos. Libertas an. 1243.) de qualibet curia integra unam *tortam* dare tenebuntur. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 278. Schläg. 1840.

2. **Torta,** æ, (Du C. placenta) panis circularis; *egész kenyér.* Ger. Laibbrod. Pfahl. Jus. Georg. 134. mittere duo fercula, duos cubulos aut duo quartalia Budensia avenæ, *duas tortas,* sive duos panes circulares et duas pintas vini. Kat. Hist. IX. 166. *Torta panis.* Schwart. Scult. 122.

Tortata, æ, placenta (Diez: it. *Torta,* sp. fr. *tourte,* wal. *turte,* ein backwerk vom lat. torta also etwas gewundenes wegen seiner form); *sütemény.* Arch. Rák. VIII. 345. Una cuprea autepsa vulgo tebszi pro pinsendis *tortatis.* Cf. Koháry: szépen melegében hozzanak előnkben meleg *tortákat.*

Tortizare, cruciare; *kínozni.* Ljub. Mon. Sl. IV. 312. an. 1393: subditi nostri non *tortizentur.*

Tortofer, i. faces, candelas ferens. Gall. *torse, torche.* (Du C).; *fáklyavivő.* Ger. Fackelträger. Szer. Not. p. 151: Item duo baculi alii, sive candelabra argentea pro *tortoferis* renovata.

Tortula, æ, (Du C. 2.) panis dulciarius; *sütemény.* Pr. Pr. 93. an. 1754. Besztb. Levt.

1. **Tortura,** æ, pars vitiata (Du C. al. s.); *hibás rész.* Tör. Tár. 1886. p. 569. item fracture, minutie et *torture* peciarum argenti.

2. **Tortura,** æ, (Du C. 1.) tormentum; *kinzás.* Rák. Ön. 50. Cf. Veg. Vet. 1, 40 fin.; 2, 55.

Torturalis, ad torturam pertinens; *kinzó.* Vuch. Leg. Crim. 115. (Decr. I. Leop. II. imp. an. 1790. art. 42.) *Torturalia* examina ... (kinzó vallatások) interdicta erunt.

Tortus, i, (Du C. 1.) iniuria; *jogtalanság.* Gall. tort. Vjestnik II. 16. an. 1289. sustinet magnum *tortum* et dampnum.

Tosicare, (Du C. tossicare) V. *Tossicare* et *Protoplaustrus; megmérgezni.*

Tosicum, toxicum. V. s. *Facere mori; méreg.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 2. an. 1419. et 8. an. 1420.

Tossicare, veneno necare, intercipere; *megmérgezni.* It. tossicare, venenare. Fej. X. 4. 76. Eva ... posteritatem nostram gustu consimili *tossicavit.*

Totale, summa; *egész somma.* It. totalità. Tisztb. Ir.

Totalis, (Du C.) totus; *egész, teljes, tökéletes.* Rák. Ön. 145. I. 23—24. (24.): ... advenit tristis nuncius de *totali* clade plebis.

1. **Totalitas,** totum; *Totalitas possessionis: tota possessio; az egész birtok.* Cod. Dip. And. I. 41., 44. cuius quidem *totalitas* possessionis a Bokod ... pignori obligata est.

2. **Totalitas,** abundantia (Du C.); *bőség, teljesség.* Pel. De s. Adalb. s. c. 5: Secundus gradus est diligere Deum non quidem secundum *totalitatem* diligibilis, sed diligentis.

Totaliter, (Du C.) omnino, prorsus, plane, omni ratione; *egészen.* Andr. Pan. 10.

Totalitius, 3., totus; *minden.* Nill. Symb. p. 524: ut *totalitium* templi æs in securiori fundo locaretur.

Totiesfatus, toties memoratus; *annyiszor említett.* Bék. Pil. II. 486. an. 1670: *totiesfato* domino. Art. Jaz. 14.

Tottuplex, tot vel tantus; *annyi, akkora.* Pel. Serm. Quanta resultabit in cunctis et singulis letitie communicatio pro *tottuplici* charitate. Pasch. 26. e.

Tottupliciter, totiens; *annyiszor.* Pel. Serm. *Tottupliciter* multiplicata, quot erunt damnati et demones. Aest. 60. h.

Tottus, 3., pro: totus (more Italorum: tutto, duplicatum). Szék. Okl. II. p. 223. et passim.

Totumfac, V. *Factotum.* Törvt. Msz.

Totus, 3., verus; *igazi, teljes.* Batty. Ger. 53. ab incessabili *totius* sapientiæ pectore non abnego descendisse.

Tourista, æ, animi recreandi causa viator; *turista, gyalogutazó.* Száz. XVIII. 75.

Tovallia, æ, (Du C. Toacula, Tobalea) mappa, mantile, manutergium. V. s. *Bazile; törölköző.*

Tovarista, Cœtus sociorum (a slav. *tovaris*, cuius opera mercenaria artifex utitur); *mesterlegények társasága.* Jogt. Eml. I. 160.

Toxicata animalia, venenata animalia; *mérges állat.* Thurócz. 49. basiliscosque ac plura *toxicata animalia* nec non unicornem ibidem generari.

Toxinæ pelles, pelles melis; *borzbőrök.* Ger. Dachshäute. Quel. Sieb. I. 275. an. 1500. adportavit pelles *toxinas.*

Trabale, axis (Du C. lignum, quod transit per rotas); *tengely.* It. sala. Kov. Form. St. XXVII. Temo rud, langale nyuytho, furcale rakoncza, *trabale* tengel.

Trabessella, æ, **Trabescellus**, Ljub. Mon. Sl. III. 298. V. s. *Tayella. kis gerenda.*

Trabucare, (Du C.) de iusto pondere monetæ aliquid detrahere; *súlyából levonni.* Gall. trebucher. Ljub. Mon. Sl. VI. 145: non potes *trabucare* vel cambiare monetas cuiuscunque condictionis.

Trabucellus, dimin. a «Trabuchus». Obs. Jadr. 445. et dum idem dies penes vesperorum cantum appropinquasset, duos *trabucellos* in metis S. Matthæi extra urbem dicti Veneti erexerunt.

Trabuchus, i, genus tormenti bellici, balista (Du C. al. s.); *hadi gép.* It. trabocco. Ger. Art Wurfmaschine. Luc. Regn. Dalm. 224. Habebant enim galeas munitas, castris magnis et *trabuchis*, pontibus et omnibus necessariis ad bellandum. Obs. Jadr. 400., 402.

Traca, æ, tractus, (Du C. al. s.); *irány.* Gall. trace. Soos Mon. meta pertransiret publicam *tracam* de prædicta W. versus Z. ducentem.

Trachealis, ad trachiam pertinens; *gége* . . . Bene Med. I. 132. Ita sub coryza, catarrho *tracheali* mucus . . . etc.

1. **Tracta**, æ, (a *trahere)* procrastinatio (Du C. al. s.); *huza-vona.* Ac. Com. Sopr. p. 5—6: Nulli dubitamus, quin . . . Vestræ Dominationes . . . hanc occasionem absque omni *tracta* et mora promptissime sint acceptaturæ.

2. **Tracta**, æ, tractatio, deliberatio, (Du C. al. s.); *tárgyalás, alkudozás, egyezkedés, tanácskozás.* Gall. traité. Cod. Alv. I. 13. mivel már *tracta* indittatik ő felsége és Erdély közt, semmi hostilitást ellenünk nem mutatnak. Arch. Rák. III. 198. IV. 32. VIII. 39. Tör. Tár. 1891. p. 588. 1892. p. 520.

3. **Tracta**, æ, verriculum, (Du C. al. s.); *kerítő háló.* Ger. Zugnetz. Han. Mon. Jur. P. I. 152: homines iuvantes ad piscandum cum *tracta.*

4. **Tracta**, æ, extractio, quæstus (Du C.); *kereskedés, elárusítás, kivitel.* Gall. traite. Ljub. Mon. Sl. IX. 84. an. 1410: cum introitibus . . . qui exiguntur de *tracta* salis.

5. **Tracta**, epulum; *megvendégelés.* Gall. traitement. Jókai. Rab. R. I. 180.

Tractabilitas, quod facile tractari potest; *kezelhetőség.* Buny. Vár. tört. Thurzó levele. I. 357. propter tractabilitatem (sc. libri ab Aldo missi) et inter ambulandum et, ut ita dixerim, inter aulicandum . . . pro maximis utimur deliciis. Cf. Vitr. 2., 9.

Tractalis, currens, præsens; *folyó.* Jogt. Eml. I. 488. annus *tractalis.*

1. **Tractamentum**, (Du C.) tractatio, agendi ratio; *kezelés.* Tag. Erd. II. 633. sylvarum usus et *tractamentum.*

2. **Tractamentum**, (a tractare) tractatio, tractatus; *tárgyalás.* Rák. Ön. 316. I. 18—19. (18.): . . . non convenire paci et amicitiæ simile *tractamentum*, conjugi Principis amici absque causa exhibitum . . . Opin. Deput. 48. Dip. Reip. Rag. 18.

3. **Tractamentum**, victus, alimentum, (Du C. al. s.); *eltartás.* Száz. XXIX. 924. A hadak téli *tractamentumáról* és condescensiókról.

Tractans, qui cum aliquo agit de aliqua re; *alkudozó, tárgyaló fél.* Thök. Lev. 78.

Tractare, dare, apponere epulas, (Du C. 5.); *vendégelni.* Máty. 141.

Tractatio, convivium; *vendéglés, vendégség.* Jogt. Eml. I. 397.

Tractatores, (Du C.) interpretes sacræ scripturæ; *a szentirás magyarázói.* Pár. Páp.

Tractatorius, 3., ad trahendum idoneus; *húzó, vonó.* Tör. Tár. 1890. p. 377. funis longus *tractatorius* unus.

Tractatulus, i, dissertatio parva; *kis értekezés.* Ham. Grad. Cons. 3. eorum, quæ *Tractatulus* iste continet, cognitio est pernecessaria. Moln. Patv. Præf.

Tractatus commercialis, pactum commerciale; *kereskedelmi szerződés.* Törvt. Msz.

Tracterium, popina; *vendéglő.* Lzb. Cod. Med. III. 754.

Tracterius, popinarius, (a Gall. traiteur); *vendéglős, étárus.* It. trattore. Regul. Turm. Præt. 11. Stipendium et, quæ pro Victu emensa est pecunia, cuique Prætoriano sufficiat, hæc victum suppeditanti coquo vulgo *Tracterio* admanuabitur.

Tractio funis, actus trahendi funis; *kötélhúzás.* Bene Pol. m. 67.

Tractivus, vim attrahendi habens; *szívó, vonó.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. p. 282. Aliqui multum edunt neque tamen pinguescunt. Quia vel multum calent vel cibos indigestos remittunt vel exigua *virtute tractiva* præditi a natura sunt, quæ proinde modicum in membra deducit.

1. **Tractorium**, i, (Du C. al. s.) tractoria machina; *vonóeszköz, tekerő csiga.* Verancs. V. 338. Nec minore attentione tormenta bellica, barbatas, pixides . . . funes, trochleas, *tractoria* et vehicula tormentorum et generatim machinas universas, instrumentaque bellica et quæcunque alia in arce necessaria, ubique et in omnibus arcis partibus atque recessibus conscribent.

2. **Tractorium**, idem quod ap. Du C. *Tractus*, telum, sagitta; *lövő eszköz, nyíl.* Száz. XV. 120.

Tractualis, ad tractum, districtum pertinens; *kerületi.* Ker. Nap. 106. H. J. debreceni *tractualis senior.*

Tractualis assessor, districtus assessor; *kerületi ülnök.* Ker. Nap. 232.

Tractualis notarius, districtus notarius; *kerületi jegyző.* Ker. Nap. 357.

Tractura, æ, nervus, qui intenditur, (Du C. al. s.); *íjj hur.* Száz. XXIV. 339. Item una faretra cum *tractura* ac cum Xij sagittis.

1. **Tractus**, us, (Du C. 10.) contractus; *szerződés.* Ker. Nap. 4. minthogy a Ven. *tractusnak* is consensusa már ebben megvolt. Cod. Dip. Brüss. III. 223. *tractui* inter nos inito fide mediante confirmato quam maxime contrariatur.

2. **Tractus**, contignatio; *emelet.* Jókai Rab R. I. 169. az úr ide költözik hozzánk a kastélyba; az egész felső *traktus* az uré lesz, lesz négy lovas hintaja.

Traczk, V. *Taraskus.* Szil. Régi Magy. K. T. III. 322. Tribus bombardis *traczk* vocatis.

Tradere realiter, vere, re ipsa tradere; *valóságosan átadni* (a jószágot). Georch. H. T. II. 30.

Tradere symbolice, tradere per signum; *jel által átaladni* (jószágot) p. midőn a borok helyett a pincze kulcsa általadatik. Georch. H. T. II. 30.

1. **Tradicio**, actus, recipiendi, occultandi res ablatas; *orvgazdaság.* Szék. Okl. I. 338.

2. **Tradicio**, proditio; *árulás.* Gall. trahison. Georg. Sirm. I. 48. Hic prima *tradicio* Hungarorum, ergo ve vobis christianis totis.

Tradimentum, Traditamentum, (Du C.) proditio; *árulás.* Cod. Telek. X. 138. Civitatem vel Castrum aut fortalicium alterius partis quovis quesito colore expugnare aut obtinere vel per *tradimentum* ad manus suas recipere seu usurpare. Han. Mon. Jur. II. 134. Ljub. Mon. Sl. XI. 259. an. 1347. M. Flor. Fontes II. 119. Detricus . . . per *tradimentum* Chabam fecit superari. Marc. Chr. II. 10. postmodum vero Detricus de Verona per *traditamentum* Chabam fecit superari. Chr. Dubn. c. 18. p. 22.

Traditio brevi manu, *rövid úton való átadás.* Kövy El. 133. Si quis rei suæ apud alium existentis proprietatem in eundem transferat vel, ut vulgo dicitur, res præsens detur de manu ad manum, *traditio brevi manu*, e longinquo autem *traditio longa manu* vocatur v. gr. dum merces periculo emtoris viæ committuntur.

Traditio manu longa, V. *Traditio manu brevi; hosszú úton való átadás.*

Traditionalis, usu receptus; *szokásos.* Száz. XI. 736. *traditionalis* politica.

Traditores, proditores, *árulók*, (Du C.) Funda David J. 2: *Traditores*, qui Thesaurum Ecclesiæ et codices sacros ex imperatorio edicto tradiderant. Cf. Tac. Hist. 4, 24; Sedul. Carm. 5, 61.

Traditorius, 3., ad proditorem pertinens; *árulói.* Sup. An. Sc. I. 261. an. 1287: *traditorias* facciones.

Traditrix, quæ prodidit; *áruló.* It. traditrice. Chr. Dubn. 98., 78. Decreverunt Albam *tradricitem* obsideri. Marc. Chr. II. 56.

Tradiusculus, 3., (dim. a tardo); *valamivel késő.* Cod. Telek. XI. 204. Quod quidem si forte *tradiusculum* fuit, recta ratio huius tarditatis tibi reddita est.

Trador, tunica germanica, alias Camisol; *német kabát*, köznyelven kamiszol selyem és arany ezüst kelméből. Arch. Rák. VIII. 315. Tunica æstivalis ex materia *Trador*, cum nodis lapideis cœruleis. Száz. XVII. 801.

Traducere, transferre, vertere; *lefordítani.* Tag. Erd. II. 335: in vernaculam . . . linguam *traductae.* Cf. Gell. 1, 18, 1.

Traducere in uxorem, ducere uxorem, uxorem sibi adiungere; *nőül venni.* M.

Flor. Fontes II. 126. Geysa (Saroltam) . . . *traduxit in uxorem* legitimam.

Traductivus, i, casus mutationem denotans; *változtató eset.* Corp. Gram 357. e. g. emberré.

Traducere, uxorem, (Du C.) uxorem ducere; *nőül venni.* S. de Kz. Chr. I. 4., 7. e Sicilia *uxorem* non accepit, sed *traduxit* de gente Corismina 23.

Traducianus, (Du C.) sectator Traducianismi, rationis, quæ animas instar traducum transplantari docet; *a lelket átömlesztők.* Imre Phil. 353. Nonnulli tenent animas prolium ex animabus parentum egredi et *traduci* ita fere, sicut flamma candelæ excitat alterius flammam, et hi vocantur *Traduciani.*

Træga, V. *Treuga.* Arch. Rák. II. 209.

Trafficans, negotiator; *dohánykereskedő.* Coll. I. 396: ut tabacca per *Trafficantes* . . . libere distrahi queat.

Traficare, vendere, mercatum facere, negotiari (Du C.); *üzérkedni.* Kuk. Jura I. 456. Noverint igitur prætitulatæ D. Vestræ Clementissimam hanc Resolutionem Regiam fine etiam et scopo illo, ut in Commerciis partem habentes et *Traficantes* Regnicolæ sese dirigere valeant. Dip. Reip. Rag. 191.

Traficatio, machinatio; *hamiskodás, üzérkedés.* Törvt. Msz.

Trafigum, quæstus; *üzérkedés.* Ljub. Mon. Sl. IV. 95. an. 1369.

Traga, æ, (Du C.) currus, plaustri species. Hist. Zerm. Cobencz. p. 118: reperi unum nobilem cum 30 *tragis* seu kocsi.

Tragefacere, accendere, irritare; *felbőszítni.* Chr. Dubn. 100., 82. Rex ergo venenosis verbis comitis Vyd *tragefactus.*

Tragemata sacharacea, *(τραγήματα)* bellaria, (Du C.); *csemege.* Ger. Backwerk. Oláh. Cod. Ep. 415. Habeo gratiam pro *tragematis sacharaceis,* quæ mihi dignatus es mittere. Cf. Plin. 13, 4, 9; Plin. Val. 5, 7 fin.

Trago, onis, pro: *Dragon,* miles cataphractus; *vértes katona.* II. Rák. Gy. 54. pro uno pedite decem talleris, pro *tragone* viginti quinque et pro equite 30.

Tragœdialis, ad tragœdiam pertinens; *szomorújátéki.* Irodt. Köz. VII. I. p. 81. actus comediales, *tragoediales.*

Tragus, i, (gr. *τράγος*) hircus; *kecskebak.* Rač. Mon. Sl. VII. 166.

1. **Traha,** æ, (Du C.) vehiculum sine rotis; *gyaloghintó.* It. portantina, lettiga. Ger. Sänfte. Thurócz. in Andrea Rege: Rex Andreas post hæc cito incidit in paralysim et tam hiemali quam æstivali tempore super *traha* ferebatur. Cf. Colum. 2, 20, 4.

2. **Traha,** æ, funis, restis; *kötél.* Kronst. III. 479. *traha* ein Sylen, ein Schlag, Streng, ein Som Seil.

Trahatilis, quod trahi potest; *vonható, húzható.* Magy. Tört. Eml. XXX. 308. an. 1553. Molendina equis *trahatilia.*

1. **Trahere,** (Du C. 3.) glandes, tela mittere, iaculari; *lőni.* Gall. tirer. Frak. Mát. lev. II. 107: Sunt preterea magistri pixidum, qui sciunt *trahere* ex sclopetis.

2. **Trahere,** transmittere (Du C. 8.) V. s. *Blava; szállítani.*

Trahere alicui, demere, adimere detrahere; *levenni, lehúzni.* Prot. inq. 218: volebam . . . extrahere de dorso illud cilicium, et ipsa nolebat et vix potui sibi *trahere.*

Trahere campanas, pulsare campanas; *harangozni.* Teutsch. Schulord. I. 28.

Trahere (in ius), in ius vocare; *törvénybe idézni.* Cod. Dip. Arp. V. 154.

Trahere se, migrare, comigrare; *hurczolkodni.* Ger. sich ziehen. Fjp. Szám. p. 113. an. 1398: D. *traxit se* ad civitatem.

Trahere se ad partes, recedere; *félrevonulni.* Batty. Leg. III. 38. an. 1309.

Trahilia, ium, funes ductorii; *vontató kötél, istráng.* Sup. An. Sc. II. 494. an. 1577: ob ademptionem unius currus cum pertinentiis . . . et *trahilibus* equorum.

Trajbolatio, onis, (a germ. Treiben) actus tundendo, malleo fingendi, formandi; cælandi; *kiverés* (érczen). Tör. Tár. XX. 282. imo absque scitu Rivuliensium laborem vulgo *Trajbolás* dictum iniri et institui minime possit; verum si id fieri debebit Curatores Sufflatorii, ipsis sub fide significare adstrictus sit; ac sic præsentibus ad id deputatis hominibus *trajbolationem* peragere; argentum vero manibus ipsorum administrare debeant.

Trajectus, us, (Du C. al. s.), rates ad trajiciendum comparatæ, ponto; *komp.* D. Ráczk. p. 197: cum cunctis . . . naulis, vadis, *Trajectibus.* Cf. Auct. B. Alex.5 6, 5; Plin. 6, 23, 26.

Tramissum, tradita res; *általadott tárgy.* Han. Mon. Jur. P. I. 117: quicunque receperit . . . *tramissum* cuiuscunque valoris.

Tramontana, (Du C.) boreas, aquilo; *éjszaki szél.* It. tramontana. Arch. Rák. IV. p. 76.

Tramosoricum, (Du C. Tramoserica) pannus subsericus; *félselyem materia.* Ger. halbseidenes Zeug. Pár. Páp.

Tranavare, laborare, versari, summopere navare alicui rei; *nekifeküdni.* Prot. inq. 197. M. petiit in obedientiam, quod esset sacristiana, ut plus posset *tranavare* se in servitio Dei.

Trancator, pro: trotator; equus currens; *ügető.* Hisp. tranco. Fin. B. 52.

Tranczer-messer, culter scindendis carnibus; *bonczkés.* It. trinciante. Ger. Tranchirmesser. Thök. Diar. II. 380. Unum par cultrorum, vulgo *Tranczermesser* fl. 4 xr. 30.

Trannia, (correptum) Transilvania. Tört. Tár. IX. 180.

Trannicus, (correptum) *Transilvanicus.*

Tranquillatio, pacatio, mitigatio (Du C. Tranquillacio); *lecsendesítés.* Ac. Com. Sopr. p.5: Deus . . . desiderata omnia . . . in *tranquillationem* Patriæ . . . largiatur.

Tranquillitatio, V. *Tranquillatio.* Otia. Bachm. 11. verum imprimis, ut nihil huiusque rationi meæ decessisse, sed resolutionem a me factam, ex gravibus, suæ *tranquillitationi* intentam conscientiam prementibus causis et argumentis susceptam esse ipse experiri valeres.

Transactare, (Du C.) tradere, transferre; *átadni.* Ljub. Mon. Sl. I. 7. an. 1163: totam insulam . . . concedimus atque *transactamus.* Vjestnik. I. 168. an. 1289. dono atque *transacto* tibi . . . totam vineam.

Transactio, conventus, pactum; *peralku, peregyesség.* It. convenzione, accordo. Gall. transaction. Ger. Vergleich. Kövy El. 481. *Transactio* est contractus, quo res liberæ partium dispositioni subiacens, de qua lis defluit, non gratis, verum retento vel promisso aliquo in alterum transfertur. Differt ab amica compositione, quæ fit vel ante motam litem vel iam mota lite quidem, verum una pars totam rem litigiosam cedit alteri gratis. Jókai Mire megv. III. 110. Tisztb. Ir. Kass. Jur. Civ. II. 151. Comp. L. I. G. Proj. Leg. Civ. 237. Cod. Ep. Pet. Páz. I. 159. Cf. Dig. 2 lit. 5.

Transactio commendatitia, pactum commendatione dignum; *ajánlatos egyezkedés, tanácsos egyezkedés.* Verancs. IX. 139. Verum, quia omnino vos parum perspicitis commoda vestra et quidnam eorum velletis magis, quæ captatis, parum ex iudicio solido; committimus vobis, ut desinatis pro nunc huic nostræ cum Egregio domino Cubiny *transactioni commendatitiae* contraire vosque sic eius voluntati accomodetis, ut et officia et obsequia vestra illi non desint.

Transactionales, (literæ), literæ pactionem continentes, contractus; *egyezés, alku, szerződés, pöralku* (levél). Kass. Jur. Civ. II. 152. Quod attinet structuram *Transactionalium.*

Transactionalis, ad transactionem pertinens; *egyezkedési.* Kövy El. 534. Quamvis Actor ad usum *transactionalis,* sed iam pridem interruptæ pascuationis D. 23: 175. item emtor etc.

Transactivus, 3., translatus; *átvitt.* Andr. Pan. 11. sunt quædam nomina ei appropriata et quædam transumptiva et *transactiva* a creaturis.

Transaltare, transmigrare; *átköltözni.* Lop. Mon. Sl. XX. 214. an. 1702: Iste populus (sc. Bunievaci) *transaltavit* ante octuaginta annos ex partibus Turcicis ad portus maritimos . . . ex quo nomine appellantur *Uskoki* quod idem est ac *transaltatores.*

Transaltator, V. s. *Transaltare.*

Transcendens, sensus vel eorum facultatem superans; *érzékfölötti.* Pázm. Dial. 166.

Transcendentalitas, status transcendens, naturam superans; *érzékfölöttiség.* Han. Hist. Eccl. p. 104: Et sic vigebat spinosa et molesta nescio quæ Theologia de Instantibus, relationibus, quidditatibus, de formalitatibus, quo etiam mysteria *transcendentalitatum, primalitatum,* aseitatum, exeitatum, hæcceitatum, nuncceitatum, tuncceitatum, præsentalitatum, generalitatum, specificabilitatum, tantitatum, talitatum, subiicibilitatum, passionabilitatum, potentionabilitudinalitatum, aptitudinabilitatum . . . spectant.

Transcendentaliter, supra facultatem et officium sensuum; *érzékek fölött, érzékeken túl való módon.* Pázm. Dial. 344.

Transcriptive, (a «transcriptivus») per transcriptionem; *másolatilag.* Fej. X. I. 195. in dicto Anno confectarum (sc. litterarum) *transcriptive* et confirmative in se habentes.

Transcursus, us, decursus (Du C. al. s.); *lefolyás.* Tkal. Mon. Ep. II. 19. an. 1340. dierum *transcursus.*

Transdanubialis, e, trans Danubium situs; *dunántúli.* Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 13. dominus Rex pater noster tunc gerens terre *Transdanubialis* gubernaculum.

Transdanubianus, V. *Transdanubialis.* Kat. Hist. Reg. I. 91. supremi Comites Comitatum *Transdanubianorum* 11. enu-

merantur. Cf. Liv. 40, 58, 8; Inscr. Orell. nro 750.

Transdanubiensis, V. *Transdanubialis.* Cod. Dip. Brüss. II. 353. ac *transdanubienses* aliquot Arces munitissimas obtinuit expugnavitque,

Transderivare, transferre; conferre ad aliquem (hungarismus); *átszármaztatni.* Száz. VII. 702. *transderivare* in familiam *perennalitatem.* Kass. Jur. Civ. II. 142. Cod. Camb. Merc. 16.

Transdravianus, 3., trans Dravam situs; *Drávántúl fekvő.* Batty. Leg. III. 152. an. 1314.

Transducere in uxorem, uxorem ducere; *nőül venni.* Chr. Dubn. p. 31: Quem (sc. Zarolth) Geysa . . . *transduxit in uxorem.*

Transena, æ, (Du C. Transenna) cancellus; *kerítés.* Verancs. V. 250. Tota hæc civitas in suburbana et multo etiam longius effluxerat desiderio eundem videndi oratorem. Quo nos quoque capti spectaculo, eo loci passa iusserat dari nobis stationem in quadam parte dervisiorum cœnobii ad viam spectante, *transenisque* præstructa.

Transenalis, (via regia), ad viam publicam, viam militarem pertinens; *országúti.* Kass. Prax. I. 34. L. R. Civitates et hæ una cum curia Comitatensi in *via regia transenali* situantur. I. 35. qui in locis sic dictis *transennalibus* constituti sunt.

1. **Transenna,** æ, transitus militum; *katonai átvonulás, általmenetel.* Szirm. Moln. Patv. 70. Militiam per Regnum commeantem et *Transennas* per assignationes dirigere, ad loca Quarteriorum hyemalium vel æstivalium aut ad *Collectaculi* Stativa inviare ibique de necessariis Orali et Equili portionibus tectoque et foco providere; ac de fœno et Avena in Exercitum, *Campamenta* vel aliorum administranda prævie facere ordinationes.

2. **Transenna,** æ, *per transennam,* in itinere; *útközben.* Rák. Ön. 103. ad quas literas concinnandas Munkacsinum ire et *per transennam* Ungvarini cum comite Bercsenio et aliis ibi congregandis conferre statuens.

Transennaliter, in itinere; *útközben.* Moln. Patv. 77.

Transennare, transire; *átvonulni.* Pfahl. Jus. Georg. 346. Quarteriorum militiæ *transennanti* et stativanti assignatio.

Transfigere, (Du C. transfegare), transire; *átcsapni.* Gall. s'associer. Ger. übergehen. Epist. Proc. P. III. p. 124: Transsilvani fluctuant. Nunc cognoscunt in quem *transfixerunt,* non vident salutem suam stabilem futuram.

Transfluminaris, trans fluvium situs, V. *Transvadanus; folyóntúli.*

Transformalis, formam mutans; *átváltoztató, átalakító.* Pel. Pom. L..IX. P. I. Art. III.c. 2. Sexto eius Mariæ charitas fuit *transformalis,* quia totaliter erat ipsa per charitatem transformata in Christum.

Transformativus, 3., vim transformandi habens; *átalakító.* Pel De s. Jacobo ser. II. col. 4: Amor habet vim *transformativam* amantis et amatum.

Transfretare, transvehere; *hajón átvinni.* Ger. Überführen. Kronst. I. 516. Cf. Suet Cæs. 34; Gell. 10, 26, 1; Ammian. 22, 6.

Transfretatio, traiectio; *átmenés, átszállás, átkelés.* It. tragetto, trapasso. Ger. Ueberfahrt. Fej. X. 2. 43. hospites et populos nostros de Szent Maria in navigio et *transfretatione* predicti portus, ipsis per nostram Maiestatem concessi. Cf. Gell. 10, 26, 5.

Transfugare, pellere, fugare (per totam ecclesiam); *keresztül hajtani,* Batty. Leg. III. 117: an. 1309: turpiter *transfugando* ipsos usque in sacristiam.

Transfugiens, transfuga; *szökevény.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. I. p. 250.

Transgressor, *(παραβάτης)* violator, (legis); *áthágó, megsértő, vétkes.* It. trasgressore, trasgreditore. Vita S. Steph. 8. non enim auditores legis, sed *transgressores* feriendi sunt. Kass. P. P. I. 296. Cf. Arnob. 7, 215; Tertull. Resurr. Carn. 39; Alcim. 2, 120.

Transibilis, non exiguus; *olyan, mely megjárja, meglehetős.* It. passabile. Ger. leidentlich, ziemlich, passabel. Thök. Diar. II. 364. Domus infra gradibus, habet januas *transibiles* 2.

Transil, navigium onerarium; *teherhajó.* Verancs. IV. 220. Alios Istrum versum, qui et parata quæcunque invenerunt, tam bellica, ut sunt saykæ et nazadæ, quam oneraria navigia, vulgo *transil* dicta, intereipiant, sistantque nomine principis.

Transire, influere (Du C. al. s.); *befolyni, járulni.* Ger. einfliessen. Fjp. Szám. p. 37: floreni . . . qui *transiverunt* supra civitatem pro collecta etc.

Transire, (de hac vita) mori; *meghalni.* Cod. Dip. Arp. V. 54.

Transitio, per **transitionem,** in transitu aliquid attingere; *mellesleg, futólagosan.* Arch. Rák. VIII. 189. *per transitionem* említeni.

Transitorius, 3., fluxus, transiens; *mulandó.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 499. vitam presentem esse *transitoriam*

Cur mundus militat sub vana gloria
Cuius prosperitas est *transitoria.*
(Giacopone). Cf. Boëth. Cons. phil. 5, 6.

Transitualis, ad transitum pertinens; *átmeneti, átviteli.* Pest. Vár. Levt. Opin. P. III. Sec. 1: commercium *transituale.* Pest. Vár. Levt.

Transitualiter, merces per aliquam terram transeundo vectæ; *átviteli módon.* Opin. P. III. Sec. V. §. 4. (p) 2: mercibus *transitualiter* invectis.

1. **Transitus,** us, (Du C.) districtus, in quo præfecti provinciarum jus dicunt; *hatósági kerület* (járás). Száz. XVI. 575.

2. **Transitus,** us, mors (Du C. al. s.); *halál.* An. Sc. I. 189. an. 1271: per *transitum* Domini Belæ, . . . Regis Hungariæ . . . ad nos Regni Gubernaculum devenisset. (Steph. V.) End. p. 522.

Translatare, (Du C.) transferre, vertere; *fordítani.* Ljub. Mon. Sl. XXI. 194. an. 1444: *translatari* fecimus in latinum.

Translatio Sanctorum, idest sollemnis translatio sanctarum reliquiarum ex uno loco ad alterum; *szentek átvitele.* Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 153. et in festivitatibus sollempnibus, missarum sollempniis et *in translationibus sanctorum,* centum dies et si aliquando in premissis raro tamen magnus casus emerserit.

Translatorius, 3., ad translationem pertinens; *átruházó.* Ger. Uebertragungs. Fej. T. XI. V. Un. 281. Albertus litteras suas *translatorias* Comitatui Tolnensi præsentari iubet.

Translocatio, transferre, collocare in alium locum; *áthelyezés.* Coll. II. 164.

Transmandare, tradere; *átadni.* Ljub. Mon. Sl. II. 76.

Transmaritimus, 3., transmarinus; *tengerentúli.* It. oltramarino. Germ. überseeisch. Cod. Dip. Arp. Cont. IV. 13. vel ad dampna *transmaritimarum* partium propulsanda inhabiles sunt omnimodo. Knauz. M. E. Str. II. 228., 194.

Transmigrare, (de mundo), mori; *meghalni, elköltözni.* Georg. Sirm. 51. et sic ipse *transmigravit de mundo.*

Transmissibilis, qui transmitti potest; *átküldhető.* Kuk. Jur. III. 153. prouti et quali modo hic Causæ Tabularum Districtualium in Tabulam Regiam, eo pariter et non alio modo, ibidem quoque Causæ Regnorum illorum, Tabulæ Judiciariæ, ex ipsa in Tabulam Banalem transmittentur aut respective *transmissibiles* non erunt.

Transmissibilitas, proprietas rei, quæ transmitti potest; *átküldhető volta.* Kuk. Jura III. 153. Quantum tamen ad modum (seu intra vel extra, aut plane non *transmissibilitatem* earundem) tum Civitatenses Causæ illo prorsus modo quo hic ex partibus quidem, ad Sedem Judiciariam comitatus et ex hac ad Tabulam Regiam.

Transmissio, scil. litteræ, quæ ab uno foro ad aliud mittuntur; *átküldő levél.* Tör. Tár. 1887. p. 594. Samb. Tyrn.

Transmissionale, Transmissionales, ab uno foro ad aliud missum mandatum; *fellyebb vitettető parancsolat, feljebb viteli levél.* Georch. H. T. IV. 164. — Hajnik Perjog. 235.

Transmissionalis, ad transmissionem pertinens; *feljebbviteli.* Kuk. Jura. III. 154. ut ex prædeclarata ratione, in Serie Causarum *Transmissionalium,* causantium intra Regnum hocce residentium Causas, præcedant. Fej. XI. Vol. Un. 505.

Transmissionaliter, mittendo ab uno foro ad aliud, *átküldető módon.* Nagy. Jus. Trans. Sax. 16. privilegii verba . . . in sedem civitatis Segesvár vocatæ *transmissionaliter* remitti et destinari.

Transmissoria, æ, litteræ transmissionales; *átküldő levél, felsőbb székre bocsátó levél.* Cod. Zi. I. 161.

Transmittere, a foro inferiore ad superius mittere; *általküldeni a vidéki Táblától a kir. Táblára hiteles másolatban.* Georch. H. T. IV. 210.

Transmutatoria, sc. ars vel alchymia. q. v. Wallaszky 213.

Transnavare, (Du C.) navi trajicere; *áthajózni.* Thurócz. pars I. hist. Hung. cap. 15: Brachio maris, quod strictum Siciliæ dicitus, *transnavato.* Et in Uladislao: Circa castrum Orsove Danubio *transnavato.* Samb. Tyrn.

Transparens, pellucidus, perspicuus; *átlátszó.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 181.

Transparere, (Du C.) pellucere; *átlátszani.* Pel. Serm. Terra erit tam pulchra et *transparens* sicut vitrum. Pasch. 13. qu

Transpartius, in ulteriorem partem *kivülebb fekvő részekre.* Kuk Jura I. 75 an. 1264: *transpartius* sunt *transfugati*

Transpassare, (Du C.) ultra progredi; *átkelni.* Gall. trépasser. S. de Kz. Chr. II. 1., 14. Post hæc Saxoniam, Thuringiam .... Rheno circa Maguntiam *transpassato.*

Transpassim, ultro citroque; *össze-vissza.* Kuk. Jura I. 75. an. 1264: *transpassim* trucitando.

Transplantare, in alium locum plantare; *átültetni.* It. traspiantare. Oltv. Act. Synod. 20. Ut intestino huic bello in alia etiam Regni seminaria *transplantato* finis tandem imponatur.

Transplantatio, alumnorum solemni modo in altiores classes translatio; *a növendékek ünnepélyes átültetése a magasabb osztályokba.* Beszterceb. ág. gymn. Ért. 1875/6. p. 34.

Transponere, convertere, transferre (Du C. al. s.); *lefordítani.* Gall. traduire. Fabó. Mon. Evang. II. 379. Quo anno eosdem *transposuerim* et quo imprimi curaverim. 380. Num præfatio sit meus proprius labor vel tantum *transpositio.*Cf. Gell. 6, 9, 1.

Transpositio, conversio. V. s. *Transponere*; *fordítás.*

Transportatorium, angulometrum; *szögmérő.* Gall. transporteur. Coll. Math. p. 8. et passim. Falud. Arch. 4.

Transportualis, ad commeatum pertinens; *szállítmányi.* Ger. Transport. Proj. Leg. Civ. 291. verum, ne expensæ *transportuales* accrescant. Nov. Calend. 223. *Transportualia* salis officia. Tag. Erd. II. 833. Törvt. Msz.

1. **Transportus,** i, agmen; *(szállítani való) csapat.* Ger. Transport. Moln. Patv. 82. Dum autem Militia aliqua, pro conscribendis Tyronibus Militibus commendata extiterit, eaque in Loco *Collectaculi* per Verboung iam in tantum profecerit, ut ex *Recrutis* illis sive Tyronibus, *Commissariatice* iam assentatis sive per Medicos revisis, per *commissarium Belli, Officialem Militarem* acceptatis unum *Transportum* seu corpus ex 100. plus minus capitibus et Personis constans Superior Commendatorum Officialis producere possit.

2. **Transportus,** vectura, commeatus (Du C. al. s.); *szállítás.* Gall. transport. Diar. Com. 1796. p. 40. Kass. P. P. I. 241. Opin. P. III. Sec. V. §. 3 c.

Transportus axalis, advectio curru. V. *Axalis; szekéren való szállítás.*

Transportūs officialis, officialis commeatūs; *szállító tiszt.* Törvt. Msz.

Transpositio, actus transponendi, metathesis; *áttétel, helycsere.* Pázm. Dial. p. 585.

Transpulsio, actus agendi per aliquem locum; *áthajtás.* Ger. das Durchtreiben. Lzb. Cod. Med. T. II. 107: pecorum ... *transpulsio.*

Transrimare, perscrutari; *kikutatni.* Fej. VIII. 2. 280. Arguta Judicum circumspectio causarum moles et ipsarum pressuras mentis acumine perspicacius *transrimatas* debet simillime coëquare.

Transsavanus, 3., trans Savam fluvium situs; *Szávántúli.* Star. XXII. 48. an. 1662.

Transscia, (transtra: schiff stul Dief.); *evezés, evezőpad.* Schläg. 770.

Transscripcionalis, transscriptionem continens; *átiratási (jószág).* Cod. Dip. Hung. And. Vol. V. 228. 6. et pass. demptis literis domini Bele olim regis earumdem possessionum *transscripcionalibus.*

Transscriptive, in apographo; *másolatilag, átiratilag.* Cod. Dip. And. II. 440., 512. in littera privilegiali ... tenorem cuiusdem litteræ ... *transscriptive* et confirmative in se habenti adinveniebatur quod ...

Transsectio, secti intersectio; *átvágat.* Ger. Durchschnitt. Faber. Jur. Met. 221. De *transsectionibus,* ne ullus alterius Culturam transcendat, nec suum Courburarium cultivando defraudet.

Transsubstantiare, ex una substantia in aliam convertere; *átlényegesíteni.* Cod. Dip. Arp. V. 45.

Transsubstantiatio, ex una substantia in aliam conversio; *átlényegülés.* Pel. De. S. Nicol. s. I. c. 2: *Transsubstantiatio* panis et vini non est proprie miraculum.

Transsumpmifacere, transscribendum curare; *átíratni, lemásoltatni.* Pesty Ször. III. 43.

Transsumptio, exemplum, descriptum, transscriptum; *átmásolás.* It. copia. Werbőczi 311. *Transumptio* autem: est alicuius privilegii, non sensualis sed verbalis in aliud privilegium translatio Kövy El. 699: *Transsumptio* fit vel Processu in Curia moto ... vel vero locus vel persona authentica documentum in archivo suo existens ... in forma solenni copiari et extradari facit. Cf. Quintil. Inst. 3, 6, 46.

Transsumptionale, sc. Institutum apographis, exemplis conficiendis; *másvételü ügyelet.* Georch. H. T. III. 349. A féle idegenek ellen, kik másnak leveleit letartóztatják, levélkövető ügyelet (Institutum Repetitionis Literarum) van kirendelve és megkülömböztettetik akár a levél-közlésü (ad Communicationem) akár a másvételü *(Transsumptionale)* ügyelettől.

Transsumptionales, transscriptum, apographum; *másolat.* Werbőczi 311. Item, ultra prænarratas nequitiose confectas literas sunt etiam aliæ literæ, quæ etsi malitiose non sint *fulminatae;* tamen in iudiciis non servantur neque locum habent: Prout omnes *Transsumptionales,* quæ, simpliciter et absolute in locis Capitularibus aut conventualibus — sunt vel fuerunt Transsumptæ.

Transsumptionalis, ad apographum, exemplum pertinens; *a levél mássát követő.* Georch. H. T. IV. 90.

1. **Transsumptive,** exscriptus, transscriptus in exemplo scripti; *másolatban.* D. Ráczk. p. 74: continentes in se *transsumptive* certas ... Literas. Tör. Tár. VI. 43. Cod. Zi. III. 83., 84. *transsumptive* de verbo ad verbum. Fej. XI. V. Un. 303.

2. **Transsumptive,** sensu translato; *átvitten.* Pel. Pom. L. I. P. I. Art. I. c. I.: *Transsumptive* autem habetur a magistro in II. distinctione: Credimus, inquit, rerum creatarum etc. Andr. Pan. 13.

Transsumptum, (Du C.) exemplum scripti; *másolat.* It. copia. Szer. Not. p. 32: Continetur autem hæc regis Commissio in *Transsumpto* Fratris ... Száz. III. 618. Georch. H. T. IV. 117.

Transsumptum authenticum, exemplum fide dignum; *hitelesen másbavett levél.* Georch. H. T. IV. 117.

Transsumptum capitulare, exemplum, a capitulo confectum; *káptalanbeli másvételü levél.* Georch. H. T. III. 66.

Transsumptum judiciale, in tribunali confectum exemplum; *törvény előtt másba-vett levél.* Georch. H. T. IV. 116.

Transsumptum primarium, exemplum primum; *eredeti levél mása.* Törvt. Msz.

Transsumptum sensuale, exemplum, quod tantum sensum exemplaris continet; *értelembeli másolat.* Törvt. Msz.

Transsumptum transsumpti, exemplum exempli; *másolatnak másolatja.* Georch. H. T. IV. 117.

Transsumptum verbale, exemplum ad verbum expressum; *szószerinti másolat.* Törvt. Msz.

Transtibiscanus, 3., trans Tibiscum situs; *Tiszántúli.* Veranc. Hist. I. 206. Ubi vero eam iacturam Transsylvaniæ provinciæ et Hungariæ parte *transtibiscana* pensaturum dicitis. Kat. Hist. Rep. I. 91.

Transumtum, i, V. *Transsumptum.* Ker. Nap. 108. in *Transumto.*

Transvadanus, trans vadum situs; *révéntúli.* Szentiv. Cur. Misc. 411. Cum animadversum esset Urbem non admodum ægre oppugnari, si adversa ripa ab hoste occupetur, ut ea ripa hosti aut infesta esset aut saltem illum retardaret atque interea urbana feriarentur Mœnia, cœperunt construi munitiones *transvadanae* et *transfluminares.*

1. **Transvadare,** (Du C.) trans vadum ire; *átkelni.* Verancs. II. 234. omnia devastando *transvadarunt.* Cf. Vulg. Ezesh. 47, 5.

2. **Transvadare,** exigere (Du C. al. s.); *átélni, eltölteni.* It. passare. Germ. zurücklegen. S. Steph. vita p. 16: Qui *transvadata* pueritia, postquam primum adolescentiæ gradum transcendit ...

Transvaganus, trans Vagum situs; *Vágontúli.* Epist. Proc. P. III. p. 579: fere enim *transvaganae* ... indefensæ maneant partes.

Transvasare, transferre, transportare, (Du C. vasa transferre); *áthelyezni.* Fej. I. 178. Cum enim gradus et inferiores sedes Deitatis confinxissent et animarum præexistentias ac effluxus ac decidentias, respectionis earum ad Deum in se ipsis constituentes easque in diversa ac multiformia corpora *transvasantes* et transmutantes.

Transversalis, (Du C.) transversarius; *keresztben átmenő, metsző.* It. trasversale. Obs. Jadr. 401. alium sticatum ultra portum Jadræ extensum ab Ecclesia S. Petri versus Ecclesiam S. Joannis siti ad puntam procedendo a parte *transversali* plagæ, quem vigesimo præfecti mensis die fabricare inchoaverunt.

Transversaliter, per transversum; *keresztben.* Pel. De s. Francisco s. II. c. 5: A manu in manum per pectus *transversaliter* totus consignatus visus est ... Tör. Tár. 1887. p. 177. ornamentum altaris ... cum liliis et crucibus *transversaliter* consutis.

Transversatus, transversus; *keresztben fekvő.* Fej. X. 4. 374. idemque scutum duobus Baradis ... a posteriori parte eiusdem Gruis et Superiori imagine usque ad inferiorem, quasi per obliquum *transversatum,* galeam denique nigro tinctam.

Transvestibilis, quod transferri po-

test; *átruházható.* Ger. übertragbar. Kövy El. 435. Etiam cum summæ arrendalis capitale ad semel depositum est contractum in pignus *transvestibile* degenerasse decisum 26. Aug. 1806.

1. **Transvestire,** transferre; *átruházni.* Kövy El. 326. Ad *transvestiendum* pignus quoad ratam fratris oppignorantis.

2. **Transvestire,** carminis argumentum ad ludum et iocum convertere; *átöltöztetni, travesztálni.* It. travestire. Greg. Aesth. 124. Ad satyras referre licet sic dictas parodias, quæ serium in ludicrum vario modo vertunt, velut Ovidii de arte amandi aut Blumaueri *transvestita* Aeneis. Olt. Act. Synod. 63.

3. **Transvestire,** aliena veste occultare; *álruhába öltöztetni.* An. Sc. IV. 179: bonus amicus juvenem . . . *transvestivit* Polonicæ Dominæ habitu.

Transvestitio, translatio, cessio; *átruházás.* It. cessione. Kass. Jur. Civ. I. 49. h) Ad *transvestitionem* conditionum pignoratitiarum.

Transvestitio conditionum pignoratitiarum, *a zálogföltételek átruházása.* Jogt. Eml. T. II. 1. p. 347.

Transvestitio pignoris, translatio pignoris in alium; *zálog felváltása.* Georch. H. T. III. 53. Hasonlit a zálog elrontásához annak *felváltása (Transvestitio Pignoris):* mely ügyelet nemrég jövén szokásba a Királlyi Táblánál arra céloz, hogy a meg nem kinált osztályos Atyafi a zálogot szinte azon feltételek alatt, mellyekkel idegen birja, attól elveszi és ugy mint zálogot szinte azon feltételek alatt magának tulajdonítja.

Transvolutio, (Du C.) decursus; *lefolyás, leforgás.* Tkal. Mon. Ep. I. 17. an. 1209: temporum *transvolutio.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 90.

Transvulnerari, transfigi, perfodi; *átdöfetni.* Pel. Pom. L. II. P. II. Art. II. c. 12: Vide lanceam, qua *transvulneror.*

Trapellum, i, ab It. *trapelo,* equus funalis; *szíjtartó,* Riemen pferd. Cod. Zi. III. p. 323. Litteras privilegiales . . . in *trapello* sub capite Sigilli eiusdem domini palatini inclusas . . . eidem Capitulo . . . ad rehabendum et servandum . . . exhiberi fecissemus. Haz. Okl. 208. an. 1337.

Trapesita, æ, trapezita, numularius (Du C.); *olasz pénzváltó, -kereskedő.* Száz. VII. 160. Indicium de canonicis Ultrajectinis et *Trapesitis* seu Lombardis.

Trapetum, *Officina chartaria*; *papirmalom.* Szamosk. III. 203. fatalem suæ cladis agrum coronensem petit, ac iuxta quemdam amnem *ad trapetum,* binis ab urbe lapidibus remotum, ubi chartarum lintea materia prælis tunditur atque in plagulas constipatur et elaborator, castra locat.

Trapezata, æ, mensa trapezitæ; *bankasztal.* Tör. Tár. 1893. p. 27.

Traphica, æ, mercatura; *üzérkedés.* Kuk. Jura. II. 188: cum constet incolas . . . sustentationem . . . ex quæstu et *traphica* habere.

Traphicator, mercator; *üzérkedő.* Kuk. Jura. II. 187.

Trappa, æ, locus cultus(Du C. al. s.); *ültetvény.* V. It. trapiantare. Ger. Pflanzung. Han. Mon. Jur. P. I. 187: multa damna inferebantur in vineis et hortis et *trappis.*

Traso, onis, miles gloriosus: *henczegő katona.* Ger. Bramarbas. V. *Thraso.* Verancs. 1., 52. quod ad illam vivendi vitam iam olim desideratam nunc venire incipiet omissa illa sanguinaria et carceraria, quæ solis *trasonibus* conveniens est.

Trassans, cui perscriptum est argentum; *intéző, intézvényes, tukmányozó.* Cod. Camb. Merc. 11. Qui pro Valuta sibi numerata vel promissa literas cambiales extradat, non incongrue Debitor aut *Campsor* stylo vero recepto *Trassans* dicitur. Kass. Jur. Civ. Lex. 63. Art. D. 1840. p. 57.

Trassare, solutionem alicui delegare, argentum alicui perscribere; *intézni, intézvényezni, tukványozni* (váltót). It. trassare. Cod. Camb. Merc. 13. Non secus Institores seu Complementarii, Sodales item, quibus mercantilis quæpiam Societas, aut privatus Negotiator, generalem in negotio agendi, Firmaque sua utendi Plenipotentiam contulit, sensu articuli 1. §-phi 3 tii Puncti 5-ti, literas Cambiales ad nomen *plenipotentiantis* edendi, *trassandi, indossandi* et *acceptandi* plenariam habebunt potestatem.

Trassata Cambialis, *intézvény, tukvány.* Cod. Camb. Merc. 17. *Trassata Cambialis* illa est: qua Trassans in alio loco degenti Trassato committit, ut pro eo trassatam summam seu directe Remittenti vel vero ad eius ordre solvat.

Trassatæ Cambii literæ, *intézvény, tukmány.* Cod. Camb. Merc. 18. Plerumque, imo fere semper, *trassatae Cambii literae,* velut summum commercii medium, ad Ordre eduntur, taliterque de una ad alteram manum per Indossamentum cessæ, mercantilem circulationem illam, in qua totius commercii vis posita est, constituunt, ac ideo *negotiatae* etiam appellantur.

Trassatus, V. *Acceptans; intézvényezett, tukványozott.* Cod. Camb. Merc. 11. Qui easdem literas sibi præsentatas acceptat, et exsolvit *Trassatus* aut *Acceptans* appellari consuevit. Art. D. 1540. p. 58.

Trassetum, (fors. idem quod. Gall. terrasse) podium, proiectum; *erkély.* Verancs. VII. 291. nam minoris eam vendere nullo pacto vult quam ducatis quadringentis et adhuc sine *trasseto* et casulis *illis* ante portam.

Tratonicus, genus quoddam armatorum. Fej. X. I. 560. tunc etiam captus fuit unus *tratonicus* de exercitu comitis Anz, quem idem Prior ad manum salvam propria manu occidit.

Tratta, æ, syngrapha, litteræ cambiales; *tukvány, intézvény, tukma, idegen váltó.* It. tratta. Cod. Camb. Merc. 9. Medio Cursoris publici literæ inviatoriæ alias Aviso dictæ per Trassantem submittantur, quibus videlicet Trassatus de *Tratta* ad se missa, et modo satisfaciendi edocetur et sine quibus perspicax Trassatus, Cambiales seu acceptare seu exsolvere non solet.

Traumaticus, *(τραυματικός)* ad vulnus pertinens, cum vulnere coniunctus; *sebes.* Bene Met. II. 6. encephalitis *traumatica.* Cf. Veget. 4, (6) 19.

Travatia, tentorium trabibus constructum (Du C. Travachia); *katonai sátor.* It. trabacca. Knauz. M. E. Str. II. 72., 54. Item tentorium meum magnum *Travatia* videlicet sive *Agleriam* (relinquo).

Travatura, æ, tectum, operimentum ex trabibus; *fedés, beborítás.* Han. Mon. Jur. P. I. 152: concesserunt ei . . . de lignamine zapini . . . pro *travatura* pavimenti . . . domus et pro *travatura* tecti.

Traversa, æ, (Du C. traversia) favonius; *nyugoti szél, nyugat.* Vjestnik I. 182. an. 1289. de *traversa* iuxta viam publicam.

Travis, trabs; *gerenda.* Ljub. Mon. Sl. 294: *traves* mezane.

Trefaticus, 3., (ab hung. *tréfa)* ridiculus; *nevetséges.* Szered. Ser. Episc. 78. an. 1334. Quod in nullo valore ipsarum Decimarum . . . ipsa emptio poterat correspondere, imo delusoria et *trefatica* . . . videbatur. Fej. VIII. 3., 747.

Tregovina, æ, pro: *tergovina* q. v.

Tregua, æ, pro *Treuga* q. v. (Du C.) Ljub. Mon. Sl. I. 125. Jur. Tör. Tár. 1889. p. 86.

Trema, æ, (Du C.) *semita; út.* Ljub. Mon. Sl. II. 99: debeat accipere unum . . . de *trema,* quem voluerit.

Tremblantes, V. s. *Quaequeri.*

Treme, trunci (a Ger. Tram); *gerenda.* Fjp. Szám. p. 191. an. 1421. tres *treme* secaverunt in silva pro turri.

Tremulare, tremefacere (Du C. dubitare); *megrenditeni.* Ger. erschüttern. Thurocz. 210. elatasque domos impetuosis flatibus concutiens stridore et mugitu ingenti *tremulari* fecit.

Tremuleus, 3., tremens; *rezgő.* Tremulea arbor = rezgő nyárfa (Du C. populus tremula). Fej. VII. 335., 258.

Trenchea, æ, fossa obsidionalis, brachium (Du C. Trenkeia); *futó árok, vi árok.* Gall. tranchée. Szentiv. Cur. Misc. 383. Circumvallatio ipsa lineis *(Trencheis)* hoc est vallo continuo variisque operibus muniatur.

Trenschare, dapes scite dissecare; *szelni, vagdalni, fölszeletelni.* Wagn.

Trentesimarius, i, officialis tricesimæ; *harminczadi tiszt.* Han. Mon. Jur. P. I. 114.

Trentesimum, tricesima pars: *harminczad.* Ljub. Mon. Sl. IX. 76. an. 1410: commune . . . debeat . . . percipere *trentesimum.* Luc. Regn. Dalm. 266.

Trenus, i, (Du C. traina): vehiculum sine rotis; *szán* v. *korcsolya-féle, trenus: ajancsa.* Száz. XXVII. 167.

Treonte, fors. *tremor; félelem.* Ljub. Mon. Sl. III. 292: M. qui extrassit oleum de Spalato, non portavit illud, quia dum esset in via, oviavit aliquibus, faciemus ipsi *treonte* dicentes eidem, tu es apostatus, si cupieris *civientes* tibi oculli, portando aliquid.

Trepanatio, ab it. trapanare; *a koponyában való lékelés.* Ger. das Trepaniren. Lzb. Cod. Med. T. II. 218.

Trepanum, (Du C.) terebra, qua utuntur Chirurgi ad cranium caute perforandum; *kézi lekesz.* Poor. Zsebsz.

Treps, pro: tripes; *vasfazék.* (B-ben) *vasnyárs.* Schläg. 1891.

Tres Impulsus, ter inflare tubam; *hármas harsonyás.* Reg. Turm. Præt. 122. Tertio quadrante ad nonam pulsat Tympanotriba altera vice, quem Tubicen cantu integri Accitus et *trium Impulsuum* (drey Stoss) excipit.

Treuga, induciæ. (Diez: it. *Trégua* sp. pg. pr. *trego,* fr. *trêve* Waffenstillstand mlat. *treuga* u. a. Formen. Die eigentliche Bedeutung ist: Sicherheit, Bürgschaft: treuga secu-

ritas præstita rebus et personis discordia nondum finita (Du C.) ... vom ahd: *triwa, triuwa,* fides, fœdus góth: *triggua* nhd. *treue* Altfr. *s'atriver* à qqun = fœdus inire cum aliquo; *fegyverszünet.* Epist. Proc. 169. propterea nos statim post conclusas *treugas* seu inducias ... misimus.

Treugager, i, de pace agens (ex treuga et agere); *békét kötő.* Chr. Dubn. p. 163: nuncys *treugageris* frequentatis inter reges Hungarie.

Treugua, æ, V. *Treuga.* Batty. Leg. III. 35. an. 1309.

Tria latera redimere, novem marcas (seu latos grossos) solvere; *három márkát fizetni.* Star. XI. 40. an. 1470. si quis in calumpnia ... deprehensus fuerit ... deprehensus, *tria latera redimat,* id est, *novem marcas* denariorum usualium solvat.

Triados Cultor SSS, (Du C.) S. Trinitatis cultor; *háromságimádó.* Hor. Mem. 306.

Trias, ădis, SS. trinitas (Du C.); *szentháromság.* It. trinità. F. Forg. Comm. 437. Igitur disputationes in æde sacra instituuntur, adeo absurda atque horrenda de *sanctissima triade* tradentibus arianis.

Tribiale, fors. tibiale. Arch. Rák. VIII. 348. Quinque paria *tribialium* antiquorum ex filis reticulariter confectorum.

Tribuere, (Du C.), solvere, præstare; V. s. *Ancoraticum: fizetni, adózni.*

Tribula, æ, vlegher (Flegel) Dief. (Du C. al. s.); *csép, hadaró,* Dreschflegel. Schläg. 1026. Cf. Colum 1, 6, 23.

Tribunal cambio-mercantile, iudicium cambiale; *keresk. váltótörvényszék.* Georch. H. T. IV. 12. a fiumei és buckari kikötő helyeknek Váltó Törvény Székjek *(Tribunal Cambio-Mercantile)* és Kormányszékjek (Gubernium) ... van.

Tribunal communitatis; *község törvényszéke, itélőszéke, birószéke.* Ger. Gemeindegericht. M. Bel. Geog. 501. Forum Oppidanum in oppidis est, a quo caussæ dubiæ in liberis quidem ad Comitatus vel *Communitatis tribunal,* in iis vero, quæ dominationi subiecta sunt, ad Dominos terræ, provocari solent.

Tribunal criminale, iudicium publicum, iudicium capitis; *fenyitő törvényszék.* Moln. Patv. 64. *Tr. Criminale,* per quod revisio Malefactorum, per Jus Gladii habentes exercetur.

Tribunal dominale, tribunal, in quo e dominii personis constituti jus dicebant; *úri szék.* Ger. Herrenstuhl. Szegedi Rubr. Pars. III. p. 121: *Dominale Tribunal* tollitur. Decret. Ferdin. III. Regis 1647.

Tribunal inquisitionis, iudicium, in quo index quæstionem instituit; *nyomozószék.* Törvt. Msz.

Tribunal militare, iudicium militare, castrense; *katonai törvényszék.* Moln. Patv. 64. Tr. *Militare,* ubi militum sceleribus perspectis, brevi admodum via, pœna infligi solet.

Tribunal sacrum, iudicium ecclesiasticum; *szentszék.* Moln. Patv. 64. *Tribunal sacrum* ut Consistorium, seu *Sacra sedes.*

Tribunus, (Du C. Generalis) Præfectus; *főnök, ezredes.* Ger. Oberster. Reg. Mil. p. 35. Rák. Ön. 222.

Tribunus plebis, secundus post summum judicem officialis in liberis civitatibus circa an. 1705. curator, patronus civitatis; *fürmender, szószóló.* Vormund. Pesti Hirlap. 1901. febr. 26. p. 17. főbiróság után következő hivatal volt a sz. kir. városokban a *fürmender* vagy *tribunus plebis* lévén szószólója, elnöke a választott hites közösségnek. Kass. Prax. I. 37. exterior senatus constat e selectis civibus, *(választott polgárok),* quibus præest *Tribunus plebis (város szószólója).*

Tribus, (Du C.) 1. pagus, regio; 2. gens; *1. helység, kerület; 2. nemzetség.* S. de Kz. Chr. I. 2., 2. Tunc de *tribubus* centum et octo elegerunt viros fortes ad bellandum I. 1., 1, ex Sem. Ham ... duæ *tribus* sunt progressæ.

Tributari, tributum pendere; *adót fizetni.* Tkal. Mon. Ep. I. 240. an. 1298. cum ecclesiam sibi ... *tributari* non velimus ... mandamus. Knauz. M. E. Str. II. 531.

Tributaria exaccio, tributi exactio: *adóbehajtás.* Tör. Tár. IX. 140.

1. **Tributarius,** V. *Teloniator.* Szegedi Rubr. Pars. I. p. 46: Quod nemo sine sigillis *Tributariorum* (sive Teloniatorum) extra Ungariam ire audeat. Fej. III. 2., 90. Cod. Dip. Árp. Cont. VII. 523. Cod. Dip. Patr. V. 6., 11.

2. **Tributarius,** tributum pendens, subditus; *adófizető, adózó.* Mar. Reg. Dalm. 305. Bladinus autem Salonarum Rex ... factus est Barri *Tributarius.* Luc. Regn. Dalm. 272. Cf. Plin. 12, 1, 1.

Tributarius Reginæ, teloniator Reginæ; *királyné vámszedője.* Kandra Reg. 402.

Tributum ascendens, tributum a navibus fluvium ascendentibus pendendum; *felfelé jövő hajók után való adó.* Batty. Leg. T. II. 500. an. 1295.

Tributum carinarum, portorium; *hajóvám.* Tör. Tár. I. 103.

Tributum fisci regale, *királyi, állami, kincstári adó.* Numi Hung. 155. Plura exstant regum nostrorum exemtionis a lucri Cameræ solutione exempla; sed etiam pœnæ non solventibus defixæ sunt; Andreas III. Decreto A. 1298. art. 60. præcepit, ut possessiones eorum tamdiu per Comitem Cameræ regalis præsentibus duobus Prælatis occupatæ teneantur, donec solutioni plenarie fuerit satisfactum. Mathias I. A. 1467. lucro Cameræ abrogato, *Tributum Fisci Regale* seu unum florenum quotannis semel pendendum introduxit; qui etiam sublatæ tricesimæ *vectigal coronae* substituit (Dipl. Sáros p. 236.) sed titulus lucri Cameræ ultro quoque permansit.

Tributum fori solempnis, tributum pro vendendis mercibus in foro solvendum; *vásárvám.* Száz. XXVII. 19.

Tributum montanum, vectigal in vinum impositum; *boradó.* Urk. Sieb. II. 411. an. 1373. *tributum montanum* de vineis.

Tributum pontis, vectigal, quod ad pontem exigitur; portorium; *hidvám.* Tör. Tár. VII. 247.

Tributum reale, tributum de bonis pendendum; *vagyon után járó adó.* Törvt. Msz.

Tributum Siculorum, *székely vám.* Benkő. Im. Nat. Sic. 84. fuisse item Oppida Taxalia tributaria, quorum pensiones nomine *tributi Siculorum* quandoque venire in comperto est.

Trica, æ, (Dief. zop. zopf.) crines intexti, implicati; (Du C.); *hajtekercs.* Verancs. Hist. I. 312. Crines a fronte discriminali facto in tenues et crebras *tricas* colligunt, ductoque earundem *tricarum* sic ordine collectarum margine per tempora et supra aures ... rejiciunt in tergus.

Tricenarium, (Du C.) officium 30 missarum, quod totidem diebus peragitur pro defunctis; Száz. XXIV. 208. *tricenarium* missarum celebrare. V. *Tricesima.* 2.

Tricennalis, tricenarius, triginta annorum; *harmincz éves.* Kelem. Hist. Jur. Tr. 470. more a *tricennali* bello jam recepto.

Tricenturio. fors legendum: *Procenturio,* vicarius centurionis; *alkapitány.* Georg. Sirm. I. 98. Et Paulum *tricenturionem* ad me destinabis quam primum.

1. **Tricesima,** æ, genus tributi, quod mercatores pro mercibus solvebant; *harminczad* (adó). F. Forg. Comm. 300. Prisca consuetudine usque huc mos habebatur, *vectigal* (quod *tricesimas* vocant) de his, quæ regno inferrentur efferrenturque, nec de minimis sed, quæ floreni valorem excederent, in finibus tantum pendere.

2. **Tricesima,** septimus vel etiam tricesimus vel annualis dies depositionis defuncti (Du C.). *halotti mise. Tricesima dicere,* missam pro defunctis celebrare. Cod. Dipl. Pat. T. I. p. 379: testamentum feci ... cuilibet (sc. ecclesiæ) tres florenos pro *Tricesima* dicenda.

Tricesima transitualis, tricesima pro mercibus per aliquam terram transeuntibus; *átviteli vám, -tized.* Opin. P. III. Sec. V. §. 4. (o) 2.

Tricesimæ (defunctorum). An. Sc. I. 353. an. 1496: *Tricesimae defunctorum* dictæ sunt a continuis triginta diebus, quibus pro mortuo sacrificia et preces fiebant. Hodie quoque obtinet apud nonnullos ordines, ut in Triclinio locus, cui defunctus antea accubabat, quotidie insternatur, et dapes etiam triginta diebus apponantur, quæ subinde expleta mensa, vel in pauperes vel in eos, qui ægroto inserviverunt, aut apud exequias campanas pulsarunt, distribuuntur.

Tricesimale bellum, bellum causa religionis susceptum triginta annos durans; *harminczéves háború.* Otia. Bachm. 91. Quid fuit *bellum Tricesimale?*

Tricesimalia, um, tricesimæ negotia; *harminczad* (ügyek). Száz. XI. 686.

Tricesimalis, e, ad tricesimam pertinens; *harminczadot illető, harminczad...* Monm. Comit. III. 201. Ut autem dicti proventus *tricesimales* ... iisdem, quibus deputati sunt, usibus cedant. Fej. V. III. 365.

Tricesimalis Officialis, *vámtiszt.* Kelem. Inst. Jur. Pub. II. 276. merces suas ad destinatum solutionis locum promovet. Illic per *Tricesimalem Officialem* (Waarenbeschauer) Sigilla reserari et singilatim revideri ac cum Consignationis altero exemplo, quod penes se habet, conferri facit.

Tricesimarius, exactor tricesimarum, alias Tricesimator; *harminczad szedő.* Fej. III. 2., 90. videlicet sales, pisces, frumentum... ab omnibus tributariis, monetariis, *tricesimariis,* salinariis et ab omnibus exactoribus illæsos permanere.

Tricesimator, V. *Tricesimarius.* Prisc. Serv. p. 38: *Tricesimatores* sunt, qui vectigal Regium seu Tricesimam ab inductis et ductis mercibus exigunt. Sigism. Decr. II. art. 15. 1559 art. 44. Fjp. Szám. 229. Cod. Dip. Pat. V. 255., 391. Arch. Rák. I. 3.

Tricesimatura, æ, species tributi; *harminczad adó.* Fjp. Szám. 229. Item tricesimatori Petro dedimus pro *tricesimatura* ... fl. cameræ 51.

Trichostema, atis; *hajhim.* Ger. Haarfaden. Pár. Páp.

Tricium (ferre), fors. triticum ferre; *gabonát aratni, behordani.* Rač. Mon. Sl. VII. 180. an. 1091. alia peza de terra ... cenobia optulit, in quibus multo tempore *tricium* tulerunt et duobus vicibus vineas plantaverunt.

Triclinium equitum, porticus, ubi equites convenire solent; *lovagterem.* Pinx. Apod. p. 113: *triclinium equitum,* Ritterstube (hic quoque et legatis Regum, principum et ducum patulæ præbentur aures).

Triclinium populare, mensa gratuita; *ingyen, szabad konyha.* Freitisch. Verancs. VI. 192. Nam identidem his bellaria, illis temporariæ dapes, paucarum horarum nec plurium quam culina expedire et lances strui possent, interposita cessatione, offerebantur, ita ut Muriani prætorium, Lucullianus Apollo, aut *populare triclinium* seu, quod nunc dicimus, *libera curia* esse videretur.

Tricollis, usurpatur in insigni regni Hungariæ ad significandos montes Tátra, Fátra, Mátra; *három dombú.* Fej. X. I. 328. et altera (ex parte) crux duplex *tricolli* insidens. Comm. Hist. de Reg. Hung. Cor. More. 55. *tricollis* est corona.

Tricorneus, 3., formam trium cornuum habens, tricornis; *három szarvú.* It. tricôrne. Verancs. Hist. I. 300. Quandoquidem nec ab re inditum fuit nomen huic civitati *Tricornio,* quod in triangularem sive *tricorneam* figuram sit condita.

Trictracus, a gal. Trictrac species cuiusdam alearum lusus. (Heyse: [span. *tocadito;* fr. jeu de Toc] ein italienisch. Brettspiel v. zwei Personen mit Würfeln gespielt, auch *Triktrak) koczkajáték.* Pár. Páp.

Tricubitalis, tres cubitos profundus; *három rőfnyi.* Ke. Or. Kegl. A. 3: in qualem tumuli pœdorem ... *tricubitalique* commisso spatio tumulaverint viros.

Tridistichon, ex tribus distichis constans; *három kétsoros versből álló verssor.* Czvit. Spec. 159. Quibus superaddi queunt, quæ Georg. Francisc ... *tridisticho* complexus est hocce.

Trierarchatus, us, officium trierarchi; *három evezőjű hajó kormányosának az állása, hivatala* Verancs. IX. 302. De *trierarchatu* et de parviano satis est intellexisse.

Trierbis, bos, qui iam tertio anno herba pascitur; idem ac triennis; *harmadfű ... három éves* (állat). Cod. Dip. Arp. Cont. II. 16. et isti tenentur dare annuatim unum bovem *trierbem.* (paullum infra): tenentur dare bovem *triennem.*

Trifarie, (ad normam *multifarie)* pro: *trifariam; három részre.* Szék. Okl. III. 156. *trifarie* divisi. Cf. Diomed. p. 279. P.

Trigenarius, 3., tricennalis (Du C. tricesimus); *harmincz éves.* Verancs. III. 88. Vidimus certe hunc principem sedentem, ambulantem, equitantem et cognovimus eum ita sanum, ut quemlibet sanissimum, et agilem, ut *hominem trigenarium.*

Trigovina, V. *Tergovina.* Vjestnik I. 59. an. 1307.

Trihorarium, tempus trium horarum; *három órai idő.* Szentiv. Curios. Misc. 421. Et prima pars seu primum ab ortu Solis *trihorarium,* nempe primam, secundam et tertiam temporalem horam complectebatur et dicebatur hora prima.

Trihorarius, 3., trium horarum; *három órai.* Szentiv. Cur. Misc. 420. Quatuor similes *trihorariae* partes diei specialiter vocabuntur *horae.*

Trilla, mullus barbatus (Linn.) (Du C al. s.) *márna.* It. triglia. V. *Bilizna.*

Trimestralis, trimestris; *három hónapos.* Juriev. Jur. Met. 39. —2-o Jus prætendendi *trimestralem* edictionem in casu, quo Urburarius Officialem dimittere vellet. Diar. Com. 1796. p. 14.

Trimestraliter, intervallis trimestribus; *három hónaponként, negyedévenként.* Kass. Jur. Civ. 1., 53. ut is summam stipulatam cum obvenientibus interusuriis in 4 æqualibus ratis *Trimestraliter* deponere teneatur.

Trimestre vectigal, vectigal quatuor temporum; *évnegyedi adó.* Faber. Jur. Met. 120. Pro diversitate regnorum diversæ quoque sunt præstationum species, ut a) *trimestre vectigal* seu *quatuor temporum* (Quatember gelder), quod in Saxonia et Bohemia fine intertenendorum Juratorum et communium montanisticarum necessitatum providendarum titulo ab omni Metallifodina, quolibet trimestri Montium Magistro dependitur ærario Regio inferendum. 2. *Detracta montalis* (Schlagsatz) Urburariis in monetario officio titulo sumtuum in curationem detrabitur, denique *c)* Urbura.

Trimeta, meta triplex; *hármas határkő.* Kass. Jur. II. 87. et quidem, si duo territoria concurrant, erigi solent Bimetæ, si tria *Trimetae* etc.

Trinarius, 3., trinus; *háromszoros.* Fjp. Szám. p. 620. an. 1424: de *trinaria* dicatione.

Trinchea, æ, (ab Ital. *Trincea)* V. *Tranchea.* Epist. Proc. P. II. p. 316: cum face accensa per nostras munitiones et *trincheas* ad muros arcis.

Trineforensis proclamatio, proclamatio in tribus nundinis facta; *három vásáron való kikiáltás.* Hajnik. Perjog. 199.

Trinitaria confessio, religio, quæ unum Deum, sed in tribus personis adorat; *trinitarius vallás.* Szamosk. III. 97. Unitarium hoc dogma (sic enim dici volunt, ut distinguantur a *trinitaria confessione)* sive Samositanum (nam alterum alteri confine est) primitivis ecclesiæ temporibus oppressum.

Trinitarius, 3., trinus; *szent háromságú.* Ger. dreifaltig. Resp. Unde etiam probabimus, Deum illum Indefinitum et *Trinitarium* non posse invocari.

Trinitas politica, Uj Magy. Muz. III. 244. *Politica Trinitas* Transilvanica sive Unio trium in Transilvania receptarum Nationum triaque earum sigilla ut et insignia.

Trinoforense judicium, rigida citatio per nundinas ter facta; *háromszoros szigorú idézés vásár alkalmával.* Samb. Tyrn.

Trinsare, V. s. *Gratitare; csicseregni.*

Trinubium, connubium triplex; *hármas házasság.* Berger Elias. *Trinubium* Europæum h. e. de societate imperii Christiani inter Germanos Hungaros et Bohemos 1612. Francof. Száz. VII. 382.

Trinunus, 3., unus in tribus personis; *háromegy.* It. trino. Ger. dreieinig. Otia. Bach. Dedic. *Trin-une* Deus tuæ Divinæ Maiestatis.

Trinzena, æ, fossa obsidionalis; *futóárok.* It. trincea. Magy. Tört. Eml. XXX. 336. an. 1556. Quod bombardas ex *Trinzenis* educere faceremus. V. *Tranchea.*

1. **Tripa,** (Du C.) intranea, intestina; *bél, gyomor.* It. trippa. Gall. tripes. Schläg. 417.

2. **Tripa,** æ, tractus triangularis (Du C. al. s.); *háromszögű, csipkés vonal.* Tör. Tár. IX. 155. habeat clypeum quadripartitum adinstar floreni auri, sed tamen tractus triangulares videlicet *tripas* eundem transmeantes.

Tripartitalis, *Tripartiti,* quod vide (Werbőczi törvénykönyve). Moln. Patv. 23. Art. Diæt. Pos. 18. Econtra vero ex eadem ratione, argumento videlicet Titulorum 49., 52., 59. Partis Primæ *Tripartitalis,* filiorum cum Patre indivisorum Crimen læsæ Maiestatis incurrentium Portiones a Patre innocente via Divisionis sequestrari et per Fiscum Regium acquiri non possint.

Tripartiri, in tres partes dividere; *három részre osztani.* Werbőczi 368. inter Judicem vel Actorem vel Actricem dividi debet et *tripartiri* usque ad tempus redemptionis eiusdem, per illos possidenda.

Tripartite, rectius: *tripartito,* in tres partes; *három részre.* Cod. Dipl. Pat. T. II. p. 202: ecclesie, que prohdolor multis iam retro annis *tripartite* scissa exstitit.

Tripartitum, *Werbőczi hármas könyve.* Szamosk. I. 177. ex diversis Regum priorum, senatus, procerumque consultis in certos Pandectas convasavit. *Tripartitum* eos vocant, quod in tria volumina sint digesta.

Tripazetum, *trapesicum,* zalbret, *trapezeta,* Münser. Dief.; *pénzolvasó tábla.* It. contá i danari. Gall. comptoir. Schläg. 2043.

Triperfidus, 3., maxime perfidus; *legesleghűtelenebb.* It. traperfido. Gall. trèsperfide. Szamosk. I. 126. Ad Hadadum oppidum cum Francisco Némethio, adversus *triperfidum* Melchiorem Balassam infeliciter pugnarit.

Triphthongus, i, tres vocales continens; *három önhangzós.* Corp. Gram. 120. Triphthongi sunt: őy, űy, ut: *Bőyt* ieiunium *Gyűytőm* cumulo.

Triphyllum, trifolium; *lóhere.* Bárczay.

Triple, triplo; *háromszor.* Tök. Diar. 56. minthogy azon zálogok *triple* többet érnek annál.

Triplica, æ, actio tertia, triplicatio; *harmadfelelet.* Ger. Triplik. Opin. P. II. de ordine Jud. C. I. §. 9: Partibus litigantibus regulariter non plures quam duo actus permittuntur: scilicet actori actio et replica; reo vero litis Contestatio seu Responsio et duplica; nisi reus tales in responsione sua ad elidendam actoris actionem attulisset circumstantias,

quæ actionali libello contentis probationibus refutari non possent; quo in casu actori *triplica* reo vero *quadruplica* addmittenda est. Kass. Jur. Civ. 1., 153. Si vero Actor ad similem obiectionem aliquid respondeat, responsio talis vocatur Replica vel Replicatio et sic dein responsio, quam ad replicationem Actoris I. dat, dicitur Duplica vel Duplicatio et quam reddit ad hanc Actor, *Triplica* vel *Triplicatio*.

Triplicatum, æ, trina exempla; *harmadlat*. Ger. dreifache Abschrift. Arch. Rák. VIII. 220. ime in *triplicatis* küldöm kegyelmednek D-nek irott levelemet. Ibid. 241.

Triplicatio, V. *Replicatio*, tertia defensio, refutatio (Du C.); *harmadfelelet*.

Triplicatus, ter repetitus; *háromszoros*. It. triplicato. Ger. dreimalig. Szer. Not. p. 120: tum quia ... Dominus ... Nobis *triplicata* vice contradixit.

Tripodium, (Du C.) (fors. lege: *tripondium*); *három fontnyi*. Diss. de Terr. Cand. §. 37. Scilicet ferrum, quod gestabatur aut unius erat Libræ aut trium; illud simplex hoc triplex Ordalium sive *Tripodium* veteres nominabant.

Triptychon, trimembris imago altaris; *háromrétű oltárkép*. Ger. dreigeflügeltes Altarbild. Tör. Tár. 1886. p. 554.

Triregnus, 3.; *hármas pápai korona*. It. triregno. Ger. dreifache päpstliche Krone. Beng. Ann. Er. Cœnob. 553. die 18-eiusdem mensis Maii in sacra Basilica Vaticana cum Jubilo Orbis et Urbis *Triregni* Pontificii coronam solemni pompa suscepit.

Trisagion, Trisagium, (Du C.) hymnus sic dictus a ter repetita voce *ἄγιοσ*; *dicső ének*. Oltv. Act. Synod. 13. Ante *Trisagion*, quod cum nostro Kyrie eleison coincidit, Diaconus præoravit Collectas pro Papa, Rege. Szentiv. Cur. Misc. III. 447. Concilium Celenense contra Priscillianos celebratur. Datum initium ipso Deo iubente *Trisagio* illo: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis miserere nostri.

Trishagium, V. *Trisagion*. Szentiv. Cur. Misc. III. Catal. X. Sæc. V. Contigit in ipsa supplicatione puerum sublime rapi audireque ab Angelis concini *Trishagium* illud: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus et immortalis, Miserere nobis.

Trisinetum, intritum vini aromaticum; *borfűszer*. Ger. Weingewürz. Wagn.

Trisoldius, V. sub *Bulla aurea Trisoldia*.

Tristabilis, (Du C.) tristis, molestus; *elszomorító, szomorúságos*. Pel. Serm. Corpus Christi gloriosum ... erit ipsis reprobis *tristabile*. Hiem 3., o. cet.

Tristegum, (Du C.) V. *Distegum; három rendű*. Cf. *Tristega*. Hieron. in Ezech. 12, 41, 7; Vulg. Genes. 6, 16.

Tristimania, æ. *búskomorság*. Bene Med. V. 358. Melancholia tristis vocatur etiam *tristimania, lippeomania, athymia*.

Tritavia, æ, mater atavi; *dédükőm nagyanyja*. Törvt. Msz. Cf. Gaj. Dig. 58, 10 3; Paul. ib. 10.

Tritavus, pater atavi; *dédükőm nagyatyja*. Cf. Gaj. Dig. 58, 10, 3. Paul. ib. 10; Plaut. Pers. 1, 2, 5; Fest. 1, 1.

Triteitæ, (Du C. *Tritheitae*); *a szent háromságot három Istennek vallók*. Not. rel. I. 238: *Triteitae* auctore Joanne Aeusnage Monophisita et Philipono tres in trinitate Deos adstruebant. Burian. Blandr. 165. Nagy Hier.

Triticensis, triticeus; *buza*... Ger. Weizen. Martonf. 183. Dominus Franciscus Therek accepit a me in eodem anno potencia mediante acervum *triticensem* unum continentem capetias.

Triticum ambulatorium; *járó buza*. Pankl Oec. 40. *Triticum*. (Hungaris *járó Buza) ambulatorium* dictum, alternis annis jam in vere, jam in autumno seminatur.

Triticum mirabile; *csudálatos buza*. Pankl. Oec. 40. *Triticum* Sirmiense, quod Hungari *mirabile (csudálatos Buza)* vocant, seminatur ante æquinoctium vernum.

Triticum saracenicum, Zea Mays (Linn.); *tengeri*. Opin. P. I. §. 7.

Tritor, is, excutiens flagello grana frugum; *cséplő*. Pankl Oec. 57. Qui *tritores*, alienos præsertim, adhibet, in eorum fraudes vigilantissimus sit.

Tritubularis, tribus tubulis instructus; *háromcsöves*. Abelsb. 28.

Tritubulatus, 3., tribus tubulis instructus; *háromcsöves*. Abelsb. 26.

Tritulare, pro: triturare (Du C.); *csépelni*. Kub. C. Arp. II. p. 93.

Tritulator, pro: triturator; *cséplő*. Fjp. Szám. p. 368 et passim.

Tritulatura, æ, (tritici, avenæ) tritura; *cséplés*. Dreschen. Kronst. I. 100.

Triturare, (Du C.) excutere frumenti grana; *csépelni*. Kuk. Jura. III. 24. omnes fruges *trituratas* et non trituratas ostendere et demonstrare debeat. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 155.

Trituratio, actus terendi; *összemorzsolás*. It. triturazione. Vern. Met. II. 21. Quid materiæ primæ natura ad explicandam cibi *triturationem*, comminutionem, cordis motum, totius corporis nutritionem aliaque eiusmodi conferre unquam poterit. Cf. Augustin. Tract. in Joann. 27 fin.

Triturator, excutiens flagello grana frugum; *cséplő*. Art. D. 1840. p. 44.

Trituratorius, 3., ad frumentum terendum pertinens; *cséplő* ... Száz. XI. 214.

Triumphabundus, triumphum agens, *győzedelmeskedve*. Dec. Bar. 256. Tum iunctis agminibus quasi *triumphabundus* Lippam invehitur.

Triumphaliter, (Du C.) triumphando; *diadalmasan*. Száz. XXII. 322, *triumphaliter* ingressus. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 71.

Triumphare, litem obtinere; (Du C. hostem vincere); *pert megnyerni*. Kövy El. 533. illa pœna, in qua Incattus convictus fuisset, si Actor *triumphasset*. Samb. Tyrn.

Triumphatrix, quæ triumphat; *diadalmaskodó*. Star. XXIII. 99. terrenorum omnium *triumphatrix*. Cf. Labus. in Gazett. di Venez. ann. 1833 no. 56.

Triunus, pro: trinunus; *egyháromságú*. Ger. dreieinig. Tör. Tár. 1881. p. 498. Deo *triuno*.

Trivialis agens, communis, humili loco natus agens, proxeneta; *közönséges közvetítő*. Arch. Rák. 1., 392.

Trivialis schola, schola vernaculæ linguæ, ludus puerilis; *népiskola, elemi iskola*. Wagn.

Trivium, tres inferiores classes scholæ grammaticæ; *első tanfolyam*. Száz. XXVII. 489.

Trivium. In trivio hærere, *kételkedni, ingadozni*. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 105. *In trivio haerere*. Est dubitare et animo incerto esse.

Trochicus, 3., talarius; *pergető koczka* ... Teut. Schulord. I. 29: Lusum chartarum ut et *Trochicum* nolumus in nostro districtu exerceri.

1. **Trochiscus,** i, circulus ferreus; *vas abroncs*. Kronst. II. 696.

2. **Trochiscus,** i, conulus odoratus; *illatgyertya*. Ger. Räucherkerzchen. Kronst. III. 287., 409: pro *trochiscis* vulgo röch kerczlen.

3. **Trochiscus,** globulus, sphærion; *golyócska*. Ger. Kuchlein. Lzb. Cod. Med. T. II. 427: 28 pars de *trochiscis* = 28 Theil die Kuchlein. Cf. Cœl. Aur. Tard. 2, 7; Veget. Vet. 2, 9 fin.

Trochlea sclopetaria, rostellum catapultarium, retinaculum pyritæ; *puska sárkánya, kakasa*. Ger. Hahn an der Flinte. Pár. Páp.

Trochleare, provolvere, promovere; *hengeríteni*. Ger. Schroten. Kronst. II. 157.

Trochleatio, actus provolvendi, promovendi; *hengerités*. Ger. das Schroten. Kronst. II. 482.

Trochleator, qui onera molitur, promovet; *hengerítő*. Kronst. II. 150: *trochleatoribus* (vulgo den Schredernn) unum vas vini in turrim ... imponentibus.

Trœpidus, pro: trepidus. Száz. XIV. p. 651.

Trombeta, æ, (Du C. trompeta) tubicen; *trombitás*. Ljub. Mon. Sl. II. 187. an. 1343: sex equitatores, inter quos sit unus *trombeta*.

Trompeta, tuba (Du C. al. s.); *trombita*. Pel. Serm. Sicut tuba bellica preparat et animat suos ad bellandum et terrere habet adversarios, ut patet in *trompeta*: sic vox archangelorum ... *trompetis* sonantibus corruent gladio vulnerata multa milia hominum. Hiem. 5. h. Tunc duo demones cum *trumpetis* igneis ignem sufflaverunt in eum. Pasch. 18. f.

Trompetarius, i, buccinator; *trombitás*. Cod. Dip. Hung. Pat. t. VII. 469. Ornamenta ecclesie ... associatis secum familiaribus et *Trompetarys* antedicti Michaelis Orzagh pro se usurpassent.

Trompetha, æ, tuba, buccina; *trombita*. Fjp. Szám. p. 268: pro una *trompetha*.

Troncus, i, (ap. Du C. truncus) vas apum, alveare; *méhkas*. Batty. Leg. III. 168. an. 1328: De *troncis* vero apium ... Vjestnik. I. 57. an. 1366.

Troncus strenualis, trabes ineunte anno dari solitæ; *újévi gerenda*. An. Sc. I. 328. an. 1388: neque *troncos strenuales*... ministrare. Nota Wagneri: Seu *Truncos* aut Trabes, quæ ineunte anno dari solebant. *Strenualia* vel strenalia sunt universe servitia, obsequia, census, munera servitutis onerosa, quæ Domino sub Exordium anni præstari debent. Fej. X. I. 451.

Tropologia, æ, teste Papia: moralis locutio ad instructionem et correctionem morum sive apertis, seu figuratis sermonibus pro-

lata; *példázgatás*. Batty. Ger. 3. Cf. Hieron. in Joël. 2, 18.

Tropologice, in figurata locutione; *képleges beszédben*. Batty. Ger. 115. Spiritus latenter in divinis *tropologice* ponitur eloquiis, et sol nominatur. Cf. Hieron. in Sophon. 1, 8: id. in Ezech. 1, 6, 2.

Trotare, currere succussando; *ügetni*. It. trotare. Gall. trotter. Ger. trotten. Fej. IV. 1. 431. quantum equi *trotare* possunt. Schwart. Scult. 41. spatio, quod a mane incipiens ad horam prandii per equitem ambulando et *trotando* confici poterat.

Trubectum, tuba, buccina. V. s. *Salariare; trombita*.

Truca, (Du C. Tructa) (Dief.) Salmo Fario (Linn.); *pisztráng*. Gall. truite. Ger. Forelle. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 120.

Trucca, æ, (Du C. truca), cista, locellus; *láda*. Ger. Truhe. Bárczay.

Trucimanare, interpretari; *tolmácsolni*. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 415. an. 1446.

Trucimanus, i, (ab arab. *tardschaman, tardschumân, turdschumân*) interpres; *tolmács*. Gall. truscheman. Ljub. Mon. Sl. IV. 362. an. 1396: habeat collegium ... libertatem de dando sibi unum *trucimanum* cum ... salario.

Trucina, (Du C.) pertinacia, insultatio (a germ. Trutz); *dacz*. Decret. Colomanni Regis lib. 1: Si quis ad conventum Episcoporum et Comitum venire neglexerit, *trucinam* compenset. Samb. Tyrn.

Truciscum, rectius: Trochiscum a græco τροχός, τροχίσκος, a rotunda globuli forma ita appellatum suffimentum. Fr. Lib. Rat. II. 50. pro emendo *trucisco* ad fumigandas domus Ib. 83 pro *trucisco* pro fumigandis domus.

Trucus, idem quod *Troncus*, alveare; *méhkas*. Cod. Telek. XI. 451. abinde sexaginta *Trucos* Apum et alias res et bona Jobagionum dictorum exponencium in eadem commorancium ad valorem 35 florenorum auri, diripi et deportari fecisset.

Trudela, (Dief. turdela) sturnus; *sordély, seregély*. Ger. Staar. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 119. Schläg. 1782.

Trufa, æ, (Du C.) fraus, nequitia, iocus; *tréfa*. Pel. De Innocent. s. IV. c. 4. Multi vestrum hodie exercent vanas *trufas*. Szil. Régi Magy. Költ. T. I. 330. Quæstio occurrit, utrum homo exercens iocum vel vanum gaudium mundanum aut ludum et huiusmodi *trufas*, semper peccet mortaliter, annon?

Trufaticus, 3., (Du C. Trufatorius) dolosus, fraudulentus; *kijátszó, esalárd*. Ger. täuschlich, trüglich. Urk. Sieb. I. 462. an. 1334. emptio ... derisoria et *trufatica* videbatur.

Trufare, (Du C.) fallere, illudere; *megtréfálni, kijátszani*. Pel. Serm. Heu quam multi homines nil curant de his: imo ridendo, *trufando* et epulando currunt ad infernum. Hiem. 10, 6.

Truffa, æ, (Du C.) fraus, nequitia; *csalás*. It. truffa. Ger. Gaunerei. Ljub. Mon. Sl. XI. 259. an. 1347. de delusione et *truffis* nobis factis. Knauz. M. E. Str. I. 45. 19. ad ipsorum sectas et *truffas* voluit edoceri.

Trullisare, (a *trulla*) mortario firmare; *vakolni*. It. moggiare. Ger. maltern. Jogt. Eml. T. I. p. 322: furnos ... exstruant ... et sepibus lutamento bene *trullisatis* circumdent. Cf. Vitr. 7, 3; 4; 5, 10.

Trum, Tribun (us), alias: Trun. Luc. Regn. Dalm. 81. innui debet ex relata scriptura Spalati anni 1000. in qua Florinus Princeps sive Prior Spalati et Cli̇ssi nominatur et alia Arben. 1018. tempore othonis, in qua *Trum*, id est *Tribunus* Bellata Prior nominatur.

Trumbator, (Du C.) qui canit trumba; *trombitás*. It. trombatore. Fej. V. II. 322. Receptis tuis litteris et ipsarum tenore diligentius intellecto, quia petebas per illas, ut *Trumbatores* tibi deberet Serenitas nostra concedere; Excellencie nostre placet, ut *Trumbatores* ipsos una cum Marescalco debeas retinere.

Trummeta, Du C. auctore a Germ. trompete, rectius Vossius: de vitiis serm. lib. 2. cap. 18. a germ. *Trumme* vel *Trummen* Belgico *Trommel; dob*. It. tamburo. Ger. Trommel. Thurócz. in Ludovico Rege cap. 22. Cui tribunus cum Romanis potioribus per quatuor milliaria Gallicana, vestibus seu pannis purpureis ad hoc specialibus sub uniformitate aptatis, solenniter in *trummetis* et diversi generis apparatibus circa centum personas de una vestitura bene induti obviam venientes.

Trumpeta, V. *Trompeta*.

Trun, Tribun(-us). Luc. Regn. Dalm. 103. Magistratus, quo Civitas quæque regebatur Prior vocabatur qui etiam in Belgradensi civitate, quamvis Croatorum fuit, quæ uti maritima cum Dalmatis aliquando sensisse reperitur *Tribuni* etiam, qui ut plurimum *Trun* vel *Trum* per abbreviationem scripti reperiuntur et Judices in Civitatibus erant.

Truncate, amputando; *csonkítva*. Corp. Gram. 347. vel *truncate* ablato nimirum z (az) et solo a remanente.

Trunchus, 3., concisus, brevis (Du C. definitus, statutus); *rövid*. It. tronco. Han. Mon. Jur. II. 21. an. 1312: statutum sit precisum et *trunchum*.

Trunculis ludere, conis ludere, conos, metulas lusorias deiicere; *tekézni*, Ger. Kegeln. Pár. Páp.

Trunculorum areola, area conis, metulis lusoriis deiiciendis facta; *tekéző hely*. Ger. Kegelbahn. Pár. Páp.

Truncus, i, Cippus q. v. (Du C. 5.) stipes, ad quem alligantur rei; *szégyenfa*.

Truncus apum, alvear (Du C. 2.); *méhkas*. Ger. Bienenstock. Magy. Tört. Eml. XXX. 261. an. 1550.

Trusatile vehiculum, pabo, onis; *taliga*. Ger. Schubkarn. Juriev. Jur. Met. 47. Cursores Officinæ (Vorlaufer und Vorlaufers Knechte), qui mineras in *vehiculo trusatili* ad furnum advehunt, eas cratibus imponunt, carbones subiiciunt et scorias deciduas abvehunt.

Trusatilis, fullonicus; *ványoló*. Tör. Tár. 1890. p. 486. mola *trusatilis*. Cf. Cato R. R. 10, 4; 11, 4; Gell. 3, 3, 14.

Trusilis, quod trudi potest; *tolható, lökhető*. Rák. Ön. 230. Regem ob ætatis gravitatem ... in *trusili* ... sede deambulantem dominæ et domini pedes sequebantur.

Trusio, actus trudendi, (Du C. eiectio); *nyomás, erős nyomkodás*. Cod. Alv. II. 300. cubulus avenæ metreta Cibiniensi ... cumulatim tamen absque *trusione* mensurandæ.

Truta, (Du C.) V. *Truca*. Kronst. I. 271. II. 351. an. 1534: pro 2 scriniis *trutarum* vulgo *förrhen*: ib. 406. an. 1535. Pro 700 *trutis* vulgo *förryn*. Pri. Sæc. I. p. 111. Thuroczensium regio *trutas* majores minoresque ... in copia habet.

Trutanni, (Du C. Trutanus) errones, mendici; *csavargó, koldus*. Gall. truans. Pel. Serm. Latrones et *trutanni* docuerunt me orare ... *trutanni* ostendunt vulnera sua et paupertatem, ut eos, quos petunt, inducant ad misericordiam. Pasch. 28. h.

Trutillare, V. s. *gratitare; fütyülni*.

Trutinacio, (ex verbo trutinor i. e. pensare, deliberare) deliberatio; *fontolgatás, megfontolás*. Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 82. quidquid ipsius ordinavit et deliberavit *trutinacio*.

Trutinare, (Du C.) trutinā examinare, ponderare; *mérlegelni*. Tör. Tár. 1887. p. 646. futura Contingentia *trutinare*. Tör. Tár. 1891. p. 419. Cf. Hieron. Ep. 36, 14; Cassiod. Varr. 5, 40.

Trutinium, trutina, deliberatio; *(mérleg), megfontolás, latolás*. Eszt. Okm. p. 28. (Decr. Ladisl. 1380.) evagari non debet illicite sinere regalis *trutinium* equitatis. Fej. XI. V. Un. 413.

Trutta, æ, V. *Truta* (Du C.); Szamosk. II. 278. Sæpe in amœnissimarum vallium recessus animi gratia insinuatus, uti beatis locupletibus mos, piscatui operam dare, in limpidis fluentis, quibus provincia irrigatur, *truttas* inusitatæ excellentiæ, stellulis puniceis per totum corpus guttatas ... summo studio captare.

Trutta aurata, V. *Trutta maior; galicza*.

Trutta maior, Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. II. 161. Truttæ aliæ sunt lacustres, aliæ fluviatiles; illæ dicuntur *Truttae maiores*, hæ autem alio nomine *auratae*. Sunt et aliæ Truttæ maiores fluviatiles, quæ in Vago fluvio Hungariæ capiuntur, quas nos *Galoczas* appellamus. Sunt rursus aliæ minores Truttæ, quas Germani *Salblingas* nuncupant. Unde non pauci Salmones quoque ad genus Truttarum referunt. Præterea inter *Truttas maiores* et *Salmones* item inter *Salmonatas* (Germanis Laschszfern, Hungaris Laszocz) magna est convenientia.

Truttanus, ad truttam pertinens; *pisztráng*... Szentiv. Curios. Misc. Dec. III. P. II. p. 163. Thymallus ... est *truttani* generis.

Truzimanaria, æ, officium interpretis; *tolmácsi hivatal*. Ljub. Mon. Sl. XII. 208. an. 1415.

Tryumphans, obtinens causam, litem; *pernyertes*. Csaplov. Nucleus p. 87.

Tsajkista, æ, nauta; (a turc. *schaika*); *sajkákon járó hajós*. Kelem. Inst. Jur. Pr. 278. sic dicitur: Districtus Beszterczé, Lakság, Kikindensis, Tibiscanus, *Tsajkistarum* etc. Kaz. Lev. I. 30.

Tschaffty, pannus sericus; *tafotta*. Kronst. I. 452.

Tuba venatoria, cornu venatorium; *vadászkürt*. Ger. Jagdhorn. Arch. Rák. VIII. 364.

Tubalis, tubæ; *harsona-, harsonó*. Pel. Dom. II. adv. s. I. c. 4: Planctus consurget peccatoribus ex angelorum *tubali* voce.

Tubas inflantes, tubicines; *trombitások*. Bene Pol. 154.

Tuberculatus, 3., tumoribus obsitus

parvis; *gumós, csomós.* Bene Med. II. 215.

Tubeta, æ, tubicen; *trombitás.* Ljub. Mon. Sl. III. 306. IV. 382. an. 1396.

Tubicina, duas habet significationes hoc vocabulum: 1. ars tuba canendi; 2. idem ac tubicinator; *1. trombitálás, 2. trombitás.* Fr. Lib. Rt. II. 88. pro erudicione et informacione duorum aprodianorum ad *tubicinam.* I. 84., 114. unam speciem distribuimus *tubicinis* sex.

Tubicinarius, i, (Du C.) qui tuba canit; *trombitás.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 399. ut terram Stephani et Petri *tubicinariorum* ipsius Oblench nomine statueremus Georgio filio Olper.

Tubicinator, V. *Tubicinarius.* Szil. Régi Magy. K. T. III. 410. Száz. VI. 368. Kronst. I. 452. Georg. Sirm. I. 59. Et ordinavit iam Georgius Siculus *tubicinatores* cum timpanisticarum. Quel. Sieb. I. 134. an. 1492.

Tubicinus, i, V. *Tubicinarius.* Kronst. I. 714.

Tubicula, dimin. a tuba; *kis trombita.* Kat. Hist. IX. 456. aliquot *tubiculas* equestres per universam militiam tibicinare iussit. Obs. Jadr. 483.

Tubulatura, æ, collum; *cső, nyak.* Abelsb. 35. *tubulatura* lagenæ.

Tubulus fumigatorius, fumisugium; *pipa.* Ger. Tabakpfeife. Vect. Gen. Bbb. 2.

Tubulus postarius, cornu cursoris publici; *postasíp, postakürt.* Kass. Ench. I. 252. *Postario tubulo* et Zona Regia nonnisi per Postam pergens, alter nemo in via uti præsumat. Norm. Ordin. an. 1745. 10. Sept.

Tuburcinatio, comissatio; *tivornyázás.* Opin. 1810. de ordine famulitii 26-to.

Tubus, eris, pro: tubus, i; *cső.* Kronst. II. 434: *tubera* fontium civitatis ib. 462. *tubera* vulgo Ryeren.

Tubus catapultarius, *puskacső.* Ger. Büchsenrohr. Pár. Páp.

Tubus cochleatus, *csigacső, fülcső.* Szentiv. Curios. Dec. II. P. I. p. 249. Misc. Dec. II. P. I. p. 249. Alii item, qui mirifice conducunt auditioni Surdastrorum sed et *Tubi cochleati,* per quos soni et voces, foris prolatæ, intus in conclavi, tam clare et distincte percipiantur, ac si loquentes plane essent præsentes.

Tubus emmissarius, epistomium; *eresztő csap.* Szentiv. Curios. Misc. II. 263. Locus, ubi *Tubus emmissarius* est (in piscina) palis vel tabulis robustis aut etiam solido muro . . . omni ex parte constringatur adversus impetus aquarum. Pro Epistomio seu *Tubo Emmissario* optima censetur esse abies.

Tubus iacularis puerorum, tubus e sambuco factus globulis flando emittendis; *bodzafa puska.* Blaserohr. Pár. Páp.

Tubus infundibuli tabacarii, *pipaszár.* Ger. Tabakrohr. Pár. Páp.

Tubus intestinalis, colum; *hurka.* Ger. Grimmdarm. Bene Med. I. 88. Non raro in *tubo intestinali* evolvitur gas.

Tubus opticus, V. s. *Opticus.* Törvt. Msz.

Tubus Phonotechnicus, tubus voci augendæ factus; *szócső.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 249. Post inventionem Tubi Optici inventi sunt quoque non ita pridem *Tubi Phonotechnici,* qui sonum vehementer augent ac intendunt ita, ut per illas submissa etiam vox ad longissimum exaudiatur spatium.

Tucellus, ad pungendum aptus. V. *Gladius tucellus; szúró.*

Tucia, tuna, tunna; *bocs, bocska.* Ger. Tonne, Boding, Ständer. Schläg. 1110.

Tuczet, fasciculus ex duodecim frustis constans; *tuczat.* It. dozzina. Ger. Dutzend. Thök. Diar. II. 379. Unum *tuczet* cultrorum argenteorum, ponderantes lottones 40. fl. 40.

Tufa, (Du C.) genus vexilli apud romanos ex consertis plumarum *globis; golyó.* Cf. Veget. Mit. 3, 5; V. Lyd. de Magistr. 1, 8. Bárczay. Gall. toupet.

Tüfenkcsi, *sclopetarius.* Thury Tör. Magy. Tört. Eml. II. o. I. U. *Tüfenkcsi: puskás* (jeniceri tüfenkcsiszi).

Tufina, æ, quod tuditur; *törés (mozsárban).* Kronst. II. 450: piper crassæ *tufinae* vulgo gegrosde fefer.

Tugulella, æ, fors. idem q. *togula* V. *Scrigna*; mappula, mantile; *kis kendő.*

Tuimen, tutela, tuitio; *oltalombavétel.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 1. loca utique sibi dicata per petitiones fidelium nostrorum nostro relevari iuvamine atque Regali *tuimine.*

Tulbentum, tiara Turcica (pers. *tulbend* proprie mussellin); *turbán.* Verancs. VII. 66. missaque dona a cæsare, framea, arcus, sagitta et tiara turcica, quam *tulbentum* vocant.

Tulbou, Fjp. *tömlő:* uter v. culeus. Ego opinor latere in hac voce idem quod apud (Du C.) *Tuldum* ap. Græcos *Τοῦλδον*: *τά σαγμάρια:* vasa, impedimenta. Fjp. Anon 4b. et fluvium Etel super *tulbou* sedentes ritu paganismo transnataverunt. Kat. Hist. (Du C.) 60. nisi vero per Anonymi *tulbou* nostrum *talp-hajó* seu rates intelligantur, quid ea vox sibi velit, mihi prorsus incertum est.

Tulere, (fors. pro: tollere) exigere, recipere, (Du C.); *beszedni.* Quel. Sieb. I. 63. an. 1479. iam est finis . . . anni, quod ego incepi *tulere* istam pecuniam.

Tulipanus, i, tulipa; *tulipán.* It. tulipano. Thök. Diar. II. 335. Unus torax seu humerale muliebre ex holoserico cœruleo cum fimbrÿs argenteis, habens fibulas argenteas albas ad formam *tulipanorum* fl. 20.

Tulipifer, qui fert tulipas; *tulipántermő.* Bene Med. I. 259.

Tulupan, tela subtilis Turcica (turc. pers. tulban, tulbend, dulbend) V. *Laestra.* Tör. Tár. XX. 99.

Tumba, æ, (Du C.) sepulcrum; *sír.* It. tomba. Gall. tombe. Wagn. Cf. Prud. *περὶ στεφ.* 11, 9.

Tumefactio, actus tumefaciendi; *dagadás.* Oláh. Cod. Ep. 523. Post abitionem D. V. magno dolore laboravi et *tumefactione* et inflatione malæ dextræ.

Tumenum, Cf. Ny. Sz.: *tuman,* v. Turc. *tôman,* v. Pers. idem ac decem millia. Russ. *tma:* multitudo innumerabilis. Slav. *tma* = decem millia. Voc. Hung. quod est *temény, tömény* suffixo Latino (-um) auctum; *töménytelen.* Ny. Sz. *temény, tömény-ezer.* Schläg. 181.

Tumidiusculus, 3., demin. a tumido; *valamivel dagadt.* Bene Med. II. 367.

Tumositas, tumulus, protuberantia; *halom, kidomborodás.* Ger. Anschwellung. Cod. Zi. Vol. V. 106: quendam (lege: quandam) *tumositatem* terre pro meta ostendisset. Fej. X. I. 105.

Tumulatio, sepultura; *eltemetés.* Tör. Tár. 1888. p. 44.

Tumulo, onis, mendum, pro: *Cumulo,* onis q. v. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 204. Item de curru *tumulonis* recipiant tres denarios.

Tumultizare, tumultus movere; *lázongni.* Beth. G. lev. 120.

Tumultuans, Tumultuantes, turbas ciens; *zavargó.* Száz. XVII. 372.

Tumultuanter, cum tumultu, tumultuose; *háborogva.* Rák. Ön. 54. inter medium contra nos *tumultuanter* vociferantem populum . . . urbe excessimus.

Tumultuare, *tumultuari; lázongni, zajongni.* Törvt. Msz. Cf. Plaut. Rud. 3, 2, 15: 24.

Tunccitas, conditio, quæ tunc fuit. Text. v. sub *Transcendentalitas; akkoriság.*

Tundus, 3., rotundus. V. s. *Ponentalis; köralaku.*

Tunella, æ, (Du C. tonnella, mensura ponderis); h. l. vas, dolium; *tonna.* Cod. Zi. I. 277. Kronst. I. 306. Tör. Tár. 1890. p. 377. Monm. Comit. Trans. V. 199. Cod. Dip. Arp. V. 126. Cod. Dip. And. I. 104., 111. II. 464. Schläg. 1111.

Tunica longa, subligaculum; *berhe, előkötő.* Ger. Schurtz. Lzb. Cod. Med. T. II. 227: *in longa tunica* vulgo Schurtz nuncupata.

Tunica pellicea, V. *Gerezna; csuha, ködmön.* Monm. Comit. Trans. V. 19., 4. A centum *tunicis pelliceis* vulgo chiuha, keodmeön vocatis f. 2.

Tunica sparsa, vestis talaris aperta; *lengő felső ruha.* Batty. Leg. T. I. p. 456. an. 1099. Nullus, qui Clericus æstimatur, vestibus utatur Laicalibus, utpote fisso *pelliceo,* vel *tunica sparsa, manica rubra, strangula* vel viridi chlamide, *caliga seu ioppa,* calceo picto vel sericata camisia quoque et tunica, et serico in pectore non consuantur, sed nodis vel fibulis collum amplectentur.

Tunicale, *dolmány.* Gall. doliman. Ger. der Dolman. Fej. II. 2. 269. item filiæ sororis meæ . . . similiter *tunicale* de scarlato foratas de pellibus variis.

1. **Tunicella,** æ, demin. ex *tunica; felső kabátocska.* Kov. Comm. p. 45: unica tectus *tunicella* transfertur ad Civitatem.

2. **Tunicella,** (Du C.) vestis subdiaconorum propria, quæ et *subtile* audit; *beldolmány.* Kon. Egyh. 567. amictus, humerale, alba, cingulus, manipulus, *tunicella,* dalmatica, stola (planeta), casula, pluviale, cotta, superpellicium, rochetum. Cher. Jus. Eccl. p. 251.

Tunicha, tunica; *felső ruha.* Han. Mon. Jur. II. 48. an. 1312.

Tunnare, (Du C.) infundere in dolia. V. Textum sub *Tunnarius; hordóba bortönteni.*

Tunnaria, æ, Vivarium seu Piscarium tunnorum. V. textum sub *Tunnarius; haltenyésztő hely.*

Tunnarius, i; *pinczemester.* Prisc. Serv. p. 31: *Tunnarii* pincernæ erant Regii, qui in Tunnas, hoc est dolia vinum aut alium liquorem similem *tunnabant,* id est infundebant. Alioquin Tunnarii etiam dicuntur

qui *tunnariam*, id est Vivaria seu Piscaria tunnorum obscrinabant. Bel. appar. Dec. I. Mon. V. p. 225. Car. Bel. De Arch. 44. a Pincernarum . . . Magistris mandata accipiebant: *Tunnarii*, Butiferi, *Doliarii*, et quæ huc pertinuere ministeria reliqua.

Tunnarius regalis, vietor regius; *kir. pintér.* Rit. exp. ver. G. 2. Pascha pristaldus Dionysii Palatini comitis . . . statuit ante nos Gregorium Abbatem . . . ex una parte et *Tunnarios Regales* de villa Tunnal ex altera parte.

Tunnarius reginæ, vietor reginæ; *királynő pintérje.* Kandra Reg. 262.

Tunnella, tunella; *átalag.* Kat. Hist. IX. 75. De vino autem expensæ sunt centum et octoginta *tunnellae (átalag).*

Turabdus, Turaldus, ex turunda τυροῦντα accus. ex τυροῦς vulgi etymologiā relatum ad rotundum; *turó.* Germ. Topfen. Schläg. 1439. Fin. B. 55.

Turabulum, (Du C.) thuribulum. V. s. *Archiscamnum; füstölő edény.* Rač. Mon. Sl. VII. 182. ad fin. sæc. XI.

Turba, æ, (e hung. turba) pera e panno grosso (Du C. al. s.); *tarisznya durva pokróczból.* Tör. Tár. 1881. p. 178. Kronst. II. 456: familiari dederunt dono unum vulgo *turba* ac unum par czyzma.

Turbatio, ira; commotio; *neheztelés, megindulás.* Ljub. Mon. Sl. II. 313: rex habebat in se aliquam *turbationem* erga nos.

Turbativus, 3., turbas ciens; *zavart elöidéző.* Pel. In parasceve s. l. c. 12: In nobis est (tristitia) frequenter *turbativa* contra et præter imperium rationis. Knauz. M. E. Str. II. 358.

Turbicare, aquam quiescentem turbare tempore piscationis; *turbikálni, turbokolni.* aufwühlen. Faludi T. éjszakák. 724.

Turbidulum, dem. a *turba*; *némi zavar, némi homály.* Eszt. Okm. p. 98. Hippolytus Strigon. Archiep. a. 1495: in tanta . . . claritate *turbiduli* nescio quid emergebat. Cf. Prud. Apoth. 208.

Turbinari, (Du C.) in formam turbinis formari; *tekerődzni.* Gros. H. Ph. III. 279: spiræ . . . in longum *turbinantur.*

Turbinatus pileus, tiara apud Turcas; *turbán.* Bel. Geogr. Comp. 548.

Turbinium, turbo, tempestas; *viharos, zavaros idő.* Cod. Dip. Arp. II. 136. De statu vero Regni Hungarici et Regum nec non de singulis, que rex Boemie sustinuit per Tartarorum rabiem et insultus, per ipsos principes, qui huius modi *turbinii* intemperiem sunt experti, poteritis lucidius informari.

Turbinosus, 3., turbineus, turbidus; *zavaros.* Kuk. Jura I. 75. ubi in quodam *Turbinoso* invasionis afflictu . . . feriunt turmas nostras.

Turbulatio, tempestas V. *Turbinium; zavaros idő.* Oláh. Cod. Ep. 26. litteræ tuæ tam gratissimæ mihi sunt semper et tantum mihi afferunt voluptatis, hoc maxime tempore *turbulationum*, ut, nisi his recrearer, nescio quam haberem in aliena terra vivendi iocunditatem.

Turbulentia, (a turbulento, turba, turbo) tumultus; *háborgás, zavargás.* Arch. Rák. VIII. 154. Cf. Tertull. adv. Herm. 41.

Turcesius, (Du C. Turchesius) lapis pretiosus; *törökkő.* Gall. turquoise. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 341. Annuli Jaspide vel *Turcesio* instructi, intra vitrum filo suspensi, horarum diei vel noctis indicatio.

Turchesia, V. *Turcesius.* Szentiv. Curios. Misc. Dec. II. P. I. p. 187. *Turcois* sive *Turchesia* ad capitis oculorumque curam adhibetur.

Turchinus, i, V. *Turcesius.* Verancs. V. 245. munus . . . exhibuit . . . principi margaritas, *turchinos.*

Turcicari, Turca fieri; *törökké lenni.* Funda David D. §. III. Et quisnam citationem alius nisi *Turcicatus* Christianus reprobraverit.

Turcicum triticum, Zea Mais (Linn.); *török buza, kukoricza, tengeri, málé.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 298. Cunctis procreationibus fundorum aridis, tam decimandis: Tritico, siligine, milio, hordeo, avena, spelta, quam non decimandis: Panico, Zea seu *Turcico tritico*, Tabaco etc.

Turcimanus, Trucimanus q. v. (Du C. Turchimannus). Ljub. Mon. Sl. XVII. 108. an. 1421.

Turciplenus, Turcis favens; *törökbarát.* Ger. Volltürke. Rep. Cast. p. 44: Sic agis, sic conviciaris, sic fungis, quæ tibi placent, *Turciplene* Semei.

Turcismus, religio, mores Turcarum; *török vallás, törökség.* Száz. XI. 143.

Turcissa, æ, puella vel femina Turcica; *törökleány, töröknő.* Száz. XI. 147., 148.

Turcissare, mores Turcicos imitari, more Turcarum vivere; *törökösködni.* Verancs. Hist. I. 275. ubi cum iis, qui sine Turcis stare non poterant non aliter *turcissare* cogebar, quam qui iuxta vetus proverbium cum lupis ululant.

Turcizare, V. *Turcicari.* Funda David. D. 36: Christianus *Turcizatus.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. II. 10.

Turcois, V. *Turcesius.* Tör. Tár. XX. 180. *turcoibus* ornatum.

Turcosa, æ, (Du C. turcoisius) V. *Turcesius.* Gros. H. Ph. I, XXII.

Turfa, æ, (Du C. cespes) humus Turfa (Linn.); *turfa.* Art. D. 1840. p. 29. Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 56.

Turgescentia, tumor, conditio rei turgescentis; *daganat, duzzadtság.* Bene Med. II. 189.

Turgilitas, tumor; *felfuvalkodás.* Ger. Aufgeblasenheit. Szer. Not. p. 195: ne insolescat aut quoquo modo instar Fratris Georgii Fortunæ *turgilitate* capiatur.

Turibianus, 3., fors. mendum pro: *turchianus* a Turchis: *türkis, törökkő.* V. *Crux turibiana; törökkővel kirakott kereszt.*

Türkes, V. *Turcesius.* Thök. Diar. II. 326. Colipendium equorum . . . cum lapillis *türkes* et rubinis, quorum tamen multi desiderantur fl. 12.

Turlepini, (Du C. Turlupini) Hæretici Valdensium sectarii in Gallia sub Carolo V. rege Franciæ an. 1372. sic dicti, quod ea tantum habitarent loca, quæ lupis exposita erant; *vadonyvadászók.* Nagy Hier.

Turlouk, Exequiator q. v. Tör. Tár. 1893. p. 3. exequiatores, qui *Turlouk* vulgariter vocantur.

Turmæ auditor, turmæ prætorianæ iudex; *a testőrség hadi birája.* Regul. Turm. Præt. 43. neo-suscepti Prætoriani Militentes autem et Stabi minoris Individua coram Capitanei Locumtenente in præsentia *Turmae Auditoris.*

Turma prætoriana regio-hungarica, *magy. kir. testőrség.* Regulamentum pro *regio-hungarica* nobili Turma Prætoriana, Viennæ 1795.

Turnagius, i, (turcicum: turnadši) Janicsari, quibus cura venaticorum falconum commissa erat; *a vadászsolymok őrzésével megbizott janicsárok.* V. s. *Seimenus.*

Turnamentum, ludus equester; *lovagjáték.* Ger. Tournier. Fjp. Anon. 19. b. cum clipeis et lanceis . . . *turnamentum* facjebant.

Turnerus, i, qui in turribus excubabat et tuba horas et incendia indicabat; *toronyőr.* Tör. Tár. 1891. p. 695. præter *turneros* etiam campanatores exolvebant.

Turonilla, (Dief.) Cyprinus Gobio (Linn.); *görgöcse, köviponty.* Ger. Grundel. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 120.

Turper, canis venaticus; *vadászkutya.* Kov. Form. St. XXVII. Silvens et velter molosus clancula *turper.*

Turpifactio, flagitium, scelus; *gaztett, gyalázat.* Fej. T. XI. V. Un. 342. Quid o inclyta filia tam *turpifactioni* adstrui posse videtur?

Turpitius, 3., deformatus; *eléktelenitett, elkopott.* difformirt. *Denarius turpitius* est denarius, cujus valor, quum signum eius multo usu detritum, deformatumque esset, imminutus erat. Cf. *Florenus Censualis* et *Denarius Turpitius.*

Turribulum, pro: turibulum. Archiv Rák. VIII. 314. *Turribulum* cum navicula et cocleari ex argento.

Turris astronomica, turris, ex qua sidera spectari solent; *csillagvizsgáló torony.* It. torre astronomica. Fej. I. App. Paulus Tittel, *turris Astronomicae* Budæ præfectus.

Turris campanaria, turris, in qua campanæ suspensæ sunt; *harangtorony.* Ger. Glockenthurm. Luc. Regn. Dalm. 115. tamen multo prius evenisse constat ex inscriptione *Turris Campanariae* Ecclesiæ S. Mariæ Monialium Jadræ.

Turris lucens, pharus, turris, ex qua noctibus ad regendos navium cursus ignes emicant; *fénytorony.* Leuchtthurm. Törvt. Msz.

Turris manca, carcer Budæ; *csonka torony.* Samb. Tyrn.

Turritum, ciborium; *szentelt ostyatartó, czibórium.* Vjestnik I. 244. an. 1392. imago virginis gloriosæ sedentis sub quodam ciborio seu *turrito.*

Turtor, carnifex; rerum capitalium vindex (a *torqueo*); *hóhér.* Fjp. Szám. p. 599. an. 1444. *Turtori.*

Turtula, tructa, truta; *pisztráng.* It. trota. Gall. truite. Ger. die Forelle. Schläg. p. 799.

Tusale, is, fors. detortum e *tunicale* q. v. Star. XVIII. 32. an. 1478. planetam cum suis camisiis . . . unum *tusale* sericeum.

Tuscus, 3., Italicus (Du C. rudis); *olasz, talján.* Verancs. VI. 29. Commentarium tuum de rebus Turcarum *tusco* idiomate exaratum, nuper per amicos tuos ex Urbe ad regem meum fuit allatum. p. 30. Quod si forsan isthæc traductio non ubique *thuscae* eloquutioni, animoque tuo responderit.

Tusor, qui tundit; *törő, zúzó.* Faber. Jur. Met. 90. Quinam a statutione militari passiva eximantur, videlicet: Urburarum Officiales, Decuriones operariorum (Huthleute), fodinarum Scribæ, minerarum ad præemtionem Regiam administratores (Erzt-Lieferanten), ædium fodinalium hospites (Grubenwirthe), machinarum hydraulicarum, puteorum mineralium, meatuum subterraneorum (Gruben-) ustrinarum (Hütten-Leute), minerarum *tusores* (Stampfer), sabuli mineralis lotores (Schlämmer), lotoriorum Magistri (Wasch-Meister), Machinarum Servitores (Kunst-Warter), Fabricarum Fabri (Grubenschmiede), subterranei minerarum vectores (Hundstösser), seniores sodales (Alt-Knechte).

Tusorium, pistrinum; *kölyümalom.* Ger. Stampfmühle. Juriev. Jur. Met. 180. Causæ de collatione, mensuris et cessione Feudorum montanisticorum, de venis, fibris ... de Ustrinis, *Tusoriis* et productis mineralibus etc.

Tussis asinina, *szamárhurut.* Ger. Keuchhusten. Bene Med. V. 216. Tussis convulsiva vocatur etiam tussis ferina, spasmodica, cœrulea, strangulatoria, suffocatoria, *asinina, pertussis.*

Tussinum, (Du C. Dozena) numerus duodenarius; *tuczat.* Tör. Tár. 1894. p. 506. pro uno *tussino* caligarum pro fl. 3 ... summa 36.

Tussitatio, tussis anhela; *köhécselés, köhögés.* Abelsb. 10.

Tussoria, V. *Tusorium.* Faber. Jur. Jur. Met. 62. Excipiuntur contra: reliqui œconomici et Camerales Officiales in specie Sylvarum Curatores, pensionati, viduæ et orphani. Urburariales tam superiores quam inferiores Officiales ex ærario tum a privatis Salaria percipientes, ut: administratores, obequitatores, *Tussoriarum Officiales,* Scribæ Mont. et Decuriones, Inspectores Fodinarum.

Tussorialis, ad tussoriam pertinens; *kölyümalmi.* Faber. Jur. Met. 74. nec Officialibus lege alioquin prohibitis, præsertim sub Nro 5. Ustrinalibus et *Tussorialibus* vigore Decreti de 7. Jan. 1780. exclusis præmissa oculata, nec Spatia Fodinis aut Tussoriis adsita.

Tutamentum, (Du C.) protectio; *védelem.* Star. I. 160. an. 1454. maximo ... regni fuit *tutamento.* Cf. Liv. 21, 61, 10; Appul. Met. 1 p. 105.

Tutanochæ, homines enormiter auriti; *rendkívül hosszú fülü emberek.* Szentiv. Curios Misc. Dec. II. P. I. p. 333. Homines inveniri *Tutanochas* dictos, quibus adeo prolixæ aures sunt, ut usque ad terram dependeant.

Tutativus, defendens, vim tutandi habens; *megvédelmező.* Pel. De s. Laurentio s. IV. c. 2: Laurus sex habet prærogativas, inter quas quinta, quia est contra fulmina *tutativa.*

Tutela cuioneria, tutela vexans; *zaklató gyámság.* Száz. VI. 511.

Tutela dativa, V. *Tutela legitima; hivatalból való gyámság.* Ger. ämtlich eingesetzte Vormundschaft.

Tutela feudalis, *hűbéri gondnokság.* Vuch. Jur. Feud. 209. *Tutela Feudalis* est exercitium dominii utilis feudalis pro impubere et minorenne auctoritate publica obeundum.

Tutela fructuaria, *kiházasitási gondnokság.* Vuch. Jur. Feud. 210. Cum illa tutela pupillorum coniunctum maritagium seu ius maritandi liberos vasallorum, quos in custodia habebat dominus. Recentioribus hanc *tutelam fructuariam* appellare visum est.

Tutela inculpata, defensio licita; *nem hibáztatható, szabad védelem.* Pril. Abact. 44: in periculo vitæ constituto *inculpata tutela* ... suffragatur.

Tutela ingessiva, tutela se intermiscens; V. *Ingessivus.* Törvt. Msz.

Tutela legitima, *törvényes gyámság.* Ger. rechtmässige Vormundschaft. Stat. Jur. L. II. p. 39: *Tutela* autem est triplex: *legitima* scilicet, quæ a nemine datur, sed a lege secundum agnationis successionem defertur. Altera est *testamentaria,* quam pater ordinat filio; Tertia vero *dativa* dicitur, quam ex officio iudex dat, si testamentarii et legitimi deficiant tutores, vel si consangvinei iudicentur non idonei.

Tutela realis, tutela vera, fundamento nixa; *tárgyas gondnokság.* Törvt. Msz.

Tutela testamentaria, V. *Tutela legitima; végrendeleti gyámság.* Germ. Testamentarische Vormundschaft.

Tutelare, Tutelatus, curam personarum gerere, cui opponitur curatelare i. e. curam bonorum gerere. V. *Curatelare; gondnokoskodni.* Kass. Jur. Civ. I. 49. Cum autem dictamine Art. 68. 1715. aliarumque Patriæ legum Tutores et Curatores Bona orphanalia cuiusvis generis et speciei fideliter administrare ac *Tutelatis* legitimam ætatem attingentibus in statu quo restituere tenerentur.

Tutor, alias: defensor, gubernator, protector (Du C. advocatus prædii ecclesiæ); *konvent védnöke.* Tör. Tár. 1887. p. 560.

Tutor campi, agrorum custos; *csősz.* Kronst. III. 94., 95., 161.

Tutor dativus, V. *Dativus.* 1. Törvt. Msz.

Tutor immissivus, V. *Immissivus.* Törvt. Msz.

Tutor libertatis, *szabadság védnöke.* Prisc. Serv. p. 27: *Tutor Libertatis* advocatus erat defensor, qui liberos liberasque adversus libertatis oppressores tutabatur et defendebat. Bel. appar. Dec. I. Mon. V. I. p. 235.

Tutoralis, ad tutorem pertinens, tutorius; *gondnoki, gyámsági.* Kov. Form. St. CLV. Instantia ad Comitatum, ut pro excipiendis et revidendis *Tutoralibus* rationibus Deputatio ordinetur.

Tutoratus, us, officium tutoris; *gyámság.* Art. Diæt. Pos. 92. et super gesto *Tutoratu* aut Curatoratu, singulo ad minus triennio coram Personis per Comitatum ad id specialiter exmittendis Pupillorumque Agnatis seu Cognatis proximioribus, in quantum fieri potest, præsentibus, sufficientes Rationes dare teneantur. Thök. Diar. II. 492.

Tutoreus, 3., tutorius; *gyámi.* Ger. Vormunds ... Kass. Jur. Civ. I. 127. aliqua Bona possident iure proprietatis, alia iure improprio v. g. *tutoreo,* uxoreo, arendatitio.

1. **Tutoria,** æ, officium tutoris, tutela; *gyámság.* Ljub. Mon. Sl. XI. 171. an. 1345: absolvit ... a *tutoria.*

2. **Tutoria,** (litteræ) in tutoris negotio emanatæ litteræ; *gyámsági levél.* Kov. Form. St. L. Nr. 116. *Tutoria* p. 82. b. Petrus Erdewdy de Monyorokerek Comes perpetuus montis Claudii et banus Croatiæ deposita spe prolis fassionem bonorum suorum fecerat.

Tutricia arma, arma ad vim repellendam; *védő fegyver.* Thurócz. 62. *Arma* quidem *tutricia* Hunorum de Scythia secum apportata ex corio ferroque desuper polito fuisse dicuntur.

Tuzena, æ, V. *Tussinum.* Száz. II. 158. unam *Tuzenam* Caligarum et Pileorum.

Twynum, filum lineum duplicatum; *czérna.* Ger. Zwirn. Fjp. Szám. p. 299. an. 1429: dedimus pro *Tuyno* denarios 150 filio pastoris, quod rethe faciet.

Tyleus, 3., tiliaceus, quod est ex tilia; *hársfa* ... Cod. Dip. Pat. VI. 245., 172. Inde venit ad metam saxeam abhinc ad *tyleam* et abhinc pervenit ad metam terream.

Tymbaules, (a gr. τύμβος et αὐλός); *sírdicsőítő.* Hor. Mem. 466. Hungarus *Tymbaules* seu grata ac benedicta Hungarorum quorundam Principum, Heroum, Magnatum toga et sago insignium virorum eruditione clarorum ex *epitaphiis* renovata memoria P. Bod.

Tymbrorum taxa, pecunia pro charta publica signo signata; *bélyegdíj.* Ger. Stempeltaxe. Art. D. 1840. p. 80.

Tymbrum, tessera, charta publica; *bélyeg.* Marke. Törvt. Msz.

Tyminius, V. *Timinus.* (Du C. Tuminus); Tör. Tár. I. 77. *tyminios* etiam salium.

Tyminus, V. *Timinus,* (Du C. Tuminus). Knauz. M. E. Str. I. 293., 346.

Tympanista, tympanotriba militaris; *dobos.* Arch. Rák. VIII. 392. Cf. Appul. de Deo Socr. p. 49.

Tympanistrius, tympanotriba, tympanista; *dobos.* Száz. XI. 745. deinde *tympanistrii* bellicum in morem obstrepentes sequebantur.

Tympanitriba, æ, tympanotriba; *dobos.* Kass. P. P. II. 280. uti et *tympanitribas* constituere.

Tympfe, moneta Polonica et Prussica, quæ est quinta imperialis pars. Bel. Geogr. Comp. 399.

Tymus, (Dief.) Erica (Linn.); *hanga, fekete mámorka.* Ger. Heidekraut. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 120.

Tymynus, i, V. *Timinus.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 30. Item contulimus eidem Ecclesie quinque *tymynos* salium solvendos in Scegued annuatim ad usum fratrum.

Typarius, i, cælator, scalptor sculptor; *metsző, dombormüvész, vésnök.* Ger. Graveur, Petschierstecher. Comm. Hist. de Reginæ Hung. Cor. Mor. 55. quod rudi illa ætate, qua *typariorum* cælatura ut plurimum aurifabris credita est, nec sperari quidem poterat. Numi Hung. Introductio.

Typatia, Typacium, (Du C. Typarium) sigillum, cui Principis τύπος seu imago insculpta est. Comm. Hist. de Reginæ. Hung. Cor. Mor. 47. Paulo quid amplius in regiis servari debuit, cum *typatia* ipsa aut perdita aut furto sublata fuissent.

Typha, æ, clava arundinea; *nádbuzogány.* Bárczay.

Typhlocomium, cæcorum hospitium; *vakok intézete.* Nagy Hier.

Typoteta et Typotheta, typographus, libros typis, literarum formulis exscribendi artifex; *könyvnyomdász.* It. tipografo. Res

ges. p. 184: Hæreticus Posonii *typoteta* cantilenam B. V. M. injuriam, deprompta, nescio quo pacto, e cæde Nádasdii occasione vulgarat. Kat. Hist. VIII. 493. apparet errorem chronologicum vel scribarum vel *typothetarum*... irrepsisse.

1. **Typus,** imago, exemplar, species (Du C. al. s.); *kép.* It. tipo. Gall. type. Ger. Ur-Vorbild, Typus. Patr. Const. 206. Urtica voluptatis *typus.* Batty. Ger. 25. cœlestis denunciatio . . . sine *typo* æstimata a potentibus.

2. **Typus,** nota, signum, quod percutiendo imprimitur. *Regalis typus Croatiae* est pœna, mulcta (Du C. al. s.); Batty. Leg. T. II. 77. an. 1059: lege Christiana careat, *Regali Typo Croatiae* subjaceat.

Tyrannio, onis, (ap. Fin. alio sensu), tyrannus. Probst. Comitiol. Præf. Hinc fascinata rudior plebs, minutis *tyrannionibus,* qui in turbido capturam exercent, lubentius quam legitimo Imperio adhæret.

Tyrannizare, (Du C.) dominatum superbum, tyrannidem exercere; *zsarnokoskodni.* Knauz. M. E. Str. II. 59., 77.

Tyriaca, (Du C) antidotum quoddam; *ellenméreg.* Pel. Serm. Omnes fructus arboris erunt venenati, ideo ex illa comedere sine *tyriaca* esse periculum. Hiem. 41. f. . . . Proinde contra peccata sumere debemus *tyriacam* verbi dei. Hiem. 41. g. V. *Theriaca.*

Tyrolaganum, artotyra, placenta caseata; *túros béles.* Ger. Käse-Kuchen. Pár. Páp.

Tyrones fabri, tirones fabri; *tanuló legények.* Juriev. Jur. Met. 47. sub directione . . . Magistri Malleaturæ . . . sequentes sunt operarii . . . 7-o *Tyrones Fabri* (Lehrknechte) qui artem ferrum tractandi discunt.

Tyronum collectacula, Werbung. V. *Collectaculum.* Törvt. Msz.

Tyronum statutio, inquisitio novorum militum; *ujonczállítás.* Ger. Rekrutstellung, Rekrutirung. Kass. Prax. I. 25. ad 2-dum: commissariatica v. g. *statutio tyronum,* dislocatio militiæ, eiusque alimentatio etc. [*túrós étek.* Pár. Páp.

Tyrotarichus, cibus caseo conditus;

Tytirus, i, opilio, ovium pastor; *juhpásztor.* Tag. Erd. II. 69. an. 1749: *tytiri...* silvas non succidant. (per metonymiam e persona bucolicorum Vergilii).

Tzuckercanthum, saccharum crystallinum; *sárgaczukor.* Ger. Zucker-Candis. Máty. 230.

U

Uarnagio, onis, præfectus arcis, castri, civitatis; *várnagy.* Ger. Burgvogt. Tör. Tár. 1893.

Ubech, servus vagus, (ex Slavico, ubi fugitivum significat) *szökevény szolga.* Zsigm. Hist. 72. Nefas fuit *servum vagum* i. e. ab illis gentiliciis servis, qui *Ubech* dicebantur, genus trahentem, sed iam Christianum emere. p. 40. Servi gentiles, qui *Ubech* dicebantur, dominorum suorum arbitrio erant relicti.

Ubertiffer, 3., copiis abundans; *gazdag.* Rač. Mon. Sl. XIII. 77. an. 1349: provideant, quo modo . . . haberi possit bladum, ut civitas . . . sit magis *ubertiffera.*

1. **Ubicatio,** commoratio, habitatio; *hollét, tartózkodási hely.* P. P. an. 1793. Besztb. Levt. Nro. 1370. in *ubicationem* N. N. uxorem perfide deserentis personæ descriptio.

2. **Ubicatio,** status, habitus, conditio, locus; *hollét, hogylét, helyzet, sors, állás.* It. ubicazione. Kass. Prax. I. p. 15. Partes respectivas de cursu et *ubicatione* negotiorum suorum informare.

Ubidum, alicubi; *valahol.* Dip. Alv. II. 56.

Ubiquietas, ubique præsentia; *mindenütt jelenvalóság.* Bod. Hist. Eccl. II. 298.

Ubiquietisticus, ad doctrinam ubiquietatis i. e. ubique præsentiæ pertinens; *mindenütt jelenvalóság tanához tartozó.* Bod. Hist. Eccl. I. 311. dogma *ubiquietisticum.*

Ubiquista, æ, qui ubiquitatem Christi credit; *ki Krisztus mindenütt való jelenlétét hiszi.* Brezny. 264. obtestamur et flagitamus te, ne deficias et fias Apostata et *Ubiquista.* Ego respondi: Intelligis frater, ego votum vovi Deo meo et crucifixo Christo mihi nunc et *ubique praesenti* corporaliter realiter, substantialiter.

Ubiquistiacus, 3., V. *Ubiquietisticus.* Otia. Bachm. 95. De modo præsentiæ Christi, quantum bellum *Ubiquistiacum* dictum — inter Giesenses et Tubingenses Theologos.

Ubiquisticus, 3., V. *Ubiquietisticus.* Hor. Mem. 480. Encomium *ubiquisticum* contra Brentianos.

Ubiquitarii, V. *Ubiquista.* Fer. Scr. p. 46: Corpus Christi non aliter esse in Eucharistia, quam in aliis rebus. Idem admittere debent *Ubiquitarii* Lutherani, qui Corpus Christi sive ejusdem humanitatem ubique esse dicunt. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 438.

Ubiquitarius, 3., ad omnipræsentiam pertinens V. *Ubiquietisticus.* Cod. evang. T. I. p. 96: Magno nobis obstaculo sunt *ubiquitariae* Harpiæ.

Ubiquitas, V. *Ubiquietas; mindenütt jelenvalóság.* Br. Resp. p. 17: *Ubiquitatis* Assertores ipsi etiam Pontificii . . . in hoc articulo conveniunt. Kaprin. Eloq. II. Præf.

Ubrassarus, V. *Ubrusar.* Fejér. 1., 462. His actis et constitutis testes interfuerunt primum regina Lepa . . . Andreas Presbiter . . . Mosica Postelnicus, Dragolubus Sacellarius, Vissa *Ubrassarus.*

Ubrusar, mensæ præfectus, (a Slavo obrus, quod mappam significat); *asztalnok.* It. ubrussaro. Luc. Regn. Dalm. 96. nam in supradictis Privil. inveniuntur subscripti Camerarius 2., 3. Pincernarius . . . *Ubrusar* sive mensæ præfectus.

Ubrusarus, i, V. *Ubrusar.* Rač. Mon. Sl. VII. 140. an. 1083. Tör. Tár. 1893. p. 12.

Udrum, genus vasis gr. *ὑδρία; veder.* Han. Mon. Jur. P. I. 70. an. 1214: si esset... qui haberet nisi solum unum *udrum* vel barile cuiuscunque mercancie.

Udvarista, V. *Udvornici.* Tör. Tár. 1887. p. 98.

Udvarnicalis, ad udvarnicos pertinens; *az udvarnokhoz tartozó.* Fej. X. 4., 491. quæ quidem possessiones *udvarnicales* præfuerunt.

Udvarnicus, V. *Udvornici.* Fej. IV. 3. 159. terras ad dictos *udvarnicos* nostros pertinentes dedimus.

Udvornicalis, V. *Udvarnicalis.* Fej. X. I. 271. quasdam portiones nostras possessionarias *Udvornicales.*

Udvornici, Aulici; *udvarnokok.* Ker. Inst. Mil. 20: Alteram classem subditorum efficiebant *Udvornici* (Aulici) sive *Conditionarii* vel *Conditionales.* Hi agros cum conditione certi ac determinati ministerii Regi aut Reginæ Statuive publico præstandi sibi perpetua lege imposita possidebant. Horum alii erant *Curriferi* (vulgo *szekeresek*), alii *Cursores,* alii *Pistores,* alii *Venatores,* uti incolæ Possessionis Sz. Gál, alii *Coci,* uti incolæ possessionum *Szakácsi* et *Vyt,* alii *Falconarii* (falcatores), alii *Custodes silvarum* etc. Omnes hi variis servitiorum conditionibus aulæ Regiæ obnoxii, jurisdictioni Comitis Castri parebant. Pfahl. Jus. Georg. XXXI. In lege S. Stephani *Udvornici* dicuntur a voce Hungarica *Udvar,* aula, quæ a slavica *dwor* derivata est, ac si diceres *aulici.*

Udvornici castrenses; *szabadosok.* Prisc. Serv. p. 30: *Udvornici Castrenses* erant Conditionarii libertini. Kéza Chron. Hung. in Appendice §. 11. p. 141. de Udvornicis.

Udvornici dominales, qui dominis tributum pendebant V. *Udvornici regales.*

Udvornici regales. Tör. Tár. 1893. p. 8. Udvornici *a) regales udvornici* eseh okmányokban dvoráci (Hofbauer), kik saját gazdasággal birtak és csak a királynak vagy királynénak adóztak, *b)* dominales udvornici kik földesuruknak *adóztak, c)* servi udvornici talán béresek, kik a földesúr földjét művelték.

Udvornici Regis, (Du C.); *udvartelkes* (nemes). Prisc. Serv. p. 30: *Udvornici Regis* nobiles erant Prædiales, unius Sessionis in Villis Regiis Beneficii nomine Regi obstricti, qua de causa dicuntur ii etiam Servi distincti a liberis. Bel. appar. Dec. I. Mon. V. p. 215.

Udhwornicalis, V. *Udvarnicalis.* Tör. Tár. 1893. p. 8. qui conditionarii sive udvornici sunt nostri, ut eis in quadam terra nostra udvornicali Wsol vocata, super qua olim datores scutellarum *Udhwornicalium* dicebantur residere.

Udwornyek, Udwornici (Du C.) V. *Udvornici.* S. Stephanus Rex Hungariæ Decret. cap. 55: Si quis illorum, qui vulgo *Udwornyek* vocantur, furtum commiserit, lege liberorum diiudicetur. Cf. Decret. S. Ladislai Regis l. 3. c. 5. et Decret. Ludovici Regis cap. 5. quæ ad *Udwornicos* spectant.

Uhlanus, i. (Heyse: [polnisch *ulan, hulan* v. türk. *oghlân,* junger Mensch, Bursche.] der Lanzenreiter, Lanzner; eine zuerst in Polen eingeführte Art leichter Reiter mit Pistolen, Säbel und Lanzen etc. tatarischen Ursprungs) *dzsidás.* Törvt. Msz.

Ugatandum, ab Hung. *Ugatni,* quod

idem est ac latrare; Szirm. Hung. in. Par. 14. Circumforaneus in conspectum dedit suos lupos Scythicos et exercuit more circulatorum: ad Ugrandum! lupi saltabant: *Ugatandum!* lupi ululabant et ita linguam quoque Scythicam, ... spectatoribus imponebat.

Ugonottus, Calvini vel alius reformatoris disciplinam professus, sectator; *hugenotta.* Ger. Hugenott, Kalvinist. Verancs. V. 134. Affectat quoque nuptias filiæ Petri vojvodæ Transalpinensis et eum principatum, potitusque utroque desiderio multas legiones *Ugonottorum* cum rebus et familiis suis passæ pollicetur.

Ugrandum, *Ad ugrandum!* ab Hung. «Ugrani», quod idem est ac salire. V. s. *Ugatandum.*

Ulciscere, inusitatum pro: *ulcisci,* persequi. Cod. Dipl. Pat. T. II. p. 22. cum ... fures et latrones *ulciscere* et compescere debuissemus. Cf. Enn. ap. Non. 292, 16.

Ulcus ungue attingere, vulnus alicui infligere; *bibéjét érinteni, tyukszemére hágni, sebét fölfakasztani.* Verancs. V. 136. De Zigeto ac Giula quoque caute mentionem feceramus, ut habemus in instructione, sed *ulcus ungue attigimus,* neque cogitari volunt de his arcibus. Cf. *Ulcus tangere.* Ter. Phorm. 4, 4, 10.

Ulefedczi, V. *Ulufegzia,* eques turc. stipendiarius; *zsoldos török lovas.* Tör. Tár. 1892. p. 431.

Ulischia, æ, apiarium; *méhkas.* Han. Mon. Jur. P. I. 29. an. 1214: quicunque furatus fuerit ... domum apium sive *ulischiam.*

Ullatenus, ullo pacto; *valami szin alatt.* Wagn. Cf. Claud. Mam. de stat. anim. 1., 21; Cassian. Coll. 13., 6. et ap. Ecclesiasticos.

Ullibi, uspiam, usquam; *valahol, bárhol.* Dip. Alv. I. 35. Rák. Ön. 372: nec hic, nec ibi, nec *ullibi* recuso laborare pro gloria tua.

Ulminatus, 3., ulmanus, ulmeus, qui ulmis consitus est, qui est ex ulmo; *szilfás.* Cod. Dip. Kár. I. 448., 272. hinc versus eandem plagam ultra quoddam nemus quendam dumum *ulminatum* supra quandam terram elevatam pro meta ostendisset.

Ulminus, ulmeus; *szilfás.* Fej. I. 134., 135. II. 111. Inde extra illud nemus ad arbores *ulminas,* sub quibus est meta. Knauz M. E. Str. I. 66., 98.

Ulna regalis, 2·959 m. *királyi öl.* Werbőczi. Tripart. Lukácsi.

Ulnare, (ab *ulna, kar.* der Arm) (Du C. ulna metiri) amplexari; *átkarolni, átölelni.* V. *Osculare.*

Ulnetum, locus ulvis consitus; *nádas.* Arch. Ver. Sieb. XXVI. 120.

Ultaji, vagabundi milites; *kóborló katonák.* Arch. Rák. VIII. 289. Cui actioni nulla adesse potuit ordinata militia Hungarica, sed forte vagabundi et independentes aliqui (quos *Ultajos* in Polonia nominari recordor).

Ultimæ bachanaliorum feriæ, extremi dies bacchanaliorum.; *utolsó farsang.* Rák. Ön. 40.

Ultimarie, ultimo, denique; *végül.* Tör. Tár. 1890., 526. Cod. Alv. I. 179.

Ultimario, vice ultima; *utoljára.* Arch. Rák. II. 419. Thessalonicensibus Græcis *ultimario* pro peciis coloratæ abæ. Knauz. M. E. Str. I. 114.

Ultimarius, 3., ultimus; *utolsó.* Ac. Com. Sopr. p. 207: medio *ultimarii* nostri Supplicis Libelli. Dip. Alv. I. 123. II. 57. Tör. Tár. 1887. p. 158.

Ultimate, (Du C.) ultimo; *utolsóként.* Pel. De S. Joan. s. IV. c. 8: ipse Joannes sit *ultimate* glorificatus in cœlo.

Ultimatim, (Du C.) ultimum, ultimo, postremo; *végre.* It. finalmente, all'ultimo. Cod. Alv. II. 150. ex quo *ultimatim* fructiferum in totius christianitatis emolumentum exorietur pax. Cod. de Sztára. II. 142. Thuróczi. Hist. Hung. 5., 25. Fej. X. 522. Szer. Not. p. 104. Tör. Tár. 1886. p. 6. Vect. Ref. k.

Ultimatum, extrema sententia; *végső követelés.* Kelem. Hist. Jur. Pr. 470. Angli *ultima sua postulata (Ultimatum)* proposuerunt die 10. a Maii 1805.

Ultimus, *in ultimis,* in supremo vitæ die; *utolsó-, végperczben.* Batty. Leg. III. 289. an. 1390: *in ultimis* ... disponere.

Ultimus deficiens, surculus, *utolsó sarjadék.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 103. In ultima quapiam persona; Familia nempe omnibus aliis emortuis ad unicam personam demum redit, quæ ideo *ultimus surculus, defectui proximus* vel *ultimus deficiens* dicitur, qua denique decedente, stirps eadem penitus esse desinit.

Ultionem sumere, ulcisci; *bosszút venni, megbosszulni.* Wagn.

Ultradanubialis, ultra Danubium situs; *dunántúli.* Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 483. quod mulier nomine Constancia, filia Gregorij, de partibus *Ultradanubialibus.*

Ultradravanus, 3., ultra Dravum situs; *drávántúli.* Cod. Zi. I. 93.

Ultragenitus, natu minor; *ifjabb.* Vuch. Jur. Feud. 136. Appanagium dicitur pensio, quam primogenitus vel, qui de eius familia est, *ultragenito,* eiusque heredibus præstat.

Ultraliberalismus, i, modum excedens libere sentiendi modus; *túlszabadelvűség.* Törvt. Msz.

Ultramarinus, ultra mare situs; *tengerentúli.* It. transmarino. Cod. Dip. Arp. Cont. X. 102. qui de partibus *ultramarinis* et barbarinis ... venient. Pel. De s. Franc. s. I. c. 3.

Ultramarinus color, color cæruleus, cyaneus, *ultramarin; kék.* Ger. Ultramarin. Bel. Geogr. Comp. 646. Profert. (Tartaria) ... lapidem *lazuli,* ex quo color *Ultramarinus* paratur.

1. **Ultramontanus,** (Du C.) incola trans montes, alpes habitans; *hegyek mögött lakó.* Fej. II. 125. Ad ipsius siquidem vocem *ultramontani* et præcipue Francorum regni fortissimi et strenui bellatores.

2. **Ultramontanus,** 3., originitus significavit eum, qui ultra montes, h. e. Alpes degit. Cfr. Duc. Deinde et nunc quoque eum — qui omnium novarum rerum inimicus est et modo res nobis a veteribus traditas adorat: *ultramontán.* Rák. Ön. 115. l. 27—28. (27.): credebam ... secundum doctrinam communem *ultramontanorum* examen et meditationem ejus (sc. sacræ scripturæ) non esse necessariam. Száz. XXI. 662.

Ultraneus, idem ac *ultroneus; önkényes, kényszeritetlen.* Cod. Zi. T. I. 609: *ultranea* se ... obligavit voluntate.

Ultraroyalista, æ, supra modum faciens cum rege; *túlkirálypárti.* Törvt. Msz.

Ultra-Savianus, 3., ultra Savum situs; *szávántúli.* Verancs. II. 234. Petrus ... *per Ultra-Savianas* partes circumvolans.

Ultrasilvania, Transilvania; *Erdőelve (Erdély).* Kat. Hist. Reg. 1. 176. Quam hodie Transsilvaniam vocamus, veteribus Hungaris etiam in Latinis scripturis dicebatur Erdély, Andreæ II. temporibus *Ultrasilvania,* Belæ demum IV. regnante Transsilvania. Szék. Okl. I. 3.

Ultrasilvanus, Transilvanus; *erdélyi.* Szék. Okl. I. 3. Knauz. M. E. Str. I. 65., 94. Fej. V. 111., 1.

Ultratibiscanus, 3., ultra Tibiscum situs; *tiszántúli.* Cod. Ep. Pet. Páz. I. 37. Hoc certum est, hajdones in partibus *ultratibiscanis* confluere.

Ultra-tridualis, ultra tres dies durans; *három napon túl tartó.* Kov. Form. St. CCXXXV. Actio Marcalis ad restitutionem invagiati Equi et desumendam ob *ultratridualem* eiusdem detentionem statutam pœnam.

Ultromarina. V. *Ultramarinus color.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 183. Ex illo *tinctura* cœlestis, quæ vulgo *Ultromarina* dicitur, auro pretiosior educitur.

Ultronee, sponte; *önkényt.* Schwart. Scult. 186. Jogt. Eml. I. 433.

Ultronice, deinde, abhinc; *ezentúl.* Jogt. Eml. I. 495.

Ulufegia, æ, V. *Ulufegzia.* Verancs. V. 240. Eodem: Capitaneo *ulufegiarum,* qui nobis obviam venit extra urbem, talleri 50. Et militibus ejus talleri 25.

Ulufegzia, equites stipendiarii. Thury Tör. Magy. Tört. Eml. II. o. I. k. végén: *Ulufedsi: zsoldos lovasság* két hadteste egy-egy aga parancsnoksága alatt.

Umbella, æ; *mennyezet.* Bett-Himmel. Arch. Rák. VIII. 309. *Umbella* pro lecto ex flava Tafotta.

Umbella luminaris, umbella lucernæ; *lámpaernyő, ellenző.* It. paralume. Germ. Lampenschirm. Vern. Psych. 92. Usus quoque *umbellarum luminarium,* quæ cubile obscurum relinquunt solamque mensam scriptoriam justo plus illustrant.

Umbilicalis, ad umbilicum pertinens, umbilicaris; *köldök* ... Bene. Med. I. 28.

Umbilicani, *Omphalopsichi* q. v.

Umbilio, onis, umbilicus, perfectio; *tökéletesség.* Oláh. Cod. Ep. 533. et num globus meus ad *umbilionem* pervenerit. Cf. *ad umbilium deducere.* Hor. Epod. 14, 8.

1. **Umbra,** æ, macula a sole, lentigo; *széplő.* Bene. Med. II. 268. non raro latius extenduntur maculæ, tunc vocatur (ephelis) *umbra.*

2. **Umbra,** vita humana; *árnyékvilág.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 23.

Umbram suam metuere, suam timere umbram; *saját árnyékától félni.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. II. 138.

Umbraculorum confector, umbellarum, umbraculorum opifex; *esernyőcsináló.* Pest. Vár. Levt.

1. **Umbraculum,** (Du C. al. s.) locus frondibus munitus, in quem vina decimanda deferebantur; *lugas bor tizedelésére.* Cod. Telek. XI. 368. Pro eo, ut ipsi Cives et Inhabitatores dicte Civitatis nostre Colosuar vina in promontorys eiusdem Civitatis existentia et

quasi in fine ipsius Ciuitatis circa *Umbracula* deferenda, contra antiquis eorum libertatibus non decimarentur.

2. **Umbraculum,** *ellenző.* Ger. Blende. Lzb. Cod. Med. T. II. 753: admissariis ... nota in fræno *umbracula* applicentur. Cf. Appul. Apol. 63.

Umbralia, humeralia; *vállkendő.* An. Sc. I. 336. an. 1450: *Umbralia* nunc humeralia, quod humeros vel caput Sacerdotum ad aras factitatorum obumbrent.

Umbraticus, 3., ad phantasmata pertinens; *képzeleti, a képzeletben élő.* Batty. Ser. Episc. 177. expurgato ... *umbraticorum* Episcoporum numero in lucem prodit ...

Umbus, umbo; rantbuchele (Dief); buckel, halbrund erhabener metallbeschlag in der Mitte des schildes; buckelære, schild mit einer buckel; rant, der rand des schildes, der Schild selbst (Lexer); *vért.* Schläg. 622.

Umeratus, 5., ad humeros pertinens; *váll* ... Kronst. II. 275: tegumentum equi *umeratum.*

Una summa, omnino, in universum; *egészben, összesen.* Kronst. II. 654: qui apud nonnas griseas *una summa* decem dies laboravit.

Unanime, uno animo, unanimiter; *egyetértőleg, egyhangulag.* Rák. Ön. 270. I. 20—21. (20.): Ministerium totum *unanime* desiderare adventum meum.

Unatim, singulatim (Du C. simul, una): *egyesével.* It. a uno a uno. Ger. einzeln. Georg. Sirm. 1., 30. *unatim,* binatim de arce Vissegrad festinanter descenderunt.

Uncinarius fur, unco furta exercens; *horoggal ablakon lopó.* Pár. Páp.

Uncinula, æ, (dem. ab uncus) fibula; *kapocs.* Ger. Haftel. Tör. Tár. XX. 184. Duo paria *uncinularum* pro cingulo.

Uncinus, i, lanceæ species (Du C. uncus, cui inhærent catenulæ); *kampós dárda.* Pri. sæc. I. p. 152: veruto in persequendo hoste usus erat *uncino* contra quodvis hostium genus, sed maxime contra equites gravis armaturæ, quo loricam et thoracem perforarent, et equitem dejicerent Cf. Appul. Met. 3., 15; Pall. 4., 10., 29.; Vitr. 5.; 10., 3.; Isid. 19., 2., 14.; Corp. Inscr. Lat. 5.. 2787. Paul. Nol. Carm. 20., 275.

Uncionales, idem q. *Unctionales.* Kronst. III. 600. an. 1542.

Unctio crismalis, V. *Crismale Baptisma.* Vita Steph. 18. et *unctione crismali* perunctus diademate regalis dignitatis feliciter coronatur (Stephanus Rex).

Unctionem extremam accipere, sacro oleo extremum perungi; *utolsó kenetet megkapni.* Wagn.

Unctionales, tributi species capitulo præstanda. Kronst. III. 599. an. 1541.

Unctuositas, natura, qua quid inungi potest; *kövérség, terjengősség.* Pel. De s. virgin. s. II. c. 4: Tertia olei proprietas est *unctuositas.*

Unctuosus,(Du C.) unguine plenus, *oleosus, zsiros, olajos.* It. untuoso. Hist. Nat. 34. Caro præcipue caudæ diebus ieiunii comeditur, castoreum seu materia illa *unctuosa,* quæ folliculis propriis continetur usus in Apotheca habet.

Undabundus, 3., fluctuans; *hullámzó.* Vjestnik. I. 149. an. 1607. *undabundum* mare. Cf. Gellius 2., 30., 3.; Ammian. 17., 7. med.

Undæ Bajales, Bajanæ thermæ; *meleg fürdő.* Ger. warmes Bad. S. Benkő. Pop. Misk. 33. Sed quamprimum oppidum præterfluxit, illico *undis Bajalibus,* quæ prope arcem manant, intermixtus natale frigus cum truttarum fæcunditate amittit.

Undecuplum, decies et unus; *tizenegyszer.* Fej. I. 469. Atrium vero, si quis, quod absit, violaverit, legem patriæ persolvat in *undecuplum.*

Undequaque, omni ex parte; *minden oldalról.* Wagn.

Underofficialis, *altiszt.* V. s. v. *Oberofficialis.*

Undiquaque, undique; *minden oldalról.* Bod. Hist. Un. Trans. 390. Interea Davidis Franciscus sentiens sibi impios homines *undiquaque* perniciem parare, nihil omisit.

Undivagus, 3., maria permeans; *habokon járó.* Bel. Pan. L. I. R: videmus, *Undivagam,* montis celso de vertice, pinum. Cf. Anthol. Lat. 584., 3. (462., 3.); Coripp. Joann. 6., 342. et 7., 344. Orest. Trag. 362.

Undula, pannus sericus undulatus; *habos selyemszövet.* Gall. moiré. Száz. VIII. 689. ex *undula* nigra vulgo zamlatt.

Ungarus, Calvinista, Puritanus; Szegedi Rubr. Pars. III. p. 11. dicitur; *Ungari non consentiunt* (i. e. Calvinistæ, qui se per Antonomasiam *Ungaros, Magyar Hütön* valók, vocant. Szegedi Rubr. Pars. II. p. 103: ubi adhuc hodie *Puritanos* etiam, ut ajunt, *ungaros,* Luthericolas plures invenies.

Unguentum armarium; *fegyverkenőcs.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. 1. p. 339. *Unguentum armarium* dictum est, quo non vulnus, sed gladius aut quodcunque aliud telum, quo vulnus est inflictum aut saltem aliquod aliud sanguine vulnerati infectum ungitur.

Unguentum pomadinum, unguentum crinibus alendis factum; *hajkenőcs.* Bene. Pol. 137.

Uniacio, actus componendi, pactio; *egyezkedés.* Germ. Vergleich. Cod. Dipl. And. V. IV. p. 605: particulam terre litigiosam ... nullo superveniente *uniacionis* colore, favore cuiuslibet partis abiecto ... reambularent.

Uniare, unire, in unum redigere; *egyesítni.* T. Száz. II. 234.

Uniauritus, 3., una auricula præditus; *egyfülű.* Hist. Nat. 18. Corde uniloculari, *uniaurito,* sanguine rubro frigido 3. Amphibia 4. Pisces.

Unibilis quod coniungi, copulari potest, sociabilis; *egyesíthető.* Pel. In. Vig. Nat. s. c. 6: Humana natura *unibilis* est divinæ. Andr. Pann. 243.

Uniceps, unum caput habens; *egyfejű.* It. unicipite. Kass. Prax. II. 159. *unicipitem* aquilam.

Unicissime, tantummodo, solum; *egyesegyedül.* Tag. Erd. II. 856: hajdones ... *unicissime* custodiæ silvarum intentos.

Unicitas, proprietas peculiaris, singularis; *különlegesség, egyedüliség.* Batty. Leg. I. 289: *unicitas* pœnitentiæ.

Unicornix, (Du C. unicornus) monoceros; *egyszarvú.* Tör. Tár. 188. p. 566. Ibidem sunt tres *pendentes* parvi; in scatula parva est *unicornix* cum lapide adamante spisso et aliis lapidibus ornatus.

Unicornu, monoceros (Du C. unicornus); *egyszarvú.* Numi Hung. 136. et capreolus vel *unicornu* in scuto.

Uniforma, æ, æqualis cultus, vestis; *egyenruha.* Ker. Nap. 253.

Uniformitas, nulla varietas; *egyformaság, egyöntetűség.* It. uniformità. Cher. Jus. Eccl. I. 171. Cæterum facile est conceptu nonnullam *difformitatem* in Liturgia et in *Liturgicis* Ceremoniis diutius adhuc vigere debuisse solumque in essentialibus partibus cultus quampiam *uniformitatem* induci potuisse. Cf. Macrob. Sat. 7, 5 med. Arnob 7, 212; Tertull. Anim. 17 med.

Unio hypostatica, unio personarum; *személyek egyesítése.* Erot. p. 3. quemadmodum enim ipsæ substantiæ seu duæ naturæ in Christo vere et realiter in unam personam uniuntur: ita coniunguntur seu copulantur artissime etiam proprietates seu Idiomata et actiones naturarum, ut deinceps post *unionem hypostaticam* non tribuantur in abstracto ipsis naturis, sed in concreto toti personæ, seu toti Christo. Száz. XXIX. 453.

Unio beneficii per accessionem, beneficii ecclesiastici cum alio beneficio aucti coniunctio; *egyházi hivatalnak másik alá vető összekapcsolása.* Törvt. Msz.

Unio beneficii per æqualitatem, beneficia ecclesiastica exæquans coniunctio; *egyházi hivataloknak egyesítő összekapcsolása.* Törvt. Msz.

Unio beneficii per incorporationem, actus beneficia ecclesiastica in unum corpus contrahendi; *egyházi hivataloknak egy testté való összevonása.* Törvt. Msz.

Unio beneficii personalis, actus beneficia ecclesiastica ad personam i. e. ad tempus contrahendi; *egyházi hivataloknak ideig-óráig való összevonása.* Törvt. Msz.

Unio beneficii realis, actus beneficia ecclesiastica in perpetuum contrahendi; *az egyházi haszonvételeknek s hivataloknak örökös összekapcsolása.* Törvt. Msz.

Unio puerorum, mos tantum unius pueri procreandi; *egygyermekités.* Ger. ein Kinder machen. Jogt. Eml. T. I. p. 511: quod licet antea et hucusque quidam abusus in vigore conservati sunt de *unione puerorum* (wulgo *zu eynen Kyndern machen*) ... isti abusus nequaquam in vigore conservari debent.

Unirotum, trusatile vehiculum, ærumna; *torboncza* (targoncza). Pár. Páp.

Unirotus, 3., una rota instructus; *egykerekű.* Lampe. Hist. Eccl. p. 819: curriculis *unirotis,* in ponte acclivi, lutum portabant.

Unisonitas, unanimitas, sententiarum consensio; *egyértelműség.* Jogt. Eml. I. 505.

Unisono, una voce; *egyhangulag.* Jókai Kősziv. II. 92. s orditottak ellene *unisono: Actio! Actio!*

Unitarii, *Sociniani,* qui Unitatem Dei et in persona et in essentia defendebant; *unitariusok.* Burian. Blandr. p. 218: qui Unitatem Dei tam in persona, quam essentia defenderunt, cæperunt *Unitarii,* vel Antitrinitarii denominari, aut etiam Ariani. For. Scr. 58.

Unitarismus, doctrina ita dictorum

unitariorum; *unitáriusok hittana.* Száz. XVI. 585.

Unitim, (Du C.) una coniunctus; simul; *együttesen.* Lop. Mon. Sl. XX. 227. an. 1703.

Unitis viribus, collatis viribus; *egyesült erővel.* Törvt. Msz.

Unitivus, conjungendi, copulandi vim habens.; *egyesítő.* Pel. De translatione s. Franc. s. c. 5. Amor est virtus *unitiva.* Kaprin. Eloq. I. 356.

Univalvis, una testa munitus; *egykagylós.* It. univalvo. Hist. Nat. 71. Domunculæ testaceorum vel *univalves* sunt vel bivalves vel multivalves.

Universalissimus, superl. ab universali; *legáltalánosb, legegyetemesb.* Pázm. Dial. 598.

Universalitas, atis, universitas, summa; *egyetemesség.* Törvt. Msz.

Universaliter, *általában, közönségesen.* im Ganzen. Törvt. Msz. Cf. Gaj. Dig. 18, 1, 35 fin.

Universitas omnium Saxonum, summus magistratus Saxonum; *a szászok legfőbb hatósága.* Kronst. II. 392—394,. 408.

Universitas Nobilium, collegium nobilium; *nemesek közönsége.* Georch. Ért. 72.

Universitas Saxonum; *Szászok universitása.* Mon. Com. Trans. V. 163. an. 1602. Sunt octo parochiæ seu capitula, quæ ipsi *universitatem* appellant: *Bistriciense* cum viginti quinque pagis. *Regnense* pagis XXVIII. *Barczense* a fluvio, habet Coronam et quatuordecim pagos. *Kizdense* capitulum pagos XXXXVI. *Ketsink* capitulum, seu duarum Sedium, civitatem Megies cum pagis triginta sex. *Cibiniensc* capitulum, pagos quadraginta novem. *Sebes* capitulum, pagos octodecim.

Universitas scientiarum, universitas literarum; *főiskola, tudományegyetem.* Törvt. Msz.

Universitas Sedis Superioris decem lanceatorum nobilium Scepusiensium; *a szepesi tíz lándzsás községek közönsége.* Száz. VII. 114.

Univocare, eodem nomine vocare; *egy és ugyanazon névvel jelölni, egy szóval nevezni.* Pázm. Dial. 254.

Univocatio, conditio vocum, quæ univocæ sunt; *egyértelmüség.* Pázm. Dial 243.

Univocatum, i, subst. ab adj. univocatus: eiusdem nominis et significationis; *egyértelmű* (szó). Pázm. Dial. 233.

Unnotwernde, (ab Un-Nothwer) defectus defensionis contra vim; *önvédelem hiánya.* Fej. III. 333. Si autem homicida deprehensus fuerit in ipsa actione i. e. an der Hanthaft cum sanguinolento gladio, et si index hoc probare poterit cum septem viris honestis et credibilibus, qui dixerint eum homicidium hoc perpetrasse vim vi repellendo in *unnotwernde* capite puniatur.

Uraneus, 3., cæruleus; *kék.* Sacr. Cor. p. 80: Pallium . . . D. Stephani . . . est . . . *uranei coloris.*

Uraniscus, (gr. *οὐρανίσκος*) tegmen pensile, aulæum; *mennyezet.* Ger. Baldachin. Probst. Comitiol. p. 19: Cæsar . . . sub *Uranisco* præparatam in solio sedem occupavit.

Uratarus, i, (Miklošič lex. palæoslov. *uratari,* ianitor); *ajtónálló.* Rač. Mon. Sl. VII. 52. an. 1049; Georgius *urataro* testis.

Urbanalis, ad urbem pertinens; *városi.* Bék. Pászt. III. 656. an. 1702. proventuum *urbanalium* suspensionem.

Urbare, arare; *szántani.* V. *Urbarium* 1. Kelem. Inst. Jur. Pr. 446. Cf. *Urvare* Fest. 375. (a) 29; Enn. Trag. 141. (102); Pompon. Dig. 50., 16., 239. §. 6.

Urbarialia, ium, negotia urbarii; *úrbéri ügyek, jobbágyszabási tárgyak.* Száz. VI. 520. Georch. H. T. IV. 143.

Urbarialis dimensio; *úrbéri fölmérés.* Ger. urbariale Ausmessung. Kass. Prax. I. 34. *Dimensio urbarialis* erga petitum colonorum necessaria est.

Urbarialis processus, V. *Processus urbarialis.* Törvt. Msz.

Urbarialis regulatio, V. *Regulatio* 1) Törvt. Msz.

Urbarialis visitatio, V. *Visitatio.* Törvt. Msz.

Urbarialista, æ, colonus, cui contractus urbariales normam ponunt; *urbéri földmíves.* Pfahl. Jus. Georg. 5. Coloni vero, quibus Contractus (Urbaria particularia) normam ponunt, *contractualiter* tractari dicuntur; Coloni ipsi his respectibus *Urbarialistae* (urbariales) et Contractualistæ (contractuales) appellantur.

Urbarialiter, ex sententia urbarii; *urbér szerint.* Pfahl. Jus. Georg. 5. Coloni secundum conditiones legibus determinatas (legales) habiti secundum Urbarium, seu *urbarialiter,* quia videlicet urbarium præcipuus fons legum Juris Georgici est. Juriev. Jur. Met. 29. oppida montana nequaquam *urbarialiter* verum contractualiter tractari solent. Kass. Jur. Civ. II. 139.

Urbariatus, *Urburariatus* quod vide. Kass. Jur. Civ. II. 124. et præsentibus iis coram Officio *Urbariatus* aut Judice vel exmissis relegantur.

1. **Urbarium;** *urbér, jobbágyi szabás.* Georch. H. T. III. 67. Kelem. Inst. Jur. Pr. 446. *Urbarium* compellatur ab obsoleto latino substantivo: Urbum vel Urvum, quod antiquis aratrum significabat, sicut verbum *Urbare* itidem arare notabat. Unde et vetus germanicum *Urbar* et *Urbar machen,* suam originem trahit. Sumitur autem præter significatum in data notione allatam etiam, 1-o pro prædiis frugiferis, 2-o Reditibus eorundem, 3-o Libro censuum aut fundorum immobilium, 4-o Officio, quod ei præest, 5-o, Peculiariter pro reditibus Principi e fodinis privatorum obvenientibus, quos tamen leges nostræ frequentius Urburas in specie nominant. Moln. Patv. 26. *Urbarium* est regulatio servitiorum et præstationum per subditos Domino terrestri præstari solitarum. Kass. Prax. I. 22.

2. **Urbarium,** liber censuum aut fundorum; *népszámlálási, lajstromi, leltár.* Száz. XXI. 42. *Urbarium* seu enumeratio universorum inhabitatorum oppidi Illye. Fej. Jur. Lib. 297. Leop. an. 1701.

Urbarum, V. *Urbura.* Cod. Dip. Brüss. II. 154. super iure ac fruitione Civitatum Montanarum Hungariæ, Jurisdictione, Superioritate, Regalibus, Mineris *Urbarisque* inde dependentibus. p. 155-quod contra antiqua iura Regni Hungariæ dictas civitates montanas, *Urbara* Juraque Regalia prætenderet.

Urbecula, v. **urbicula,** parva urbs, oppidum; *kis város, városka.* (Invenitur apud Forc. et Du C.) Rák. Ön. 128. l. 6—7. (7): Notabilis inter reliquos locus fuit *urbecula* Bajmócz . . . Ibid. p. 26. l. 24—26. (24.): . . . ad scopum itineris nostri pervenimus, *urbiculam* Bohemiæ Novam Domum, Germanice Neuhaus, nuncupatam . . . Isthv. IX. 145.

Urbicapus, oppugnator urbium V. *Gloriosulus; városokat vívó.* Cf. Plaut. Mil. gl. 4, 2, 64. Coripp. Joann. 1., 100.

Urborarius, i, possessor fodinæ, metallorum; *bányabirtokos.* Fej. X. I. 442. Törvt. Msz.

Urbum, aratrum V. *Urbarium* 1.; *eke.* It. aratolo.

Urbura, æ, *bányabér, bányavám.* Faber. Jur. Met. 120. *Urbura* (Frohne) seu *decima* est vetustissimum præstationis genus utpote, quæ iam sæculo XII et XIII. principi cessa et depensa per omnem Europam fuerat habitaque instar conditionis, sub qua cultura montana a privatis exerceri potuit. *Urburae* varia significatio. Quamquam vero in regula *decima* hæc secundum genuinum vocis significatum ab omnibus mineris Domino directo vel in natura vel currenti pretio cuiusvis metalli præstari deberet, id nihilominus pro diversitate regnorum in specie in Hungaria per BB. Rescripta et Consuetudinem exceptiones patitur, ex quo proin fit: ut hæc decima non semper 10-ma pars productorum mineralium, sed pro diversitate obiectorum productorum mineralium pars determinata sit. Szegedi Rubr. Pars. I. p. 51: *Urbura,* census Regius, ex mineris, quas privati colunt, pendi solitus: Primitus non aliud significasse videtur, quam *Úr-bora* vinum Domini seu Dominale. Juriev. Jur. Met. 123. *Urbura* (Frohne) Moln. Patv. 27. *Urbura* quasi Urbora est census Regius. Georch. H. T. II. 26. Samb. Tyrn. pensiones et decimæ auri, argenti et cupri.

Urburarialis, ad urbarium pertinens; *urbéri.* Juriev. Jur. Met. 61. quod si tamen anticipationes necessariæ comperirentur, illæ non nisi nomine totius Societatis *urburarialis* fiant.

Urburariatus; *bányabéri tisztség, bányamíveltető társaság.* Faber. Jur. Met. 142. Omnes partium fodinalium possessores constituunt societatem Urburarialem seu *Urburariatum* (Gewerkschaft), cuius singuli socii et membra *urburarii* (Gewerken) ab Urbura, quam pro rata possessionis pendendam habent, adpellantur, quorum qui plurimas partes possidet, *Urburarius principalis* (Haupt-Gewerke), reliqui, Co-Urburarii (Mitgewerken) audient. Kass. Jur. Civ. Lex. 64.

1. **Urburarius,** i, *bányabirtokos.* Juriev. Jur. Met. 31. *Urburarius* (Waldburger, Gewerk) est persona metallica privata, quæ metallifodinam aut quaspiam partes fodinales possidet. Kereszt. Res. Mil. 232. Arch. Rák. I. 29. Breznyai 35.

2. **Urburarius,** i, cultivans, colens fodinam; *bányász.* Wallaszky 385. Fjp. Szám. 27. Jacobus *urburarius* tenetur civitati 20 fl.

Urceolatus, 3., urcei formam exhibens; *ibrikalakú, bögreforma.* Kön. Math. Ért. XIV. V. 430.

Urda, æ, (roman.), caseus dulcis; *édes turó, orda.* Kronst. III. 27., 28., 29., 53.

Ureten, Uretenum, alias: *Wretenum* (a slav. *Wreteno,* fusum); eodem tempore culturæ subjectus ager; *dülő, fordulat.* Cod Dip. Arp. Cont XI. 540. et terra ad termi-

nos, que est sedecim *ureten*, prope terram domine Helene Deveritticis, que est viginti *ureten*, item terra ad Sanctam Mariam de Spiliano que est decem et octo *ureten*. etc. etc. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 291. ad pontem eundo ad laculum est terra trium *uretenorum* prope; apud terram rufam est terra quatuor *uretenorum*, apud Loquize est terra quatuor *uretenorum*.

Urna, æ, Centenarius continens 33 *cupas; mázsa*. Opin. P. I. Sec. II. §. 22. solent præbere *Urnam* seu centenarium.

Urpheda, (Du C.) juramentum, quo quis se obligat injurias illatas non ulturum esse; *bosszúvétlenség esküje*. (Heyse: *Urhpede* od. *Urfedhe* f. altd. [v. *ur* für *aus*; eig. das Aussein od. Aufhören der Fehde od. Feindschaft] die Sühne, der Sühneid, eidliche Versicherung keine Rache zu üben.) Pár. Páp. Nagy Hier.

Ursa, erica (Linn.); *hanga, fekete mámorka*. Serb. vrsa. Tkal. Mon. Ep. Zagr. I. 14. an. 1201. ad arborem ab incolis nominatam *ursam*.

Ursulinæ; *Orsolyaszüzek, apáczák*. Cher. Jus. Eccl. I. 301. II. 59. Successu temporis in patria nostra aliæ successere Sanctimoniales, uti: 1. *Ursulinae* sic nuncupatæ, quia earum Fundatrix S. Angela anno 1507. primas socias Brixiæ colligens, eis S. Ursulam velut Patronam assignavit. Societas hæc a Paulo III. vi Bullæ Singularis anno 1554 confirmata et sensim ad instituendas solum puellas restricta ac tam in Austriam quam in Patriam nostram ann. 1723. recepta Cassoviæ, M. Varadini, Posonii, Tirnaviæ egregiam institutioni iuventutis fœmineæ operam impendit. Rák. Ön. 26.

Ursus, i, idem q. *Ursa*. Cod. Dip. Arp. Wenzel. I. 236. ad arborem ab incolis nominatum *Ursum*.

Urterlascatus, 3. neglectus. V. *Radrizzare; elhanyagolt*. It. tralasciare. (fors. a Ger. *unterlassen*).

Urvum, V. *Urbum*.

Usactus, i, V. s. *Besacia; csizma*. It. usatto.

Usancia, æ, (Du C.) consuetudo; *szokás*. It. usanza. Vjestnik. I. 141. an. 1458. confirmant leges et *usancias*.

Usaro, onis, pro: hussaro. Frak. Mát. lev. II. 233. Száz. VI. 368.

Usarus, hussarus q. v. Tör. Tár. 1890. p. 222.

Uscocus, i, perfugus; *szökevény*. Pray. Hist. p. 198: Erant hi præsidiarii Segnienses mare Adriaticum infestantes... Comp. Slav. Croat. et Dalm. 12. Dalmatæ, quorum *Uscoci* id est perfugi ferum hominum genus, *predauci* adpellati.

Uscochus, i, V. *Uscocus*. Szentiv. Cur. Misc. III. Quinta Synops. Chron. 1616. Exoritur bellum Venetos inter et Ferdinandum Archiducem Austriæ, Ducem Styriæ, occasione *Uscochorum*, qui Ferdinando subditi erant, grassantes in ditiones Venetas.

Uscon, is, forensis, extraneus; *külföldi*. It. forestieri. Tkal. Mon. Jur. P. I. V. III. 104: nolle quemquam terrigenam sive *usconem* de loco ipso habentem stipendium pacto aliquo habere.

Userius, (Du C. uscerium) navis, qua equi transvehuntur; *lovak szállítására alkalmas hajó*. Ljub. Mon. Sl. II. 282. an. 1345: at armentur duo *userii*... et mittantur cum rebus necessariis.

Usia, æ, (Du C.) natura, substantia; *lényeg*. It. sustanza, essenza. Fej. I. 85. Namque *Usiae* verbum tanquam ambiguum et temere a partibus usurpatum, neque ex auctoritate Scripturarum profectum sub specie falsæ rationis abolebat, ne unius cum Patre substantiæ Filius crederetur.

Usionale, locus ubi usones possunt piscari et piscatura vel piscatio usonum (Usones ap. Du C. pisces familiares Danubio, *viza*. Ger. der Hausen); *vizafogó hely*. Ger. Hausenfang. Fej. I 131. Juxta quod predium est insula una et *usionale*, de quo *usionale* tercia pars contingit Ecclesiam Beatissimi Martini. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 362.

Uskochus, i, V. *Uscocus*. Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. III. 375. Veneti graviter Ferdinando Archi-Duci offenduntur, ob enormia *Uskochorum* in ditionibus suis, terra marique patrata latrocinia.

Uskokus, pedes miles V. *Talpasius* et *Uscocus*. Series Ban. p. 164: pedites, quos Illyri *Uskokos*, Ungari a planta pedis, qua militant, Talpasios vocant. Recon. an. 1635. p. 334.

Uso, onis, Acipenser Huso (Lin.) (Du C. Usones); *viza*. Ger. der Hausen. Knauz. M. E. Str. I. 377., 486. Isthv. V. 91.

Usquemodo, usque ad præsens tempus; *egész mostanig*. Fej. VIII. 1., 443. de regno nostro eosdem expulisset, in alio regno se *usquemodo* sustentassent. Cod. Zi. III. 63. 146., 211.

Usque tertio, usque ter, usque ad tertium; *egyfolytában háromszor, harmadízig*. Reg. S. Ben. 29., 7. Quod si denuo exierit, *usque tertio* recipiatur.

Usque vitam, donec viveret; *élete fogytáig*. Ger. bis ans Lebensende. Chr. Dubn. p. 112: cui *usque vitam* concessus fuerat episcopatus.

Usserius, (Du C.) Hippegus, navis, qua equi transvehuntur V. *Userius*. Luc. Regn. Dalm. 240. Bonus Dux noster ne annona Civitatibus et fidelibus suis desit, semper vigilans, destinatis quampluribus *Usseriis* seu galeis grossis, Conchis aliisque navigiis mandavit, ut... Th. Vet. Mon. I. 46. an. 122.4

Ustarius, pertica fornacis; *kemenczerúd*. Ger. Ofenstange. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 120.

Ustio, actus boum impressā, inustā literā comitatus signandorum apud Siculos; *ökörsütés* (a nép nyelvén), *bélyegzés*. Szék. Okl. II. 114. boum per singula capita connumeratione vel ut vulgo dicitur *ustione*.

Ustor, qui coquit; *égető*. Pest. Vár. Lev. liquorum *ustor*.

Ustrina, officina æraria; *olvasztó ház*. Juriev. Jur. Met. 47. In *Ustrinis* et Liquefactoriis. Röst-öfen und Schmelzhütten, quibus sic dictus Magister Ustrinæ aut Liquefactoriæ præesse consvevit, sequentes notantur operarii: 1. Crematores minerarum... 2. Cursores officinæ... 3. Liquefactores etc.

Ustrina cupri amalgamatoria; *foncsoroló rézkohó*. It. fonderia di rame amalgamante. Ger. amalgamirender Kupfer-Schmelzofen. Nov. Calend. p. 216.

Ustrinalis, ad ustrinam pertinens; *kohó*... Juriev. Jur. Met. 56. Vox Schicht in cultura metallica varias habet significationes; in *Ustrinali* cultura denotat massam, quæ adsemel exuritur.

Ustrinarum magister, præfectus officinæ venis excoquendis V. s. *Docimasta*; *kohómester*.

Ustrinoliquefactoria officina, V. *Ustrina*. Juriev. Jur. Met. 48. Denique huc accedunt etiam vigiles officinæ liquefactoriæ (Hütten Wächter und Kohlenmesser), qui Operariis et eorum laboribus in *officina Ustrinoliquefactoria* invigilant atque carbones... operariis subministrant.

Ustulare, notam turpitudinis inurere; *égetni, megbélyegezni*. Ger. Brandmarken. Resp. Cast. p. 18 a: pœna, qua jure *ustulatus* fuerat informis Calvinus.

Usuabilis, quo uti possumus, usui accomodatus; *használható*. Pfahl. Jus. Georg. II. 75. vel stagnantes aquas minus usui deservientes *(usuabiles)*. Faber. Jur. Met. 74.

Usuabilitas, proprietas rei, qua uti possumus; *hasznavehetőség, használhatóság*. Faber. Jur. Met. 11. Versionem eius latinam adornavit D. Matthias Osmitz Fiscalis Regius olim Schemnic. cuius *usuabilitati*, præterea, quod autentia destituatur, et alii, queis laborat, detrahunt nævi.

Usuagium, (Du C. Usagium) servitium, quod domino ex usu et consuetudine debetur; *szolgálmány*. Cod. Dip. Arp. Cont. III. 141. cum terris, pratis, vineis, nemoribus, *usuagiis* et pascuis etc.

Usualis, usitatus; *szokásbeli*. It. usuale. Tisztb. Ir. Schwartn. Scult. 148. Cf. Sidon. Ep. 4., 16.; Ambros. in Luc. 7. no 150.

Usualitas, (Du C.) res ad usum pertinens; ius utendi; *haszonélvezeti jog*. Kuk. Jura. I. 33. Ubi et statuimus, ut omnes *usualitates* antiquæ, quas Ecclesia S. Domnii habuerat et iurisdictiones tam in episcopos quam in alium clerum præcipiendo habeant auctoritatem. Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 155. Endl. p. 386. an. 1185. Batty. Leg. II. 268.

1. **Usuare, usuatus**, uti aliqua re; (Du C. frui, gaudere); *használni, használt*. Arch. Rák. VIII. 357. orbiculi *usuati* nro 26. novi 6. Urb. Reg. 149. Rák. Ön. 22.

2. **Usuare**, (Du C. frui) colere; *űzni, mivelés alá venni*. Gazd. tört. szem. I. 207. agri tempore cœpti incolatus particulari interventa occupatione *usuantur*.

Usuatio, actus utendi aliqua re, usus; *használat*. Art. Diæt. Pos. 85. extructionem non tantum Fornacis Lateritiæ... sed etiam ibidem exurendarum Tegularum *usuationem*... clementissime resolvit.

Usuator, qui utitur aliqua re; *használó*. Art. Diæt. Pos. 64. Possessionati quidem in pœna contra falsarum Literarum Confectores et *Usuatores* statuta.

1. **Usucapio**, onis, vaga pecora, profugi servi; *bitang jószág, szökevény szolgák*. End. p. 346. (Decr. S. Ladisl. III. 21.) *Usucapiones* capiantur a festo S. Georgii usque ad festum S. Joannis Baptiste et ducantur in civitatem teneanturque ad Festum S. Michælis ac præsententur assidue in mercatu, ut si quispiam suam reperit personam redimat 90 denariis, equum 12, bovem quinque, ex quibus duæ partes regi, tres comiti tribuantur; si vero usque ad Festum S. Michælis inventi non fuerint, dividantur prædicto modo, tamen nullo pacto vendantur, vel celentur, sed tantum labore eorum utantur. Quod si collector vendi-

derit vel celaverit, triplum reddat. Samb. Tyrn. Pfahl. Jus. Georg. XLVI. Vocabantur autem servi pecoraque profuga nomine communi peculiarique *usucapiones* forte illa ex ratione naturali, quod nisi intra certum tempus dominus illorum se insinuasset proprietatemque comprobasset, Rex illa præscripserit, præscriptio enim aliter etiam usucapio vocatur.

2. **Usucapio,** onis, auctore Battyano est quod appellamus præscriptionem, seu ius, quod possessione long. temporis acquirimus; *elidősités, elévülés.* Batty. Leg. T. II. 93. an. 1093. Cf. Gaj. 2., 42. et al. Juriscons. de orat. I. 173.

Usufructuacio, onis, ususfructus; *haszonélvezet.* Cod. Zi. III. 451. V. *Usufructuatio.*

Usufructuare, (Du C.) usufructuario iure re aliqua uti; *haszonélvezni.* Kass. P. P. II. 278. prout nimirum Camera et Fiscus Noster Regius eadem possidere vel *usufructuare* potuisset.

2. **Usufructuari,** (Du C.) ad usum fructum dare; *haszonélvezetre adni.* Knauz. M. E. Str. II. 94., 77. ad habendum . . . *usufructuandum* . . . dedit.

Usufructuaria, quæ usu fruitur; *haszonélvező.* Proj. Leg. Civ. 182. Cum vidua unice qua *usufructuaria* in bonis maritalibus consideretur.

1. **Usufructuarius,** i, redemptor; *haszonbérlő, haszonvevő.* Gall. fermier. Ger. Pächter, Nutznniesser. Def. bon. p. 14: Rex Andras II. declarat: donationem eius terræ... nullam esse propterea, quod idem . . . solum *usufructuarius* esset. Tisztb. Ir. Kövy. El. 323. Qui bona fidei commissa possidet, non est illorum Dominus, sed tantum *usufructuarius.* Cf. Gej. Instit. 2. §. 30; Ulp. Dig. 7, 1, 7.

2. **Usufructuarius,** 3., ad usum et fructum pertinens; *haszonvételi.* Proj. Leg. Civ. 180. In reliquo vidua in bonis maritalibus jure viduali *usufructuario* duntaxat titulo inest, nihilque proprietatis habet. Tör. Tár. 1890, 610.

Usufructuatio, ususfructus, usus et fructus; *haszonélvezet.* Art. D. 1840. p. 27. Proj. Leg. Civ. 299. Si moderna Regnicolaris Deputatio Colono, qui pure tantum usufructuarius est, fundi per se usuati *usufructuationis* venditionem libere cuicunque demum excepto solo Domino suo Terrestri faciendam *canonisavit.*

Usufrui, frui, gaudere; *haszonélvezni.* Ger. nutzniessen. Fej. X. 3., 97. damus . . . ipsi . . . et suis heredibus legitimis perpetuo possidendum, tenendum, *usufruendum,* vendendum.

Usura, æ, idem ac *urbura; bányabér.* Batty. Leg. I. 24: Urburam, quam lex solvi præcipit, vocat auctor hungarus *usuram.*

Usura mordens, fenus iniquum; *uzsora.* It. usura. Ger. Wucher. Cher. Jus. Eccl. II. 300. Exercetur autem usuraria pravitas, cum a rerum fungibilium maxime vero pecuniarum usu exaggeratus census *(usura mordens)* prætenditur.

1. **Usurare,** usuras ferre, producere (Du C.); *hasznot hajtani, kamatozni.* Uj Magy. Múz. III. 194. Siquis mutuo ceperit aliquid a Judeis plus vel minus et moriatur, antequam debitum illud solvatur, debitum non *usuret,* quamdiu heres fuerit infra etatem de quocunque teneat.

2. **Usurare,** (Du C) fenori dare pecuniam; *kamatra kiadni pénzt.* Wagn.

Usurarius, fenerator; *uzsorás.* Moln. Patv. 25. *Usurarius* lege damnatus vocandus est.

Usuraticus, 3., ad usuram pertinens; *uzsorás.* Han. Mon. Jur. II. 159: pactum *usuraticum.*

Usuroborare, usu confirmare; *birtoklással erősitni, foganatossá tenni, használattal, veleéléssel erősitni.* Kass. Jur. Civ. 1., 45. per effectivam etiam Summæ florenorum T. levationem, Obligatorialium autem super florenis T. emanatarum acceptationem, realiter etiam *usuroboratam,* ut is præattactam portionem possessionariam mihi cum Festo S. Georgii anni currentis de manu tradere et resignare teneatur.

Usuroboratio, actus usu roborandi confirmandi; *birtokba lépés.* Ger. Besitzergreifung. Prof. Leg. Civ. 164. Quapropter, si Donatio legitima Statutione firmetur et intra 32 præscriptionis capaces annos *usu roboretur* vel saltem ad conseqnendam *usuroborationem* via iuris procedendo sustentetur. Kass. Jur. Civ. I. 95.

Usurpabilis, qui conspici potest; *észrevehető.* Ger. wahrnehmbar. Tomts. 271. sed et aliarum crassiorum metallicarum, salinarum, terrearumque substantiarum, ipsis oculis *usurpabilem* re ipsa fieri, infra docchimus.

Usurpativus, 3., usurpans; *bitorló.* Ger. anmassend. Kelem Inst. Jur. Pr. 380. ut tutelam tribueremus rationi modi acquirendi: 1-o. In legalem et Illegalem, sive *Ingessivam, usurpativam.*

Ut (causale) pro: quod, rectius: accus. c. infin.; *hogy.* Fjp. Anon. 11 b. dixit, quod terra . . . irrigaretur . . . fluviis . . . Et. *ut* ibi foderetur sal . . .

Utensio, usus; *használat.* Kub. D. Hont. I. p. 324: ab occupacione . . . et *utensione* . . . prohibuit. Cod. Zi. I. 617. Fej. X. I. 469., 732. Cod. De Sztára. II. 108. Jogt. eml. I. 356.

Utensis, quod in usu quotidiano versatur, usitatus; *forgalomban, használatban levő.* Fej. VII. 187., 150.

Utentia, æ, (ad normam diligentia derivatum ab *utens) usus*; *használat.* Cod. Zi. T. I. 202: Impedivit villaneos de *utentia* possessionis sue.

Utilisatio, actio, quæ in omnibus rebus utilitatem persequitur, quæ ratione utilitatis res respicit; *haszonvétel, hasznosság.* Kemény. Tanulm. 1., 157. a sikert, mint Vespasianus a pénzt, jószágának tartja, akárhonnan vétetik ki, az embereket csak vak eszközöknek tekinti, az *utilisatio* hideg tanának apostola.

Utillimus, 3., pro: utilissimus. Rač. Mon. Sl. VII. 43. an. 1036: ad *utillimam* rem monasterii. Ljub Mon. Sl. II. 177.

Utlagare, proscribere (Du C.); *törvényen kivül tenni, számüzni* (az utlagáltnak javai a fiscusra szálltak). Uj Magy. Múz. 199. Nullus liber homo capiatur vel imprisonetur aut dissaisiatur aut *utlagetur* aut exuletur aut aliquo modo destruatur.

Utopia, æ, οὐ + τόπος; *henyék országa, álmok országa.* It. paese di coccagna. Ger. Schlaraffeuland. Otia Bachm. 123. Chymærica erit illa tua Ecclesia et vel nulla vel denique in concavo Lunæ vel in *Utopia.*

Utopia metaphysico-theocratica, vanum somnium met. theocr.; *utópia, hiú ábránd.* Száz. VII. 474.

1. **Utriclarius,** (Du C.) nauta, portitor; *révész.* Száz. XVII. 164. Cf. Orelli Inscr. 4244; Gruter. Inscr. 431., 4.; et 547. Murat. Inscr. 531, 5. et 532; Donati Inscr. p. 470.

2. **Utricularius,** (Du C.) quiin flat ex utre fistulam; *dudás.* Ger. Dudelsackpfeifer, Bockpfeifer. Verancs. IX. 283. Cavebisque diligenter, ne te sic dedices ac devoveas illi, ut non orator, non philosophus, non physicus, non jurisperitus, sed coraules, *utricularius* et cythaređus in patriam revertere. Cf. Suet. Ner. 54.

Utriculatorius, V. *Utricularius* 2. Szilády Irod. Közl. V. évf. IV. f. 457. Tantam in, histriones mimos et cytharœdos, tantam in *choraules, phonaschos,* cantores et *utriculatorios* (fuvolások, zenetanítók, énekesek és dudások) tantam denique in assentatores futilemque peregrinantium multitudinem numorum profusionem hucusque toleravit (Mathias).

Utripuncta, quæstiones, ad quas testibus respondendum est; *vallató, kérdő pontok.* Nagy Jus. Trans. Sax. 193. quas probationes litigantes habent ad articulos suos, seu ad *utripuncta* sua, illas producere debent ante publicationem seu perlectionem Testimoniorum.

Utrum, quod quæritur, quæstio; capita quæstionis (V. *Deutri puncta); kérdő iv.* Ger. Fragepunkte. Arch. Rák. II. 179. az *utromokat* is Jósika István által még Tekaibul elküldöttem. Cod. Alv. I. 28 includált *utrumok* szerint inquiráljon. Tör. Tár. 1887. p. 133.

Utuarnici, V. *Udvornici.* Száz. III. 705.

Uulta, (Du C. volta) fornix; *bolthajtás.* Eszt. Okm. p. 77. Lodomerius Strig. Archiep. 1286: intra campanilia supra *uultam* in honore beate Lucie virginis construi fecit altare. Cod. Dip. Arp. Cont. IX. 446.

Uva albella; *fejér szőlő.* Ger. grüne Mehlweiss. Kov. Oec. 73: U. *alb,* fœcunditate magis quam bonitate conspicua.

Uva allemanna; *barna szőlő.* Ger. braune Traube. Kov. Oec. 73: *U. al.* vini nobilitati conducit, sed cum folia habeat tenerrima, curculionum infestationibus et pruinis maxime obnoxia.

Uva apiana; *muskatály.* Ger. grüne Muskateller. Kov. Oec. 73: *U. ap.* boni saporis sed vini bonitati non conducens.

Uva augusta; *fehér gohér.* Ger. weissse Augster. sl. byli Gaher. Kov. Oec. 73: *U. aug.* folio subtus tomentoso et uvis amœni saporis.

Uva aurisiaca; *fekete német szőlő.* Ger. schwarze fränkische Traube. Kov. Oec. 73: *U. aur.* vinum rubrum optimum ministrat.

Uva burgundica; *fekete burgundiai szőlő.* Ger. schwarze Muskateller. Kov. Oec. 73: *U. bur.* vinum minime durabile suppeditat.

Uva dactylina; *gersely szőlő.* Ger. grüne Lägler. Kov. Oec. 73: *U. dac.* baccis magnis et racemo longo et laxo.

Uva malvatica, Malvatia (Arvisium vinum Du C.); *malváziai szőlő.* It. malvagia. Ger. Malvasier. Monm. Comit. Trans. V. 198. Ab uno cent. *uvarum malvaticarum* f. 25 den. p. 199. Ab uno vasculo vini *Malvatici* f. 2.

Uva passa, racemus passus; *mazsola.* It. uva passa. Ger. Rosine, Zibebe. Monm. Comit Trans. V., 198. Ab uno cent. *uvarum passarum* f-25 den.

Uva pergulana, *fekete ökörszem.* Ger. grosse schwarze Traube. Kov. Oec. 73: acinis maximis, sed aquosis.

Uva præcia; Ger. Petersilien Traube. Kov. Oec. 73: *U. pr.* foliis minute dissectis hortis quam vineis aptior, cuius iam Plinius meminit.

Uva rhetica; *vörös bákor.* Ger. rothe Zürchertraube. Kov. Oec. 73. *U. rh.* quæ diu servari non potest.

Uva rubella; *rózsa szőlő.* Ger. rothe Muskateller. Kov. Oec. 73: *U. rub.* palatui magis quam vino serviens.

Uva thurea; *szagos szőlő.* Kov. Oec. 73: *U. thu.* odoris suavissimi.

Uva thurea nigra; *fekete muskatály.* Ger. schwarze Muskateller. Kov. Oec. 73: *U. thur. nig.* saporis suavissimi.

1. **Uxoratus,** in codice *uxonoratus* legitur, sed vix mihi dubium esse videtur, quin uxoratus hoc loco ponendum sit. Ap. script. antiquitatis tantum de viro, qui uxorem habet (Forc.); in nostris diplomatibus etiam de femina dicitur, quæ maritum habet; *férjes nő.* Hanc notionem inesse vocabulo comprobat textus, ubi enarratur Tartaros vim uxoratis et virginibus intulisse. Cod. Dip. Arp. II. 126. Archiepiscopis, episcopis abbatibus, monachis minoribus et predicatoribus fratribus, monialibus, *uxonoratis* et virginibus post violacionem earum cede miserabili trucidatis.

2. **Uxoratus,** 3., uxorem habens; *feleséges, nős.* Fej. III. 2., 387. quod dicti Canonici cappis nigris utantur in choro amotis ex illa perpetuo Clericis *uxoratis.* Cf. Augustin. serm. 93., 2.: 116.

Uxoricida, qui uxorem occidit (ad normam *matricida)* parricida uxoris. Szegedi Rubr. Pars. III. p. 73: De pœna et processu contra Matricidas et *Uxoricidas, Infanticidas* et Polygamos. Decret. Ferdin. II. 1625. Kass. P. P. II. 122.

Uxoricidium, cædes uxoris; *feleséggyilkolás.* Tör. Tár. 1891. p. 319. Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. I. 250. Kass. P. P. II. 121. [*után való.* Jogt. Eml. I. 483.

Uxoritius, ad uxorem pertinens; *neje*

Uzbec, uzbeg, (Du C.) profugus, facinorosus ad aliquot dies inviolabilis; *uraságot elhagyó alattvaló.* Samb. Tyrn. Tör. Tár. 1893. p. 5. Serb: *zbeg,* Russ.: *bjeglec,* Sl.: *zbeh.* Moln. Patv. 26.

Uzkokus, i, V. *Uscocus.* Verancs. V. 223. decretum est, ut in posterum a conclusione pacis huius neutri partium, nobis ac nostris *uzkokos,* hajdones, vagosque et errabundos homines ... intertenere, alere fovereque non liceat.

Uznos, (fors. ab Illyrico *Uzan* angustus, artus, Sl. *uszki,* artus) fauces; *szoros.* Ger. Engpass. Cod. Dip. Arp. VII. 115; per rivulum tendit ad unum *uznos.*

V

1. **Vacantia,** otium (Du C. 1.) longior vacatio a litterarum studiis; literariæ autumni feriæ; *szünet.* Bod. Hist. Eccl. III. 96., 98.

2. **Vacantia,** æ, munus vacans (Du C. 2.); *üresedés.* Knauz M. E. Str. I. 616.

Vacatio, munus vacans; *üresedés.* Batty. Leg. T. II. 511. an. 1298: ut tempore *Vacationis* bona ... nec per eos ... occupentur.

Vacationes, feriæ V. *Vacantia* 1); *szünidő.* It. vacazione. Vern. Psych. 126. Sic provectioris quoque ætatis homini repræsentatio feriarum autumnalium *(Vacationum)* periucunda accidit.

Vacatiuncula, brevior vacatio ab aliquo negotio; *egy kis szünidő.* Verancs. VI. 74. Quod vero ad reliqua attinet, ego huius præsentis *vacatiunculae,* qua mihi pauxillum abesse a curia permissum est, non infimam partem statui litteris saltem et cogitatione tecum consumere.

Vacativa, æ, Est tempus vacationis. V. *Vacantia* 2); *széküresedés.* Fej. VIII. 3., 639. usque ad *vacativam* Ecclesie Strigoniensis.

Vacatura, V. *Vacantia* 2), (Du C.) beneficium ecclesiasticum nondum vacans; *várandó üresedés.* Cod. Dip. Arp. Cont. III. 66. super providendo sibi in dicta Ecclesia de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, dignitate vel personatu, si tunc vacabat in Ecclesia Jauriensi vel primo proximo *vacatura* et prohibitio ac publicatio huiusmodi auctoritatis processisset in dicta Ecclesia.

Vaccina, æ, variolæ vaccæ; *tehénhimlő.* Bene Med. II. 299. Edw. Jenner (1749—1823.) prophylacticum efficacissimum antivariolosum detexit in *vaccina.* 302. *vaccina* est morbus peculiaris in vaccis evolutus, sub quo variolæ specificæ, inprimis in uberibus vaccarum comparent.

Vaccinatio, insitio variolarum; *himlőoltás.* Ger. das Impfen. Károlyi. Mat. Teut. 16. Quisque populus habet suas Corporis dotes et morbos: contra variolas vero optimo successu procedit congruis dispositionibus propagata *vaccinatio.*

Vacerra, æ, (sudes, stipes Colum. 9., 1., 3.) h. l. hospitium mente captorum; *bolondok háza.* Comen. 45. Frenetici ... *vacerrae* includuntur.

Vacha, æ, pro: vacca; *tehén.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 41. cum decem libris ecclesie et tribus aratris boum et duabus campanis et CCVI ovibus et XVIII iumentis et quinquaginta *vachis.*

Vacheta, (Du C.) species navis, quæ humilior et velocior erat. Ljub. Mon. Sl. I. 113. an. 1278: cum una *vacheta* armata.

Vacuatio, egestio, egestus; *ürítés.* Ger. Ausleerung. Ker. Nap. 349.

Vacuator, qui vacuefacit, devastat; *pusztító, megsemmisítő.* Jan. Pan. Poëm. I. 456: dissipator urbium, *vacuator* orbis.

Vacuerit, pro: *vacaverit; üresedésben lenni.* End. p. 467. (Belæ IV. Libertas an. 1244: 8) Item habeant liberam electionem plebani, quum eorum ecclesia *vacuerit.*

Vadabilis, e, vadosus; *átgázolható.* It. guadòso. Ger. passirbar, seicht. Cod. Dip. Lond. 201. nisi fluviolus, lutosus et ægre *vadabilis* prohibuisset.

Vademecum, libellus promptuarius; *kézi-, zsebkönyv.* Száz. XI. 124.

Vadere, (Hungarismus) coniunctum esse cum aliqua re; *jár (vele), össze van kötve.* Kass. P. P. I. 231. intertentioque eorum cum gravibus expensis *vadat* ...

Vadiare, (Du C.) vadem constituere, sistere; *jót állót állítani.* Ger. Bürgen aufstellen. Kuk. Jura II. 73. et si Domini Terrestres, liquidato prius coram se debito, satisfactionem impendere recusaverint, extunc licet Creditoribus debitorem talem, vel, si is haberi nequeat, loco alius alium, præmissis tamen legitimis requisitionibus, *vadiare.*

Vadiatio, actus vadem sistendi; *jótállás.* Kuk. Jura III. 90. Contravenientes vero per *Vadiationes* et alios modos et vias in illo Regno statuendos sine omni litis processu compelli possint.

Vadit pars, sententia lata est; *el van határozva.* Ljub. Mon. Sl. I. 383. an. 1332. et passim.

Vadium, (Du C.) (alias: Guadium): vadimonium, pignus; *zálog.* An. Sc. I. 213. an. 1412: in *vadium* posuimus. Batty. Leg. III. 440. an. 1439. Jogt. Eml. I. 506. castrones vel oves pro *vadys* recipi debeant.

Vadum, i, (Du C. *vada,* orum) vectigal fluviorum; *komp után járó jövedelem.* Ger. Fährgeld. Verancs. IX. 167. Nam illis paucis pecuniis, quæ ex *vado* et thelonio proveniunt, utor ad sustentationem meam et familiæ. Samb. Tyrn.

Vagabunditas, status, conditio vagabundorum, erronum; *kóborlás.* It. vagabonditá. Gall. vagabondage. Jogt. Eml. T. II. 2. p. 41: futuræ *vagabunditatis* suspecti detineantur.

Vagabundus, i, homo vagus (Du C.); *jött-ment, csavargó.* It. vagabondo. Ger. Vagabund, Landstreicher. Kass. P. P. I. 171. ut ad mentem Resolutionis ... in naulis, trajectibus, furibus et *vagabundis* severe invigilari faciant. Georch. H. T. III. 329.

Vagator, vagus; *kóborló.* Regul. Turm. Præt. Formulare III. Lista Censorea.

Vagiare, (Du C.) pecus (vagum seu oberrans) ob damna abigere (in iure Hungarico); *marhát behajtani.* Pril. Abact. p. 12: *Vagiare* est pecus ob damna arrestare. Samb. Tyrn.

Vagiator, qui detinet abacta pecora; *a ki az elhajtott marhát magánál tartja.* Samb. Tyrn.

Vagicimus, corruptum, fortasse pro: *vagitibus.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 546. quem eidem dulcissimo filio nostro predicto C. Regi adhuc in teneris infancie sue *vagicimus,* propter laudabilem morum ipsium eleganciam in didasculum prefecimus.

Vaginarius, vaginarum opifex; *hüvely-, tokcsináló.* Opin. P. II. Sec. II. cap. V. (c. c.) 2.

Vagium, pro: *vadium,* pignus; *zálog.* Arch. Ver. Sieb. VI. 1. 181. terra ... est per eum empta pro pecuniis et sibi pro *vagio* posita tamdiu, quousque pecunias ... reddant.

Vagus, i, servus fugitivus, nequam. (Decret. Colomanni Regis lib. 1.): quicunque absque licentia regis *vagum* tenuerit. Et: Cum

quis *vagum* apprehensum tenuerit, a domino eius primo exigatur. Samb. Tyrn.

Vajda, æ, V. *Vaivoda.* Szamosk. II. 191. Ne Michæl, Valachiæ Princeps, quem *Vajdam* dicunt, vir animi excelsi atque invicti robore præditus, alienorum negotiorum otiosus spectator esset. Arch. Rák. IX. 140.

Vajda (Cingarorum), *(czigány-) vajda.* Hor. Mem. 169. Cingaricæ gentis descriptio, quibus Princeps Caput suum, quem *Vajdam* adpellant.

Vaidvoda, V. *Vajvoda.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. II. p. 28. Stephanus, *Moldaviae Princeps* vulgo *Vaidvoda.*

Vainiglia, ab hisp. vainilla i. e. vaginula (plantæ); ita nominatur planta quædam Indica eiusque semina odorata; *vanilia.* Máty. 322.

Vaivoda, Voyvoda Dalmatis, Croatis et Hungaris est exercitus ductor, hodie vero promiscue pro quolibet exercitus vel ordinum ductore accipitur ut ap. Ital. Capitano.

Voivodæ, nomen generaliter significat præfectum militum, quem Capitaneum vulgo vocant. Sed ap. Hung. ut olim sic etiam hodie duæ sunt appellationes administrationum maximarum una Bani altera Vaivodæ. Voivoda pro: præses dicitur loco Regis administrationem habens in aliqua provincia, puta Transilvania, Valachia maiori et minori etc. Verancs. Hist. I. 137. Principes eorum *vaivodae* hoc est militiæ ductores a *Voy* seu *Voyniza*, quod Illyrice militia et *Vody*, quod ducere est, appellantur. Szamosk. II. 74.

Vaivoda Pharaonum, V. *Vaivoda Cinganorum; czigányvajda.* Quel. Sieb. I. 313. an. 1508.

Vajvoda Transylvaniæ, *erdélyi vajda.* Pris. Serv. p. 15: *Vajvoda Transylvaniae* Dux exercitus fuit, quod ex Etymologia vocis Illyricæ patescit, quamvis muneris ejusdem ratio etiam civilis fuerit.

Vaivodalis, ad vajvodam pertinens; *vajda* ... Tör. Tár. XVIII. 28.

Vajvodanus, 3., Vajvodæ; *vajda* ... Szamosk. II. 325. *Vajvodanus* exercitus ita fere fuit locatus.

Vaivodatus, us, provincia vajvodæ; *vajdaság.* Bel. Geogr. Comp. 54. Provincia vasta, pro regiminis ratione in Ducatus II, quos accolæ *Vaivodatus*, sermone suo adpellant, dividitur.

Vakarare, (ab hung. *vakarni*, scabere). Ger. kratzen. Arch. Ver. Sieb. XXVI. 630. an. 1529. ita me asvefeci ... ut si *vernek* etiam me, *vakaravi* iudicem. Nota scriptoris: Wenn man mich schlägt, so glaube ich mich kratzen zu müssen.

Vakarista, æ, radendo delere consuetus; *vakaró.* Simonyi Magy. Ny. 127. Non est bonus patvarista, qui non est bonus *vakarista.*

Vakkamuka, damascus, pannus Damascenus; *damasz, sávolyos szövet.* Vect. Ref. D. 2: Petia *Vakkamuka* seu *Damask.*

Valachicales villæ, *csordások, pásztorok lakóhelyei.* Schwart. Scult. 78. Opiliones isti Vlachi nomine improprio appellati (Valachos pecorarios art. 12. 1567. nuncupat) a Scultetis ad loca deserta aratro tentanda sedesque stabiles figendas invitati vocationi sæpenumero obsecuti sunt, vitamque numidicam, quam Sallustius appellat, linquentes, constituerunt villas retento interdum pastoritio vitæ genere; unde *Valachicales* dicebantur villæ dicunturque ita adhuc usque, ut Valachi non gente sed vitæ genere tales intelligendi sint.

Valachus, i, gregum pastor; *csordapásztor.* An. Sc. I. 429. an. 1513: *Valachos* loco Jobagyonum ... morandi gratia intromisimus. Nota Wagneri: Valachorum nomine non intelliguntur hic populi Transilvaniæ finitimi, sed gregum Pastores, qui Scepusiensibus, Liptoviensibus etc. *Valaszi* audiunt.

Valdenses, (Du C.) Valdenses dicti quidam hæretici a primo eorum auctore Petro Valdo, cive Lugdunensi prædivite, qui sub peculiari paupertatis professione hæreses complures docuit sub anno 1160. unde eius sectatores dicti etiam Pauperes de Lugduno. Otia. Bachm. 574. Taboritæ et *Valdenses*, Vicleff, Hieronymus rident in se strictos enses. Not. Rel. II. 102.

Valedicare, valedicere, valere iubere; *bucsút mondani.* Beth. G. lev. 363. Arch. Rák. IX. 439.

Valedicere, (Du C.) valere iubere; *búcsút mondani, búcsúztatni.* Wagn. Cf. Ovid. Trist. 1, 8, 21.

Valedictio, actus valedicendi, salvere iubendi; *búcsúztató.* Tör. Tár. 1881. p. 351. Rák. Ön. 296. Wallaszky 216.

Valedictoria, æ, **Valedictoriæ,** arum, litteræ, in quibus quis valere iubet aliquem; *búcsúztató levél.* Olt. Act. Synod. 36. historiæ subiungimus *valedictoriam* Primatis ad Patres. Dec. Bas. 302. Kov. Form. St. CVII. an. 1671. *Valedictoriae* Petri Comitis Zriny ad coniugem suam ex Croatico in Latinum versæ.

Valedictorius, 3., ad valedicendum designatus. *Valedictoria audientia; búcsúkihallgatás.* Rák. Ön. 242. l. 11—12. (12.): Brevius fuit hoc iter Martianum ... ob *valedictoriam audientiam.*

Valefacere, discedere; *búcsút venni,* Ger. Abschied nehmen. Thurócz. 162. Sed iam fortuna *vertibilis*, aversa facie, *valefaciens* terga vertit.

Valencia, æ. valor, (Du C. valentia 2.); *érték.* Han. Mon. Jur. V. I. 7. an. 1265: si furtum fecerit aliquis de *valencia* duorum yperperorum ...

Valentes, maiores, meliores, seniores, maiores natu et dignitate, (Du C. 2.); *előkelők*, Gall. notables. Pfahl. Jus. Georg. XXI. Comites et Milites communi nomine *Valentes* etiam, Vulgares vero Pauperes in antithesi videlicet cum *Valentibus* vocantur. Tör. Tár. 1887. p. 100.

Valentia, æ, V. *Valencia.* Th. Vet. Mon. I. 235. an. 1257. *valentia* unius marche.

Valentiniani, Hæretici a Valentino quodam Aegyptio sic dicti, fabulis et Judæorum pariter et Platonicorum doctrina confectis celebres, (Du C.); *Bálint eretnek tanhivei.* For. Scr. p. 9. *(Valentiniani)* 1. arbitrabantur Jesum Christum per Virginem Deiparam transisse ut per rimam, aut canalem, humanam carnem autem minime assumpsisse. 2. Malitiam, ac peccatum non libero arbitrio, sed tantum naturæ, mundo aut Diabolo adscribi. 3. Corpus humanum minime salvum fore, sed animam duntaxat.

Valesii, alias: *Valesiani* (Du C.) hæretici conjugium atque liberorum procreationem abhorrentes, unde se ipsos aliosque invitos castrahant, afferentes solum exsectos salvari posse. Horum parens fuit quidam Valens Arabs, quem alii circa annum Chr. 198. alii 240. vixisse tradunt; *Valens követői.* Fej. I. 375. sint anathema maranatha cum Simoniacis, *Valesiis*, Arianis etc.

Valet, parvum linteum, quod culcitis inducitur; *kis vánkos cziha.* V. *Damasca.*

Valetia, æ, servi, cœtus servorum; *szolgaszemélyzet.* It. valletto. Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 254. unus ex servitoribus ibat pedestris, *valetiae* cum vestibus presbyteralibus ...

Valide, ita, ut valeat, auctoritatem habeat; *érvényesen.* It. validamente. Ger. gültig. Kass. Prax. I. 2. fiat de tali obiecto, de quo auctor *valide* saltem disponendi facultate pollet, secus ex defectu facultatis moralis actus erit ipso iure nullus. Proj Leg. Civ. 166. collatio *valide* fieri non potest.

Validitas, auctoritas (Du C. valor, pretium); *érvényesség.* It. validità. Ger. Gültigkeit, Stärke. Pfahl. Jus. Georg. 281. et factis quoque confirmari potest quam plurimis, Fora politica iudicium de *validitate* Contractuum et Privilegiorum tulisse. Georch. H. T. III. 10. Kövy. El. 786.

Valimentum, (Du C.) valor, pretium; *érték.* It. valimento. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 352. de *valimento* domus Jadratini satisfacient ... ad voluntatem Domini ducis.

Valisia, æ, hippopera; *bőrtáska.* It. valigia. Ger. Felleisen. Chr. Dubn. p. 175: equos, *valisias*, arma, baltheos et res ipsorum abstulerunt. Vect. Ref. I. 2.

Valitor, (Du C.) adiutor; *segítő.* It. valitore. Ljub. Mon. Sl. IV. 123. an. 1381. adherentes, *valitores.*

Vallaria, vallis; *völgy.* Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 350.

Valleus, 3., vallo similis, meta vallea: quæ ad formam valli facta est; *sáncz alakú.* Fej. X. I. 465. metas elevantes devenissent in *valleam* unam metam terream, lapidosam.

Vallis lachrymarum, vita humana; *siralom völgye.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 24.

Vallis miseriarum, vita humana; *emberi élet.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 29.

Vallis tenebrarum, mundus; *világ.* Tör. Tár. 1892. p. 399.

Vallitas, valor; *érték.* V. s. *Profictus.*

Vallitor, V. *Valitor.* Tör. Tár. XI. 31. adherentes, complices, *vallitores* vel sequaces.

Vallula, Vallicula, parva vallis; *völgyecske.* Cod. Dip. Arp. Cont. VII. 294. inde vero descendit directe per parvam *valliculam* 294. hinc descendit ad unam *vallulam.* Cf. Fest. s. *Convallis* p. 42; Vulg. Levit. 14, 37.

Vallulus, i, dim. ad Vallum; *kis sáncz.* Falud. Arch. 115.

Vallus, munimentum pulveri pyrio conservando; *puskaporos torony.* Száz. VI. 289. morderium satis magnum et rotundum cupreum, *vallus* pro saletro seu pulvere bombardarum.

Valo, nis, miles e natione Wallonum in Belgio existentium in diversis regnis stipendia merens; *Wallon.* Tör. Tár. 1891. p. 666. de *valonum* factitatione Posonii.

1. **Valor,** (a valeo) pretium, (Du C. al. s.); *érték.* Rák. Ön. 15. l. 34—36. (35.): ...

nec . . . ex *valore* plurium millionum . . . pretium obuli mihi restitutum est . . .

2. **Valor,** auctoritas; *siker (érvény).* Georch. H. T. III. 24.

Valuta, Valor; *érték,* It. valore, valuta. Kövy El. 442. Chartabianca in sensu stricto significat Albam cum nomine debitoris per ipsum scripto, verum ex 37 : 1729. requisitum chartabiancarum est, ut datum, id est tempus et locum emanationis, quantitatem rei mutuo datæ (seu *valutam),* nomen dantis seu dorsaliter seu intus manu debitoris annotata præ se ferant. Art. D. 1840. p. 58.

Valuta Cambiata, *csere váltó.* Cod. Camb. Merc. 11. *Valuta Cambiata* (Cambiata) si Remittens pro Cambialibus sibi datis alias reddidit.

Valuta habita seu excontentata, *kapott kielégitett érték.* Cod. Camb. Merc. 11. *Valuta habita seu excontentata* (avuta), dum Trassans sufficientem hypothecam quoad summam cambialem obtinuit, aut dum effectivam Solutionem pro Cambialibus sortitus est.

Valuta in mercibus, *árukban való egyenérték.* Cod. Camb. Merc. 11. *Valuta in Mercibus* (in Merci), si Trassans merces pro Literis Cambialibus in compensationem accepit.

Valuta in rationibus, *közös leszámolásban levő érték.* Cod. Camb. Merc. 11. *Valula in rationibus* (in Conto), si Trassans et Remittens mutuum habeant Ratiocinium.

Valuta intellecta, *közös megegyezésen alapuló érték.* Cod. Camb. Merc. 11. 6. *Valuta intellecta* (Intesa), si Remittens, et Trassans quoad Valutam mutuo convenerunt.

Valuta Viennensis, pretium Vien; *váltó pénz.* Ger. Wienerwährung. Kass. Prax. II. 16. florenos in *valuta Viennensi.*

Valutalis, ad valutam i. e. pretium pertinens; *értékre, váltólevél értékére vonatkozó.* Kass. Jur. Civ. I. 270. quod Anno Die Mense T. ad rationem Interusurii soluti fuerint floreni T. adeoque taliter devalvatum et Capitale ad *Valutales* florenos T.

Valutalis pecunia, nummuli; *váltópénz.* Ger. Scheidemünze. Oltv. Act. Synod. 72. quod ipsi etiam terrestres domini obventias suas non in conventionali sed *valutali pecunia* accipiant.

Valva, æ, valvæ, arum, ianua; *kapu, ajtó.* Fjp. Szám. p. 209. carpentarii, di (qui) boltam paraverunt ante *valvam.* Ib. 483. Cf. Pompon. com. 91. Petron. 96.' 1. Sen. Herc. fur. 999. (1004.) Ven. Fort. 8., 7., 294.

Valvale Mandatum, *ajtóra szegezett parancs.* Cher. Jus. Eccl. II. 331. nam si ad secundam quoque citationem Reus conventus comparere detrectet, actore denuo petente Judex Mandatum citatorium expedit, quod *valvale* nominatur hocque ideo, quod is, cui exhibitio Mandati imponitur, si Reus domi suæ, quam incolit, non reperiatur, in præsentia domesticorum ad *valvas* Ecclesiæ publice affigatur.

Valvasinus, V. *Valvasor maior.*

Valvasor, oris, capitaneus, vir magnæ auctoritatis (Du C.) V. *Valvasus maior; főnök.* Vuch. Jur. Feud. 58. Cæteri vero, qui ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licet noviter a Capitaneis seu a *Valvasoribus* acquisierint, plebei nihilominus sunt.

Valvasus maior, *fő hűbéres,* (Du C.) Vuch. Jur. Feud. 76. Jus Long. quatuor distinguit vasallorum ordines: I. Capitaneorum, qui feudum, cui dignitas aliqua regni adnexa erat, immediate a rege, II. *Valvasorum maiorum,* qui feudum, cui eiusmodi dignitas uti Ducis, Marchionis, Comitis haud adhærebat, itidem ab ipso rege, III. *Valvasorum minorum,* qui a valvasoribus maioribus et IV. denique *Valvasinorum,* qui a Valvasoribus minoribus feudum tenebant. [*alhűbéres.*

Valvasus minor. V. *Valvasus maior;*

Vambasium, tunica pellicea; *ködmön.* Ger. Wamms. Bárczay.

Vampirii, manes, larvæ; *sirból kijáró emberek.* Pár. Páp.

Vampyrismus, i, masticatio mortuorum; *lidércz.* Hor. Mem. 615.

Vandalismus, mores feri barbarorum, qui signa, imagines etc. frangere solent. Száz. III. 125.

Vanescere in umbram, in vanum abire; *homályba veszni, megsemmisülni.* Jan. Pan. Poëm. I. 156:

Quod Mariæ invicti modo formidabile nomen,
Vile dehinc mundo, tenuem *vanescit in umbram.*

Vanga, æ, (Du C.) pala, bipalium. V. s. Badile; *ásókapa.* Ljub. Mon. Sl. XVII. 199. an. 1422. Cf. Pall. 1., 43., 3.

Vaniculus, demin. ad vanus; *hiúcska.* Vern. Psych. 410. partim ut arrogantia *vaniculi* suas exiguas perfectiones exaggerantis se manifestat (superbia).

Vanidus, 3., vanus; *hiábavaló.* Ger. nichtsnutzig. Fej. Jur. Lib. 52. postillis . . . *vanidis.*

Vanigloriosus, 3., (Du C.) vanæ gloriæ cupidus; *hiuságot hajhászó.* Pel. De Angel. s. I. c. 5: Superbos et *vanigloriosos* persequuntur angeli.

Vaniloquium, (Du C.) *(ματαιολογία)* vaniloquentia; *hiu dicsekedés.* Arch. Rák. VIII. 275. Passim ap. scriptores Ecclesiasticos.

Vanna, æ, (Du C.) vas; *kupa, kád, bödöny.* Ger. Wanne. Thök. Diar. II. 254. Item unam *vannam* butyri.

Vannare, (Du C.) ventilare, evannere, vanno purgare; *szellőztetni* (szóró lapáttal). Rau. Elem. p. 101. Muro intergerino polenta separatur a frumento; nam secus noxii polentæ miscebuntur pulvisculi, dum frumentum *vannatur.* Cf. *Vannere* ap. Luc. Sat. 7., 17., 9., 70.

Vannatio, (Du C.) actus frumenti ventilandi, evannendi; *szelelés.* Rau. Elem. p. 87.

Vapor, vita humana; *emberi élet.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. X. 23.

Varare, (Du C.) navem mari committere; *tengerre bocsátani.* It. varare. Ljub. Mon. Sl. V. 268. an. 1334: pro tirando vasa in terram ad *varandum* galionum. Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 213: si . . . persona . . . *vararet* barcam, zoppulum, pallascarmum . . . sine voluntate patroni.

Varchunus, a munito loco *[vár]* in brachiis Istri *Varhuni* appellati Hunni. V. Magyar Nemzet története. Szilágyi S. 1895. p. CCCXXL et CCCXLI. Tör. Tár. VII. 257. Ne itaque credas cum *Varchunis* Rhingos quoque periisse.

Varea, æ, (Du C.), rata pars; *illeték.* Luc. Regn. Dalm. 275. et de illo havere, quod est in ipso ligno vel navi, quod illud debeat restitui et solvi de toto havere, quod est in ipso per *vaream.* Ljub. Mon. Jur. P. I. V. III. 124: illud quod remansit tam de rogacia, quam de aliis rebus . . . dividant inter se per *vaream.*

Varentare, (Du C.) cavere ab evietione, spondere; *jót állani.* It. garantire. Ljub. Mon. Sl. I. 237.

Vargus, species mensuræ; fors. ab ital. dial. Trentin. *vargo* = passo, pes; *láb.* Mem. Pauli 431. cuius longitudo erat, ut egomet mensuravi, *vargorum* meorum 52. præterea corridorum, quod excedebat proram per quatuor *vargos.*

Varia, æ, V. *Varea* 2) (Du C. argenti massa). Han. Mon. Jur. II. 223: damnum vadat per *variam.*

Variabilitas, conditio, natura varia, mutabilis, mutabilitas; *változatosság.* Fej. V. II. 336. vel aliqua *variabilitate* temporis intercepta præsentes eundem vigorem habeant. Knauz. M. E. Str. II. 45., 58.

Variabundus, 3., varius: *különféle.* It. vario. Georg. Sirm. I. 19. et unum papilionem preciosum et alia res *variabunda.*

Variatim, in vicem, per vices; *felváltva.* Tör. Tár. XXV. 361. Cf. Gell. 5, 12, 9.

Variegatio, ornatus varietate distinctus. V. s. *Castaurus; tarka-barkaság.*

Variolina, pellis *variorum,* murium ponticorum, qui ventre tantum albi sunt, dorso fusciusculo; *nyestbőr, petymetgerezna, petymetbőr.* Tör. Tár. XI. 134. Item Subam brumaticam subductam cum *variolinis.* Cod. de Sztára II. 450.

Variolinus, 3., V. *Variolina.* Vect. Ref. C.: De Suba, seu Mastruea *variolina dorsina.* Tör. Tár. XI. 134. subam *variolinam* albam. Fr. Lib. Rat. I. 115. pelles *variolinas* emimus.

Varioloides, *bárányhimlő.* Bene Med. II. 286. *Varioloides* vocantur etiam variolæ per vaccinam mitigatæ, variolæ lymphaticæ vel truncatæ.

Variolosus, 3., ad variolas pertinens (Du C. punctis variolarum deformis); *himlőhelyes.* Bene Pol. 206. *variolosum* contagium.

Varium, piscina; *gyalmostó.* Germ. Fischteich. Samb. Tyrn. Gyalmostó Marotva piscina cum claustro piscaturæ Weycz-locanda separata sagenisque apta.

Varius, i, (Du C. Vares seu Verii) murium ponticorum species, qui ventre tantum albi sunt, dorso fusciusculo; *nyest.* Cf. *Variolina.* Száz. XIII. 234. pellibus de *Vario* et de *Ipri.*

Varnogio, Castri præfectus, Castellanus; *várnagy.* Pfahl. Jus. Georg. XXVI. Magistratus, qui generatim populo Castri (Provincialibus) præerant . . . hi fuerant . . . Comes Castri, Castri Capitaneus . . . *Castellanus* Hungaris Varnagy, antiquis Varnog et latina terminatione *Varnogio* i. e. *Castri maior* seu præfectus. Kandra Reg. 450.

Varra, æ, pertica; *pózna, rúd.* It. barra. Ger. Stange, Barre. Szamosk. II. 327. Demum corpus Bessi aut Metii exemplo quadripartito laniatum *varris* in sublime erectis, diversis in locis suspensum est. Ib. IV. 419.

Varta, æ, excubiæ, custodia, (a Germ. Warte); *várta, őrhely.* Szil. Régi Magy. Költ.

T. III. 411. Rex Dominum Gritti fecit vocare de *varta* ad arcem.

Vas luteum, corpus hominis; *emberi test.* Rák. Ön. 4.

Vasallagium, (Du C.); *hűségdíj, hűség eskü.* Ger. Lehnspflicht, Lehnseid. Vuch. Jur. Feud. 4. Cives imperanti præstant homagium, quod obsequium in se involvit; Vasallus *Vasallagium,* vi cuius iure iurando promittit se fidelitatem specialem exhibiturum non autem, quod actiones suas iussis et voluntati domini accomodare velit. Ib. 93., 162. Pár. Páp.

Vasallatus, (Du C.) conditio vasalli; *hűbéri állapot.* Cod. Alv. II. 221. Regnum... Transylvaniæ *Vassallatum* horret, licet enim Turcis tributum dedit.

Vasalliticus, 3., ad Vasallum pertinens; *hűbéri.* Vuch. Jur. Feud. 69. Incapacitas relativa consistit in defectu naturalium attributorum feudi seu in defectu subiectivo attributorum *vasalliticorum.*

Vasallitius, obnoxius, subditus, (Maigne *vasallitium,* servitium, quod debet vasallus domino); *hűbéri.* Fej. VII. Ad lect. XVI. Hungaria nunquam fuit regnum imperii *vasallitium.*

Vasallus, *hűbéres.* Vuch. Jur. Feud. 2. Ille vero, cui dominium utile constituitur sub obligatione præstandæ specialis fidelitatis, *Vasallus,* Lehensmann, Vasall audit. — *Vasallus* nuncupatur et *Fidelis* I. F. 10. a fide domino promissa: *clientulus* I. F. 13. quia Dominum patronum agnoscit; *Miles* I. F. 22. a servitiis Militaribus regulariter præstandis; *beneficiatus* etiam et *feudatarius.* Vuch. Jur. Feud. 3. Unde vero vocabulum *Vasallus* descendat? inter Doctores disceptatur. Aliqui a Germ. vassen deducunt, quod est ligare, stringere unde vesseln vincula denotant ad indigitandum arctissimum vinculum, quo vasallus et dominus constringuntur. Alii a Germ. Gesell quasi socius, comes. Alii a Germ. Vaseln, quia vasalli ex feudis fructus percipiunt. Alii a Gothico Wäsel, quod obnoxium significat. Vasalli Germ. dicuntur Mannen. Pfahl. Jus. Georg. XI. Tam Superior quam Inferior Nobilitas vel libera erat, nullo nexu, præterquam subditi erga imperantem adstricta vel serviebat et quidem aut iure beneficiali *(nach Lehenrecht)* aut iure Curiæ *(nach Hofrecht, Ambachtsrecht).* Priores *Vasalli,* posteriores Ministeriales *(Ambachtsleute, Ministerialen, Dienstmaenner)* vocabantur.

Vásárbiro, onis, Judex constitutus ad controversias tempore Nundinarum emergentes complanandas. V. sub *Clamator Nundinarum.* Ger. Marktrichter.

Vasatim, per vasa, in vasis; *hordó számra, hordóként.* Art. Diæt. Pos. 54. concluserunt non tamen Educillationem aut *Vasatim* fiendam divenditionem.

Vascelamen, vas, dolium, vasculum; *hordó.* Han. Mon. Jur. P. I. 90: *vascelamen* communis ... per regimen cumuletur.

Vascellum, (Du C.) navis; *hajó.* Ljub. Mon. Sl. I. 20. an. 1201: tractabimus cum omnibus *vascellis* Apulorum cursalium ... ut iurent ... non offendere homines.

Vascha, æ, lacus, sinus; *mércze.* It. vasca. Star. XVIII. 10. an. 1454. cum tertia parte *vasche* vaschalis.

Vaschale, is, parvus lacus, sinus. V. *Vascha*; *kis mércze.* It. vascolo.

Vasellamen, armamenta navis, (Du C. Vasella); *felszerelő tárgy.* It. vasellame. Ljub. Mon. Sl. XXII. 187. an. 1461: marcillianam cum *vasellaminibus.*

Vasellus, alias: Vaxellus, vas; *hordó.* Ljub. Mon. Sl. III. 356—357.

Vassalagium, (Du C.) feudalis conditio; *hűbérség.* Ljub. Mon. Sl. VI. 64. an. 1480.

Vastalus, pro: *nasfalus,* pretiosa suppellex; *násfa.* Rač. Mon. Sl. VII. 155. an. 1091. par boum ... tribuens cum suis culturis aureosque *vastalos.*

Vastatus, us, vastatio, destructio, (Du C. vastum); *pusztítás.* Cod. Dip. And. II. p. 46., 55.

Vastellum, (Du C. vassellum) dolium; *hordó.* Ljub. Mon. Sl. XI. 185. an. 1345: possit portari ad domum sue habitationis *vastellum* tenutum sex *quingerum.*

1. **Vastus,** i, destructio (Du C.); *elpusztitás, elhanyagolás, elrongálás.* Uj Magy. Muz. III. 193. Custos terre huiusmodi heredis, qui infra etatem fuerit, non capiat de terra heredis nisi rationabiles exitus et rationabiles consuetudines et rationabilia servitia et hoc sine destructione et *vasto* hominum vel rerum.

2. **Vastus,** us, depopulatio; *pusztítás.* It. guasto. Batty. Leg. T. II. 506. an. 1298: per *vastus* varios ... ad extremam exinanitionem pervenerunt. Knauz. M. E. Str. II. 113., 144. Cod. Dip. Arp. Cont. V. 3. cum gens Tartarica regnum Hungariæ ... introisset, *vastus,* incendia, depredaciones orribiles ... committendo.

Vatum, xylinum vestibus insuendum. V. s. *Dimitum; gyapju.* It. ovatta. Germ. Watte.

Vayda, Vayvoda, V. *Vaida Vajvoda.* Samb. Tyrn.

Vayvodalis, ad Vayvodam pertinens; *vajda...* Szilády Tört. Magy. Eml. IV. 504. Quod si divina benignitate in Sedem *Vayvodalem* sedere ac Principatum Moldaviæ habere et obtinere potero.

Vayvodanus, 3., V. *Vayvodalis.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. II. P. I. p. 133. Cassovia anno 1585. a *Vayvodanis* ex insidiis fuit intercepta et fœde direpta.

Vayvodatus, us, V. *Vaivodatus.* Cod. Telek. XI. 540. Nullum, qui habuerit nomen *Vayvodatus* sed neque Nobilem in nostris Dominiis ... conservabimus.

Vaywoda Czyganorum, V. *Vaida Cingaronum.* Monm. Com. Trans. II, 177. dignarentur Maiestates sue ipsis *vaywodis Czyganorum* committere.

Veca, Vecata, æ, mensuræ species, modius; (a Hung. *véka).* It. stajo. Ger. Scheffel. Fej. X. 4. 458. Quod ipsi singulis annis præscriptorum octo annorum integrorum ratione conservationis et utensionis præmissæ particulæ terræ sex *vecatas (Vécas)* Civitatis Albensis et unam de siligine semper octavo die festi Beati Michaelis ... dare deberent.

Vecorditer, vecordi animo; *esztelenül.* Wagn. Cf. Thom. thes. 627. (a). Aurel. Vict. Cæs. 40 med.

Vectarium, campanæ transtrum; *harang tengelye.* Pár. Páp.

Vegtigal eductionale, V. *Eductionale portorium.* Törvt. Msz.

Vectigal inductionale, V. *Inductionalis; behozatali vám.* Törvt. Msz.

Vectigal transituale, V. *Transitualis; átviteli vám.* Törvt. Msz.

Vecturale pretium, vectura; *fuvardíj.* Fuhrlohn. Törvt. Msz.

Vecturalis opera, angaria cum curru ad itinera; *fuvarozás.* Ger. Landfuhre. Juriev. Jur. Met. 23. nec non vectores montanistici a talibus pecoribus iugalibus, quæ assiduo et constanter pure ad labores et operas montanisticas, non autem promiscue alias etiam domesticas aut *vecturales operas* adhibent, in medium publici non contribuunt.

Vecturarius, 3., ad vecturam pertinens; *fuvar...* Törvt. Msz. Cf. Varro R. R. 2., 7., 15. Cod. Theod. 14., 6., 1.

Vecturisare, vecturam facere; *fuvarozni.* Kass. Ench. III. 698. *Vecturisantibus* transportus militares ... merces ... exsolvenda innuitur.

Vecturisatio, vectura; actus vehendi; *fuvarozás.* Jogt. Eml. I. 504.

Veges, etis, (Du C.) dolium, vas vinarium; *hordó.* Batty. Leg. III. p. 276. an. 1372: archas, *vegetes* et alia utensilia seu vacua aut plena ... in ecclesiis teneri prohibemus.

Vegetativus, 3., (a vegeto i. e. vivace, vivido) more plantarum vivens; *tenyésző, tengő, növényi.* It. vegetativo, vegetabile. Vern. Phil. Mor. 59. arborem ergo qua arborem i. e qua substantiam *vegetativam,* quæ crescere, florescere fructus ferre seque propagare potest.

Vegeticia, æ, vas vinarium. V. *Vegeticum.* Star. XXVII. 107. an. 1271. servitrici... reliquit... 1 galiciam, 1 *vegeticiam.*

Vegeticum, veges, dolium; *általag, átalag.* Ger. das Antal. Schläg. 113.

Vegeticulum, (Du C.) dem. ad *veges; kis hordó.* Han. Mon. Jur. P. I. 119: pro *vegeticulo* ... maioris capacitatis.

Vegetim, per modium, dolium; *hordónként.* Ljub. Mon. Sl. III. 2: æstimari facere ... *vegetim* vini ... capacitatem.

Vehicularis, *subsidiarius; kisegitő.* Ger. Hilfs-. Kuk. Jur. 197. Sua Maiestas eatenus quoque clementer providere dignabatur, ut in scholis intra fines Regni existentibus, lingua *vehicularis* institutionis publicæ hungarica sit. Cf. Passim ap. Jurisconsultos.

Vehiculum, adiumentum, subsidium; *segédeszköz.* It. veicolo. Ger. Förderungsmittel, Vehikel. Kass. P. P. I. 174. quod mororum plantaria principalia alioquin producendi boni serici *vehicula* passim negligantur.

Veizhel, paries arundineus ad obstruendos locos piscatorios. V. s. *Zege; vejészhely, vizrekesztő nádfal.*

Vel, pro: *an* V. s. *Si.*

Velamen accipere, ritu Christiano sacrari cultui divino; *fátyolt ölteni.* Ger. Schleier nehmen. End. p. 390: Ita vere de monialibus decrevisti, quod post annum sue probacionis *velamen accipiant.*

Velania, æ, fors. idem quod *Velum, szőnyeg.* Georg. Sirm. I. 379. Fertur dixisse: «Quod aliquam *velaniam* baiolassent».

Velaruca, (velum+rica) rica, Schleier; fedél Murmel. 2028.; *fedélcsepesz.* Germ. Haube mit Schleier. Schläg. 1190.

Veldt-medicus, i, (a Germ. Feldarzt) medicus castrensis; *tábori orvos.* Arch. Rák. II. oszt. III. 322. *Veldt-Medici,*

Velificatio, levia proelia; *csatározás.* Szil. Régi Magy. Költ. T. III. 447.

Velitarius, 3., velitaris; *csetepáté* ... *Velitarium certamen* = könnyü ütközet, csatározás. Historia arcis Szigeth p. 728. Et e vestigio, ea ipsa adhuc luce cum Nostris, ab exortu diei usque ad meridiem, intra septa, *velitario certamine* dimicant.

Velle, voluntas, desiderium: *velle* infin. ponitur pro nom. subst.; *akarat.* Marc. Chr. II. 47. Hungari autem præscientes eius *velle.*

Velle, *(ad velle),* ut cuique placet, ad libitum; *tetszés szerint.* Batty. Leg. III. 90. an. 1309. vadunt stant et redeunt *ad velle* eorum.

Velle-nolle, velim, nolim; *akár akar, akár nem.* Amad. III. 5.

Omne *velle-nolle*
Amor nostrum tolle
Hæc sit tua vis!
V. 2. Hoc pectus imbecille
Non habet *nolle velle.*

1. **Velleitas,** voluntas; *akarat, kívánság.* Rák. Ön. 47. l. 17—21. (21): Vita carnis et spiritus incompatibiles sunt in homine, duas enim vitas et propterea duas voluntates requireret; oportet ergo mori vel spiritum pro carne, vel carnem pro spiritu, ut una efficiatur *velleitas.*

2. **Velleitas,** (vocab. in scholis fictum) studium nullum; *tett nélküli akarat.* It. velleità. Vern. Phil. Mor. 192. His inprimis sterilem illam et inanem *velleitatem* accensemus, qua quis vanis desideriis et affectiunculis officio suo se satis fecisse arbitratur.

Vellutum, alias: velutum, (ap. Du C. villosa) pannus sericus villosus; *bársony.* Ger. Sammet. Kronst. I. 19.

Velonia, æ, pro: felonia, defectio a patrono, (a *felo fello.* Gall. *felon.* It. *fellone, Kelt, feall,* qui fallit); *hűségtörés, hűtelenség.* Tör. Tár. 1892. p. 33. graves *velonias* = felonias.

Velter, iaghunt (Jagdhund) Dief. (Du C. Veltraga); *vadászkutya, hort.* Schläg. 1473. Kov. Form. St. XXVII.

Velurum, holosericum; *bársony.* It. velluto. Gall. velours. Ger. Sammet. Verancs. VII. 224. akatii ulnas 16, damasci ulnas 12, *veluri* ulnas 4.

Velutum, (Du C.) pannus villosus sericus. V. *Velurum; bársony.* It. velluto. Tör. Tár. 1888. p. 566. pokrocz ex *veluto* deaurato. Verancs. XI. 321. Præposito Scepusiensi lego.: missale, pontificale *veluto* obducta. Fr. Lib. Rat. I. 45. II. 97.

Velutum carmesinum, telæ species purpurei coloris, velum; *karmazsin-szövet, karmazsin bársony.* Verancs. V. 240. Eodem: Chiaus passy cæsaris dati sunt pro una veste de *veluto carmesino* ulnæ, talleri 75.

Venæ iunctura, (in montanisticis); *váladék.* Ger. Saalband. Besztb. Levt.

Venæ sectio, sanguinis missio; phlebotomia; *érvágás.* It. salasso. Gall. saignée. M. Bel. Prodr. 148. et *Venae sectione* uti decuit. Bene Med. I. 123.

Venatio philosophica, dissertatio physica curiosa de feris; *természettani értekezés vad állatokról.* Szentiv. Cur. Misc. Dec. III. P. IV. 53.

Venator rationans, qui est a rationibus; *számadó.* Törvt. Msz.

Venatoreus, 3., venatorius, venaticus; *vadász* ... Ger. Jagd ... Thök. Diar. II. 376. Duæ *venatoreae* pulverariæ flascones fl. 9.

Venatorum bubalinorum Comes, præfectus venatorum bubal.; *bölény-vadászok ispánja.* Kandra Reg. 450.

Vendere fumos, Proverbium Hungar.; *füst árán adni el a szelet* = mentiri. Passim.

Venderigola, æ, exactor ita dictæ vendæ seu præstationum pro mercibus; *vásári pénzszedő.* Cf. ap. Du C. *Venda* et *Vendarius.* Vjestnik II. 83. an. 1640. quicunque verberaverit *venderigolas* vel *venderigolam,* cadat ad pœnam.

Vendicare, depascere; *lelegelni.* Ger. abfressen. Chr. Dubn. p. 199: innumerabiles ... locuste ... omnia virentia ... *vendicarunt.* [Okl. IV. 170.

Vendicatio, venditio; *eladás.* Szék.

Vendicator, venditor; *elárusító.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 59. et duxi mecum *vendicatores* terræ.

Venditio, pignus; *zálog.* Georch. Ért. 133. Hazánkban nem ujság a *zálogot* is néha *venditionak* (noha hibásan) nevezni.

Venditio publica, auctio; *árverezés.* Wagn.

Venditionalis, ad venditionem pertinens; *eladási.* Fej. XI. Vol. Un. 444. e summa *venditionali.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 698. Larvatus nempe est qui: *a)* Fassionem *Venditionalem,* cambialem aut Inscriptionalem etc. coram Loco vel Persona authentica nomine et in persona alterius sine eius Plenipotentia celebrat ...

Venealis, venalis; *eladási.* Ger. Verkaufs. Cod. Dip. Kár. I. 354., 220. ydem Nicolaus et Johannes eisdem filys Lyuban dare et plenarie persolvere debebunt ipsa *veneali* solutione expedita.

Veneciales parvi, sc. denarii; *velenczei aprópénz.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 507. Et est sciendum, quod pro dicta concessione ipsius Comitatus solvi et dari debent Communi Veneciarum omni anno in festo Beati Michaelis libras nongentas *Venecialium parvorum.* Száz. XXIV. 198.

Veneda, *vénia festék.* Ger. gemischte Farbe von Schwarz und ein wenig Weiss. Kecsk. Ötv. 181.

Venena, æ, venenum; *méreg.* Cod. Dip. Pat. VI. 431., 322. insidias, qui susurorum vocibus insufflat, *venenam* sue fraudis auribus principantum.

Venenativus, 3., venenifer; *mérgezést okozó.* Pel. De Angelis s. II. c. 2: Per basiliscum, qui visum habet *venenativum,* significatur luxuria.

Venenositas, furor exasperatus, exacerbatus, (ap. Forc. tantummodo: venenosus, venenare); *mérgesség.* Ger Giftigkeit. Fej. III. 121. X. I. 356. infidelitatis interna perfidia et *venenositate* pestifera concitati.

Venenosus, 3., furore exasperatus. V. *Tragefactus; mérges, dühös.*

Venerabile, panis eucharisticus; *szent ostya.* Ger. das Allerheiligste. Fabó. Monm. Evang. II. 251. et passim.

Venerabilis, titulus honoris, (Du C. al. s.); *főtisztelendő.* Kass. P. P. I. 49. *Venerabile* Capitulum, *Venerabilis* Conventus. *Főtisztelendő* Káptalan, *Főtisztelendő* Konvent!

1. **Venerabilitas,** titulus honoris; *Főtisztelendőség.* Kov. Form. St. 199. Vestra noverit *venerabilitas.* Cf. Marcellin. ad Augustin. ep. 136., 1.

2. **Venerabilitas,** veneratio, honor venerabilis hominis; *tiszteletreméltóság.* It. venerabilitá. Vern. Phil. Mor. 325. et in morali a recto libertatis usu dependente liberoque modo acquisita præstantia ac perfectione hominis interna consistit et *venerabilitas* vocatur (Tiszteletérdem, Ehrwürdigkeit).

Veneratrix, quæ veneratur; *tisztelő.* It. veneratrice. Beng. Ann. Fr. Cœnob. 391. Observantissima Patronorum suorum *veneratrix* Lepoglava insigni pompa funebri ad diem 26. Jan. parentavit piis manibus perillustris Domini Ladislai Patachich.

Venereus, 3., (Du C.) Veneri deditus; *buja.* Ger. wohllüstig. Thurócz. 61. *venereus* quoque admodum fuisse traditur. S. de Kz. Chr. I. 2., 6. Ethela ... erat *venereus* ultra modum.

Venetianus, Venetus, V. *Zecchini.* Sim. Num. 31. Potest ergo Venetianus, Florentinus et Kremnicziensis eodem valore accipi, si Marcam seu pretium intrinsecum attendamus, nempe in flor. 4 kr. 25 den. $1^1/_2$.

Venia absentiæ, venia se non sistendi; *szabadsági engedély.* Törvt. Msz.

Venia ætatis, *korengedély.* gerichtliche Nachsicht des Alters. Törvt. Msz.

Veniæ, arum, (Du C.) inclinationes seu genuflexiones religiosorum; *térdhajtás.* Prot. inq. 167: in qualibet septimana gloriose virginis Marie faciebat mille *venias.*

Venicula, *Mercatrix; kereskedőnő.* Jogt. Eml. T. III. p. 360: Opifices ac *veniculae* jurisdictioni magistratuali ... subesse debent.

Venientia, adventus, præsentia; *eljövetel, megjelenés.* Fej. X. I. 190. se per eorum non *venientiam* in iudiciis consuetis ... se permittendo. Cod. de Sztára. II. 275. Jogt. Eml. I. 246.

Venire ad capellam, eligere; *választani.* Ljub. Mon. Sl. I. 367.

Venire ad mortem, mors imminet alicui; *közel jutni a halálhoz.* Han. Mon. Jur. P. I. 16. an. 1265: si vir *venerit ad mortem* ... possit extrahere de rebus ... mobilibus ... ad suum velle.

Venire ad sistema, confici, exanimatum esse; *kimerültségre jutni.* Arch. Ver. Sieb. XI. 125. Comissarius totus miser et debilis *ad sistema venit.*

Venire super aliquem, aggredi aliquem; *valakire törni.* Ljub. Mon. Sl. XI. 209. an. 1345.

Venisancte, invocatio Spiritus Sancti, numinis Christi Sectatorum, ut ap. epicos invocatio Musæ vel Mariæ Sanctæ, beatæ Virginis; *Szent Lélek hivása.* Szirm.

Ventibracteola, *Vertumnus* q. v.

Ventilabrum, (Du C. 2.) flabellum; *legyező.* Ger. Fächer. Bene Med. V. 300. aërem liberum ope *ventilabri* admovemus.

1. **Ventilare,** (Du C.) disceptare, inquirere, disserere; *szellőztetni, tárgyalni.* Cod. Dip. Brüss. II. 155. coram nobis nostrisque ad hoc delegatis Commissariis *ventilato* conclusum fuisset. Passim. ap. Jurisconsultos et Fronto de or. I. p. 157., 7. N.

2. **Ventilare,** (Du C.) inquietare; *nyugtalanítani.* Batty. Ger. 242. stigmata crucis..

quibus regnum diaboli *ventilatum* est et Ecclesia convaluit. Ib. 264. Christi verba *ventilare* pedibus. Passim ap. Jurisconsultos.

Ventilator, machina ad aërem ventilando purgandum, ventilabrum; *szelelő.* Bene Pol. 83.

Ventile, epistomium; *szelep.* Kronst. III. 521: an. 1549. *ventile,* quo aqua exhauritur.

Ventilis, e, ad aërem immittendum pertinens; *szellőztetési.* Kronst. III. 521: laboravit in instrumento *ventili.*

Ventiloqium, *Vertumnus* q. v.

Ventinabrum, lege: *Ventilabrum; szórólapát.* It. ventilábro (Schwinge, Wurfschaufel). Schläg. 2095. Cf. Colum. 2, 10, 14. Prudent. Apoth. præf. 2, 53.

Venticius, adventitius, advena; *jövevény.* Vita S. Steph. 109. In hospitibus et *venticiis* viris tanta inest utilitas . . .

Ventosa, æ. (Du C.) cucurbita medica ad eliciendum sanguinem; *köpöly.* Ger. Schröpfkopf. Gall. ventouse. Kronst. II. 349., 453.

Ventositas, vaniloquentia, proprietas ventosi, levitas (Du C. ventus, flatus); *szelesség, szeleburdiság.* Moln. Patv. 12. Cf. Augustin, de Civ. Dei 9., 20. Fulg. Myth. 2., 17.

Ventrale, (Du C.) opificis. præcinctorium, lumbare; *bőrkötény.* Ger. Schurtzfell. Pár. Páp. Cf. Plin. 8, 48, 73; 27, 7, 28; Ulp. Dig. 48, 20, 6.

Ventramen, partes ventri. V. s. *Pendula; hasrész.*

Ventretenus, ad normam: *verbotenus,* quod respicit ventrem; *hasát illetőleg.* Knauz. M. E. Str. I. 134.

Ventriculositas, atis, gula, voracitas; *falánkság.* Rozsny. D. Diarium. 465. Itt a mi kevés magyarjaink megijedvén, nem sokat orálnak, hanem mivel a szegény Kassai Ferencz igaz ratiókkal, nimia *ventriculositással* (mely majd mirum naturæ vala) magát azon candidatióból enodálván etc.

Ventrinus, 3., ad ventrem pertinens; *has*... Tör. Tár. 1889. p. 379. Monm. Comit. Trans. V. 193. ligatura pellis vulpinæ dorsinæ et *ventrinae.*

Ventrosus, 3., ventrem nutriens (Du C. προγάστωρ); *hasnövelő.* Sup. An. Sc. I. 165. an. 1440: Boleslaus . . . oppidum . . . cum theloneo . . . pingui et *ventroso* . . . donat.

Venturitas, adventus; *eljövetel.* Georg. Sirm. I. 55. Et sic factum, cumque venerat ad limites Hungarorum, tota Hungaria plaudebat de *venturitate* sua, quod contra paganos rubram crucem portaret. p. 76. Et ergo permanserat in palanitate sua ad *venturitatem* Regis Ludovici.

Ventus, i, spiritus (Du C. al. s.); *lélek, szellem.* Batty. Ger. 232 ipse . . . omnium vitiorum *ventus* immundus, qui superbiam sibi vindicavit.

Venus, eris (Du C.) cuprum a Cypro insula, in qua Venus colebatur V. s. *Rubificatio; réz.*

Venuta, æ, (Du C.) adventus; *eljövetel, érkezés.* It. venuta. Ljub. Mon. Sl. IX. 97. an. 1410.

Venz, (fors. Illyricum *Vez),* ulmus campestris (Linn.) *Venic. szilfa.* Ger. Rüster. Cod. Zi. III. 269. alia vero (sc. meta) sub duabus arboribus scilicet Ilicis et *Venz* appellatis, sunt erecte.

Verba fumosa, in fumum abeuntia, inania v.; *haszontalan beszéd.* Tör. Tár. 1887. p. 75. nec eius genii est, cui quidquam aliud concredatur præter *verba fumosa* ventosaque, quæ vilioris spiritus technis et commentis e consuetudine in naturam versis graviter auget.

Verba præfecti; *vezényszó, parancsszó.* Reg. Turm. Præt. 12. *Verba Praefecti* (Kommandowort) attenta excipient aure Prætoriani.

1. **Verbaliter,** verbis (Du C.); *szóbelileg, élőszóval.* Cod. Dipl. Pat. T. II. p. 162. Beth. G. Lev. 304. Kövy El. 637. qui coram Procuratorem *verbaliter* constituit.

2. **Verbaliter,** ad verbum; verbum e verbo (Du C. al. s.); *szószerint.* Tör. Tár. VI. 15. Fej. VII. 172., 224.

Verberare aërem, frustra conari; *hasztalan dolgot mívelni.* Oláh. Cod. Ep. 227. Quamvis post rem iam ita perfectam, ut mutari non possit, visus sum *aërem verberare.*

1. **Verberator,** convitiator, contemptor; *megvetője valaminek.* Batty. Leg. P. II. 268 an. 1185: ecclesiastici officii *verberatores.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 154.

2. **Verberator,** qui verberat; *verekedő.* Art. Diæt. Pos. 11. *Verberatores* vero vel Vulneratores pœna actus maioris potentiæ castigentur. Cf. Prudent. περὶ στεφ. 9., 38.

Verbero, onis, qui verberat (Du C.); *ütlegelő.* Teutsch. Schulord. I. 7. vestra voluntate agite, quod bonos decet, ut, non opus sit esse *verberonibus.*

Verberones aurium, qui maligne alicui ad aurem insusurrat; *besugó.* Ger. Ohrenbläser. Verancs. IX. 87. quum interim hic etiam non desunt *aurium* mearum *verberones,* qui deblaterant Italorum consilia statum meum labefactasse.

Verbialiter, verbis: *szóval.* Dip. Reip. Rag. 615.

Verbis tenere (hungarismus), verbis lactare, ducere; *szóval tartani.* Ger. mit leeren Worten hinhalten. Frak. Mát. lev. II. 104.

1. **Verbotenus,** ad verbum (Du C. verbi gratia); *szószerint.* Knauz. M. E. Str. I. 290. Száz. XXI. 49.

2. **Verbotenus,** verbo (Du C. al. s.); *szóval, szóbelileg.* Rák. Ön. 269. l. 28—30. (29.) Retulit ampla Chajmechanii, generi Sultani et confidentissimi sui ministri, *verbotenus* sub fide Sultani facta promissa . . .

Verboung, (a Germ. Werbung) conquisitio, delectus; *toborzás.* Moln. Patv. 81. Dum autem Militia aliqua pro conscribendis Tyronibus Militibus commendata extiterit, eaque in *Loco Collectaculi,* per *Verboung* iam in tantum profecerit, ut ex Recrutis illis sive Tyronibus Commissariatice iam assentatis . . . corpus . . . superior Officialis producere possit.

Verbulum, pauca verba, vocula; *szócska.* Burián. Blandr. p. 251: quin Casparem Heltai sibi usque ad annum 1568 homodoxum vel *verbulo* reprehendat. II. Rák. Gy. 649. Cf. Ps. Augustin. ep. (18 vol. 2 ed. Maurin. col. 941.)

Verbum, (Du C.) præceptum, mandatum h. l. evocatio; *szózat.* S. de Kz. Chr. A, 1, 1: ei de cælesti throno *verbum* venit.

Verbum incarnatum, Christus natus; *testesült ige, Krisztus születése.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 365. Datum anno *verbi incarnati* MCCXIII.

Verbum suum dare, fidem dare, interponere; *szavát adni.* Wagn.

Vercanus, 3., vermi pilorum laborans (Cf. Vermis canis ap. Du C.); *rühös.* schäbig. Vjestnik. I. 176. an. 1289. non sit orba (agna) clauda, lebrosa, *vercana.*

1. **Verecondia,** æ, (Du C. verecundia) sono italico pro: *verecundia,* pudendum facinus; *gyalázat.* Pesty Ször. III. 148. An. 1503. tales *verecondias* et vituperia.

2. **Verecondia,** pudor; *szégyenérzet.* Kov. Form. St. 56 et hominum *verecondia* retrojecta.

Verecundabilis, pudore dignus; *szégyenelhető.* Pel. Pom. L. I. P. V. Art. I. c. 2: Unde elucet, quod nunquam aliquod *verecundabile* habuit.

Verecundari, (Du C. timore percelli) hoc loco: confundi; rubore, pudore affici; *megzavarodni, szégyenkezni, elpirulni.* Prot. inq. 191. Cf. Plaut. Trin. 478. Ambros. de off. 2., 15., 69.

Verecundia, æ, (Fin. tisztelet, szemérem, szerénység) hoc loco: infamia (Du C. pudendum facinus); *gyalázat.* Schmach. Kub. D. Hont. III. p. 184 (an. 1352): illicitis verbis pertractantes et ex hoc magnam *verecundiam* eisdem . . . inferendo. Chr. Dubn. p. 42: quod factum . . . imperator . . . cum coniuge sua pro ingenti *verecundia* reputantes facies averterunt suas. Han. Mon. Jur. P. I. 106. expellantur cum ipsorum *verecundia* et gravi damno. Cod. de Sztára. II. 539.

Vereda, arma equestria; *hám.* Pferdegeschirr. Schläg. 1335.

Veretonus, i, (Du C.) it. veretto, verettone. Gall. vireton, dem. a *veru, sagitta, iaculum* V. s. *Gorna; lövedék.* Száz. XXIV. 300. Ljub. Mon. Sl. III. 205. an. 1351. baliste, curasie, *veretoni.*

Vergere ad honorem, laudi esse; *tiszteletére szolgálni.* Wagn.

Vergette; *elől rövidre nyírt haj.* Ger. geschornes Stirnhaar, kurz geschnittenes Vorderhaar. Gall. vergette. Regul. Turm. Præt. 14. quivis igitur Prætorianorum unum ex parte utraque *aciculis* firmatum cincinnum ac scissos brevius in coma crines, id quod adscito vocabulo *Vergette* appellatur, gestabit.

Veridicentia, æ, (Du C.) veriverbium; *igazbeszéd, igazmondás.* It. veridicità. Törvt. Msz. Cf. Jul.. Val. 1., 20 (25); 2., 2., 1.

Veridus, 3., fors. mendum pro: *veridicus; igazi.* Cod. Dipl. Pat. T. II. p. 58: sicut etiam ex *verida* relacione . . . baronum . . . percepimus.

Verificacio, V. *Verificatio.* Szék. Okl. III. 119.

Verificare, (Du C.) demonstrare, probare; *valósítni, igazolni.* Ger. beweisen. Werbőczi 178. Et si nullum usum ac dominium penes illas, ipsum habuisse *verificabitur,* tunc constabit easdem literas indebite contraque iustum processum Regni confectas fuisse et per hoc inefficaces esse. Pázm. Dial. 95. Szék. Okl. II. 129. Tör. Tár. VI. 49. Vuch. Leg. Crim. 51. Decret. VII. Ladisl. an. 1514. art. 26. §. 1.

1. **Verificatio,** fides, auctoritas; *hitelesítés.* Magy. Tört. Em.. XXX. 237. an. 1549. In horum verborum... *verificationem* quas-

dam literas conventus . . . producere curavit. Pesty Ször. III. 314.

2. **Verificatio,** probatio, comprobatio; *igazolás, bizonyítás.* It. verificazione. Gall. verification. Ger. Rechtfertigung. Pel. Pom. L. I. P. V. Art. I. c. I. Ad secundum quesitum de huius salutationis *verificatione* cum querebatur. Cod. de Sztára. II. 451.

Verifice, vere, cum fide; *igazán.* Ger. glaubwürdig. Cod. Dip. Brüss. Burg. p. 284. quod nos de negotio iam dicti Aloisij, prout successerat, *verifice* et recte scripserimus.

Verigeldum, mulcta; *birság.* Kelem. Inst. Jur. Pr. 82. Usus perfrequens *Verigeldi* seu mulctæ ob illatas aliis iniurias, quæ in æris signati velut tunc adhuc admodum rari, defectu, iumentis potissimum solvebatur: Apud nos *Homagium* audit, ususque est non minus crebri. Pfahl. Jus. Georg. LXXII. Contra avaritiam potentiorum libertati debilium inhiantem diramque cupiditatem repressit pœna sancita *compositionis Homagii, Verigeldi,* Wehrgeld, in servitutem detrusorum, qui præterea libertati restituebantur.

Veritas, fides, æstimatio (Du. C. al. s.); *hitel, igaza* (vlkinek), *becsület.* Han. Mon. Jur. V. I. 7. an. 1265: quicunque furatus fuerit peccus . . . perdat *veritatem* in perpetuum et credentiam in omni causa.

Veritia, æ, fors. *veritate* legendum; Batty. Ger. 65. Nunquam . . . arbitrandus arduus in *veritia* conatus.

Vermiculatus, 3., (Du C.) quasi vermiculis variatus, distinctus V. s. *Tesselatus; tarkán, kigyózva megrakott.* Száz. XVII. 768. Cf. Lucil. ap. Cic. Or. 44, 149; Plin. 35, 1, 1.

Vermilius, 3., (Du C. vermileus) coccineus; *biborszinü.* Rač. Mon. Sl. XIII. 98. an. 1350: si quis invenisset brachia IX stameti *vermilii.*

Vernacule, apud Forc. «vernaculo» legitur, adverbium ab adiect. vernaculus pro: sermone nostro, sermone hungarico; *hazai nyelven, magyarul.* Bod. Hist. Un. Trans. 328. Edidit Disputationem Anno 1570. *vernacule.*

Vernalia, fruges vernæ; *tavasziak.* Száz. IV. 664. Item de *vernalibus* capetias septem et unam gelimam.

Vernare, (Du C.) florere, pullulare, germinare; *csirázni.* Thurócz. 279. parvaque scintilla, quæ in vindictam necis præfati comitis Ulrici, in pectore eiusdem regio velut in oblivionem demersa, *vernabat,* crebris persuasionum flatibus ardere cœpit. Cf. Plin. 2, 50, 51; 22, 22, 46; Flor. 1, 16, 3.

Vernaticus, 3., domi natus; *honszülött.* Chr. Dubn. p. 205: ut quis natale solum unice diligit . . . ita et suorum, qualem vitam egerint, quique *vernaticus* scire plurimum exoptat.

Vernix, icis, (Mdl. fernisium); *gyalogfenyü szurok, gyanta* (fénymáz). Comen 86. Scriniarius . . . asseres . . . conglutinat *verniceque* illinit.

Veronenses. Numi Hung. 153. *Veronenses* denarii sub Carolo I. et Ludovico eius filio cursum in Sclavonia habuerunt, quorum marca a 5 pensis computabatur a paritate banalium. Sæculo undecimo Patriarchæ Aquileienses facultatem obtinuerunt cudendi numos parvos Veronensibus æquales, quorum 14. uni denario Aquileiensi compares fuere.

Verpus, i, *öreg új.* Comen. 42. *verpus* sive medius digitus.

Verra, (guerra) vastare, guastare), bellum; *háború.* Dip. Reip. Rag. 118.

Verraculum, parvum veru, in quo aves assantur. V. s. *Automatum; nyársocska.* Ger. Vogelspiess. Iter. Oec. 45.

Verriculatus, a verriculo = rete, in modum retis constructus; *gyalmos.* Pár. Páp.

Verrula, æ, mendum pro: *vernula,* domi natus servus; *cseléd.* Fej. Jur. Lib. 44: uxor et *verrulae,* pueri et tota familia canunt.

Verrum, i, vas vitreum; V. *Scrigna; üveg edény.* Gall. verre.

Versatibus, pro: versatis; *jártas.* Star. XVII. 114. an. 1654. a *versatibus* in geographia . . . agnitum semper fuit.

Versifur, qui versus furatur; *verstolvaj.* Boc. Hungar. p. 287.

Sic nos tempore et hocce *versifures*
Si permittis, o Arbiter supreme
Hunc vatem spoliabimus, negantem
Clausas divitias avarâ in arcâ.

Versio, actus vertendi, conversio; *fordítás.* Gall. version. Bod. Hist. Un. Trans. 302. Quintam quoque Conditionem admittimus, ut testimonia legantur ex *versione* Latina. [Corp. Gram. 645.

1. **Versor,** qui transfert, vertit; *fordító.*

2. **Versor,** sulcus, porca; *barázda.* (*Versorium,* instrumentum rusticum, quo terra versatur). Ljub. Mon. Sl. XXII. 28. an. 1454: terrena . . . et tantum, quantum reperitur intra hos confines cum omnibus suis iuribus salvis *versoribus* confinis . . .

Vertagus, canis odorisequus, leporarius; *vadászkutya, agár.* It. veltre. Gall. viautre. Germ. Welter, Windhund. (Du C.) Art. Diæt. Pos. 23. Unde tum Rusticis quam et quibusvis Ignobilibus et non Indigenis, Canes, ut essent *vertagi* et Sagaces, Intertenere sub pœna in præcitato Articulo denotata cautum erit. Cf. Martial. 14, 200, 1; Firm. Math. 5, 8.

Vertere, versare; (Du C. al. s.); *megforgatni.* Kronst. III. 273: quod fenum *verterunt.*

1. **Vertibilis,** qui verti potest; (Du C. al. s.); *fordítható.* Andr. Pann. 244. Sicut enim oculus in corpore, ita est in anima intellectus: arbitrio libero voluntarie et *operata voluntate vertibilis.*

2. **Vertibilis,** (Du C.) mutabilis, volubilis; *forgandó.* Thurócz. 162. Sed iam fortuna *vertibilis,* aversa facie, valefaciens terga vertit.

Verticillum lusorium; *zúgó pergettyű.* Ger. Spiel-Wirtel. Pár. Páp.

Verticulus, i, vertex, fastigium; *csúcs.* Cod. Dip. And. II. 433., 506. in *verticulo* montis.

Verti, esse; *fennforogni.* Ger. obwalten. Verancs. XI. 7. De revisione causæ, quæ *vertitur* inter nostrum colonum et Capituli nostri, ea, quæ nobis scripsisti, non admittimus.

Vertumnus, pennula versatilis, vexillum ventorum index; *forgó vitorla a ház tetején.* Ger. Wetterfahne. Pár. Páp.

Veru sanguineum, ensis sanguineus; *véres kard, tőr.* Verancs. VI. 27. Nos, ut vetus mos est nationis huius, adversus præpotentes et subitos hostes, jam *veru sanguineo* passim circumlato, viritim ad insurgendum excitamur.

Veruccinus, pro *Verveccinus.* q. v. Monm. Comit. Trans. II. 179. item centum *veruccinas* pelles pro f. 13.

Vervecinus morbus, ad vervecem pertinens morbus; (nostris esset *influenza*); *bárányhurut.* Germ. Schafhusten. Nad. Florus Hung. L. IV. C. IX. p. 280. Germaniam atque Hungariam infestavit *morbus,* quod verveces ei sint obnoxii, *vervecinus* dictus; paucis lethalis, omnibus frigore et tussi permolestus.

Vesa, ex Croatico *vez,* opus acupictum; *himzett kelme.* V. *Condaxon.*

Vesanicus, 3., vesanus; *eszeveszett, dühös, vad.* Fej. IV. 3., 34. per Tartarorum rabiem et *vesanicum* insultum eorumdem . . . ecclesia — funditus et in toto fuit destructa.

Vesanies, ei, vesania; *düh, örjöngés.* Fej. VIII. 3., 421. cuius Feliciani contagiosa et crudelis impietatis *vesanies.*

Vesieribasta, æ, **Vesierbastia,** consiliarius, a consiliis (ap. Turcas); *tanácsos.* Adelm. De orig. Turc. 9. Thephterderii. i. administratores Rationum . . . nunquam ab aula imperatoris discedunt Sicut etiam *vesieribaste* i. consiliarii. Adelm. De orig. Turc. 7. Summa igitur totius imperii tribus magistratibus gubernatur, quorum summus est quatuorviratus, qui ipsorum lingua appellatur *Vesierbastia.* Hi sunt principes Consiliarii, qui quater in hebdomada sedent p. (pro) tribunali in loco dicto Divan.

Vesiriatus, us, officium, munus vesirii; *országos tanács.* Verancs. III. 347. Gravissime ajunt principem fuisse indignatum, quod maneret Constantinopoli, lege gentili prohibente, quæ exauctoratos passas officio *vesiriatus* vetat hic vel diem unum morari.

Vesirius, (arab. *wesir,* fulcrum et *wasara,* sustinere) a consiliis sultani; *országtanácsos.* Verancs. III. 263. missus est et brevi venturus in eum locum Ibràm passa, qui in collegio IIII. *vesiriorum* consilii imperatoris Turcarum tertius erat in adventu nostro.

Veso, onis (Du C.) V. *Putosius.*

Vesperæ, arum (Du C.) officium divinum vesperi celebrandum; *vecsernye.* Fej. X. 2., 198. ordinavit . . . quod . . . Præpositus et canonici tali hora . . . missam et alia divina officia decantarent, quod postea . . . *Vesperis* . . . peragendis possent interesse.

Vesperas cantare, vespertinas preces canendo persolvere; *a vecsernyét énekelni.* Wagn.

Vespereza, æ, vespera; *est.* Georg. Sirm. I. 79. Post *vesperezam* invitare fecit ad cenam.

Vespertinalis, vespertinus (Du C.); *esti vecsernye.* Pray. Dext. D. Steph. p. 17: Completo . . . tertiæ diei *vespertinali* officio.

Vespilio, onis (Du C.) grassator nocturnus; *éjjeli útonálló, rabló.* Fej. X. 3., 314. egregie nobilitatis dominarum et puellarum non modica caterva obstipatas et vallatas ad instar rabidi vulturis, more *vespilionum,* freti cum hastis acutis et evaginatis gladys . . . prosilientes. Cf. Fulg. expos. serm. antiq. 2. p. 188. M. V. Gloss. Vat. 6., 550 (b).

Vestarium, gazophylacium (Du C. Vestararius, qui thesauri curam gerit); *kincstár.* Batty. Ger. 96. Magnus thesaurus ille, qui omnes facultates superat sæculi et in nullis aliis *vestariis* reservatur, nisi in vasis fictilibus.

Vestiarius, i, (Du C.); *kincstárőr.* An. Sc. I. 439. an. 1593: Publicus notarius et *Vestiarius*, (Nota Wagneri: *Vestiarius* non modo custodem vestium, sed cimeliorum etiam, atque adeo Thesauri et sacrarum rerum asservatorem significat.) Cf. Gloss. Labb. Renier inscr. Afric. 2874.

Vestis curialis, curiensis, vestis forensis; *hivatalos ruha, egyenruha.* Ger. Dienstkleid. Fjp. Szám. p. 224. an. 1426. Kronst. I. 438., 677.

1. **Vestitura,** æ, V. *Investitura* (Du C. al. s.); Vuch. Jur. Feud. 81. De origine vocis *investiturae* interpretes in varias abeunt sententias, optime videntur rem expedire, qui eius originem a voce latina *vestire* aut *investire* repetunt, ... *investire* medio ævo idem erat ac *tradere*, in possessionem mittere atque hoc sensu in disciplina etiam feudali adhibetur. Interdum synonima sunt *vestitura, traditio, possessio.*

2. **Vestitura,** æ, (Du C.) vestis, vestitus; *öltözet.* Tör. Tár. VIII. 249. Cf. Orell. Inscr. 3272.

Vestituræ - Commissarius, Præfectus ornatus vestitusque militaris; *katonai ruhatár főnöke, biztosa.* Arch. Rák. VIII. 72.

Veteramentum, res detritæ; *ódonság.* Ger. Alte-Sachen. For. Scr. 1: Forum Scrutarium nuncupatur illud, in quo varia *veteramenta*, et rejectamenta diversæque res obsoletæ ... venundantur.

Veteranus huso. Gros. H. Ph. III. 69: *Veteranus Huso* quem piscatores nostri *Örhal* aut *Szin-viza* nominant.

Veterinaria, (Du C.) ars curandi vetera; *barom-, marhagyógyászat.* Ger. Thierarzneikunde Szirm. Cf. Intpr. Iren. 2., 32., 2.

Veterista, æ, calendarii veteris cultor; Száz. III. 17. 30. A töröknek hódolt részekben azonban, névszerint Pécs vidékén a régi naptár még ezentúl is használatban maradt, nemcsak a kalvinisták és ariánusok közt, hanem a magyar ajku katholikusok közt is, a kik e miatt elválva olasz- és tótajku hitrokonaiktól 's magokat a régi (vetus) naptárról *veteristáknak* elnevezvén, az új naptár szerint működő katholikus papok legelkeseredettebb üldözői voltak 1620.

Veterus, 3., vetus; *régi, ó.* Kronst. II. 362: *vetero* bono vino 365: pro uno *vetero* Brynse.

Vetustulus, 3., demin. a *vetustus; ócska.* Text. v. sub *Indiculus.*

Vexa, æ, vexatio. (Du C.); *zaklatás.* It. vessazione. Plagen. Serm. Cat. 307. si irrideant, contumelia afficiant, si sponte in *vexam* aliquid faciant. Ker. Nap. 281.

Vexaminosus, 3., qui aliquem ioco exagitat et ludit dolis; *bosszantó, kötekedő.* Törvt. Msz.

Vexativus, 3., (Du C.) vexans, acutus; *bosszantó.* Opinio Deput. 32. ad temere prosequendas sæpe *vexativas* Lites procliviores reddantur. Cf. Cæl. Aur. acut. 2., 29., 156. et chron. 3., 4., 63.

Vexilanis, ad vexillum pertinens; *zászló-.* Szered. Ser. Episc. 136. an. 1443. Duæ cruces *Vexilanes* argenteæ.

Vexilla, æ, Vexillum; *zászló.* Georg. Sirm. I. 98. Et timpana fecit percutire et *vexillas* in tribus ratis erigere precepit.

Vexillationes, per turmas et vexilla divisi cives (ap. Du C. de equitibus); *polgárok zászlóik alatt.* Probst. Comitiol. p. 18: Aliquot civium *vexillationes* per compita distributæ consistebant. Cf. Suet. Galba 20; Orell. inscr. 805., 2008 sq. 3575., 5253., 5456.

Vexillum funebrale, vexillum lugubre, luctus insigne: *gyászlobogó.* Arch. Rák. VIII. 364.

Vezerius, V. *Vesirius.* Tör. Tár. 1888. p. 362.

Vezeratus, us, V. *Vesiriatus;* Szamosk. IV. 15. loco motus est csausz basa et privatus *vezeratu.*

Vezerius, V. *Vesirius.* Szilády Tör. Magy. Eml. VI. 53. et passim. *Vezerius* autem egre tulit. Dip. Alv. I. 130., 297. II. 201.

Vezerus, i, V. *Vesirius.* Szamosk. I. 67. Quæ dum ita in castris ad Tokaium geruntur, Memhet Bassa, secretiorum consiliorum præses, quem *Vezerum* appellant, renunciat Joanni Sulimanum ingravescentis iam ætatis detrimento mortem obijsse.

Vezier, Vezir, iris V. *Vesirius; dux belli; vezér.* Szamosk. IV. 501. lætus ac tamquam re bene gesta ad *vezirem* rediit. Bel Comp. Geogr. 547. Summus exercitus dux, Magnus *Vezier.* Tör. Tár. 1889. p. 32. octo *vezires* ... *veziribus* duobus.

Vezirianus, 3., ad belli ducem pertinens; *vezéri.* Cod. Alv. I. 297. atque nedum expectato *Veziriano* mandato pro recesssu, vi ejectus fuit ...

Veziriatus, us, Supremus Veziriatus; summa rei; *fővezírség (a töröknél).* Szilády Tör. Magy. Tört. Eml. IX. 128.

Vezirius, V. *Vesirius.* Tör. Tár. 1892. p. 431. Hi tres beglerbeghi tum quotius divanum = senatum publicum imperatoris introeunt, eadem ac pari autoritate prope *vezirios* seu *consiliarios* sedes suas habent.

Veznicatus, us, officium veznici; *községi végrehajtói tisztség.* Tkal. Mon. Ep. II. 28. an. 1340: de singulis *veznicatibus* vel villis.

Veznicus, i, exactor villarum; *falusi biró,* villicus, (a Bohem. *ves, vesnica,* pagus, villa). Tkal. Mon. Ep. II. 28., 33. an. 1340: *veznicus* est, qui in villa qualibet habet exequi mandatum sui superioris, quod nomen bene sibi competit vulgariter, quoniam villa in slavico *wez* vocatur. Tör. Tár. 1893. p. 12.

Vheg, recte, ut K. Szabó suadet: özvegy quod vocabulum nunc aliam significationem habet h. l. captivi pagani; *pogány foglyok.* S. de Kz. Chr. A, 2, 7. Unde illi captivi *Vheg* nominantur. Hos enim unicuique Hungaro dimisit Ecclesia possidere et tenere.

Via, æ, (Du C. al. s.); *járás-kelési jog.* Magy. Jus: Trans. Sax. 70. *Via* est ius eundi et ambulandi hominis, lapides lignave trahendi etc. Hinc *via, iter* et *actum* in se continet.

Viā, (cum. gen.), ope, auxilio, operā; *útján.* Ger. vermittelst. Kass. Prax I. 54. notas taxales *viā* concernentis Jurisdictionis cum iis communicandas esse.

Via civilis, (ad normam: *via militaris),* iudicium civile; *polgári út.* Knauz. M. E. Str. I. 53.

Via compromissi, ex convento, ex pacto; *egyesség útja.* Batty. Leg. III. 42. an. 1309: per *viam compromissi*... nostræ... Ecclesiæ providere.

Via currulis, via publica; *szekérút.* Székesf. főgymn. Ért. 1894/5. p. 57.

Via exercitualis, via militaris; *katonai út.* Batty. Leg. T. II. 343. an. 1217: inde facto regressu ad *viam exercitualem.* Tkal. Mon. Ep. I. 41. an. 1217.

Via exercitus, V. *Via exercitualis.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 98. prima meta *publica strata,* que vulgo *via exercitus* dicitur.

Via facti, vi; *hatalommal, tényleg erőszakkal.* Jók. Szeg. gaz. 302. *via facti* elfoglalva. Georch. H. IV. 56.

Via falsa, *görbe út.* Szegedi Rubr. Pars. I. p. 64: *Falsae viae* dicuntur, quæ ad declinanda Telonia et Tricesimas inveniuntur.

Via gradualis appellatæ, *fokonkénti fölebbezés útja.* Ger. Weg der gradualen Appellation. Kass. P. P. I. 228. quod tales causæ ad *fora appellatoria via gradualis appellatae* deducendæ essent.

Viā instantiæ, ope libelli suplicis; *kérelem útja.* Georch. H. T. IV. 13.

Via libera, idem est ac via publica, regia v. militaris; *országút.* Cod. Zi. III. p. 433., 434., 636... Quod... in *via libera*... in ipsum latrocinaliter irruendo Letalibus wlneribus wlnerasset.

Via murata, via cæmentario opere superfusa; *makadam út, kavicsozott út.* Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 98. tenditque ad Lipechena ac revertitur ad dictam *muratam viam* (ad viam antiquam cementario opere superfusam).

Via novi; *perújítás.* Ger. Erneuerung des Processes. Juriev. Jur. Met. 207. *Via Novi* in Processu montanistico ordinarie locum non habet; Quamvis propter distinctam Obiectorum montanisticorum indolem et qualitatem vigore quoque B. R. de 6. Martii 1782. emanatæ atque a Supremo Camergrafiatus Officio Schemniciensi die 20. eiusdem Mensis et Anni publicatæ nec non BB. RR de 10. Apr. et 28. Junii 1788. in Processibus Montanisticis *Via novi* admitti nequeat. Georch. H. T. IV. 181.

Via postalis, via cursus publici; *pósta út.* Opin. P. IV. Sec. 1. §. 6.

Via regia, via publica (Du C.); *országút.* S. de Kz. Chr. II. 3., 5.: quod gens armata per asperas et immeabiles indagines, dimissa *via regia,* pertransiret.

Viæ repulsuales; *parti út.* Kelem. Inst. Jur. Pr. II. 62. Quia vero finis sine mediis obtineri nequit, in ripis fluminum ubique idoneæ viæ per Dominos territoriorum relinquendæ, per quas homines aut iumenta naves attrahentia commode commeent. Nescio unde sumpto nomine, *vias* istas *Repulsuales* in Excelsi Consilii Regii Intimatis compellari reperio. Germani *Treppel-Wege* vocant; nos Hungari forte non incongrue *Parti út* appellare possemus.

Via transversalis, via publica; *kocsi út.* Ger. Fahrweg. Kuk. Jura. II. 190. ea quæ ad activitatem Comitatuum de Lege instituto-que pertinent (velut Divini cultus promotio... Teloniorum investigatio, *viarum transversalium* reparatio ...)

Viagium, (Du C.) iter; *út.* It. viaggio. Ljub. Mon. Sl. I. 98. Obs. Jadr. 399. Cod. Dip. Arp. Cont. XI. 512. Dip. Reip. Rag. 298.

Viandans, tis, peregrinator; *utazó.* It. viandante. Ljub. Mon. Sl. VI. 16. an. 1461;

comes procedere debeat contra cives . . . et alios . . . *viandantes.*

Viaria, æ, præpositura; beneficium ecclesiasticum (Du C.); *papi javadalom.* Batty. Leg. T. II. 436. an. 1279: prohibemus ne Archidiaconi . . . laicis . . . præsumant committere *viarias.*

Viarum strator, qui vias lapidibus sternit, munit; *útkövező.* Pest. Vár. Levt.

Viasum, pro: *viagium* q. v. Rač. Mon. Sl. XIII. 26. an. 1348: pro quolibet *viaso,* quem ibunt.

Viaticare, (Du C.) viaticum comparare, viatico instruere; *uti költséget szerezni.* Pár. Páp.

Viaticum, (Du C.) sacræ Eucharistiæ, quæ ægris ac morituris datur, receptaculum; *tartó utolsó szentségek számára.* Tör. Tár. 1886. p. 554.

Viatorium, liber ad artem peregrinationis pertinens; *utazás mesterségének könyve.* Czvit Spec. 160. Bibliotheca seu Cynosura Peregrinantium h. e. *viatorium.*

Viazium, iter; *út, utazás.* Ljub. Mon. Sl. V. 247. an. 1334. rediit de . . *viazio.*

Vibratilis, qui vibrari potest; *forgatható, kirántott.* Ger. gezückt. Fej. V. III. 351. malos vero principalis dextre *vibratilis* suis compar demeritis ultor gladius persecatur.

Vibratiuncula, dim. a vibratione, articulus vibrandi: *kis rezzenet.* Vern. Met. II. 191. vestigia non esse motus, licet ex motu oriantur, aut *vibratiunculas,* quæ per annos subsistere nequeunt.

Vicalis, alternatim serviens; Cf. *Vicatim; váltakozva szolgáló, soros;* der Reihe nach, abwechselnd, dienend. Cod. Dipl. Arp. Cont. I. 36. et sunt *vicales* cum equis per menses.

Vicaria, æ, (Du C.) vicariatus, dignitas seu beneficium eorum, qui vices agunt alterius; *helyettesi hivatal.* Szek. Okl. I. 147. apud monachos ordinis Francisc. 151. fratres *vicariae.* Cf. Cod. Theod. 6., 26., 4. Vopisc. Aurel. 10., 2.; Ammian. 23., 1., 4.

Vicarialis, ad vicarium, vicariam pertinens; *helyettesi.* Kon. Egyh. 303. Beng. Ann. Er. Cœnob. 134. Moln. Patv. 73.

Vicariatus, us, (Du C.) officium, munus vicarii; *helyettességi hivatal.* Tör. Tár. III. 212. Rák. On. 185. Beng. Ann. Erem. Cœnob. 46.

Vicaricium, V. *Vicariatus.* Cod. Dip. Arp. Cont. VI. 24. Sed si hæc oblitus fuero, quæ me pallei *vicariciique* Galliæ partium Germaniæque . . . ditavit.

